COMPENDIVM
PRIVILEGIORVM
FRATRVM MINORVM

Et aliorum Mendicantium, & non Mendicantium, 13-4-4-46

AB ALPHONSO DE CASARVBIOS HISPANO,
SECVNDO EDITVM:

REFORMATVM SECVNDVM DECRETA SACRI Concil. Trid. Ac aliorum Summorum Pontificum, qui a Clem. VII. vsq; ad præsentem Sanctiss. Clem. VIII. fuere,

PER R. P. F. HIERONYMVM A SORBO, Prædicatorem, Ordinis Capuccinorum,

Et per eumdem, eiusdem Ordinis nunc Generalem, quibusdam Additionibus locupletatum:

Qui etiam apposuit Annotationes quasdam, valde notabiles R. P. F. Antonij de Corduba, cum duplici Indice.

Quæ omnia, de mandato eiusdem R. P. Generalis, per P. F. Cœlestinum Bergomatem, eiusdem Ordinis Sacerdotem,

A mendis, quibus vndique scatebant, expurgata fuerunt.



S. Blasij ...

BRIXIAE,

Apud Societatem Brixiensem, M. D. IC.

Superiorum permissu.

ILLVSTR.^MO^ ET REVERENDM.^MO^ DOMINO

D. IVLIO ANTONIO SANCTORIO S. R. E.

PRESBYTERO CARD.

TITVLI SANCTI BARTHOLOMAEI in Insula, S. Seuerinæ nuncupato, totius nostri Capuccinorum Ordinis Protectori bene merito.

FRATER HIERONYMVS A SORBO, EIVSDEM ORDINIS MINIMVS, Salutem in Domino.



VM sæpe sæpius (Illustrissime ac Reuerendissime Protector) & mente, & manibus Tractatum illum, Compendium Priuilegiorum fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium, ab admodum R. P. Alphonso de Casarubios Hispano, sic inscriptum, ac non sine maximo eius labore collectum, nonnullis indies emergentibus occasionibus, euoluissem; & tot Summorum Pontificum immensam liberalitatem, ac animi beneuolentiam erga nostram hanc Seraphici Patris Francisci, necnon & aliorum Mendicantium, Religionem, in tot, tantaque innumera ei Priuilegia, Indulta, atque Concessiones impartiendo, vidissem: Non potui, Protector Illustrissime, immensam diuinam clementiam, ac prouidentiam, quam sic in particulari, continuatis temporibus, de illa habere, ostendere dignatus est, non admirari, ingentesque ei gratias, omni qua potui animi gratitudine, referre. Verum quia sicut ob magnitudinem talium Priuilegiorum pene infinitam, & obscuritatem imperuiam, ac varietatem sæpe secum pugnantem, vt immensitas ipsorum breuiari, illustrari tenebrositas, & discordantia in vnum reconciliari posset, illa omnia ita lucide, & exacte ad omnium eruditionem in Compendium redigere, in supradicti Auctoris animo resedit: Sic etiam mihi visum est, cum, nonnullas hucusque, ab huiusmodi libelli impressione, (ex qua sexaginta fere anni defluxere,) &

a subsequentibus Summis Pontificibus, & a sacro pręcipue Trident. Concilio, Ampliationes, Restrictiones, ac in toto, vel in parte Correctiones, Priuilegia supradicta habuisse considerarem; (quæ forte magis quam prius, & obscuritatem maximam, & in nonnullis, caussam errandi, inconsideratis, & inexpertis dare posse, nulli sit dubium) ad commu nem omnium, tam nostrę Minoritanę Religionis, quam aliorum Mendicantium vtilitatem, illa omnia recolligere, ac suis proprijs locis, & alphabeticis verbis, in supradicto libello Compendij (prout in Epistola ad Lectorē demonstrabitur) collocare; vt vnusquisq; facillime, & Priuilegium, & Restrictionem simul, vel Correctionem, quando adest, vno oculi ictu possit perspicere: Quę quantum Mendicantibus omnibus sint profutura, cuilibet mentis compoti, animoque beneuolo, iudicandum relinquo. Ea igitur, vtcumque sint, tibi Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino nostro Protectori, Gubernatori, & Correctori, omni qua possum animi humilitate dedicare, ac videnda, & examinanda mittere censui; vt tamquam Corrector, quæ sunt corrigenda corrigas, superflua rescindas, & quę desunt addas: Ac vt Gubernator, & Protector, siqua sunt probanda tuearis, & defendas: & vt me seruum tuum indignissimum commendatum habeas. Vale.



AD
ILLVSTRISSIMVM
ET REVERENDISSIMVM
IVLIVM ANTONIVM
SANCTORIVM, S. R. E. CARDINALEM.

DONATVS FRANCVS CARMIANENSIS.

O LVX Italiæ, nostrique o gloria secli,
Iuli nobilium Maxime Romulidum,
Quo nitens, numquam sapientia corruet, artes
Florebunt sacræ, Phœbus, & Aonides,
Quo incolumi, magno non Cæsare Roma superbit,
Cui rubuit patrio tincta cruore manus:
Ille etenim ferro terras, tua vincit Olympum
Mitra, timore viros ille, tu amore trahis.
Accipe consumptos, noctesque, diesque, labores,
Exigua eximio munera ab ingenio.
Claro namque tuo fulgentes nomine, viuent,
Dum lymphas amnis, dum feret astra Polus.

AMPLISS. CARD. S. SEVERINAE
IOH. FRANCISCI LOMBAR. SERVVLI
Hexastichon.

CAPVCCINORVM insignis Protector IVLI,
Te rogo vt, a Sorbo Hieronymum, foueas.
Namque suo auspicio concludit strenue, & apte,
Priuatas leges Pontificum varias.
Quod si aliquando, PETRI ascendes Sanctore Cathedram,
Da Capuccinis Occeanon Chariton.

Ad Libri Auctorem, Donatus Francus Carmian.

ET templa, & statuas erexit Sparta Lycurgo,
Qui statuit populo iura profana suo.
Gens electa Dei, quod sacra Hieronyme stringis
Dogmata Pontificum, quid tibi constituet?
Non poterit dignas meritis tibi reddere grates:
verum te in Cælo præmia digna manent.

IOHANNIS FRANCISCI
LOMBARDI

Epigramma.

ΗΡΞΑΤΟ Ἄλφονσος προτερήματα Ἀρχιερήων,
Ποικίλων κλείων συλλάβῳ ἐν βραχέϊ
Νῦν δ' αὔξει, φανεροῖ τε σοφῶς ἹΕΡΩΝΥΜΟΣ οὗτος
Ἐκ Σώρβου στράτιος Σηραφικὸς λιπαρῆς.
Σωρηδὸν χαρίτων σώρευσιν ἑνοῖ τὴν πᾶσαν,
Ἣ σώρευμα καλῶν παντοδαπὸν γλαφυρῶς.
Ὕλη ἄρα πρῶτος, μορφὴ γὰρ δεύτερος ἐστὶ,
Πᾶν διατυπῶν, καὶ κληροδοτεῖ φρονίμως.

FRANCISCI MAVRI
ΣΧΕΔΙΟΣ INTERPRETATIO.

ALPHONSUS paruo est aggressus dogmata elencho,
Pontifices summi, quæ statuere viri.
Nunc autem docte promens Hieronymus auget,
E Sorbo miles, Seraphicoque choro.
Colligit hic Charitum cumulos, tot seruat & vno,
Ut, quas exoptas, sint tibi semper opes.
Illum materiam posses, hunc dicere formam,
Actum si rebus præbet, & harmoniam.

Stabilis Acad. Obscuri.

De Libro Compendij Priuilegiorum &c. R. F. Hieron. a Sorbo.
Hexastichon.

O Sacra turba Dei, varia cum veste venite,
Et manibus lætis, munera percipite.
Quæ Pater ille affert vobis, quater ille beatus,
Magnus, qui merito, est, Relligione Minor:
Dicite nunc quæso: quo nam donetur honore?
Gaudeat, vt dignum est, laudibus ille suis.

Auctor.

MUNERA sacra Patrum, quisquis longo ordine, magnę
Francisci Soboli, pręstita nosse cupit;
Me legat, & summo referat perlecta Tonanti,
Inclita sat laus hac, sat mihi dignus honos.

AD

AD LECTOREM.



SCIAS, pie Lector, quod in hac noua Recollectione, quam, omni qua potui sollicitudine, ac labore huiusmodi libro Compendij addidi; ponuntur omnes Ampliationes, Restrictiones, Correctiones, Confirmationes, ac nouæ Concessiones, quæ a Sacr.Trid.Conc.& ab alijs Summis Pontificibus, qui ab hinc sexaginta annis fuere, Priuilegijs omnium Mendicantium, in hoc Compendio contentis, reperiuntur factæ. Et sub eodem ordine ponuntur alphabetico, qui in isto libro fuit obseruatus, videlicet. Si in verbo, Abbas, adest facta aliqua Ampliatio, siue Correctio &c. ibidem annotatur. Sed hæc Annotatio (vt euitetur confusio) ponitur in fine omnium illarum Concessionum, ac Priuilegiorum, ad illius Alphabetici verbi finem spectantium, cum numero correspondenti alij numero, ab ipso primo Auctore in illis Priuilegijs assignato. Vti exempli gratia, in verbo, Abbatissa, num.5. §. Idem Eugenius, est necessaria quædam annotatio; ideo in fine illius verbi, Abbatissa, ponetur in margine in §.5. Circa huiusmodi prohibitionem, &c. Ita quod nostras Recollectiones harum Reformationum, seu Correctionum, reperies (carissime lector) in fine Annotationum cuiuslibet Alphabetici verbi sub signo (Capuccini Annotatio) & sunt etiam posita aliqua alia particularia Priuilegia, quæ intra hoc supradictũ 60. annorum spatiũ fuere concessa, alicui particulari Mendicãtium Religioni (prout melius potui habere) vt ab alijs Mendicantibus sciantur pro Communicatione Priuilegiorum, quæ ad inuicem omnibus conceditur. Sed ante nostram Annotationem, ponetur (vbi aderit) Annotatio quædam valde notabilis facta a R. P. F. Antonio de Corduba Regularis Obseruantiæ Seraphici P. nostri Francisci, anno 1539. Ac in fine postmodum totius Compendij, ponentur illa alia, quæ sequens pagina, demonstrat. Vale in Domino, Deumque pro me ora. Neapoli Anno Domini. M. D. X C I I I I.

Declaratio breuiatarum Allegationum.

Breuiatæ Allegationes Priuilegiorum, seu Bullarum. fo. ff. fff. B. b. O. o. quæ in hoc Compendio fiunt, scias significare folium Trium librorum, qui Monumenta Ordinis appellantur. Primæ, scilicet, Impressionis: secundæ Impressionis; & tertiæ quæ dicitur Supplementum, in quibus Priuilegia ipsa reperiuntur registrata. Vnde.

fo. Simplex, significat folium primi libri.
ff. Duplex, significat fol.2. &
fff. Triplex, folium significat Supplementi.
B. Magnum, significat Bullam authenticam.
b. Paruum signif. Bullam non authenticam.
O. Magnum, Oraculum viuæ vocis authenticum.
o. Paruum, Oraculum non authenticum.

QVÆ HVIC COMPENDIO ADDVNTVR, sunt ista, videlicet.

1 T facilius cognoscantur ij, qui huiusmodi Priuilegijs in hoc Compendio contentis, possunt gaudere, declarare censui, qui nam sint Ordines Mendicantes; & qui eorum Priuilegiorum participantes; Ac vnde illi originem traxerunt; & hoc fiet in prima sequenti pagina.

2 Ponentur Annotationes quædam P.F.Antonj de Corduba Doctoris celeberrimi, Regularis Obseruantiæ, Seraphici P. nostri Francisci, editæ anno Domini 1539. Procedunt autem istæ annotationes, eodem modo, super eosdem titulos, seu dictiones, & paragraphos, quo & ipsum Compendium Secundo editum prosequitur.

3 Subsequentur Annotationes nostre post supradictas Cordubæ, eodemmet ordine, sub hoc signo, & nomine præsignatæ.

✠ Capuccini annotatio. Ibique, vltra Priuilegiorum reformationem, nonnullas alias reperies necessarias, ac scitu dignas resolutiones, & maxime quoad materiam. ¶ Absolutionum, ac Confessorum. ¶ Conseruatorum assignationis. ¶ Bullæ Cruciatæ. ¶ Bullæ de largitione munerum Regularibus interdicta. ¶ Interdicti. ¶ Sacrorum ordinum susceptionis. Ingressus Mulierum in Monasteria Regularium, ac Virorum in Monasteria Monialium, cum declaratione Motus Pij V. & Greg. 13.

Vt in Verbo Absol. Conseruatores. Cruciata. Dare. Interdictũ Ordines sacri. Ingredi Monasteria.

Postremo in fine huius Compendij ponentur aliquę Bullę necessario semper, prę manibus a Regularibus habendæ, quæ in Bullario, vel alibi authenticæ reperiuntur positę.

Deinde ordines, seu modi quidam obseruandi ad induendum Nouitiũ, Monialem, Fratres, & Sorores tertij Ordinis Sancti P. N. Francisci, & eorum Regulę; ac ad benedicendum velum, & Abbatissam; necnon & Corporalia.

Ac postmodum ponentur Formulæ quædam Absolutionum, secundum moderniorem institutum, in Confessionibus faciendæ.

[Nonnulla etiam alia addidi necessaria in hac secunda editione in diuersis locis sub hac nota. [Additio &c.]

Et copiosissimus index omnium notabilium, quę in toto opere continentur.

Mendicantes ergo Ordines, sunt sequentes, videlicet.

ORdines, Sancti Dominici. ¶ S. Francisci. ¶ Eremitarum S. Augustini. ¶ Et Carmelitarum, sunt proprie, & principaliter Mendicantes, & si in communi bona stabilia possideant; vt declarauit Pius V. in Constit. 45. Romanus Pontifex. &c.

Immo & ordines Seruorum B. Mariæ. ¶ S. Francisci de Paula. ¶ S. Hieronymi Iesuatorum. ¶ Et Societatis Iesu; Hic idem Pontifex Pius V. inter Ordines Mendicantium supradictos, comprehendi voluit, in Const. 45. Romanus 48. Apostolicæ, & 49. Romanus Pontifex: & Greg. 13. in Const. 102. Ascendente domino, de ordine Societ. Iesu testatur.

Participantes autem supradictorum Mendicantium Priuileg. sunt, videlicet.

Hoc ordine collocan-

CAnonici Regulares Ordinis S. Augustini, Congregationum, Lateranens. & S. Saluatoris, ac S. Crucis Olimbriens. & Monachorum S. Benedicti Con-

Congregat. & Ordinum Cassinens. Montis Oliueti, Vallis Vmbrosæ; Neenon etiam Congregat. Ciſtercienſ. & Carthuſienſ. Neenon S. Hierony. Hiſpaniar. Ac Camaldul. & Frat. Militiæ Ieſu Chriſti reformatorum nuncupatorum Regni Portugalliæ: Ita diſponuntur, ac eodemmet ſupradicto ordine numerantur, in Conſt. 38. Pij V. Et ſi Mendicantium, &c. circa finem. *tur in cōſt. 38. Pij V.*

Necnon Ordo fratrum Crucigerorū, vt habetur in Bulla confirmationis eorum Priuileg. a Greg. 14. anno 1591. confecta. Cœleſtinorum. Eremitarum S. Hieronymi, de Piſis, per Pium V. anno 1571. & Congreg. Feſulana S. Hierony. Ac Congreg. Cler. Regul. qui vocantur Theatini. Minores. ac Miniſtri infirmorum, vt in eorum Bullis apparet.

Sunt & multi alij participantes, quorum, cum eorum Bul. in Bullar. non reperiantur, cognitionem habere non potui, ipſi autem bene quidem ſciunt.

Supradictorum ordinum breuiter narratur Origo.

Ordo S. Dominici, ſeu Prædicatorum, ab ipſo Sanctiſſ. Patriarcha originē duxit, fuitq; eius Regula confirmata ab Honor. 3. primo anno ſui Pontif. & anno 6. Federici 2. Imperatoris, & noſtrę ſalutis anno 1216. qui feruentiſſimus Beatus Dominicus, ex hac vita migrauit ad Dominum, nonis Auguſti, anno Domini 1223. fuitque poſtea a Greg. 9. in ſanctorum numero collocatus. *S. Domin.*

Eſtq; iſte Ordo diuiſus in Conuentuales, & Obſeruantes; qui Obſeruantes in noſtra Italia, ſunt in Lombardos, & Tuſcos partiti.

Ordo S. Franciſci de Aſſiſio, ab ipſo Seraphico Patre, & Patriarcha fuit inſtitutus, ac Fratrum Minorum vocatus: eiuſq; primę Regulæ confirmationem habuit ab Innocentio 3. anno Domini 1212. & ſecundæ Regulæ, ab Honorio 3. anno 8. ſui Pontificatus, & noſtræ ſalutis circiter 1224. *S. Francis.*

Inſtituit etiam Ord. Monialium S. Claræ, & Tertij Ordinis, de pœnitentia nuncupati, vnde de eo canitur, Tres Ord. hic ordinat, primumq; Frat. nominat, Minorum, Pauperumque fit Dominarum Medius; ſed Pœnitentum, Tertius, ſexū capit vtrumq;. Ac ſacris Stigmatibus, biennio ante ſuū obitum, mirabiliter a Domino inſignitus, migrauit e vita, & vt præfulgida Stella fuit euectus in cœlum, anno a Virgineo partu 1226. 4. die Octobris. Quem poſtea Gregor. 9. anno 1228. retulit in Sanctorum numerum. *Tres ordines inſtituit.*

Sed aduertendum, quod prædictus primus Ordo, Frat. Minorum vocatus, reperitur nunc, in plures partes, ob varias illius reformationes, diuiſus; videlicet, in Conuentuales, in Fratres de Obſeruantia nūcupatos (vulgariter dicunt Zoccolanti) In Capuccinos, in fratres de Tertio ordine, in Diſcalciatos Hiſpaniæ, in Reformatos de Obſeruantia, in Reformatos Cōuentuales, & Reliquos. *Ordo Min. ī plures partes diuiſus.*

Reformatio Frat. de Obſeruantia, exijt a Frat. Conuent. & cœpit ab anno circiter 1414. iuxta Conc. Conſtant. decretū; ſed ei formā, & Ordinem dedit poſtmodū B. Bernard. de Senis, vir magnę ſanctitatis, & gratię, & feruoris in prædicā. ſub Eug. 4. Sum. Pont. an. Dom. circiter 1430. ac ſub eodē, diſceſſit e vita, an. Dom 1444. fuitq; a Nicol. V. Sanctorum Catalogo aſcriptus, anno 1450. *Reformatio Frat. de Obſeruantia.*

E quibus Fratr. de Obſer. exijt Refor. noſtra Capucc. a quodā cœpta deuotiſſ. Frat. Matthæo de Baſchio, ac a Frat. Ludou. a Tenalia, eiuſq; Frat. Patria foroſempron. in Marchia Anconit. Tempore Clem. 7. a quo prædicti Frat. obtinuerunt licentiā habitū portandi cū Capuccio (quo nūc Capuccini vtūtur, & ipſe Seraphicus Pater dum viueret vſus fuit) & alijs illum concedendi, anno Dom. 1526. & 3. ſui Pontif. & poſtea tertio fere anno, cępit hæc eadē Reformatio in partib. Calab. a Sāctiſ. alijs quibuſdā viris, neſciētibus forte de illa alia March. *Capucc. Reformatio.*

Qui Frater Matthæus, quindecim congregatis fratribus, in primo eorum Capitulo generali, fuit Generalis electus anno 1528. Sed breuiſſimo temporis

poris spatio, adeo eorum numerus, diuino fauente numine, creuit, vt in sequẽti Capitulo generali Romæ fuerint 300. fratres Congregati; & iam nunc, gratia, ac virtute diuina, adeo sumus in tanto breui temporis spatio, per omnes Mundi partes multiplicati, vt octo millium fratrum numerũ excedamus. Fuitque iste Ordo, nõ modo ab ipso Clem. 7. sed & ab alijs subsequentibus Sũmis Pontif. ac præcipue a Paullo 3. confirmatus, pluribusq; gratijs, atq; indultis refertus: Necnon a Sac. Trid. Synodo, nomine Religionis inter alias insignitus. A

Aliorum Reformatio De reliquis autem supradictis omnibus Reformatis, dicere breuitatis caussa omitto: sufficiat tantum scire, quod illorum, quidam militant sub obedientia Reuerendissimi P. Gener. Patrum Conuentualium, vel Patrum de Obseruantia: Nos autem Capuccini solum, proprium habemus Generalem, vt & ipsi Patres Conuentuales, & de Obseruantia habent. B

S. August. Augustin. natus est anno 358. Reparationes ordinis. ORdo Eremitarum S. Augustini, fuit ab ipsomet, hæreticorum malleo, Augustino, post suam conuersionem fundatus, anno Dom. 394. Et post Africanas ruinas a Vuandalis factas; a quodam Sanctiss. Gulielmo, Aquitaniæ Duce, facto huius Ordinis Eremita, in Gallia fuit reparatus, anno Domini circiter 1157. Vnde fratres Gulielmitę multo tempore fuerunt vocati.

Ac postmodum, per quemdam Ioannem Bonum, in tota Italia, ac pręcipue in Lombardia fuit reformatus: & ab Alex. 4. Summo Pontifice, sub vno nomine, eodemque habitu, ac sancti Augustini, eremitano Instituto, & Regula coadunatus, sicut hucusque iam perseuerat. C

Exstatq; hic Ordo diuisus, in Conuentuales, & Obseruantes. Obseruantes, in plures alias Congregationes; inter quas celebris adest Congregatio Carbonaria, siue S. Ioannis huius Ciuitatis Neapolis, in Campania, siue Terra laboris erecta; cuius caput fuit quidam F. Simon Cremonẽsis, Philosophus, ac Theologus insignis, anno salutis 1399.

Carmelitarum. CArmelitarũ ordinem, primam traxisse originem, ferunt aliqui ab Helia, Prophetarũ maximo (licet aliqui alij dicant, hoc vmbram esse potius, & figuram) qui in Monte Carmelo, vna cum aliquibus suis discipulis, vitam eremiticam, ac religiosam colere cœpit, ante Virginis Partum annis fere 900.

Multiplex huius Ord. institut. Secunda alia origo incepit a Ioanne Baptista, & post Iesu Christi Passionẽ, a multis apostolicis viris, qui montem illum Carmeli, solitariam vitam ducẽtes, inhabitare cęperunt: Ibique Ecclesiam quamdam, ad honorem Beatiss. Dei genitricis Mariæ, quam sibi in Patronam, & Protectricem elegerant, cõstruxerunt. Et sic illi, vsq; ad annum a Virginis partu, 412. perseuerauerunt. Quo tẽpore Ioannes quidam doctissimus, ac sanctissimus, Græcus, Patriarcha 44. Hierosolymitanus, qui fuerat antea Prior huius Ordinis in Monte Carmelo, primo Regulam quamdam eis obseruandã pręscripsit. Deinde anno circiter, 1110. Albertus quidam Patriarcha similiter Hierosolymi. aliam eis dedit Regulam, quæ huc vsq; semper postmodum est obseruata; fuitq; confirmata ab Honorio 3. in primo sui Pontific. anno. Ac, vt eum, quo nunc vtuntur habitu, possent portare, concessit Honorius 4. anno Domini 1287. Et vt possent carnem comedere, eis in præfata Regula prohibitam, concessere Eugenius 4. anno 1431. & Pius 2. anno 1459. & Six. 4. anno 1476. D E

Permissio comestionis carnis.

Postremo vero a Magist. F. Ioanne Soreth, fuit Ordo reformatus, & proinde in duas partes remansit diuisus, in Conuentuales, scilicet, & Obseruantes.

Quattuor alij Ordines, Mendicantibus adiecti. *Hi supradicti, sunt 4. Ordines Mendicantium Principales, quibus sunt etiam et infrascripti alij 4. postmodum adiecti, videlicet, Seruorum B. M A R I Æ, S. Francisci de Paula, Sancti Hieronymi Iesuatorum; ac Societatis Iesu.*

Seruita. SEruorum B. M A R I Æ Ordo (vt eorum narrant monumenta) a septẽ nobilissimis viris Florentinis, in Mõte Senario, prope Florentiã, ex B. M A R I Æ

Vir-

Virginis monitu,fundationem mirabiliter cœpit:Ac mirabilius propagari visus est a B. Philippo,sanctitate,& nobilitate celeberrimo,anno Domini 1233. sub Greg. 9.

Virgineoq; monitu,hunc,quem ferunt habitum,ac Regulã D.August. obseruandam susceperunt:& ab Alex.4.postea Ordo iste confirmatus,ac inter 4.Mẽdicantes connumeratus fuit,anno salutis circiter 1255. Postmodũ vero a quodã R.P.Nicolao Perusino,tunc totius Ordinis generali,fuit iste Ordo in duas partes diuisus,& alij Conuentuales,alij vero Obseruantes nuncupantur. *Ordo inter Mendicantes numer.*

Hocq; nomine Seruorum B.M A R I Æ,ex voce quorumdã puerorũ infantiũ, & lactentiũ,miraculose edita,insignitos remansisse fertur;ipsi enim pueri vidẽtes aliquos ex supradictis septem, eleemosynam per ciuitatem quærentes,exclamare(licet infantes)clarissima voce cęperunt,en serui B.MARIÆ Virginis veniũt,date eis Eleemosynam, adeo vt ita in posterum semper vocati fuerint.

MInimorũ Ordinis caput,& fundator inclitus fuit S. Franciscus a Paula, anno Domini 1450.qui ob multitudinem,tam virorum,quam mulierũ, ex omnibus partibus ad se confluentium,tres Regulas instituit; vnam pro Fratribus, aliam pro Monialibus, & tertiam pro Mantellatis; quæ confirmatę, & approbatę fuere a Six.4.Innocentio 8.& Alex.5. Qui Sanctiss. Patriarcha,sanctitate,& miraculis plenus,migrauit ad Dominũ, anno salutis 1507.& a Leone 10.Sanctorum Catalogo ascriptus,est anno 1519. *Ordo Minimorum.*

SAncti Hieronymi Iesuatorum, seu Clericorum Apostolicorum Congregationis,auctor fuit B. Ioannes Colombinus,nobilis inter Senarum ciues, ab anno nostræ salutis circiter 1355.eo modo,quo historię dicunt. Qui ex hac luce in cęlestem patriam euolauit,anno Domini 1367.sub Vrbano V.Summo Põtific.Fuitq; ipse Vrbanus huius Ordinis approbator,habitusq; concessor,anno Domini 1367. Qui ordo sub D.August.patrocinio militat, & sub Obseruantia cuiusdam Regulę, sibi a quodam eorum fratre, & postmodum Episcopo facto Ferrariense,vitæ sanctitate celeberrimo, præscripta. *S. Hierony. Iesuator.*

Et vocãtur fratres Iesuati, vel ob frequentiam, quam huius nominis Sanctiss.Iesu in ore habebant;vel,vt alij dicunt,quia sic eis,ex ore infantium,& lactentium diuinitus fuit illud nomen impositum, & ab eorum supradicto Fundatore,prophetico spiritu præscriptum. *Cur Fr. Iesuati,appellentur.*

Ac appellantur Fratres Iesuati S. Hierony.quia ex magna deuotione, quam antiqui illi Patres, erga hunc pœnitentiæ speculum semper habuerunt, in eorum Congregationis Protectorem,illum suscipere decreuerunt. *Cur S. Hieronymi.*

Et postmodum,per Alex.6.tali nomine eos vocari fuit mandatum,vt ex eorum Bulla,inter eorũ Priuilegia posita,apparet; adeo vt ex illo Pontifice semper postmodum ab alijs Summis Pontif. Congregatio Iesuatorũ sint appellati.

SOcietatis Iesu Ordinis, Caput,& fundator fuit(vt testatur Greg.13.in cõstit.sua 102.Ascendẽte Domino)Nobilis ille Ignatius de Loyola Hispanus, qui,sibi adiũctis illis strenuissimis Christi Iesu commilitonibus, Petro Fabro, Iacobo Iayu ez,Simeone Rodorico, Nicolao Bobadilla,ac Alphonso Salmerone,& quibusdam alijs,in Italiam venit,anno Domini 1537.siue 1540.vbi mirabilia,per ipsos,in Augmentum Sanctissimæ fidei, animarumque salutem, Deo in dies operante, statuerunt Congregationem illam,non Ignatij, sed Societatem Iesu Christi appellare;adeo,quod exinde Iesuitę appellantur: Quã Paullus 3.Farnesius Sũmus Põtifex,anno a Virgineo Partu 1545.cõfirmauit;multisque eam postmodũ Priuilegiis locupletauit: vt etiã Iulius 2.anno 1550. Greg. 13.in const.102. Ascẽdente Domino, alijq; subsequentes Sũmi Pontif. fecerũt. *Societatis Iesu. Cuius vita, exacte reperitur scrip. a R. P.D.Petro Ribadenrica eiusdem Societatis. Vt in cõst. 21. Regimini.*

Hi ergo supradicti quattuor alij Ordines, inter Mendicantes sunt aggregati, vt supra est dictum.

Par-

Participantes autem Mendicantium Priuilegia, sunt sequentes.

Canonici Regulares Lateranenses.

Vt aiunt Possid. & Vincentius Bellu acẽs. in Spec. doctrinal. lib. 19. c. 16 et D. Antoninus 2. part. hist. & alij.

CAnonici Regulares, Ordinis S. August. dicti Lateranenses, ab Apostolis primum (vt narrant historiæ) traxerunt orginem, sed postmodum a B. August. fuit talis Congregatio, regulariter ordinata, cũ quibus Canonicis, ipse factus Presbyter a Valerio Episcopo, secundum Regulam ab Apostolis traditam, aliquamdiu vixit. Qui, cum post aliqua temporum spatia, varias habuissent a laudabilibus viris Reformationes, secundumque illas varia sortiti essent nomina; inter alias, prima fuit ista Congregatio Lateranensis. Quę tandẽ fuit reformata in templo S. MARIÆ Frigionariæ, prope Ciuitatem Lucæ, anno 1407. a quodam Clerico nobilissimo Romano, nomine Bartholomæo, Illustrissimæ familiæ Columnæ, vna cum quodam eius Socio, nomine Iacobo de Auogradis V. I. Doctore excellentissimo: sed prius per 800. annos, vsq; ad Bonifacium 8. fuerunt in Ecclesia Lateranensi, a Gelasio, discipulo prius S. Augustini, & Summo Pontifice postea creato, instituti, sub Regula D. August. semper viuentes; ex qua Ecclesia licet in posterum pluries essent eiecti, ac iterum regressi; tãdem sub Six. 4. Summo Pontifice omnimode illius possessionem amiserunt; non tamen titulum, & Priuilegia, vt ipse idem Pontifex eis concessit, vna cum Monasterio S. MARIÆ Pacis, in quo adhuc vsq; Romæ perseuerant.

Canonici S. Saluatoris.

Vt testatur Aug. Manstens Mantuanus huius Congregat. Can. in sua Apologia.

CAnonici Regulares Congregationis S. Saluatoris, initium habuerunt in quadam Canonica vocata S. MARIA Reni, apud Flumen Renum, & ad duo milliaria prope Ciuitatem Bononiæ sita, in qua quidam Canonici cohabitabant, secundum Regulam D. August. viuentes; fuitq; talis Ordo ibi ab Innocentio 2. confirmatus, anno Domini 1136. & in hac Canonica perseuerauerunt vsq; ad annum 1350. qua postmodum a Militibus Ioannis Vicecomitis, in obsidione Bononiæ deuastata, se intra Ciuitatem, in Canonica S. Saluatoris transtulerunt, in qua, vsque ad annum 1418 perseuerauerunt: qui postmodum vniti, cum quodam P. Stephano Senensi, & Socijs, ex Ordine Eremitarum Lecettij & a Greg. 12. & Mart. 5. confirmati, habituq; Canonico induti, circa annũ Domini 1408. & 1418. nomen sumpserunt Canonicorum S Saluatoris; adeo, vt eorum verum principium sit protractum ex præfata Canonica S. MARIÆ Reni, & S. Saluatoris Bononiæ, ac S. Saluatoris Licetti.

Cur Scopettini vocati sint.

Et licet aliqui velint originem duci a S. Donato de Scopetto, prope Florentiam sito, & nunc iam diruto, & quod proinde Fratres Scopettini sint vocati; veritas tamen est, quod iste non fuit primus, sed quartus locus tribus illis supra nominatis adiectus: vnde D. Antoninus in 2. parte suæ histor. titu. 15. ait, quod hæc Congregatio dicitur Scopettinorum, a dicto loco S. Donati, sed magis proprie S. Saluatoris Itaq; hæc eorum appellatio Scopettinorum, fuit ab illo loco, in quo tunc inhabitabant, & non a primo initio; vt solet in pluribus Ciuitatibus obseruari, vt vocentur Religiosi a titulo illius Ecclesiæ in qua degunt, vt puta nos Capuccini, vocamur fratres S. Eufemij in Ciuitate Neapol. ab Ecclesia illius loci, in quo habitamus, & sic etiam multi alij. Sed principalis eorum titulus est S. Saluatoris, vt iam est dictum.

S. Benedic.

Reformat. Ordinis.

MOnachorum S. Benedicti Ordinem Montis Cassini, ac sanctæ Iustinæ votum, ab ipso beatissimo Patriarcha, in Sublaco primum, ac in Monte Cassino postmodum sumpsisse primordia anno Domini circiter 530. nemini latet: Sed fuit postmodum reformatus ab Odone in Abbatia Cluniacensi anno 913. & a Ludouico Balbo in Abbatia S. Iustinę Ciuitatis Paduæ anno 14[illegible]0. Qui quidem Benedictus a Domino tales, tantosq; habuit ramos, vt breui temporis cursu, totum fere, statutis temporibus, eorum Sanctitate, & disciplina, illustrarint Orbem: & inter alios, fuerunt Congregationes, & Ordines, Montis Oliueti, Vallis Vmbrosæ, Cisterciensium, Carthusiensium, Cęlestinorum,

&

& aliorum, quos supra, Priuilegiorum Mendicantium Ordinum, esse factos participes a Pio V. recensuimus.

Et vt de singulorum Origine, aliquid (sicut de aliis fecimus) dicamus, est sciendum, quod:

MOntis Oliueti Congregationem, quidam Bernardus Tolomaei cum duobus aliis Sociis Senensibus, fundare cœpit in Monte Oliueto, prope dictam Ciuitatem Senarum ad 15. milliaria sito, anno Domini 1319. sub Ioanne 22. Summo Pontifice, cuius iussu, Guido Petramala Episcopus Ciuitatis Aretii, visione prius B. Genitricis Dei MARIÆ prehabita, & habitum, quem nunc ferunt, dedit, & Regulam S. Benedicti obseruandam praescripsit. *Montis Oliueti.*

VAllis Vmbrosae exordium fuit Ioannes Gualbertus nobilis vir Florentinus, in quadam parte Montis Apennini, vocata Vallis Vmbrosa, prope Florentiam ad 20. milliaria, circa annum Domin. 1040. vel secundum alios 1060. Qui Ioanes, miraculis clarus, discessit e vita, anno nostrae salutis 1073. tépore Greg. 7. ac postmodũ ab ipsomet, siue a Callis. 2. Põt. fuit in SS. num. collocat. *Vallis Vmbrosa.*

CIstercienſium (vt historiographi volunt) fuit auctor Robertus Abbas Abbatiae Molismensis; quae Congregatio, a Monasterio primitus aedificato, in quodam loco Cistercio dicto, tale nomen sumpsit; & post paullulum temporis interuallum, a Diuo Bernardo, Clarauallense Abbate, sua doctrina, ac morum sanctitate; adeo fuit illustrata, & sanctis institutis imbuta, vt merito eius fundator possit appellari: Qui migrauit ad Dominũ, anno salutis nostrae 1153. sub Eugen. 3. Summo Pontif. & ab Alexandro 3. inter sanctos adnumeratos est anno Domini 1165. & haec Congreg. D. Benedicti Regulam obseruat. *Cistercienſ.*

S. Bruno, natione Germanus, ex Colonia Agrippina, originẽ trahens, in Eremum quamdam, (quam Carthusiam vocant) amplam quidẽ, sed prorsus incultam, atque a nemine habitam, in dioecesi Gratianopolitana, ab Hugone Vrbis Gratianopolis, Episcopo sanctiss. sibi datam, sex sociis comitatus, cum se cessisset, sacri Carthusiani Instituti primus auctor & architectus fuit, anno salutis millesimo octogesimo quarto, tempore Victoris tertii Summi Pontificis: ex qua Carthusia, vbi primum Monasterium constructum fuit, vnumquodque eorum Monasterium Carthusia, & ipsi Religiosi Carthusienses, siue Carthusiani vocantur: qui sanctissimus Bruno aedificata postmodum, amplissima illa Abbatia in Prouincia Calabriae, in Squillacensi territorio sita, migrauit ad Dominum anno 1101. in Cathedra Petri sedente Paschale 2. & anno 1514. a Papa Leone X. in Sanctorum num. fuit adscriptus. *Carthuſ.*

CAmaldulensiũ Congreg. fuit institutor, & caput, B. Romualdus, e Ciuit. Rauennae oriundus, anno salutis 904. quae Congregatio ex famosissimo illo Conuẽ. Camalduli, in territorio ciuitatis Aretii, Prouinc. Tusciae, ab ipso B. Romualdo ędificato, nomen accepit Camaldul. & Reg S. Benedicti obseruat. *Camaldul.*

Qui Romuald. floruit multis miraculis clarus, anno a Virgineo Partu Millesimo, ac aetate ann. 120. ex hac luce discessit in Valle Castri Marchiae Anconit.

COngreg. Eremit. S. Hieronymi ę Pisis, originem habuit a B. Petro de Pisis, nobilissimae prosapiae, de Gambacorta, an. Dom. 1380. quę Congreg. Eremitar. S. Hieronymi vocari voluit, tum ob incredibilem deuotionẽ, quam semper in suo pectore gestauit erga hunc S. Eccles. Doctorẽ Hieronymum, cum etiã, vt hoc nomine insigniti, illius vestigia sectari, eius discipuli conarentur. *S. Hierony. e Pisis.*

COngreg. Fesulana S. Hieron. initium suũ habuit, a B. Carolo filio egregii D. Antonii de Rumena, Comitis Montis Granelli, dioecesis Sarcinatẽsis; quę Ciuitas sita est in Montib. Apẽnini supra Cęsenã, an. 1386. Hic B. Carolus, cum esset Sacerdos, & ad perfectiorem vitam anhelaret, assumptis secũ duobus sociis, eiusdẽ spiritus, videlicet Redone de Monte Granello, & Gualterio Masso, Eremitorium construxit intra ruinas Ciuitatis Fesulanae; ibique subextrema *Additio. Congregat. S. Hierony. Fesulani.*

ma paupertate degens, multos congregauit Discipulos, qui sub eius disciplina profitebantur vitam eremiticam & sub hoc titulo, videlicet eremitarum S. Hieronymi, huiusmodi Congregatio, viuente adhuc prædicto Carolo, approbata & confirmata fuit ab Innocentio PP. VII. anno 1405. & a Gregorio XII. Postmodum eadem Congreg. approbata fuit, confirmata, & multis priuilegijs aucta, & ornata ab Eugenio IV. qui voluit & mandauit, vt deinceps non Congregatio eremitarum, sed Congregatio Fratrum Mendicantium S. Hieronymi Fesulani nuncuparetur; & professionem emitteret iuxta Regulam S. Augustini quoad tria vota essentialia: cuius extant litteræ Apostolicę, sub die 26. Iulij 1441. Supradictus B. Carolus obijt Venetijs die VII Septemb. 1417. hora Tertiæ, & sepultus fuit in Ecclesia S. Mariæ Gratiarum prope altare maius.

S. Hieron. Hispan. Congregationis Eremitarum S. Hieronymi Hispaniarũ Fundator, seu potius Reformator fuit, & Rector, Doctissimus quidam Luppus de Oliueto Hispanus; qui in Vrbe, Ecclesiam S. Alexij in Monte Auentino sita, a Sũmo Pontific. obtinuit, ac faciendi, seu potius reformandi huiusmodi Congregationem licentiam impetrauit; eiq; quamdam Regulam, ab operibus S. Hierony. collectam, obseruandam tradidit. Vel, vt aliqui alij volunt, Congregatio ista habuit principiũ ab Eusebio Cremonẽsi, gloriosissimi Hieronymi discipulo, cuius credũtur vestigia sequi Monachi de Guadalupe Hispan. sed potest esse, quod isti fuerint reformati a supradicto Luppo, & diuisi ab ista Cõgreg. Discessit ex hac vita Luppus anno 1433. anno 3. Eugen. 4. sepultusq; est in dicta Eccl. S. Alexij.

Cælestini. Ordo Cęlestinorum, originem habuit, & nomen a Sanctissimo Petro de Morono, dicto Papa Cœlestino V. creato anno Domini 1296. In quodam Mõte prope Ciuitatem Sulmonam, vocato Magella; confirmationem illius obtinuit a Greg. X. Ac e vita discessit, post Papatus renuntiationem anno 1296. sub Bonif. 8. Summo Pontif. & in Sanctorum num. fuit collocatus a Clem. 5. anno 17. a suo felicissimo transitu.

Cruciferi. Ordo Fratrum Crucigerorum, a Ciriaco Episcopo Hierosolymitano, (qui fuit ille Iudas, qui Crucem Domini nostri, Sanctissimæ Reginæ Helenæ præmonstrauit) originem sumpsit, anno Domini 365. vt duę Bullæ Alex. 3. & Alex. 6. testimonium ferũt: vel (vt Chronica Martiniana, & Sabellica aiunt) a Cleto 2. post D. Petrum, Summo Pontifice; Et licet, Ordo iste pluries fuisset ob ingruentia bella penitus fere deuastatus, & iterum, atque iterum vigorosius reualidatus; Pius tamen 2. Summus Pontif. in Concilio Mantuæ celebrato, anno 1466. ordinauit, vt fratres illius, habitu coloris cęrulei azurrini induti per gerent (cum alterius prius coloris eorum vestimentum esset) ac confirmauit etiam, vt semper præ manibus Crucem gestarent; Ex quo tempore semper, & Crucem Argenteam, & talis coloris, habitum deferre consueuere: Ac postmodum a Pio V. fuit iste Ordo approbatus, eorumque Priuilegia confirmata, ac plura alia concessa, vt in eorum Bullis patet.

Et huius Congregationis adest in Hispania, Ordo Hospitalium Sancti Antonij Crucigerorum cum Stola: & Saxiæ.

Redemptionis Captiuorum. Congregatio Redemptionis, siue Mercedis, initium sumpsit in Ciuitate Barcinonæ in Hispania, tempore Clem. 4. Summi Pontificis, anno Domini 1264. Huius congregationis Religiosi, redimendi Captiuos e Turcarum manibus habent officium, & induuntur habitu albo, cum Cappa ad similitudinem Carmelitarum, sed in pectore, a parte dextera, scutum deferunt cum Cruce alba in campo Rubeo in parte superiori posita, & in parte inferiori, cum Aragoniæ Regni insignibus.

Sanctiss. Trinitatis. Ordo Sanctissimæ Trinitatis, (qui idem, vt supradicta Congregatio Redemptionis, habet officium) Principium habuit a quodam F. Ioanne, in cuius sepulcro posito in Ecclesia S. Thomę de Mori, Romæ in Monte Celio; vbi

vbi huiusmodi fratres habitát,reperiútur inscriptæ infrascriptę litterę: Anno Dominicę incarnationis 1197.Pontificatus vero D.Innoc.3.anno 1. 15.Kalen. Ianu.Institutus est,nutu Dei,Ordo Sanctiss.Trinitatis,& Captiuorum,a Fratre Ioanne, sub propria Regula sibi ab Apostolica Sede concessa. Sepultus est idem Fr.Ioannes in hoc loco,anno Domini 1213.Mensi.Decembr.21.e quibus, & fundatoris, & temporis fundationis eius habetur cognitio, Induuntur isti habitu toto albo,cum Cruce quadam in pectore cærulea & Rubea.

CONgregatio Clericorum Regularium, qui vocantur Theatini, originem habuit,a Domino Petro Carraffa,Illustri Domino Neapolitano;qui Episcopus Theatinus a Iulio 2. creatus, Episcopatui postmodum renuntiauit,ac cum tribus alijs nobilissimis viris,voto sollemni facto obseruádi tria illa,quæ alij Religiosi vouere solent, ante Principis Apostolorum Altare in Ecclesia eiusdem, Romæ anno nostræ salutis 1528. tempore Clement.7. Theatinis Patribus initium dedit; qui ab ipso Episcopo Theatino,Theatini sunt appellati: verum quia(hac Congregatione fundata)fuit postea a Paulo 3.Cardinalis factus,& post mortem Marcelli,Summus Pontifex electus,& Paullus 4. appellatus; Ideo a multis etiam Paullini sunt vocati;sed vniuersalius,Theatini. *Theatini.*

CONgregatio Clericorum Ministrantium infirmis,hisce nostris temporibus sumpsit exordium ab admodum R. P. Camillo de Sellis Theatinens. Diœcesis anno a Virgineo Partu circiter 1584. qui cum quibusdam suis Socijs P.scilicet,Francisco Propeta.P.Bernardino Norcino.P.Curtio Lodi, & P. Blasio de opertis, huius Congregationis obtinuerunt approbationem a Six.V. Summo Pont.anno primo sui Pontific. & nostræ salutis 1586. vt in eius Bulla apparet:quę postmodum a Greg.14.anno Domini 1591.fuit innumeris decorata gratijs, Indultis, ac Priuilegiis, vt in Bulla illius: Qui pro gregis Dominici &c.fusius est videre;& nos infra,in tractatu Compendij de ea pluribus in locis dicemus. Qui P.Camillus adhuc viuit,& est Prefectus Generalis prædictę Congregationis, maxima cum eius, ac suorum laude, animarum salute, Congregationisque profectu. *Ministri infirmorum.*

CONgregatio Clericorum Regularium Minorum, principium habuit in hac Ciuitate Neap. ab admodum R. P. Augustino Adorno Ianuense,cum aliquibus suis socijs, videlicet, Ioanne Francisco, & Fabricio Illustriss.Familiæ Caracciolorum, sub Six. V. Summo Pontifice, anno Domini 1589. Fuitque postmodum confirmata a Greg 14.& a S. D. N. Clem.8. Ac Priuilegia Patrum Theatinorum fuerunt ei concessa, & per consequens, omnium aliorum Mendicantium,per viam participationis. Et iam in hac Ciuitate Neap.Sacratissimum,& Antiquissimum Templum Sanctæ Mariæ Maioris,in continuis feruentissimis orationibus; alijsque carnis macerationibus, summa cum eorum laude,ac proximorum salute inhabitant. Qui quidem P.Augustinus Neap.bié nio fere post supradictæ Congregationis fundationé, sanctissimo fine quieuit. *Minores.*

SVBMONITIO AD LECTOREM.

AT hæc sic breuiter, pro enucleatione fundationis, & Originis supradictarum Religionum,ac Congregationum,dicta sufficiant;seruato semper maiore quo dignæ sunt honore,& laude a facundioribus aliis,& eruditioribus,vt decet,explicandis:Ex huiusmodi vero illarum relatione, seu priore, vel posteriore collocatione, suis Præcedentiis, vel Dignitatibus, quidquam nigredinis, siue degradationis apponere,meum vnquam animum fuisse,Nullus quæso suspicetur: Sedenim potius,me & eum ordinem obseruasse,quem in Bullis, in supradictarum nonnullarum Religionum nominatione, seu collocatione reperi; & maiori qua potui bre-

breuitate, simplicem earum fundationis, & originis notitiam, simplicissima intentione enarrasse sciat. Licet enim illarum aliquæ, posteriores tempore, fuerint a me, ante alias per prius fundatas, collocatæ; hoc tamen non fuisse factum, scias candidissime lector, prò eorum fundationibus; sed quia tali ordine, illarum Aliquas, Summis Pontificibus in suis Bullis placuit enumerare, seu disponere, & Alias principaliter, inter quattuor Mendicantium Ordines aggregare: Quę, cum quo ad hoc videantur aliquid plus, quam alię, quę sunt participantes tantum, cum illis connexionis habere; Quid mirum, si sicut viciniores, aut propinquiores sunt (vt ita dicam) in eorum participando Priuilegia; ita & in ordine, etiam viciniores sint collocatę? Omnia ergo quæso, quã ego motus fui animi sinceritate, & tu accipe, Deumque pro me tuo seruo indignissimo, ora.

Quæ sunt Seru. B. M. S. Franc. a Paula. Societ. Iesu. S. Hieron. Iesuat.



SEQVVNTVR NOMINA SVMMORVM PONTIFICVM, Qui, successiue præfuerunt Ecclesiæ Romanę, a tempore, quo fundati sunt Ordines Fratr. Minorum, et Prædicatorum: quorum Pontificum plures, immo fere omnes, multa, vel saltem, aliqua concesserunt Fratr. Minoribus, et alijs Mendic. prout in hoc Compen. liquido apparet.

Et in Margine apponuntur anni, eorum Coronationis, & obitus.

Anni Coronationis.		*Anni Obitus.*	*Anni Coronationis.*		*Anni Obitus.*
1198	Innocentius I I I.	1216	1389	Bonifacius I X.	1404
1216	Honorius I I I.	1227	1404	Innocentius V I I.	1406
1227	Gregorius I X.	1241	1409	Alexander V.	1409
1241	Cœlestinus I V.	1241	1410	Ioannes X X I I I.	1415
1242	Innocentius I V.	1254	1417	Martinus V.	1431
1255	Alexander I V.	1261	1431	Eugenius I V.	1447
1261	Vrbanus I V.	1264	1447	Nicolaus V.	1455
1265	Clemens I V.	1268	1455	Callistus I I I.	1458
1271	Gregorius X.	1275	1458	Pius I I.	1464
1275	Innocentius V.	1276	1464	Paullus I I.	1471
1276	Hadrianus V.	1276	1471	Sixtus I V.	1484
1276	Ioannes X X I.	1277	1484	Innocentius V I I I.	1492
1277	Nicolaus I I I.	1280	1492	Alexander V I.	1503
1281	Martinus I V.	1285	1503	Pius I I I.	1503
1285	Honorius I V.	1287	1503	Iulius I I.	1513
1288	Nicolaus I V.	1293	1513	Leo X.	1521
1293	Cœlestinus V.	1294	1522	Hadrianus V I.	1523
1295	Bonifacius V I I I.	1303	1523	Clemens V I I.	1534
1303	Benedictus X I.	1303	1534	Paullus I I I.	1549
1304	Clemens V.	1313	1550	Iulius I I I.	1555
1316	Ioannes X X I I.	1334	1555	Paullus I V.	1559
1334	Benedictus X I I.	1342	1560	Pius I V.	1565
1342	Clemens V I.	1352	1566	Pius V.	1572
1352	Innocentius V I.	1362	1572	Gregorius X I I I.	1585
1362	Vrbanus V.	1371	1585	Sixtus V.	1590
1371	Gregorius X I.	1378	1591	Gregorius X I V.	1591
1378	Vrbanus V I.	1389	1592	Clemens V I I I.	

A

COMPENDIVM PRIVILEGIORVM,

A VARIIS SVMMIS PONTIFICIBVS, & Apostolica Sede, Fratribus Minoribus, necnon, & alijs Fratribus Mendicantibus, ac Monialibus, & tertiarijs sibi subiectis, eorumq; ordinibus concessorum,

B

SECVNDO EDITVM, CVM MVLTIS ADDITIONIbus, tàm ex Priuilegijs præfatorum Fratrum, denuò repertis, & obtentis; quàm ex Priuilegijs Fratrum non Mendicantium; quibus Fratres Minores, per nouam concessionem Clementis VII. gaudere possunt; ac etiam ex contentis in Iure Canonico, quæ præfatos tangunt Fratres; alphabetico ordine, per quemdam Fratrem Minorem Prouinciæ Sancti Iacobi, congestum.

POSTREMO REFORMATVM A R. P. F. HIERONYMO A SORBO, Prędicatore Ordinis Capuccinorum; Et ab eodem, eiusdem Ordinis nunc Generali denuo correctum, & auctum, feliciter incipit.

C

ABBAS.



CIENDVM, quòd licèt Prælati fratrum Minorum, aliorumq; Mendicantium, Abbates minimè appellentur; nihilominus in priuilegijs huiusmodi fratrum continentur nonnulla, quæ ad Abbates pertinent. Ista autèm primò sunt quædam prohibitiones receptionis fratrū Minorum, aliorumque Mendicantium, ad ordines monachales transire volentium. Hæc verò, vt in loco magis congruo, ponuntur in dictione, Recipere. ¶ Et quia nunc fratres Minores, per nouam concessionem Clemētis septimi, quæ habetur in dictione, Communicatio priuilegiorum. §. 19. gaudent priuilegijs Ordinum non Mendicantium, quorum aliqua concernunt Abbates, pro vt habetur infra varijs dictionibus, præsertim, Absolutio, Dispensatio, Officium diuinum, Interdictum: poterunt Prælati fratrum Minorum vti omnibus, concessis Abbatibus Ordinum monachalium. *Collector.*

D

CAPVCCINI ANNOTATIO.

CIRCA prohibitiones receptionis Fratrum Minorum, aliorumq; Mendicantium, ad ordines monachales, vel intra se transire volentium, aliquas ponam declarationes, secundum Conc. Trid. aliorumq; Summorum Pontificum decreta, infra in verbo, Recipere. Et quando, & quomodo Abbas possit conferre minores ordines, dicam etiam infra, in verbo, Ordines Sacri, in fine.

E

ABBATISSA.

¶ *Distinctio concessionum subscriptarum.*

EX infrascriptis concessionibus attinentibus ad Abbatissas, quædam concernunt earum electionem, & durationem; & habentur in §. vbi in margine ponitur ista dictio, Electio; aliæ verò pertinent ad earumdem Abbatissarum officium, & facultatem; hæc autem continentur in §. vbi in margine ponitur hæc dictio, Clausura, vel Receptio. *Collector.*

1 *Electio.* INNOCENTIVS iiij. & posteà Bonifacius viij. ordinauerunt, & præceperunt, vt electio Abbatissæ monialium Sanctæ Claræ, liberè pertineat ad conuentum. b. fo.32. Et ffo.33. concess.35. A

2 *Electio.* VRBANVS iiij. idem statuit quod Innocentius suprascriptus, ac multa alia concernentia officium Abbatissæ; prout latè habetur in regula, quam ipse ordinauit pro monialibus S. Claræ, rubrica 22. vide ibi. fol. 189. tractatu 3. Et ffo. 298. tract. 2.

3 *Ex iure cõmuni. Electio. Per Conc. Trid. ordinatur utnõ eligatur nisi 40. ann. attigerit sess. ult. c. 7.* BOnifacius viij. statuit, vt cũ Abbatissę fuerit electio facienda, nulla monialis, nisi duodecimũ annum peregerit, & professa fuerit, tacitè, vel expressè, ad eligendum cum alijs admittatur; nec in Abbatissam, aut Priorissam, vbi per Priorissam monasterium gubernatur assumatur: nec de cæterò eligatur aliqua, nisi tricesimum annum compleuerit, & expressè professa fuerit ordinem regularem. Habetur in iure communi. c. Indemnitatibus lib. 6. vbi multa alia ponuntur attinentia ad huiusmodi electioné, quæ longum foret hic ponere. Vide ibi. B

4 EVgenius iv. ordinauit, quòd sicut Abbatissæ, & aliæ sorores, & earum Prouisoræ ad hoc deputatæ, tenent claues, quibus ab intra, portę monasteriorum clauduntur: sic per Confessores, aut alias honestas personas, per Ministros generales, aut prouinciales deputandas, ex parte exteriori, habeantur claues, & conseruentur. b. fo.42. Et ffo. 39. conce. 44.

5 *Electio. Pro monialibus Sanctæ Claræ & tertij ordi.* ¶ IDEM Eugenius statuit, quòd in electione, & creatione Abbatissarũ, seu Ministrarũ, vel Matrũ ordinis Sanctæ Claræ, & tertij ordinis, illæ tantũ, ex monialibus, vel sororibus, vocẽ habeant, quæ per annos tres, vel circa, in earumdem monasterijs, vel collegijs fuerint: in qua electione maior pars votorum, ad minus medietatem superans, debeat conuenire. b. fo.46. Et ffo.42. conce. 47. C

6 *Electio.* NIcolaus v. statuit, & ordinauit, quòd electiones Abbatissarum, seu Matrum monialium, quæ à maiori parte earum numero dumtaxat, factę fuerint, sint, & censeantur canonicæ. Ac quòd ad ipsorum monasteriorum, seu domorum moniales, aut sorores, ordinem ipsum professas, etiam quæ per triennium, vel circiter, in prædictis monasterijs moram traxerint, spectent, & pertineant. b. fol. 48, Et ffo. 43. conce.48.

7 *Electio.* ¶ IDEM Nicolaus statuit, quòd prædictarum Abbatissarum, seu Matrũ monialium dignitates, vel officia, per annũ tantùm durent in partibus cismontanis scilicet, Italiæ, & alijs ei annexis; temporeq; illo decurso, etiam si iustas renũciationes non fecerint, vacent, ac vacare censeantur. Et quòd in fine huiusmodi anni, à die electionis earum cõputandi, teneantur, sub excõicationis pœna, ipso facto (si cõtrafecerint) incurrenda, renunciare regimini, & administrationi monasteriorũ, seu domorum earum; ac sigillum, & claues monasteriorũ, & officinarum restituere in manibus Prouincialium fratrũ minorum, illarũ prouinciarum, in quibus monasteria, & loca ipsa consistunt; vel saltem in manibus Visitatorum monasteriorum, seu domorum huiusmodi, per eosdẽ Prouinciales in congregatione fratrum deputandorum, & ad id, ab eisdem Prouincialibus, potestatem habentium. Et hoc voluit fieri in pręsentia sororum, seu monialiũ, ad id specialiter vocatarum. b. fo.48. & ffo.43. conce.48. Et fffo.40. conce. 128. D E

Excommunicatio. Renũciare.

8 *Receptio ad habitũ, vel professionẽ* ¶ IDEM Nicolaus statuit, quòd prędictæ Abbatissæ, nec simul omnes moniales, possint aliquam ad religionem, vel professionem recipere; nisi de Prouincialis, aut Visitatoris expressa licentia. Nec similiter recipere præsumant, aut valeant aliquem in capellanum, vel receptum retinere, nisi à Prouinciali, vel Visitatore, pro idoneo reputatus fuerit. b. fo.48. & ffo. 43. conce.48.

9 LEO x. vt monasteria monialiũ debite regatur, & gubernentur, ac illorum Abbatissæ circa officiũ sibi cõmissum, summa cum diligentia, omniq; sanctimonia, si nõ diuino amore, amotionis saltẽ metu, semper intẽtæ existãt, statuit, & mãdauit; vt annis singulis à Prouincialib⁹, seu earũ Visitatoribus, Abbatissæ, mini-

A

A ministerij, seu officij absolutionẽ, à dictis Visitatoribus, iuxta desup Urbani iv. editã constitutionẽ, petere teneãtur: nedũ id verbo, sed etiã facto, realiter, & cũ effectu faciendo. Ac etiã statuit, quòd si eisdẽ Visitatoribus videbitur; & ipsa necessitas, ac monasterij exegerit reformatio, acceptare cum effectu debeant. Et quòd huiusmodi Abbatissæ, officiũ, in ipsius Visitatoris manibus, dimittere teneãtur; ita vt mera, & libera eidẽ Visitatori remaneat facultas, eisdẽ sororibus, seu monialib⁹, sub excõicationis sententia, & alijs sibi visis sententijs, censuris, & pęnis, pręcipiẽdi, vt circa alicuius Abbatissæ electionẽ intendere debeãt; aut alias, iuxta ipsius pdictę cõstitutionis verba, & tenorẽ, pcedendi. Et monialẽ, q̃ Abbatissæ ministeriũ hũodi gessit, iuxta excessus exigentiã, corrigẽdi, & castigãdi; ac cẽsuras, & pęnas hũodi, iteratis vicibus, aggrauãdi, & alia in pręmissis ne-
B cessaria, seu quomodolibet opportuna faciẽdi, & exequẽdi. b. fffo. 40. conce. 128.

¶ Aduertendum est, quòd quia circa prædicta, quotidie fiũt nouæ impetrationes, seu prouisiones, & innouationes; ideo in his nullus decipiatur, credens omnia huiusmodi esse necessariò seruanda; præsertim, quia aliqua ex eis fortè numquam fuerunt moribus vtentium admissa, præcipuè quò ad durationem officiorum, & ætatem eligentium, &c. *Collector.*

CAPVCCINI ANNOTATIO.

CIRCA clausuram, & quomodo, & quando possit intrari, vide Concil. Trid. sess. 25. in c. 5. & plenius infra in verbo, Clausura monialium, in glossa nostra. *In §. 5.*

Circa hũdi prohibitionẽ, sunt attẽdẽda ea, quæ à Sacr. Cõc. Trid. sess. 25. tit. de Reg.
C *& Monial. in c. 6. cũ seq. iubẽtur in electionib. earũ obseruari, videlicet, vt per vota secreta fiant, ita ut singulorum eligentiũ nomina numquam publicentur; & Abbatissa, & Priorissa, & quocumq; alio nomine Praefecta, vel Praeposita appelletur, eligatur non minor annis quadraginta, & quæ octo annis, post expressam professionem, laudabiliter vixerit; quod si his qualitatibus non reperiatur in eodem Monasterio, ex alio eiusdem ordinis eligi possit. Si hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni praeest videatur, ex his, quæ in eodem Monasterio, annum trigesimum excesserint, & quinq; saltem annis, post professionem, rectè vixerint, Episcopo, vel alio superiore consentiente eligant.* *Cõcil. Trid. sess. 25. c. 6. & 7. de Regul.*

Is verò, qui electioni praeest, Episcopus siue alius superior, claustra monasterij nõ ingrediatur; sed antè cancellorum fenestellam, vota singularum audiat, vel accipiat. In reliquis; seruentur singulorum Ordinum, vel Monasteriorum constitutiones.

D *Papa Greg. XIII. in const. 84. anno 1583. euulgata, oẽs Abbatissas in vita ad triẽnium reduci iubet; quo triennio finito, omni careant auctoritate; ac regimine, & administratione Monasterij, per triennium, à die finita administrationis incheandum abstineãt; quo elapso, seruata eadẽ forma supradicti Cõc. Trid. iterũ & pluries eligi possint.* *In §. 7.*

Circa tempus suscipiend habitum à puellis Deo dicandis, in Conc. Trid. sess. vlt. de Regul. c. 17. mandatur, vt sit maior duodecim annis, & non antè, habitum suscipiat. *Tempus suscipiendi habitum.*

Et quòd professionem non emittat, antequàm explorauerit Episcopus; vel eo absente, vel impedito, eius Vicarius, an coacta, vel seducta fuerit. *Exploratio uoluntatis.*

Et in ca. 18. habetur quòd, si quis coegerit mulieres ad ingrediendum Monasterium, vel ad emittendam professionem; vel si quis impedierit, sine legitima caussa, ne ingrede-
B *rentur, vel professionem emitterent, sancta Synodus illum anathemati subijcit.* *Contra eos qui cogerẽt eas intrare monasterium.*

Est hic aduertendum, quòd Pius V. concessit monialibus Regula sancti Dominici, vt Nouitiæ, in articulo mortis, et ante tempus probationis, possint emittere professionẽ; et decedentes (quatenus tamen, in ætate legitima, vt supra, requisita à Conc. Trid, constituta sint) consequantur Indulgentiam plenariam, in forma Iubilæi. Quę Constitutio fuit promulgata in anno 1570. & ponitur à Reuerendissimo Passarello, in tractatu priuilegiorum Minimorum fol. 123. vnde, per communicationem priuilegiorum, conceditur hæc facultas alijs monialibus, sub aliorum mendicantium regulis militantibus. *Pro nouitijs. Passarellus.*

Et in cap. 10. eiusdem Sess. 25. mandatur, vt præter ordinarium Confessorem, alius extrà ordinarius ab Episcopo, & alijs Superioribus, bis aut ter in anno offeratur, qui om- *Cõcedatur eis cõfessor*

extra ordinarius. *nium confessiones audire debeat. Et aduertendum, quòd Leo statuit, vt monialium Confessores, vltrà triennium non durent, vt habetur infrà in Verbo moniales § 28.* A

ABSOLVTIO.

Distinctio generalis materiæ absolutionis, inferius annotatæ.

Collector. QVoniã multa valdè, ac nimis diuersa, pertinentia ad materiã absolutionum, reperiuntur in priuilegijs fratrum, quæ si in simul ponerentur, non modicam causarent prolixitatem, & confusionem; ideò operæ pretium visum est, huiusmodi materiam sic diuidere, quòd primò ponantur per se, ea quæ attinent ad absolutiones fratrum inter seipsos; ac deinde alia quæ personas sæculares concernunt.

ABSOLVTIO QVOAD FRATRES.

¶ *Distinctio materiæ infrascriptæ.* B

Collector. INter concessiones pertinentes ad absolutiones fratrum inter seipsos; quædam concernunt absolutionem ordinariam, quæ quotidie potest exerceri, cum opus fuerit; huiusmodi concessiones ponuntur primo per se, procedendo per ordinem prout fuerunt successiuè concessæ; aliæ verò concessiones pertinent ad absolutionem extraordinariam, qua, scilicet, solùm certis diebus possunt fratres vti. Istæ sunt absolutiones plenariæ, licet non æquales, vt infra patebit; quæ ponuntur ordinatè secundo loco. In omnibus autem infrascriptis concessionibus absolutionum sic proceditur, quòd primo ponuntur concessiones attinentes directè ad fratres Minores, ac deinde adduntur aliæ concessiones, quæ alijs fratribus mendicantibus factæ reperiuntur.

ABSOLVTIO ORDINARIA QVOAD FRATRES. C

1 *Excommunicatio.*

INNOCENTIVS Quartus concessit Generali, & Prouincialibus Ministris, vt eos, ex fratribus suis, qui pro iniectione manuum in seipsos, incurrerint excommunicationis vinculum; aut in id ante susceptum habitum inciderint, vel alias sunt excommunicati, valeant absoluere; nisi adeò graues, & enormes sint excessus, quòd meritò sint ad sedem Apostolicam destinandi. B. fo. 104. conc. 219.

2 *Excommunicatio.* ALexander Quartus concessit, fratres Minores posse absolui, a suis Ministris, & Custodibus, quando incurrunt excõicationem maiorẽ, participãdo cum excõicatis, quando aggrauata est sententia. b. fo. 61. Et fo. 64. conc. 74.

3 *De custodibus et guardianis.* CLemens Quartus concessit, quòd Custodes, & Guardiani fratrum Minorum qui secundum statuta dicti ordinis aliter quàm per electionem instituuntur, post institutionem, seu prouisionem de ipsis factam, curam animarum fratrum sibi subditorum habeant, ipsosq; ligare, ac soluere possint; iuxta ipsius ordinis instituta. B. fo. 56. Et fo. 139. conce. 309. D

Collector. ¶ IN Mari magno fratrum Carmelitarum extenditur prædicta concessio ad Priores prouinciales & locales, seu conuentuales, & alios Officiales, qui secũdum eiusdem ordinis instituta, aliter quàm per electionem, a Generali dicti ordinis instituuntur. Et sic, ratione communicationis priuilegiorum, idem iudicium erit de Prouincialibus, & alijs Officialibus ordinis Minorum.

4 *Pro nouitijs.* *Excommunicatio.* *Pro professis.* *Dispensatio.* *Sed circa absolutionem noui-* ¶ ITEM Clemens iv. cõcessit Generali, & prouincialibus Ministris, eorũq; Vices gerẽtibus, & Custodibus, vt suo volẽtibus aggregari cõsortio, scilicet, volẽtibus ingredi ordinẽ, q suspensionis, vel interdicti, vel excõicationis sententijs, a iure, vel a iudice promulgatis generaliter, sint ligati, absolutionis beneficiũ, obseruata forma canonica, impartiri, ipsosq; in fratres recipere valeãt. Ac eos, qui post assumptum habitum, vel professionem emissam, recoluerint se talibus in sæculo fuisse sententijs innodatos, secundũ formã prædictã, valeãt præfati Prælati, ac illorũ Vices gerentes absoluere, & cũ irregularibus dispensare, si forsan talibus innodati sentẽtijs, vel in locis interdicto suppositis, diuina præsumpserint officia celebrare, vel ordines recipere. Ita tamen, quòd si aliqui ex talibus, E

eisdem

A eisdem sententijs, propter debitum, sint astricti; satisfaciat vt tenentur. Voluit tamen, quòd nisi præfati mox ordinem intrauerint (etiam si super hoc eis induciæ à prælatis eiusdem ordinis concedantur) eò ipso, in pristinas sententias, à quibus eos absolui contigerit, relabantur. B. fol. 56. & ffol. 140. conc. 320.

¶ IDEM ad litterã habetur in Mari magno prædicatorũ. b. ffo. 236. conce. 550.

¶ IDEM Clemens in Mari magno inhibuit vniuersis fratribus ordinis minorum, ne aliquis eorum (nisi necessitatis vrgente articulo) alijs, quàm Prælatis suis peccata sua confiteri præsumant; vel alijs eiusdem ordinis sacerdotibus; nisi secundũ regulã, & ipsius ordinis instituta. b. fo. 58. Et ffo. 142. cõce. 337.

¶ IDEM habetur, quo ad Carmelitas. b. ffo. 186. conce. 475. Et quo ad fratres prædica. b. ffo. 238. conce. 56.

tiorũ nunc aliter est obseruandum vt dicã infra in verbo absolutio extraordinaria quo ad fratres in § 3.

B ¶ IDEM Clemens, vniuersis ecclesiarum Prælatis, & alijs inhibuit, ne confessiones fratrum Minorum inuitis eorumdem fratrum Prælatis, audire præsumant. b. ffo. 142. conce. 338. 5 *Prohibitio.* 6

¶ IDEM Clemens concessit, vt Generalis, & singuli prouinciales Ministri, & eorum Vicarij, ac etiã Custodes, in prouincijs, & custodijs sibi cõmissis; prædictis fratribus ibidem constitutis, nec non fratribus alijs eiusdẽ ordinis, interdũ ad eos declinantibus vndecumq; absolutione, & dispensatione indigẽtibus; siue priusquàm intrauerint ordinẽ, siue post in casibus excesserint, pro quibus excõicationis, vel interdicti, aut suspensionis incurrerint sententias, a iure, vel a iudice generaliter promulgatas, & huiusmodi sententijs innodati; aut in locis 7 *Excommunicatio.*

C suppositis interdicto, diuina officia celebrantes, vel suscipientes ordines, sic ligati, notam irregularitatis incurrerint; absolutionis, & dispensationis beneficium valeant impartiri; nisi adeo fuerit grauis, & enormis excessus, quòd sint ad sedem Apostolicam meritò destinandi. Ac similiter concessit, quòd fratres, quos Generalis, & prouinciales Ministri, & eorum vicarij, ac etiam Custodes, in proprios habuerint confessores, possint eis absolutionis, & dispensationis beneficium impartiri. b. fo. 57. Et ffo. 140. conce. 318. & 319. *Dispensatio.* *Pro prælatis.*

¶ Similem concessionem habent fratres Prædicatores, nisi quòd sua extenditur ad priores conuentuales. b. ffo. 236. conce. 548. Idem habetur quo ad Carmelitas. b. ff. 180. conce. 432.

D ¶ Casus, pro quibus fratres ad Apostolicam sedem sunt meritò destinandi, specificantur à Sixto 4. prout ponuntur infra. §. 13. *Collector.*

¶ ADVERTENDVM est circa duas cõcessiones suprapositas immediatè, quòd auctoritas, & facultas, quæ superius cõtinetur, extenditur in Mari magno fratrũ ordinis prædicatorum, ad Priores cõuentuales, & Vices eorũ gerentes in cõuentibus, ac locis eis commissis; sic quòd Prior cõuentualis, & eius Vicarius, tantam potestatem habet circa absolutiones censurarum, & dispensationes irregularitatum, quo ad suos subditos; quantam Prouincialis, quo ad totam Prouinciam. b. ffo. 236. conce. 548. Ex hoc verò sequitur, quòd similem auctoritatem habebunt Guardiani, ac eorũ Vicarij, respectu suorum subditorum, & aliorum fratrum ad eos declinantium; nisi per superiores Prælatos limitetur, seu re *Collector.* *Nota pro guardianis & vicarijs.*

E stringatur huiusmodi auctoritas, prout in ordine fieri consueuit. ¶ Notandum est etiam, quòd per Bullam aureã fuit restricta præfata auctoritas ad Generales, & eorum vicarios, & ad illos, quibus ipsi ducerent committendum dumtaxat. Sed posteà, per quoddam breue, fuit cõcessum prædictis fratribus prædicatoribus, quod possint absoluere, ac dispensare, iuxta concessionem, quam habebant ante dictam restrictionem; vt patet infra. §. 34.

¶ Oportet insuper aduertere, ꝙ Vicarij, de quibus supra fit mentio, quò ad fratres prædicatores (iuxta consuetudinem eorũ) intelliguntur illi, qui ꝑꝑ mortem, vel defectũ Prioris, habent regimen conuentuũ. Et quo ad fratres minores,

ſimili modo intelligendum eſt de illis fratribus, qui communiter dicũtur Præſidentes, & non de communibus Vicarijs. A

¶ Volo clarius loquendo dicere, quòd fratres Ordinis prædicatorum habuerunt, poſt dictam reſtrictionem, quoddam Breue, pro toto ſuo ordine, per quod ipſis fuit conceſſum, quod Generalis, & Prouincialis, & ſui Vices gerentes abſoluerent, & diſpenſarent, ſicut ante reſtrictionem. Priores verò conuentuales, ſolum poſſent abſoluere, in ijs, in quibus ſedes Apoſtolica non eſſet meritò conſulenda; & diſpenſare in irregularitatibus contractis ex cenſuris, prout antiquitus, ante Sixtum, ipſis, & noſtris Guardianis erat conceſſum. Et ſic Vicarij manſerunt excluſi omnino. Poſtea fratres præfati ordinis prædicatorum regnorum Caſtellæ, & Legionis, habuerunt copioſiorem conceſſionem, per quam poſſunt, quicquid poterant ante reſtrictionem ſupradictam. Verumtamen dicunt ipſi, quòd quò ad iſtas abſolutiones, & diſpenſationes, numquàm Vicarius, vel Superior, ſe intromittit; niſi à ſuo ſuperiori ſpecialiter ſibi committantur. Et ſic videtur, quòd numquàm præfata facultas pro Vicarijs, fuit ab ipſis admiſſa. Et ità erit, ac ſi numquã fuiſſet conceſſa. Sed quando conuentus caret Priore, ſeu vacat, tunc ſolùmmodo Præſidens vtitur illa. Et ſic ſoluitur quæſtio de noſtris Vicarijs, ſuperius tacta. Et cum per ſupradictum Breue, poſſint Priores conuentuales abſoluere, ſicut ante reſtrictionem, & de facto ſic vtantur, idem poterunt Guardiani præfatorum regnorum; niſi quò ad legitimationem baſtardorum; quia ſolùm fit per Prouincialem, vel Capitulum. B

8 *Ex iure cõmuni.*

BOnifacius octauus ſtatuit, quòd Religioſo, qui manus violentas in clericum ſæcularem iniecit ne, hoc prætextu habeat materiam euagandi, poſſit ab Epiſcopo, eo caſu, abſolutionis beneficium exhiberi: quæ ſæculari clerico poſſet, ſi alium clericum percuſſiſſet, videlicet quando leuiter percuſſit: ſecundum glo. ibi. In eo caſu. Habetur hoc in c. Religioſo: de ſententia excommunicationis. lib. 6. C

9 *Nota. Niſi conſuetudo eſſet nota, & per Tacitũ conſenſum approbata à ſuperiore, vt inqt Medi. Cod. de cõfeſſor. fol. 85. columna 1.*

¶ IDEM Bonifacius ſtatuit, quòd ſi Epiſcopus, ſeu Prælatus ſuo ſubdito conceſſerit, vt poſſit ſibi eligere confeſſorem idoneum, ille quem is elegerit, in caſibus, qui eidem Epiſcopo, ſeu Prælato ſpecialiter reſeruantur; nullam habeat penitus poteſtatem: cum in generali conceſſione illa non veniant, quæ non eſſet quis veriſimiliter in ſpecie conceſſurus. Et ſimiliter ſtatuit, quòd nulla poſſit conſuetudine introduci, quòd aliquis, præter ſui ſuperioris licentiã, confeſſorem ſibi eligere valeat, qui eum poſſit abſoluere vel ligare. Habetur in c. Si epiſcopus: de pœnitentijs & remiſſionibus. libro. 6. D

10 *Particularis pro regnis caſtellæ. Pro profeſſis & Nouitijs. Pro oblat. Sacramẽta Pro prælatis.*

EVgenius Quartus conceſſit fratribus minoribus obſeruantibus prouinciarum regni Caſtellæ, quatènus ſinguli Prælati dicti ordinis, quocumq; nomine cenſeantur, & Confeſſores per huiuſmodi Prẹlatos deputati, ſingulorum conuentuum, locorum, & eremitoriorum, poſſint omnes, & ſingulos fratres profeſſos, conuerſos, atque nouitios, habentes animum profitendi; necnon perpetùo donatos, ſeu oblatos præſentes, & futuros, & quoſcumque, pro tempore, familiares, ſeruitores, officiales, & continùe commenſales, domorum, conuentuum, locorum, ſiue eremitoriorum ſupradictorum, ab omnibus, & ſingulis peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis: præterquàm Sedi Apoſtolicæ deſtinatis caſibus; & ab omnibus, & ſingulis huiuſmodi cenſuris ſupradictis, quas ex ignorantia, vel inaduertentia incurrerint, abſoluere; eiſq; Euchariſtiæ ſacramentum, ac Extremæ vnctionis, & alia Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare, toties quoties neceſſarium fuerit, vel opportunum. Ipſiq; Prælati, omnia, & ſingula ſupradicta, alijs ipſius ordinis presbyteris committere, ac in præmiſſis omnibus, & ſingulis, cum facultate præmiſſa, confeſſores ſibi eligere, & electos mutare, auctoritate prædicta valeant: Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ipſius E

A sius ordinis institutis, & ordinationibus, ceterisq; in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Et quod gratia hæc sit perpetua. o. ffo. 61. Et fo. 64. conce. 85.

¶ Sciendum, quòd præfata concessio fuit postea per Pium. 2. extensa ad totam nostram familiam cismontanam. *Collector.* ¶ Sed ad hoc, qnòd præfati habeant prædictã gratiam, tenentur dicere, per vnum annum, singulis septimanis, semel, Psalmos pœnitentiales; prout infra ponitur latius, in dictione Absolutio extra ordinaria quò ad fratres post. §. 3. Et sic faciendo, proderit eis huiusmodi gratia pro duobus. Primò, pro absolutione à censuris ignoranter, vel inaduertenter *Nota.* incursis; Secundò, pro absolutione à casibus reseruatis Episcopis. Et hoc quò
B ad seruitores fratrum. Nam quò ad ceteros alios, hic nominatos, sine isto onere, per alia priuilegia est concessum. ¶ Est etiam aduertendum, quòd iam cessat altercatio illorum; qui dicebant, quòd per istam concessionem, poterant fratres absolui a casibus reseruatis ministris, cùm, auctoritate Apostolica, sit contrarium declaratum; præsertim in capitulo generali Burdegalensi; sicut ponitur infra in dictione, Absolutio extra ordinaria quò ad fratres post. §. 10.

Nicolaus Quintus concessit, quòd Confessores Monialium S. Claræ, seu 11
alius frater eiusdem ordinis, ad hoc per Prouincialem pro tempore deputatus, in omnibus, & per omnia, iuxta formam, & tenorem priuilegiorum, & concessionum eisdem monialibus, quò ad ipsarum personas, a sede Apostolica, seu alias quomodolibet concessorum, in omnibus, præterquàm dictæ sedi casi- *Pro monialibus Sancta Clara.*
C bus reseruatis, quoties fuerit opportunum, eas absoluere possint. Necnon ipsarum seruitrices (si id petierint humiliter) a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; sententijs, censuris, & pœnis ecclesiasticis, quibus pro tempore innodatæ fuerint, iniungendo quæ iniungenda fuerint, absoluere, eisq; Eucharistiæ, & extremæ vnctionis & alia sacramenta ecclesiastica ministrare, liberè, & licitè valeant; Diœcesanorum locorum, & cuiuscumq; alterius licentia minimè requisita. b. fo. 49. Et ffo. 43. conce. 48. *Pro seruitricibus monialium.* *Sacramēta*

Sixtus Quartus concessit, quòd Moniales Sanctæ Claræ primæ regulæ, Col- 12
lectaneæ nuncupatæ, possint absolui à Ministris, seu Visitatoribus, & Confessoribus earum, ab omnibus criminibus, pœnis, & censuris, etiam sedi Apo-
D stolicæ reseruatis, quoties opus fuerit. o. ffo. 261. concessione. 678.

¶ Præfata concessione possunt gaudere Moniales. S. Claræ secundæ regulæ, sub *Collector.* obedientia fratrum Minorum degentes, virtute communicationis priuilegiorum quæ habetur in dictione, Communicatio priuilegiorum §. 5. Sed tàm quò ad primas, quàm quò ad secundas, est limitata, respectu casuum reseruatorum Ministris, prout habetur in dictione, Absolutio extraordinaria, quò ad fratres: post. §. 10.

Sixtus Quartus circa litteras Clementis. 4. suprapositas in §. 3. quibus con 13
cesserat Ministris, Vicarijs, & Custodibus fratrum minorum, facultatem absoluendi, & dispensandi fratres eiusdem ordinis; nisi talia perpetrassent, pro *Declaratio casuum reseruatorū Papæ.*
E pter quæ essent meritò ad sedem Apostolicam destinandi; declarauit, dumtaxat esse ad sedem Apostolicam meritò destinandos, hæreticos relapsos, schismaticos, & qui litteras Apostolicas falsificassent, aut ad infideles prohibita detulissent. Sed in reliquis omnibus, etiam simoniæ prauitate irretitis, posse per illos, quibus inibi conceditur, absolutionis, & dispensationis beneficium, iuxta casuum exigentiam impartiri. b. fo. 59. Et ffo. 143. conce. 345. *Aduerte quod etiam pro relapsis in heresim habetur cō cessio infra § 18.*

¶ Aduerte, ac benè nota, quòd ista concessio videtur expirasse per mortem concedentis. Et idem de omnibus concessionibus, tangentibus prædictum processum Bullæ Cenæ Domini; cùm quolibet anno, ille processus censurarum, de nouo promulgetur, cum noua reseruatione prædictorum casuum; & cum maxi- *Collector.*

mis censuris contra absoluentes, ponendo ibi expressè. Non obstantibus priuilegijs, &c. etiam ordinibus mendicantibus concessis, & alijs sufficientibus derogatorijs. Vnde tempore primi capituli generalissimi, consultus super hoc Reuerendissimus Dominus Cardinalis Alexandrinus, qui, & Præpositus appellatur, respondit reuerendo patri bonæ memoriæ fratri Martiali Boulier, qui fuit generalis Vicarius fratrum minorum cismontanorum, dicens; quòd Prælati nostri non poterant absoluere fratres suos, non solùm ab illis quattuor casibus contentis, seu exceptis in mari magno; sed nec ab aliquo alio in Bulla Cenæ contento. Et quòd illa concessio, vel declaratio Sixti in dicto mari magno, potuit valere in vita sua; quia licet faceret processum quolibet anno, semper tamen intendebat excipere fratres (prout ipse concesserat;) nisi in dictis quattuor casibus. Propterea Reuerendissimus Pater Generalis prouideat, vel faciat ipse, cum alijs Generalibus aliorum ordinũ, quòd ponatur semper in Bulla Cenæ Dñi exceptio religiosorum, quò ad fratres suos; vel præcipiat, vt quolibet anno, Procurator ordinis, seu Commissarius curiæ, transacta die Iouis sancti, post promulgationem censurarũ, obtineat facultatẽ absoluendi ab illis casibus omnes fratres, & alias personas, super quas Prælati nostri habent auctoritatẽ, scilicet moniales, tertiarios vtriusq; sexus, oblatos, famulos, & domesticos.

Nota. A B

14 *Dispẽsatio.* ¶ IDEM Sixtus concessit Prouincialibus, vt possint absoluere oẽs fratres suos à censuris, & sententijs ecclesiasticis, ac etiam cum eis dispensare, secundũ tenorem concessionis Clementis 4. scilicet superius positæ §. 7. non obstante limitatione, seu restrictione per eumdem Sixtum postmodum facta: quam idem, solum ad ministrum generalem, & eius vicarios limitauerat, & restrinxerat, scilicet in Bulla aurea. b. fo. 54. Et ffo. 50. conce. 55. C

Collector. ¶ Aduertendum est circa huiusmodi concessionem, quòd prædicta auctoritate carent Custodes, nisi eis specialiter committatur à Ministris; quia non sunt nominati in concessione. Verumtamen per communicationem priuilegiorum fratrum Prædicatorum, vbi continetur, quòd Prælati, qui sunt medij inter Generalem, & Guardianos, possint quidquid Prouinciales & Priores; poterunt, sicut antea poterant nostri Custodes. Et Custodes Hispaniæ possunt idem per aliam communicationem, scilicet Congregationis Hispaniæ, & Lombardiæ, prout habetur infra in dictione, Communicatio Priuilegiorum. §. 13. Et idem de Guardianis, sicut supradictum est post. §. 7. D

15 *Prohibitio Casus reseruati.* ¶ IDEM Sixtus ordinauit, quòd fratres Minores obser. non possint absolui de Casibus reseruatis ministris; nisi de licentia Generalis, aut eorumdem Ministrorum, seu Vicariorum Prouincialium; non obstantibus litteris eiusdem Sixti, sub quacumq; verborum forma eisdem fratribus concessis; ceterisq; contrarijs quibuscumque. b. fo. 54. Ex ffo. 50. conce. 55.

16 *Prohibitio Cruciata.* INnocentius Octauus declarauit, fratres Minores non posse, nec debere eligere Confessores; nec à casibus reseruatis absolui, vigore Bullæ Cruciatæ, quam ipse dederat in Hispania; nisi de consensu, & beneplacito suorum Prælatorum Prouincialium, seu Generalium; & quòd quæcumque alia absolutio, quò ad fratres, irrita sit, & inanis, b. fo. 56. Et ffo. 52. concessione. 59. E

Collector. ¶ Sciendum est, quòd consimilem reuocationem, seu declarationem, fecerunt alij Pontifices, qui alias dederunt Bullas Cruciatæ; sed istæ reuocationes non sunt perpetuæ: quia non se extendunt ad Bullas Cruciatæ futuras. Et ideò, quandocumq; venerit noua Cruciata, oportet habere nouã reuocationẽ, seu declarationẽ illius, ad hoc, vt fratres nequeant illa vti, si talis Bulla expressè extendatur ad fratres min. & habeat sufficientes nõ obstantias, seu derogationes.

17 *Prælati.* ALexander sextus declarauit, & decreuit, quòd Generalis, & Prouinciales, ac Guardiani possint reseruare casus de occultis inter religiosos; & quòd absoluentes

A absoluentes à talibus, post huiusmodi reseruationem, nullam faciunt absolutionem; & incidunt in pœnam absoluentium à casibus non concessis. b. ffo. 56. conce. 66. Et ffo. 3. conce. 2. *Reseruatio casuum.*

¶ Præfata declaratio, seu decretum, quòad Guardianos, non permanet in suo vigore; quia in Capitulo Generali Asisij celebrato, anno Domini. 1526. sequens statutum, auctoritate Apostolica factum est. *Collector.*

¶ Ordinatur, & mandatur auctoritate Apostolica, & totius Capituli Generalis, quòd nullus Guardianus possit sibi reseruare casum aliquem; sed solus Minister Prouincialis id poterit. *Statutum Generale.*

¶ IDEM Alexander concessit Generali, & Prouincialibus, & Custodibus Ordinis Minorum obseruantię vltra montanis, plenariè facultatem, & auctoritatem; vt quoscumq; subditos suos (fratres videlicet, & moniales sanctę Clarę, B ac vtriusq; sexus tertiarios, de pœnitentia nuncupatos) inuenerint in aliquo hęresis vel apostasię crimine lapsos, etiam si sint relapsi, possint eos absoluere; & cum eis dispensare; necnon pręfatorum relapsorum pœnas, à iure institutas, commutare, pensatis qualitate, & quantitate, alijsq; debitis circumstantijs; augendo, aggrauando, vel diminuendo, toties, quoties opus fuerit, & pro ut secundum Deum viderint expedire; dummodo talium relapsorum crimina publica, & notoria, apud sæculares non sint, vt ex hoc scandalum oriri possit. o. fo. 65. Et ffo. 70. conce. 164. & ffo. 100. conce. 379. 18 *Prælati. Hæresis. Casus reseruati.*

¶ Aduerte, quòd, quia isti casus sunt de contentis in Bulla Cenæ Domini, quæ C Bulla, quolibet anno, renouatur; videtur, quòd prædicta concessio sit reuocata; & idem de similibus concessionibus. Rationem huius vide suprà in hac dictione post. §. 13. *Collector.*

¶ IDEM Alexander concessit, vt Generalis, & Prouinciales possint absoluere fratres, qui existentes in sæculo, incurrissent censuram Ecclesiasticam; propter delationem lignaminum, seu ferramentorum ad partes infidelium. o. fffo. 99. conce. 358. 19 *Casus reseruati.*

¶ Aduerte, quòd cum iste casus sit de processu Cenæ Domini; prædicta concessio videt expirasse, mortuo cōcedente. Vide supra in hac dictione post. §. 13. *Collector.*

¶ IDEM Alexander sextus concessit, quòd Prælati fratrum Minorum obseruantiæ possint percutere per se, & per alium, caussa correctionis; & quòd D non cogantur hoc facere cum propria persona, etiam si necessitas non vrgeat. Non obstante capitulo Vniuersitatis: de sententia excommunicationis. o. ffo. 70. conce. 175. Et fffo. 99. conce. 359. 20 *Correctio. Excommunicatio.*

¶ Hęc concessio, licèt videatur impertinens huic materiæ; tamen ponitur hic, quia nonnulli arbitrantur, quòd in absolutionibus publicis apostatarum, requiratur quòd Prælatus percutiat manu propria. De quo habetur melior concessio infra. §. 27. & in verbo correctio. §. 15. & 17. *Collector.*

LEo decimus prohibuit, & declarauit, quòd nullus fratrum Minorum regularium obseruantiæ possit accipere Bullas Cruciatæ, seu alias Indulgentias generales concessas, aut concedendas; vt possit vti gratijs ibi contentis (vt E potè contra regularia ordinis instituta, confiteri quibuscumque Sacerdotibus, & absolui à Casibus reseruatis, & in diebus ieiuniorum manducare lacticinia, & facere alia, quæ non decent religiosos, tam altæ & strictæ professionis) nisi solum ob aliquam necessitatem particularé, pro qua prædictæ obseruantiæ auctoritas non esset concessa. Et tunc examinata huiusmodi necessitate à Generali, vel Prouincialibus, aut Custodibus, ac de eorũ expressa licētia, & in scriptis habita. Non obstantibus Bullis, etiam si in eis expressè inhibeatur Prælatis sub censuris, ne subditos suos, à talium Bullarum acceptione, prohibeant; & subditis libera facultas eas accipiendi tribuatur; ceterisq; in contrariũ facientibus 21 *Cruciata. Casus reseruati. Nota.*

tibus quibuscumq. O. ffo. 60. conce. 178. A

Hoc idem prohibuit Pius V. fratribus Ordinis Prædicatorum anno 1571. vt refert Passarellus in compilatione Priuileg. Sancti Francisci à Paula. fol. 127.

22 *Excommunicatio. Cruciata.* ¶ IDEM Leo postea prohibuit, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, ne fratres prædicti, aut Moniales S. Claræ, seu tertiæ regulæ vtantur vllo modo gratijs, indulgentijs, libertatibus, immunitatibus Bullarum Cruciatę, seu aliarum consimilium, quamuis quæsito colore, contra obedientiam ordinis, & absque speciali licentia suorum superiorum. b. fffo. 48. con. 144.

23 *Pro fratribus itinerantibus.* ¶ IDEM Leo concessit, quòd fratres Prædicatores, & alij fratres, quando sunt extra conuentum, & non possunt habere copiam sacerdotis; quia non habent socium Confessorem, possint confiteri peccata sua alteri Religioso alterius Ordinis, vel Presbytero seculari. Et hoc, dummodo fiat sine fraude, & dicant Prælato suo. o. fffo. 94. conce. 301. B

24 *Professio. Excommunicatio.* ¶ IDEM Leo in Concilio Lateranensi statuit, quòd excommunicati profiteri volentes aliquem Ordinem fratrum Mendicantium, vbi de interesse tertij agetur, absolui non possint, nisi præuia satisfactione. b. fffo. 26. cōcessione. 84.

25 *Pro omnibus mendicantibus.* ¶ IDEM Leo concessit generalibus singulorum Ordinum Mendicantium, & eorum Vicarijs, ac etiam illis, quibus ipsi Generales duxerint specialiter committendum, vt possint absoluere subditos suos respectiuè, ab omnibus, & singulis casibus, & censuris, secundum concessiones, & declarationes Sixti Quarti, & Iulij Secundi, & aliorum Romanorum Pontificum, non obstantibus reuocationibus, restrictionibus, reseruationibus, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nuper in Lateranen. Concilio, vel alias quomodolibet factis, vel si in posterum fierent. b. fffo. 27. concessione. 89. C

26 *Excommunicatio.* ¶ IDEM Leo concessit omnibus fratribus Minoribus obseruantiæ vtriusq; familiæ, quòd Prælati Ordinis, cum aliquem fratrem, propter apostasiam, vel aliam causam excommunicant in Capitulo fratrum, vel in communitate, non teneantur proferre sententiam in scriptis, prout in iure, sub pœna suspensionis præcipitur proferentibus. o. fffo. 93. conce. 291. Idem conceditur infra in verbo correctio. §. 15. & 17.

27 *Correctio.* ¶ IDEM Leo concessit, quòd quando aliquem fratrem, caussa correctionis, vel absolutionis, oportet verberare; possint Prælati nostri, & eorum Commissarij, manu Vicarij, vel cuiusuis alterius fratris subditi, eum verberare, seu disciplinare, non obstante Capitulo Vniuersitatis, de sententia excommunicationis. o. fffo. 93. conce. 292. D

Collector. ¶ In Supplemento Priuilegiorum reperitur quædam concessio in fauorem fratrum confessorum, quæ, vt potest conijci ex alia concessione præcedente illam, videtur esse Eugenij Quarti, Cuius tenor talis est.

28 *Pro simplicibus cōfessoribus. Excommunicatio.* CVm sæpè boni Religiosi ex charitate, vel Prælatorum obedientia cogantur ad confessiones audiendas, & sint multiplices, & inexplicabiles sententiæ excommunicationis in corpore iuris; quarum nonnullæ etiam à peritissimis ignorantur; ex quo dicti Religiosi propter conscientiæ timorem; dubitāt se incurrisse aliquam censuram absoluendo inaduertenter aliquos aliqua excō municatione innodatos; cuius excōicationis absolutio superiori reseruatur; ideo ne dicti religiosi cogantur contra charitatem, vel Prælatorum obedientiam facere, vel præfatas metuere scrupulositates; conceditur, quòd dicti Religiosi, si præfata, vel simili caussa, inaduertenter incurrerint irregularitatem, vel excommunicationem, possint per eorum idoneos Confessores, auctoritate Apostolica, absolui, & dispensari cum oportuerit. Et quòd prædicta, vires habeant oraculo viuæ vocis, non obstante quòd non fiat Bulla, vel quibuscumque alijs contrarijs; nisi ex crassa, & supina ignorantia, censuram, vel irregularitatem E *Dispēsatio*

A ritatem incurrerint. o. ffo. 101. conce. 410.
¶ Aduerte, quòd supradictum concessit etiam Eugenius 4. cum onere 7. Psal. de quo supra post §. 10. Verum est tamen, quòd hic conceditur Confessori, sine alia auctoritate Superioris.

SEQVVNTVR ALIQVA, CIRCA ABSOLVTIONES praef. tas, extracta ex priuilegijs aliorum Fratrum Mendicantium, ac etiam non Mendicantium.

¶ Ex Priuilegijs Fratrum Prædicatorum.

B INNOCENTIVS 4. prohibuit, ne fratres, quorumcumque Ordinum, habentes licentiam generalem, confessiones audiendi; habeant aliquam auctoritatem audiendi, in confessione, fratres ordinis Prędicatorum. b. ffo. 72. concess. 186. Et fffo. 115. concess. 508. 29 *Prohibitio.*

GREGORIVS xj. concessit Magistro generali, & singulis Prioribus, Prouincialibus, & Conuentualibus, ac Vices eorum gerentibus, vt in Prouincijs, & Conuentibus, ac locis sibi commissis, fratribus eiusdem ordinis constitutis ibidem; necnon, & fratribus alijs eiusdem ordinis, interdùm ad eos declinantibus vndecumq; absolutione, & dispensatione indigentibus, absolutionis, & dispensationis beneficium possint impartiri; ad instar concessionis quæ habetur supra §. 7. B. ffo. 236. concess. 548. 30 C *Dispẽsatio*

BONIFATIVS ix. concessit, quòd Magister ordinis Prædicatorum, & Priores, aut eorum Vicarij, eorum subditos fratres, & sorores, qui forsan in quoscumque fratres dicti Ordinis, excommunicationis, seu alias sententias, vel pœnas, sine scriptis, aut alias minus ritè promulgauerint; vel manus violentas in alios quoscumque Clericos, etiam vsque ad sanguinis effusionem, & enormem læsionem iniecerint; dummodo læsio huiusmodi adeò enormis non existat, quòd propterea meritò foret sedes Apostolica consulenda, quoties expedierit, absoluere, & cum eis super irregularitate, si quam, huiusmodi sententijs ligati, celebrando diuina, vel miscendo se illis, modò tamen non in contemptum clauium, aut alias præmissorum occasione, qualitercumq; contraxerint, dispensare, eosq; quòad hoc, in statum pristinum restituere. Et quòd similiter possint absolui dicti Magistri, & Priores, ac Vicarij, à Confessoribus per eos eligendis. b. fffo. 120. concess. 542. & 543. 31 *Excommunicatio.* *Irregularitas.* D

¶ Idem Bonifatius statuit; quòd quicumque habentes generalem licentiam à Sede Apostolica, vel aliàs, qualitercumq; absoluendi, in quibuscumque casibus, prætextu hoc fratres Ordinis Prædicatorum nequaquàm absoluere possint (legatis sedis Apostolicæ de latere missis dumtaxat exceptis) vel nisi id eis specialiter, & expressè concedatur. b. ffo. 120. concessione. 548. 32

E SIXTVS Quartus concessit fratribus Ordinis Prædicatorum Hispaniæ, & Lombardiæ Obseruantibus, vt possint absoluere, & dispensare, sicut poterant ante restrictionem Bullæ Aureæ, virtute Priuilegij in Mari magno contenti. b. ffo. 74. conce. 192. Et fffo. 119. con. 539. 33 *Particularis, pro regnis Hispania*

¶ Sciendum, quòd, quia hęc concessio, non fuit vniuersalis, ideò virtute communicationis Priuilegiorum, solùm possunt vti illa fratres Minor. obser. Hispaniæ, & Lombardiæ. *Collector.*

¶ IDEM Sixtus concessit toti Ordini fratrum Prædicatorum, quòd Generales, & Priores Prouinciales, ac eorum Vicarij, pro tempore existentes, & ij quibus ipsi duxerint committendum, habeant eandem absoluendi facultatem, 34 *Casus Reseruati.*

& di-

& dispensandi, quam habebant ex Mari magno, seu alijs litteris Apostolicis, A
ante restrictionem Bullæ Aureæ. Priores verò Conuentuum, illam solummodò
auctoritatem habere censeantur, quam prius habebant, ex Priuilegijs, & litteris
prædecessorum eiusdem Sixti. b. fo. 74. conce. 193. Et ffo. 119. conce.
538. & 539.

35 *Pro fratribus itinerantibus.* ¶ IDEM Sixtus concessit Prælatis Ordinis Predicatorum Regnorum Castellæ, & Legionis reformatis, quòd possint concedere fratribus suis, vt dum itinerauerint, vel fuerint extra Conuentus suos dumtaxat, valeant confiteri, quibuscumque Sacerdotibus regularibus, vel sæcularibus. Et quod similiter possint facere ipsi Prælati. B. fo. 45. Et ffo. 129. concessione 288.

¶ Ex Priuilegijs fratrum Augustiniensium. B

36 *Casus reseruati.* INNOCENTIVS Octauus statuit, quòd fratres Eremitæ sancti Augustini, Congregationis Lombardiæ, absque suorum Superiorum consensu, à quibuscumq; Apostolicis Pœnitentiarijs, & Prælatis, & sedis apostolicæ Legatis, etiam à latere deputatis, ab eorum peccatis, & Casibus reseruatis absolui non possint. Nec confesionalibus impetratis, aut impetrandis vti; nec etiam ad officia, beneficia, & dignitates valeant assumi. O. ff. 79. conce. 237.

¶ Ex Priuilegijs fratrum Carmelitarum. C

37 *De auctoritate pœnitentiariorum.* EVGENIVS Quartus concesit Generali, & Prouincialibus, ac Prioribus Ordinis Carmelitarum, vt in confessionibus audiendis, & absolutionibus impendendis, & pœnitentijs iniungendis, alijsque, salutem animarum dumtaxat concernentibus, exequendis, omnium, & singulorum dicti Ordinis fratrum, eamdem, & talem potestatem, & facultatem habeant; qualem in præmissis, minores Pœnitentiarij sedis Apostolicæ, seu Curiæ Romanæ, ex officio habent, & exercent. B. fo. 85. Et ffo. 169. conce. 440.

Collector. ¶ Aduerte, quòd huiusmodi concessio, ad nihilum videtur posse deseruire; quia ignoratur ad quid se extendat facultas, quam habent præfati minores Pœnitentiarij, vltra facultatem Diœcesanorum. De hoc tamen in summa Antonini. 3. parte. ti. 17. c.14. sic dicitur. D

¶ Nota, quòd Pœnitentiarij minores, in Curia possunt absoluere vndecumq; venientes, ab omnibus casibus peccatorum, & sententijs Episcopis reseruatis: Habent enim auctoritatem quasi Episcopalem in foro Pœnitentiæ; & maiorem quòad quosdam Casus excommunicationum, & dispensationum. Summus autem Pœnitentiarius, adhuc habet maiorem in pluribus alijs Casibus excommunicationum & dispensationum. Hæc Antoninus, seu Florentinus.

¶ Pro omnibus Mendicantibus.

38 LEO x. concesit, quòd Generales Ordinum Mendicantium, & eorum Vicesgerentes, possint absoluere suos subditos respectiuè, ab omnibus, & singulis casibus, & censuris, secundum concessiones Romanorum Pontificum Prædecessorum suorum; non obstantibus restrictionibus, & reseruationibus factis in Concilio Lateranen. B. ffo. 27. con. 89. E

Collector. Resolutio materia ab solutionum ¶ Resolutio summaria concessionum suprascriptarum est, quòd Ministri Generales, & Prouinciales, & illi, quibus ipsi commiserint, possunt absoluere fratres, & Moniales suæ Obedientiæ, ab omni vinculo excommunicationis, & quibuscumq; alijs censuris, & ab omnibus peccatis; exceptis dumtaxat contentis

A tentis in Bulla Cœnæ Domini; vbi quolibet anno reseruantur de nouo, vt supra post.§.13.dictum est. Et similiter absolui possunt ijdem Prælati à Confessoribus electis per eos. ¶ Item absoluere possunt Prælati venientes ad ordiné, seu Nouitios, ab omnibus cēsuris, à iure, vel à iudice, promulgatis generaliter, satisfacta tamen parte. ¶ Absoluere etiam possunt Prælati, & Confessores, fratres quoscumque, oblatos, conuersos, vel donatos, familiares, seruitores, officiales, & continuo commensales conuentuum, & domorum, ab omnibus peccatis; prēterquàm sedi Apostolicæ reseruatis, & à censuris, quas ex ignorantia, vel inaduertentia incurrerunt; ac eis, ecclesiastica Sacramenta, toties, quoties opus fuerit, ministrare. Sed hoc in Regnis Castellę tantùm. Per communicationem tamen priuilegiorum fratrum non Mendicantium, adduntur ad prædicta, ea quę immediatè sequuntur.
B

¶ *Ex Priuilegijs Monachorum sancti Benedicti obseruan.*

BENEDICTVS xiij. mandauit, quòd absoluerentur Monachi pręsentes, & futuri, ab omnibus sententijs latis ab homine, in quibus alteri non sit satisfaciendum. o, 39 *Excommunicatio.*

MARTINVS V. concessit, q̃ prior Monasterij Sancti Benedicti Vallis Oleti, in foro conscientię, possit absoluere Monachos, ab omni excommunicationis sententia, etiam si talis esset, quam ipse Summus Pontifex reseruare consueuit. Et cum eis, super omni irregularitate, etiam in illis casibus, in quibus Papa sibi vicem reseruat (in morte videlicet, & in membrorum truncatione, & enormi sanguinis effusione) valeat dispensare, dum tamen aliquid horum trium non sit notorium; & hoc propter scandalum. O. 40 *Excommunicati.* *Dispensatio irregularitatum.*
C

¶ Suprascripta concessio, licèt primo facta sit soli Priori, seu Abbati Monasterij Sancti Benedicti Vallis Oleti; postea tamen extensa, seu communicata fuit omnibus Prioribus, vel Abbatibus aliorum Monasteriorum; vt habetur in dictione Communicatio priuilegiorum.§.34. Quam concessionem ego, qui hoc opusculum collegi, vidi sub sigillo authentico in pręfato Conuentu Vallis Oleti, & inde fideliter extraxi. *Nota.* *Collector.*

¶ Aduertat tamen qui huiusmodi concessione vti voluerit, quòd ad censuras, & casus qui in Bulla Cœnæ Domini continentur, non potest se extendere; propter rationem supra positam in hac dictione, post.§.13. *Nota.*
D

CIRCA concessiones superius annotatas, nonnulla dubia occurrunt scitu digna, quibus breuiter respondebitur hic, prout in famatissima vniuersitate Salmantina, à pluribus, & insignibus iurisperitis responsum est. *Collector.*

PRimum dubium est, in quibus Prælatorum sacri Ordinis min. regularis obseruantię, sit hodie potestas, & facultas absoluendi, & dispensandi, de ijs, videlicet, de quibus per Clemētē.4.& Sixtū etiā.4.habetur sup.§.7.& 13.ac.14. *Primum dubium.*

¶ Et omissis multis, quę hinc inde adduci possent, veritas est, q̃ solummodo est hodie prędicta potestas, seu facultas in Generalibus, & Prouincialibus, & per communicationem, Custodibus. Ratio est, quia sic sonant dicta Priuilegia, quorum tenori, & litteræ est standum. Nam licèt Sixtus.4. in Bulla aurea: vt habetur. B. fo.65. Et ffo.148. concess.361. coarctauerit, seu restrinxerit prædictam facultatem, ad solos Generales, eorumque Vicarios, & ad illos, quibus ipsi pro tempore duxerint committēdum dumtaxat (dico semper inter fratres Regularis Obseruantię) sed postea idem Sixtus, per quoddam Breue, de quo sit mentio supra.§.14. concessit Prouincialibus fratrum Obseruantię, vt possint absoluere omnes fratres suos; non obstante prędicta restrictione, ad solos Generales facta. Concessit etiam pręfatus Sixtus fratribus Obseruan. Hispaniæ, *Responsio.*
E

& Lombardiæ, Ordinis Prædicatorum, vt patet supra. §. 33. quòd possint absoluere, & dispensare, sicut ante dictam restrictionem, sine aliqua limitatione. A
Et cum non reperiantur aliæ litteræ Apostolicæ circa hæc; ideò prædictis est standum.

Secundum dubium. SEcundum dubium est, vtrùm potestas, & facultas huiusmodi, sit ordinaria in prædictis Prælatis, an delegata? Deseruit autem valdè hoc dubium, ad sciendum, in quibus casibus possunt præfati Prælati subdelegare, & in quibus non.

Responsio. ¶ Et omissis multis, quæ pro, & contra, possent adduci; dicitur, quòd pro indubitato haberi debet, quòd est ordinaria, & non delegata. Sed prò ampliori elucidatione huius materiæ, est notanda sequens quæstio. *Quæstio incidentaliter.* ¶ Quæritur enim à Doctoribus, vtrùm iurisdictio emanans ex commissione perpetua, facta à Papa, vel à Principe, vel à Communitate, non recognoscente Superiorem, sit ordinaria vel delegata? B *Responsio.* ¶ Et dimissis altercationibus, respondetur, quòd est ordinaria. Ita tenet gloss. & ibi Bartolus in. l. pluribus. ff. de Procuratoribus. Idem tenet alia gloss. & clarius in. c. fi. de officio ordinarij, ibi; cum concessum sit ei Priuilegium perpetuum. Ad quod dicitur vnica per Baldum ibi. Itē est doctrina Bartoli in l. prima. §. Si plures. ff. de exerci. actione, in prima colum. Sed clarius, immò clarissimè tenet Baldus in l. vnica. ff. de offi. Consu. cuius verba sunt hæc. Nono quæritur; vtrùm commissio facit quem Ordinarium, seu Delegatum? Respondeo; si est commissio perpetua, facit Ordinarium; si autem temporalis; vt potè, quia dicit reformatio communis Pisarum, C quòd præsentes Domini Anciani Pisanæ ciuitatis possint omnia, quæ potest totum commune Pisarum; tunc est auctoritas delegata, & non ordinaria. Et sic, cum commissio facta Prouincialibus fratrum Minorum, vt possint absoluere, & dispensare in certis casibus, sit perpetua; planè constat, quòd facit eos Ordinarios. Igitur auctoritas, de qua supra, data Prouincialibus a Papa, est ordinaria.

¶ Aduertendum est tamen, quòd posset aliquis obijcere contra supradicta, dicens, quòd licet bene probatum sit, præfatos Prælatos esse Ordinarios, si prædicta facultas, & potestas esset iurisdictio; sed cum potius videatur esse commissum eis arbitrium in huiusmodi absolutione, & dispensatione, quàm iurisdictio; sequitur, quòd non valeant dici Ordinarij. Ad hoc respondetur; quòd D dato casu, quòd sit arbitrium, & non iurisdictio, adhuc in huiusmodi arbitrio sunt Ordinarij, & non Delegati. Ita tenet Bartolus singulariter in l. ij. ff. de opti. lega. in fin. colum. sed longius, & singularius in l. Ambitiosa ff. de decre. ab ordi. fa. loquens semper in arbitrio; vbi post multas distinctiones, ponit sequentia verba. An autem videatur concessum per modum cuiusdam iurisdictionis ordinariæ, vel delegatæ? Dico verba statuti, seu reformationis concedentis statutum, esse diligenter inspicienda. Si enim hoc concedit officio; vt quia dicunt illa verba. Ad Officium priorum pertineat arbitrium, &c. videtur concessum officio. Et tunc priores poterunt, vigore sui officij, ex potestate ordinaria. Ponderanda sunt valdè præfata verba Bartoli; quia non dixit, an videatur concessa iurisdictio ordinaria in arbitrio; sed an videatur concessum arbitrium, per modum iurisdictionis ordinariæ. Ex qua ponderatione colliguntur duo, & ambo singularia in proposito. Vnum, quòd non idem sunt arbitriū, & iurisdictio. Secundum, quòd potest concedi arbitrium, ad instar iurisdictionis ordinariæ. Idem tenet Baldus in l. More ff. de iurisd. omnium iud. in fi. columnæ. Et sic, ex omnibus supradictis apparet euidenter, quòd auctoritas, de qua supra, est ordinaria, & non delegata; cum sit commissa officio, & non personæ nominatæ: & quia est commissio perpetua, & non temporalis, facta a supremo

A premo Principe Papa, qui in terris non habet superiorem.

TErtium dubium est, vtrum Guardiani, quibus Prouinciales committunt auctoritatem absoluendi à Casibus eis reseruatis, possint committere huiusmodi auctoritatem alijs fratribus? Ad hoc respondetur quòd non; nisi quando tales Guardiani essent Commissarij Prouincialium, cum plenitudine potestatis. Ratio huius est; quia secundum iura, delegatus ab inferiore à Principe, non potest subdelegare; nisi sit delegatus ad vniuersitatem caussarum; vel nisi hoc sibi specialiter concedatur, secundum Ioan. an. per. c. Is. cui de offf. deleg. lib. vj.

Tertiũ dubium. Vide pro hoc Doctrinã Nauar. in Manu. cap. 27. nu 45.

B

ANNOTATIO CORDVBÆ.

QVOAD §. 1. notandum, quòd Gregorius 9. fol. 116. concessit nobis, in principio Ordinis, quando non habebamus tot Priuilegia, neque tantam auctoritatem habebant nostri Prælati; tunc inquam, concessit, quod possemus, beneficium absolutionis, & dispensationis, cùm oportuerit, recipere ab Archiepiscopis, & Episcopis nostra Diœcesis in qua essemus. Sed quia iam multùm auctoritatis est in nostris Prælatis, sicut & in ipsis Diœcesanis, & adhuc maior quòad aliqua; & quia per Pontifices successores prohibitum est nobis absolui, & dispensari per alios, quàm per nostros Prælatos, vel de eorum licentia, intra, seu extra ordinem, vt habetur in eodem Compendio, hoc eodem tit. §. 21. §. 22. &
C *§. 36. & tit. exemptio. §. 5. Ideò iam parùm valet præfatum Priuilegium Gregorij; nisi fortè quando Minorum Prouincialis, aut Generalis concederet licentiam suo subdito, vt absolueretur à censuris aliquibus, seu dispensaretur per tales Diœcesanos, vel per alios virtute aliquarum Bullarum potentium absoluere, aut dispensare. vt hoc concessit Clemens 4. & Sixtus 4. fol. 58. ff. 142. vt habetur in Compendio tit. exemptio, §. 5. & Leo 10. fff. 124. fff. 48. & Innoc. fff. 79. ff. 264. & habetur in Compendio, hoc eodem titulo, Absolutio ordinaria. quòad fratres §. 22. §. 36. Dixi notanter (fortè) quia dubium est inter Doctores Canonistas, vt patet in Siluestro, titulo, Exemptio, §. 10. & titulo Absolutio. 5. §. 2. &c. & in alijs Summistis, vtrum exempti, quales nos sumus, possimus in casu subijcere nos Ordinarijs, in nostrum fauorem, vt in ca-*
D *su præsenti: & licèt sint opiniones in hoc (propter quod dixi, ly forte) tamen tam virtute præfati Priuil. Gregor. 9. quàm aliorum supra allegatorum, videtur quòd id possumus (vt dictum est) de licentia prædictorum Prælatorum nostrorum: & ad hoc etiam facit Priuileg. Eug. 4. concessum Monachis sancti Benedicti, vt habetur in compend. tit. Dispensatio. §. 25.*

Not. quod Prælati nostri exẽpti, habent iurisdictionẽ quasi episcopalem sut infra verbo Prælati dicam.

Quòad §. 5. notandum, an Guardiani possint sibi eligere Confessorem vbicumque sint, etiam in Conuentibus aliorum Guardianorum, sicut & alij Prælati possunt per c. fin. de pœnitentijs & remissionibus, & an per cap. Prouinciale vel Generale, vel per Superiores possit ab eis tolli hæc licentia, seu concessio iuris communis? latius dicendum est infra tit. Accedere ad Monasteria, in fine ibi videatur, & hic in hoc fo. super §. 7. habetur.

E *Quòad §. 7. quòad id quod ibi dicit Collector fo. 3. quòd præfata auctoritas concessa per Clem. 4. nostris Ministris & eorum Commissarijs, & custodibus, quòad absolutiones, & dispensationes Fratrum, extenditur in Mari magno Prædicatorum, ad Priores Conuentuales, & eorum Vicarios &c. notandum, quòd posteà fuit hoc per Sixt. 4. ipsis Prioribus Conuentualibus, & eorum Vicarijs ablatum in Bulla aurea, & postea per eumdem Sixtum 4. ff. 119. ff. 78. vt habetur in eodem Compendio, titulo Absolut. ordi. quòad fratres. §. 34. hoc fuit aliqualiter, sed non omnino amplius concessum ipsis Prioribus conuentualibus, eorumq; Vicarijs, pro toto ipsorum ordine. Sed tandẽ posteà idem Sixt. ff. 74. & ff. 119. hoc idem amplificauit, & concessit omninò ipsis Prioribus*

conuen-

conuentualibus, & eorum Vicarijs, quòd possent absoluere, & dispensare, sicut poterant A
virtute Maris magni supradicti, ante restrictionem Bullæ aureæ. Sed solum concessit
Prioribus conuentualibus, & eorum Vicarijs obseruantiæ Hispaniæ, & Lombardiæ; quã-
uis Collector dicat, quòd regnorum Castellæ, & Legionis tantùm; sed vt dixi obseruan-
tiæ Hispaniæ, & Lombardiæ, id concessit Sixt. 4 vt patet. ff. 119. ff. 74. & in eodem Com-
pendio, hoc eodem tit. infra. §. 33. habetur; nisi fortè pro eodem. Collector accipiat, Regna
Castellæ, & Legionis. & Regna Hispaniæ, & Lombardiæ; & ego non video rationem ad
id. Hoc ego dixerim quia virtute communicationis Priuilegij facta per Iulium 2. vt ha-
betur tit. communicatio priuil. § 13. solùm habent auctoritatem absoluendi, & dispensan-
di secundum Mare magnum, cum fratribus, Guardiani, & Præsidẽtes nostrarum domo-
rum obseruantiæ Regni Hispaniæ, & Lombardiæ: & ibi benè dicit Collector, quòd nomi-
ne, Vicariorum, solùm debent intelligi, quò ad nos, Præsidentes nostrorum conuentuum, B
propter carentiam Guardiani, vt etiam iterum idem dicit. tit. Vicarius § 5.

Item ibidem dicit Collector, quòd si præfata potestas limitetur prædictis Guardianis,
aut eorum Vicarijs, seu Præsidentibus domorum, communicata nobis ex Mari magno
prædicatorum, sciendum, quod nisi ad hoc habeatur auctoritas Papæ fieri non posset. Sed
an superiores Prælati, seu Capitula nostra, habeant hoc ab auctoritate Papæ? dit, quòd
generaliter id non habent, nisi spetialiter à Papa habeatur, in casu, aut quando Capitu-
lum Gen celebrandum est, aut aliàs; & quò ad reuocandum viuæ vocis oracula in Cap.
Gen. vel Prouinc vt habetur in Compendio tit. priuilegia fratrum. §. 26. vel si quis abu-
teretur tali priuilegio Apostolico, quia Generales Min. possent suspendere illud, quousque
consulerent Papam, vt habetur in Compendio eod tit. §. 9. Ex quibus etiam patet nostrũ C
intentum, quòd scilicet sine auctoritate Papæ, nullus potest tollere prædictum Priuilegiũ,
aut concessionem Papæ: & quia in quolibet ferè Cap. Gener. Ordinis nostri habetur spe-
tialis auctoritas Papæ ad omnia ibi ordinanda; ideo standum est statutis prædictorum
Capitulorum Gener. nisi oppositum constet, & non temerè innitendum est Priuilegijs ge-
neralibus circa hoc, & circa alia eiusmodi. Et credo similiter, standum esse ordinis con-
suetudini iam præscriptæ, & approbatæ, nisi vbi de speciali Papæ prohibitione, aut priui-
legio in oppositum sufficienter constaret.

Quò ad §. 22. notandum quòd idem Leo X fff. 124. idem prohibuit Augustiniens. q
scilicet etiam virtute quarumcumque Bullarum, aut Cruciatarum, nullus frater ipsius
Ordinis possit absolui à censuris, seu pœnis incursis, nisi secundum statuta, & mores, seu
consuetudines Ordinis; nisi per suos Prælatos, & non per alios quoscumque, nec extra Or- D
dinem, sine licentia Mag. Gen. vel Pro. eorum. Alias est irritum, & inane si secus fiat. &
videatur, an hoc Priuilegium possit communicari nostris Min. Gen. & Prouin. in fauo-
rem eorum & nostræ obseruantiæ? & Innoc. 8. fff 79. ff. 264. idem prohibuit eisdem Au-
gustiniens. vt habetur in Compendio, hoc eod. titu. §. 36. Sed de his Crubiatis seu Bullis
latius infra titu. Cruciata. §. 4. & 5.

Quò ad §. 38 ibi, Collector, dicit, q Eug. 4. concessit prædictam facultatem Confessori-
bus, de qua ibi loquitur, cum onere dicendi Septem Psalmos Pœnitentiales &c quàmuis
non alligauerit tales Confessores ad petendum licentiam à suis Superioribus; tu dic, q
vt patet fff 102 Dominus Eugenius 4 non imposuit tale onus 7. Psalmorum ipsis Con-
fessoribus, quàmuis imposuerit alijs fratribus, ad gaudendum alijs gratijs concessis ab
eod vt habetur in prædicto Compendio eod. tit. § 10. Ideò sine tali onere, & sine alia li- E
centia, possunt præfati Confessores vti tali facultate, de qua agit Eugenius 4.

Quò ad. §. 36. vid etiam ea quę supra § 22. annotata sunt.

Quò ad. §. 37 notandum, quòd Sixt. 4. fo. 98. littera R. in primo libro Ordinis tract.
2 declarauit, & etiam extendit hanc concessionem Eugenij, quòad omnes vtriusque se-
xus eiusdem Ordinis Carmelitarum Professores.

Quò ad. §. 38. vbi Collector resoluendo dicit, quòd nostri Ministri Gen. & Prouinc &
illi quibus ipsi commiserint, possunt absoluere, & dispensare secundùm Mare magnum,
&c. Adde & tu, quòd Custodes id possunt, vt expressè habetur in Mari magno, & per
commu-

A *communicationem fratrum Prędicatorum. vt dicit idem Collector infra post. §.40. in 1.
dubio. Adde, quòd & nostri Guardiani, & Præsidentes domorum, seu Conuentuum no-
strorum, id similiter possunt in partibus Hispaniæ, & Lombardiæ, in nostra obseruantia,
vt supra dictum est. sup. §.7. nisi per Prælatos, auctoritate Apostolica, id prohibeatur;
vel nisi oppositum habeat consuetudo legitimè approbata.*

*Quò ad §.40. vide etiam aliam concessionem Eug.4. factam eisdem Monachis San-
cti Benedicti. in compendio tit. Dispensatio §.25. fo.54.*

*Quò ad primum dubium, quòd Collector fol.6. ponit, vbi dicit, quòd potestas absoluen
di, & dispensandi est in Generalibus & Prouincialibus, & Custod. Adde & tu, quòd
etiam est in Guardianis, & Præsidentibus domorum nostræ obseruantiæ, Hispanię, &
B Lombardię secundum formam Maris magni Ordinis prędicatorum, per eorum commu-
nicationem: vt etiam ait Collector in fine eiusdem primi dubij, & vt supra latius nota-
tum est in §.7. ibi vide.*

*Quòad secundum dubium. q. Collector fol.6. pertractat, vide, si vis, in supplemento
fff.1. &c vbi latius id tractatur, à quo Collector sumpsit breuiter, & in sententia.*

*Quòad dubium tertium fol.7. Vbi quærit, an Guardianus, cui Prouincialis committit
suos casus, possit alteri committere, &c. Notandum, vltra ea, quæ ibi à Collectore dicun
tur, & bene, quòd in tab.20. Vic. Gen. in 1. lib. ordinis in 3. tract. fol.228. habetur sic. In-
stituitur, quòd vniuersi Confessores Monialium, familiæ nostræ habeant, præsenti decre-
to semper actiuè auctoritatem Prælatorum, super moniales in foro conscientiæ, quòad
caussas, & sententias. Habeant similiter Guardiani, & eorum Vicarij, in absentia ipso-
C rum Guardianorum, hæc ibi. Et paulo inferius in sequenti tab.21. Vic. Gen fol.229. sic
habetur. Declaratur. quòd illa clausula in tab. Cap. Gen. Albiens. pręcedenti inserta, sci
licet, quòd Guardiani, & eorum Vicarij habeant auctoritatem Prælatorum, in foro con-
scientiæ, &c. sic debet intelligi quod, scilicet, auctoritas per Patrem Prouincialem conces-
sa Guardianis, remaneat semper penes eorum Vicarios, seu Vicariorum Vicarios, ipsis
Guardianis suum Conuentum, pro suis negotijs exeuntibus, hæc ibi. De quo nos latius
egimus in supradicto tractatu Medulla fratrum Min. cap 7. q.2. ibi videat, qui volet am
pliorem declarationem super his.*

CAPVCCINI ANNOTATIO.

D

¶ Ex Priuilegijs Congregationis S. Hieronymi Fesulani.

*VGENIVS iiij. Concessit omnibus & singulis, omnium & singulorũ
locorum eorumdem præsentibus & futuris fratribus seu eremitis loci S. Hie
ronymi Fesulani, vt quilibet ex eis in Sacerdotio dumtaxat constitutis, ip-
sorum & cuiuslibet eorum confessiones audire; ac pro commissis (dummodo
talia non fuerint propter quæ Sedes Apostolica sit merito consulenda) de-
bitam absolutionem impendere, & salutarem pœnitentiam iniungere valeat.*

*Alexander VI. eisdem concessit, vt quoscumque fratres professos, & non professos, etiã
laicos, & conuersos cohabitantes in domibus ordinis prædicti; in confessionibus audire, &
E eos ab omnibus, & singulis peccatis & delictis (non tamen Sedi Apostolicæ reseruatis) to-
ties quoties opus fuerit in forma Ecclesiæ consueta absoluere, & salutarem pœnitentiam
pro modo culpæ iniungere. libere & licite valeant.*

Eugenius IIII. concessit eisdem, vt cum in itinere fuerint constituti, tunc eligendi per Pro itine-
eosdem Presbyteri, ecclesiastica sacramenta illis, absque parochiani iuris præiudicio. mi rantibus.
*nistrare valeant. Et quod ipsi confessores cum omnibus & singulis fratribus dictæ socie
tatis super irregularitate per ipsos quoquomodo vel ex quauis caussa contracta, vt diui-* Dispẽsatio.
*nis officijs & obsequio Missæ interesse valeant, dispensare, & infamiæ maculam siue no
tam abolere possint.*

A *Nam cùm Prouincialis dignitas comparetur dignitati Episcopali, videtur etiam quòd ipsa Prouincia comparetur Episcopatui. Unde, sicut quis unius Episcopatus, confiteri nõ potest de materia peccati mortalis, cum alio Sacerdote in alio Episcopatu approbato, nisi priuilegium aliquod esset in contrarium; ita pariter dicendum videbatur, vt fratres de una Prouincia confiteri minimè possint cum Sacerdotibus alterius Prouinciæ, licèt eiusdem Ordinis.* duci, ꝙ aliquis præter sui Superioris licentiã Confessorẽ sibi eligere valeat, vt habetur infra §. 9.

Quoad dispositionem illam Bonifacij VIII. positam in §. 8. quòd Religiosus manus violentas inyciens in clericum debeat absolui ab Episcopo: est sciendum; quòd tam ista, quàm illa alia dispositio. c. cum illorum, de senten. excom. qua cauetur, quòd si percussit fratrem alterius Religionis, absoluatur per Prælatum percussi, & alia multa iura quæ à summistis ponuntur circa absolutiones fratrum, hodie non procedunt, propter nostra priuilegia quæ à proprijs superioribus nostris posse absolui concedunt. In §. 8. percutientes fratres alterius Religionis,

B *Sed posset circa hoc oriri dubium, quando aliquis frater percuteret alterum fratrem excommunicatum an excommunicationem incideret? & licèt hinc inde sint opiniones, cùm aliqui velint, quòd non, per cap. excommunicatorum 23. d. 5. & glo. in c. si quis deinceps 17. q. 4. dicat illud non esse verum; tamen hæc est communis opinio, quòd iste percutiens excommunicatum incurrit excommunicationem; & ratio est quia excommunicatus retinet ordinem, ratione cuius inducta est immunitas, ideoq; durante caussa, durat effectus.* percutiens excommunicatum incidit in censuram.

Sed si succederet, ꝙ superior aliquis percuteret: an ipse posset absolui à subdito suo, quem elegit in confessorem? & non est dubium, quòd possit secundum priuilegia: sed dubium est, quando in aliquo Conuentu sunt duo fratres Sacerdotes, vnus Superior, & Superior percutiens an possit absolui à subdito suo.

C *alter subditus; & se ad inuicem percutiunt, An alter alterum absoluere possit? Et in hoc quid sentiant iura, dicam.*

Excommunicatus minori excommunicatione, potest absoluere alium excommunicatum eadem excommunicatione, scilicet, minori, c. duobus de sent. excommun. Excommunicatus autem maiori excommunicatione, non potest alium excommunicatum eadem excommunicatione, scilicet, maiori absoluere. c. audiuimus 24. q. 1. Frater excom. an possit alterum excommunicatum absoluere.

Sed quia ista intelliguntur de iure ordinario, ideò Tabiena, in verbo Absolutio. 2. §. 6. credit, quòd in necessitate, potest excommunicatus alterum excommunicatum absoluere, & ratio est; quia necessitas non habet legem; ac probat à maiori, quia si excommunicatus in casu necessitatis potest absoluere à peccatis, à fortiori poterit ab excõmunicatione.

D *Vnde concludendo dicerem, quòd licèt dispositio illa cap. si quis suadente Diabolo. 17. q. 4 circa percussores clericorum & monachorum liget multos comprehensos sub appellatione monachorum, vt sunt Religiosi professi Religionis approbatæ, conuersi omnes seu oblati. c. cum illorum: & cap non dubium, de sentent. excommunicat. & omnes moniales, & conuersę, & conuersi earum. c. de monialibus, extra de sentent. excommunicat. & Nouitij, & sorores tertij ordinis, viuentes in congregatione, & profitentes tria vota, & alij per summistas notati: Tamen de absolutione, est notandum, quòd Absolutio illius Canonis, quamuis regulariter spectet ad Pontificem, quando percussio est violenta, & cum illis circumstantijs positis à Nauar in declaratione illius Canonis, in Manuali cap. 27. num. 76. cum sequentibus, ac alijs Doctoribus summistis; tamen quòad personas religiosas, non solum ex Priuilegio, sed etiam de iure communi, spectat ad eorum Superiores, vt habetur in cap. Monachi, & cap. cum illorum, de sententia excommunicationis, extra.* Nauar.

E

Quò ad illud, quod per eumdem Bonifacium VIII. in hoc. §. 9. disponitur, est notanda doctrina Nauarr. cap. 27. nume. 261. vbi habetur, quòd Episcopus concedendo casus suos, siue sibi reseruatos, non videtur concedere absolutionem à censuris sibi reseruatis, cum à diuersis non fiat illatio; & aliud est, peccatum reseruatum Episcopo, & aliud censura reseruata; nam aliqua sunt peccata, annexam censuram non habentia, quæ sunt Episcopo reseruata; & etiam sunt censuræ aliquæ illi reseruatæ, peccatis, ob quæ illæ dantur, ei non reseruatis; nec etiam concedendo absolutionem à suis casibus, In §. 9. Nauar.

& censuris, videtur concedere absolutionem, ac dispensationem votorum, aut irregularitatum, à quibus ipse potest absoluere & dispensare: quia nec sunt Casus, nec Censura ipsi reseruata, & ita ex illis non infertur ad hac, neque è contra Arg. l. Papinianus. ff. de muneribus, & cap. ad audientiam de decim. A

Item Episcopus concedendo alicui omnem suam facultatem, & auctoritatem ad confessionem audiendam, & auditos absoluendum, non videtur concedere Casus sibi reseruatos, iure communi, aut suo particulari, aut consuetudine generali, vel speciali; oppositum tamen credit ipse Nauar. quando concedit omnes suos casus; quia iuxta communem consuetudinem, qua attendi debet, per suos casus, peccata illi reseruata intelliguntur; & etiam quando concedit omnem suam facultatem, excepto tali Casu reseruato.

Et dum hic dicitur, quòd nulla consuetudine possit introduci, quòd aliquis prater sui Superioris licentiam, confessorem sibi eligere valeat, est sciendum, quod hoc intelligitur de subditis, non autem de Pralatis, vt sunt Guardiani, Priores, Prouinciales &c. Isti enim etiam si fuerint hospites in alieno loco possunt sibi Confessorem eligere, absque illius loci Superioris licentia, vt videre est infra in addit Corduba, in verbo, Accedere ad monasteria Monial. in fine illius additionis. Et an talis facultas. Pralatis concessa, possit tolli per Capitulum, vel per statuta Ordinis? vide ibidem in Corduba, & in addit. ad §. 7. tit. Absolutio ordinaria, quò ad fratres. B

In §. 11. Circa id quod in hoc. §. 11. disponitur, de absolutionis Sacramento, & aliorum administratione Seruitricibus Monialium, est aduertendum, quòd hodie, ad hoc vt locum habeat, oportet, vt illa sint eiusdem Regula professe, & intra clausuram maneant actualiter in Monialium seruitijs, prout etiam fuit ordinatum de Tertiarijs per Concil. Lateranen. relatum in Const. 17. Leon X. Et in Conc Trid. sess. 24 c. 11. de reform. vbi tractatur pari modo de seruitoribus Regularium; Et licèt antiquitus esset forsitan permissum seruitricibus ipsis, extra Claustra Monialium, foris, in suis domibus habitare; nunc tamen est eis omnino prohibitum, & in clausuras Monialium intrare; ac nec exemptionibus ipsarum Monialium gaudere, per Concil. Trid. ac aliorum Pontific. constitiones. Ideo, circa istas, Confessores Monialium sint cauti in ministrando eis Sacraměta maximè Pœnitentia, & videant si sint approbati ab Ordinario, nec nè, & à quibus sic eas possint absoluere, cùm non aliam super illas habeant auctoritatem, siue facultatem, quàm super puras alias sęculares haberent. C

In §. 13. Pro eo quod in §. 13. aduertit Collector, est sciendum, quòd secundum Nauar. in Manuali cap. 27. num. 275. nullus, prater Papam sine eius commissione speciali, potest absoluere ab haresi & censura ei annexa, etiam occultissima; quia eam Papa sibi reseruat in Bulla Cena, quamuis Concil. Trid. sess. 24. c. 6. de Reform. concedat Episcopo, vt per semet ipsum, in sue Episcopatu possit absoluere subditos suos, ab occulta haresi; & possit etiam contendi, quòd non sit derogatum quo ad hoc, illi, per Bullam Cena; quia Greg. XIII. & Pius V. adeò id expressè declararunt, vt etiam Summo Pœnitentiario negauerint illam facultatem, nisi cum certis modificationibus; adeò vt ipse Nauar. dicat, moueri ad credendum quòd nec virtute Iubilai, nec Bulla Cruciata. in quibus non datur specialis facultas absoluendi ab haresi, poterit quis absolui ab ea licèt expressè detur facultas absoluendi à Casibus Bullę Cena quod probare nititur, & auctoritate, & ratione, pro vt ibi est videre. Et quamuis in hoc, multa esset opinionum varietas, si per Bullam, scilicet Cruciata, poterat quis ab haresi absolui; in anno tamen 1584. fuit omnis dubietas sublata: cum fuerit Bulla Cruciata adiectum (excepta haresi) pro vt sic refert auctor expositionis dicta Bulla. §. 1. nu. 7. quamuis contrarium ipse defendat, in eo quod dicitur Episcopi auctoritatem, à Conc. Trid. et traditam, in Bulla Cruciata, suspendi, & quòd ideò non possit absoluere ab haresi occulta, vt iam dicam in alia nostra annotatione, in verbo Cruciata, quando tractabo, An Priuilegia Mendicantium suspendantur, nec nè, per Iubilaum plenissimum, & per Bullam Cruciata. D

Conc. Trid.

Pater Emanuel. E

Est sciendum insuper, quòd Dominis Inquisitoribus Hispaniarum, talis facultas ab haresi absoluendi, tàm in foro consciětia, quàm iudiciali, & suis etiă Vicarijs est concessa,

A *vt testatur Pater Camillus Campegio, Generalis Inquisitor Mantuæ, vt refert ibidem supradictus auctor exposit. Bulla.*

Circa dispositionem illam Alex. VI. in §. 17. relatam de reseruatione Casuum; est primo aduertendum, quòd tempore Martini V. iam fuerunt in Religione Taxati, & ordinati, Casus Ministris Ordinis Minorum reseruati, & ab ipso Martino V. confirmati, vt cum Regula apparent impressi. In §. 17.

Deinde est pariter aduertendum, quòd nunc per S. D. N. Clem. VIII. tum quo ad istam, cum etiam quò ad illam Alex. VI. dispositionem, aliud est ordinatum, per Decretum infrascripti tenoris.

Decretum S. D. N. Clementis VIII. super casuum reseruatione, ab omnibus Regularium Superioribus obseruandum.

B *Sanctiss. D. N. qui iampridem accurate perpendit, ac reipsa comperit; quod reseruatio facultatis, absoluendi Religiosos pœnitentes, a quibusdam peccatis grauioribus, nisi Superiores, admodum prudenter, ac moderate illa vtantur, nonnullos infirmiores, qui interdum Superiori suo; conscientiæ maculas detegere formidant, adducere posset in æternæ damnationis periculum, & spiritualis remedij desperationem: ideo, vt huic malo, sua Sãctitas opportune prospiceret, decreuit, vt nemo Regularium Superiorum, peccatorum absolutiones, sibi reseruet, exceptis ijs, quæ sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquibus, prout subditorum vtilitati expedire, prudenter in Domino iudicauerint.*

1 *Veneficia, Incantationes, & sortilegia.*

2 *Apostasia a Religione, siue habitu dimisso, siue retento, quando eo peruenerit vt extra septa monasterij, seu Conuentus fiat egressio.*

C

3 *Nocturna ac furtiua è monasterio seu conuentu egressio, ẽt nõ aĩo apostatãdi facta.*

4 *Proprietas contra votum Paupertatis, quæ sit peccatum mortale.*

5 *Lapsus carnis voluntarius, opere consummatus.*

6 *Occisio aut vulneratio, seu grauis percussio cuiuscumque personæ.*

7 *Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio litterarum, à superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad superiores.*

8 *Iuramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.*

9 *Procuratio, auxilium, seu consilium, ad abortum faciendum, post animatum fœtũ, etiam effectu non secuto.*

D 10 *Falsificatio manus, aut sigilli, officialium monasterij aut Conuentus.* Etiam Generalis et prouincialis.

11 *Furtũ de rebus monasterij seu cõuẽtus, in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale.*

¶Hoc fuit a Pontifice declaratum debere intelligi, etiam de rebus particularibus, ad alicuius fratris particularis vsum concessis; Et Nauar. in Sũma, restrinxit huiusmodi materiam peccati mortalis, ad duos carolenos.

Si quod aliud præterea peccatum graue, pro Religionis conseruatione, aut pro conscientiæ puritate, reseruandum iudicabitur, id non aliter fiat, quam generalis capituli, in toto ordine, aut prouincialis in prouincia, matura discussione, & consensu.

Non liceat Superioribus Regularium, subditorum confessiones audire; nisi quando peccatum aliquod reseruatum admiserint; aut ipsimet subditi, sponte, aut proprio motu, id ab eis petierint.

E *Superiores, in singulis domibus, deputent duos tres aut plures confessarios, pro subditorũ numero maiori vel minori, ijq; sint docti, prudentes, ac charitate præditi, qui a non reseruatis eos absoluant; & quibus etiam reseruatorũ absolutio cõmittatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse in primis confessarius iudicauerit.*

Tam superiores pro tempore existentes, quam confessarij, qui postea ad superioritatis gradum fuerint promoti, caueant diligentissime, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur.

Liceбit tñ Superioribus, determinare pœnitentias graues, quibusdã peccatis, etiam non reseruatis, a confessarijs imponendas, quæ subditos, ab hmõi perpetrandis, cohibere possint. Atq; ita per quoscũq; Regulariũ superiores, quicũq; illi sint, obseruari mandauit. Non

B 3 obstan-



obstãtibus cõstitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac cuiusuis Cõcilij & generalis Decretis, necnõ cõsuetudinibus & ab immemorabili semper obseruatis, aut regulis in generalibus seu prouincialibus capitulis editis, statutis, & constitutionibus etiã Apostolica auctoritate confirmatis priuilegijs, indultis, & concessionibus quibuscũq; quorũ tenores, hic pro expressis haberi voluit, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Dat. Romæ apud S. Petrum, die 26. Mensis Maij. M. D. LXXXIII. A

Andreas Sorbolongus Secretarius Visitationum.

ET *sic consequenter ex taxatione istorum Casuum, moderata, ac restricta videtur remanere dispositio supradicta Pap. Alex. 6. cùm facultas reseruandi alios Casus à supradictis, non amplius ad Ministros Prouinciales, seu alios Prælatos tantùm spectet; sed in Capitulis generalibus, seu Prouincialibus, cùm consensu Patrum Vocalium, ibi pro electione facienda conuenientium, fiat reseruatio, vt ex supra proximè dictis verbis Pontificis apparet, quando dicitur. Sed si quid aliud præterea, &c.* B

Et tunc (prout ab eodem Pontifice fuit nobis facta declaratio) in prædictis Capitulis poterunt reseruari alij casus à supradictis, etiam eiusdem materiæ supradictorum casuum, vt putà in materia lapsus carnis, reseruare etiam tactus impudicos &c. supradictis tamen casibus semper firmiter manentibus, & in nullo mutatis.

Absoluendi autem facultatem à supradictis Casibus, ad illos Prælatos pertinere etiã declarauit, ad quos, prius ante huius Decreti publicationem spectabat; vt putà in nostra Congregatione Capuccinorum, sunt Prouinciales, nisi tamen aliud Confessori assignato (vt in Bulla) videbitur expediens; petere, scilicet facultatem à Prouinciali, aliquem absoluendi, ei prius narrata caussa, pro qua ad id petendum mouetur, vna cum Casu occurrenti; saluo tamen semper sigillo Confessionis. Et hæc pro nunc sufficiant pro huiusmodi materia Casuum reseruatorum; infra enim in verbo Casus reseruati, plura alia dicemus. C

In §. 21.

Est sciendum, quòd eadem prohibitio fuit facta à Pio V. Fratribus Ordinis Prædicatorum ann. 1571. scilicet, vt non possint absolui; pro vt habetur in Breui supracitato, in §. 1. his verbis. Huiusmodi supplicationibus inclinati, talem Concessionem Cruciatæ sanctæ, & aliorum indultorum particularium, quantum ad prædictum articulum eligendi confessorem, & absoluendi à Casibus reseruatis, cum fratribus, & sororibus Monialibus totius Ordinis prædicti, locum minimè habere, nec censeri; sed nostræ intentionis existere, quòd ijdem fratres, & Moniales, quantum ad Sacramentum pœnitentiæ seu confessionis administrationem, dispositioni suorum Prælatorum subiecti sint; Apostolica auctoritate, tenore præsentium, perpetuo declaramus. D

Vt refert Passarellus in compilatione Priuilegiorum Sancti Francisci à Paula f. 127.

De licentia tamen suorum superiorum, possent fratres, & sorores vti gratijs, & facultatibus dictarum Bullarum, aliàs non, pro vt hic Leo dicit

Et nota id quod infra dicit Collector, in verbo, Absolutio extraordinaria quòad fratres. §. 1 8. ibi. vt fratribus, &c.

Circa autem illud, quòd à Collectore hic dicitur in 3. dubio, quòd scilicet Guardiani, quibus Prouinciales committunt auctoritatem absoluendi à Casibus reseruatis, non possint illam alijs committere, &c. Est sciendum, quòd Nauar. in Manual. c. 27. num. 45. ait, quòd simplex ministerium absoluendi, potest vtiq; delegari, etiam à delegato Ordinarij, & à Subdelegato Delegati Papæ; quamuis non possint delegare suas iurisdictiones, quarum ratione id eis competit. Hæc Nauar. ibi. E

Nauarr.

A ABSOLVTIO EXTRAORDINARIA QVO AD FRATRES.

¶Sequitur secundum principale, pertinens ad absolutionem fratrum extraordinariam, quę scilicet, potest eis impendi certis, ac determinatis diebus. *Collector.*



VGENIVS Quartus concessit fratribus Minoribus de obser. 1
vt possint absolui per Confessorem ab eis electum, de suorum li- *Casus reseruati Papa.*
B centia Superiorum, semel tantum, ab omnibus censuris, & pœnis;
excepto falsificationis litterarum Apostolicarum crimine.o.fo.61.
Et ffo.64.conce.84.
¶Circa huiusmodi Concessionem, vide ea, quę posita sunt supra, in dictione, *Collector.*
Absolutio ordinaria, quoad fratres post.§.11.
¶IDEM Eugenius concessit omnibus fratribus Minoribus, ac etiam Noui- 2
tijs, in religione perseuerare volentibus, quatenus possint eligere Confessorē *Pro mortis*
idoneum, qui auctoritate Apostolica, absoluat eos in articulo mortis, ab omni- *articulo: &*
bus peccatis, & censuris ecclesiasticis, etiam sedi Apostolicę reseruatis, siue ex *pro nouitijs*
alia quacumque caussa prouenientibus; & plenariam omnium peccatorum in-
dulgentiam largiatur. Quam indulgentiam prędicti fratres consequantur, etiā *Indulgentia plenaria.*
C si prędictum Confessorem eligere non potuerint, seu obliti fuerint; dummodo
moriantur in statu gratię.o.fo.61. Et ffo.64.conce.77.
¶IDEM Eugenius concessit fratribus Mino.de Obser. Prouinciarum Regni 3
Castellę, quatenus singuli Prę lati dicti Ordinis, quocumq; nomine cēseantur, *Pro professis fratribus.*
& Confessores per ipsos Prę latos deputati, vel pro tempore deputādi, singulo-
rum conuentuum, locorum, domorū, & Eremitoriorū, huiusmodi, semel tantū
absoluere possint omnes, & singulos fratres professos, conuersos, atq; nouitios, *Pro nouitijs.*
habentes propositū profitendi; necnō perpetuo donatos, oblatos, pręsentes, & fu- *Pro oblatis.*
turos ipsorū conuentuū, locorū, domorū, & Eremitoriorū huiusmodi; ab omni- *Absolutio*
bus, & singulis suis peccatis, excessibus, & delictis; etiā quantumcumq; enormi- *plenaria*
bus; & à quacumq; simonia, in curia, vel aliàs vbicumq; ante, & post ingressum *pro semel*
D religionis cōmissa; necnō a quibuscumq; excōmunicationū, suspensionū, & in- *in vita.*
terdicti, alijsq; ecclesiasticis cēsuris, & pęnis, à iure, vel ab homine, Apostolica, *Censura.*
vel sedis Apostolicę Legatorū, delegatorū vel subdelegatorū, ordinaria, vel alia
quauis auctoritate, etiā per Synodales, aut Prouinciales, aut Generaliū Conci-
liorū cōstitutiones; & quoscūq; processus Apostolicos, & quascumq; extrauagā
tes; vel iuxta ipsius Ordinis regularia instituta, quomodolibet promulgatis, in
genere, vel in specie, si quas incurrerint ante, & post ingressum religionis; etiā
si talia sint, propter quę Apostolica Sedes specialiter, & expresè fit merito cō-
sulenda: Necnon, cū singulis supradictis, super quibuscumq; irregularitatibus, *Dispēsatio*
& inhabilitatibus, quouis modo contractis, in omnibus, & singulis, etiam sedi *pro semel in*
prędictę specialiter, & expresè reseruatis (bigamię, homicidij voluntarij, mu- *vita.*
E tilationis mēbri, casibus dūtaxat exceptis) semel similiter possint dispēsare, ac
eos habilitare; vt nō promoti, ad oēs Sacros ordines, & missarū celebrationem,
promoueri possint, & ipsi promoti in eisdē ministrare valeant. Et ꝙ, ad quascū-
que dignitates, administrationes, & officia dicti ordinis (etiam si curam habeāt *Promotio*
animarum) recipi, illisq; præfici, & assumi, Apostolica auctoritate valeant, & *ad ordines*
possint. Et voluit, quòd si prędictas censuras, vel earum aliquam, ignoranter, *Sacros, &*
vel inaduertenter incurri contigerit, à talibus, Prę lati, & Confessores supra- *officia Or-*
dicti, quoties opus fuerit, & opportunū, absoluere, ac super irregularitate, vel *dinis.*
irregularitatibus, ex talibus censuris, postea celebrando, vel prędicando, vel

diuinis se immiscendo, vel aliàs contracta, vel contractis, quoties opus fuerit, A
vt similiter dispensare auctoritate prædicta valeant, misericorditer de gratia speciali concessit. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 85.

Collector. ¶ Aduerte, quòd ad gaudendum suprascripta concessione, oportet dicere semel 7. Psal. singulis septimanis vnius anni, prout late ponitur infra post. §. sequens.

4 *Particularis pro Regnis Castellæ.* ¶ IDEM Eugenius concessit omnibus, & singulis supradictis, præsentibus, & futuris, Prælatis, & Subditis, professis, conuersis, & cum proposito profitédi nouitijs, in sinceritate fidei, & vnitate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & obedientia suę Sanctitatis, suorumq; successorũ Romanorum Pontificum, canonice intrantium, existentibus, ꝙ eis quicumq; Presbyteri sęculares, vel Regulares, perpetuis temporibus, omnium peccatorũ suorũ, de quibus, in genere, vel in specie,

Indul. ple. in mortis articulo. corde contriti, & ore confessi fuerint; & etiam de oblitis; indulgentiam, & remissionem, in mortis articulo, auctoritate Apostolica, libere, & licite concedere valeant: ita etiam, ꝙ si in illo reputato mortis articulo, non decesserint, semper indulgentia prędicta intelligatur reseruari, ad verum mortis articulũ. Sed ne (quod absit) propter huiusmodi gratiam reddantur procliuiores ad illicita in posterum committenda, voluit, ꝙ, si ex confidentia huiusmodi, aliqua forsã committant; ad talia, prędicta indulgentia, nullatenus suffragetur. B

Aduerte ad conditionẽ hic appositam. ¶ Voluit etiam idem dominus Papa, quòd singuli prędictorum, qui sufficientis litteraturę fuerint, per vnum annum à tempore, quo concessione huiusmodi gaudere voluerint, singulis septimanis (impedimento cessante legitimo) semel Septem Psalmos pœnitentiales, cum Litania, recitent, siue legant; alij vero, non sufficienter litterati, alias orationes (iuxta Confessorum suorum arbitriũ, prout animarum suarum saluti visum fuerit expedire) dicere teneantur. Et ꝙ si forsan impedimento detenti, in dictis anno, & septimanis, orationes prædictas commode dicere non potuerint, vel ex inaduertentia, aut obliuione omiserint; ex tunc in alia septimana sequentis anni, supplere teneantur. o. fo. 62. Et ffo. 65. conce. 86. C

Collector. ¶ Sciendum, quòd suprascriptam concessionem Eugenij, extendit postea Pius secundus, ad totam familiam, de quo habetur transumptum, licet non impressum. Sed ista concessione communiter non vtuntur fratres; quia nolunt laborare in dicendis 7. Psal. ex eo, quòd credunt, quòd quidquid in ea continetur, postea fuit, sine tali onere, concessum. Item est aduertendum, quòd licet hoc committatur quibuscumque Prælatis ordinis, tamen iam est declaratum, non intelligi de Casibus reseruatis Ministris; vt patet infrà post. §. 10. & quòd intelligitur pro censuris contractis ex ignorantia, vel inaduertentia, de quibus, toties, quoties possunt absolui, &c. Et tamen, non possunt etiam in hoc, vti hac D

Nota. gratia, sine licentia Superiorum. Vnum tamen singulare continetur in ista concessione. s. ꝙ Indulgẽtia plenaria de articulo mortis, semper intelligatur reseruata pro vero articulo; quod est magni effectus, & nullibi in nostris Priuilegijs reperitur sic cõcessũ. Aduertẽdũ est insuper, ꝙ pro tribus, nó alibi fortè repertis, deberet quilibet frater laborare p annũ, in dicẽdis 7. Psal. vt posset vti ista facultate. Primo, vt a quolibet Cõfessore, deputato per Prelatũ, posset absolui à cẽsuris, ignorãter, vel inaduertẽter incursis; & dispẽsari in irregularitatibus, propter ipsas, incursis, vel cõtractis. Secũdo, vt posset absolui, quantũ ad semel, ab excommunicatione in specie scilicet, vt ego intelligo, & videtur intelligendum, nominatim à Papa, vel eius auctoritate, non tamen reseruata; quia de nominatim, nescio vbi habeamus auctoritatem absoluendi, nisi hic. Tertiò, quia vt supradixi, hæc Indulgentia plenaria reseruatur ad verum articulum mortis. Et potest addi quartum scilicet, quòd Indulgentia plenaria habeat locum, in oblitis, & in confessis in genere; quia quando hoc non exprimitur, sunt mul- E

A tæ opiniones, verum subintelligantur, vel non.

SIXTVS. iv. concessit omnibus fratribus Min. de Obser. præsentibus, & futuris, tam professis, quàm nouitijs, (qui tamen habent propositum profitendi) necnon sororibus S. Claræ, & Tertiarijs vtriusq; sexus, & famulis, & seruitoribus prædictorum omnium; vt quilibet eorum possit semel eligere Confessorem de huiusmodi obseruantia, qui audita eius Confessione, pœnitentiam salutarem iniungendo, absoluat eos, ab omnibus criminibus, excessibus, & censuris Ecclesiasticis; & dispenset cum eis in omnibus irregularitatibus, si quas forte contraxerint (homicidio voluntario, & mutilatione membri semper exceptis) & ei remissionem generalem, & plenariam omnium peccatorum impartiri valeat. Et quòd hoc idem possit in mortis articulo. o. fo. 64. & ffo. 68. conce. 131. & ffo. 96. conce. 341. vbi ponitur in forma propria supplicationis; & excipitur irregularitas ex bigamia proueniens. *Absolutiones plen. pro semel in vita & in mortis articulo. Dispensatio.*

B

¶ ADVERTE circa hanc concessionem, quod licet Sixtus non excipiat in ea irregularitatem ex bigamia prouenientem; tamen pro excepta debet semper haberi; quia est grauior reliquis ad dispensandum. Et quia in alia concessione infra posita in dictione, Dispensatio. §. 12. illam excepit expresse; & quia forte illa facta fuit post istam; licet hoc non constet; quia non habent datas. Vtrum tamen aliter sit iudicandum, prudens lector aduertat. *Collector.*

¶ Aduertendum est etiam, quòd iam pluries declaratum est, scilicet, quòd à Casibus reseruatis Ministris, non potest aliquis absolui, sine eorū licentia, & minus à censuris, auctoritate Apostolica, postea latis, & reseruatis.

C

¶ IDEM Sixtus concessit omnibus, & singulis Prædicatorum, & Minor. Ordinum Professoribus, qui tunc erant, & qui pro tempore perpetuo erunt; vt Confessor idoneus eorumdem Ordinum, quem quilibet pro se, de sui superioris licentia, duxerit eligendum, eorumdem confessione diligenter audita, pro commissis per eos excessibus, & peccatis, semel in vita, in forma confessionalis, per ipsum edita, & in mortis articulo, plenariam absolutionem, & peccatorum huiusmodi remissionem, impendere valeat; etiam si, ante factam eorumdem Ordinum professionem, eos decedere contigerit. B. fo. 65. Et ffo. 148. conce. 360. 6 *Absolutio plen. pro semel in vita & in mortis articulo. Etiam pro nouitijs.*

D ¶ Aduerte, quòd istud intelligitur, sub forma confessionalis per ipsum edita, in qua, vt credo, reseruabantur casus Sixtinæ, quę incipit. Et si Dominici gregis. Et habetur in summa, infra in dictione, Excommunicatio. 2. notabili. *Collector.*

LEO x. concessit licentiam, & facultatem omnibus Monialibus sanctæ Claræ, & ancillis Beatæ Virginis, vt quater in anno, possint se, à suis Superioribus, siue Confessoribus, aut alijs fratribus, de Ordine fratrum Minor. per Superiores deputatis, facere absolui, ab omnibus peccatis suis, qualitercumque commissis. Ac similiter absolui, vel potius dispensari, ab omnibus, & singulis votis (exceptis substantialibus, emissis in earum professione) quę solent, fœminea leuitate, pro qualibet minima necessitate, emitti. Ita tamen, quòd nulli ipsarum hęc gratia suffragetur, si confisæ de ipsa, aliquid attentarent committere, quod oculos Diuinæ maiestatis, earum violando professionem, offenderet. Et insuper placuit suæ sanctitati, de benignitate Apostolicæ pietatis, concedere facultatem earum Confessoribus, de licentia Prælatorum, easdem audientibus, quòd ea plenitudine eas absoluant, & illi statui innocentiæ restituant, quō sanctitas sua faceret, si ipsamet in confessione auscultaret peccata. Et q̄ posthac, eadē auctoritate Apostolica, omnibus, & singulis sanctā benedictionem impartiantur, nomine Sanctitatis suæ. o. ffo. 93. conce. 290. 7 *Quattuor absolutiones plenaria. Dispensatio. Benedictio Papalis.*

E

¶ Vide prope finem huius dictionis, seu Capituli, qualiter præfatæ absolutiones debeant fieri. *Collector.*

¶ IDEM

8 *Absolutiones plen. pro multis festiuitatibus* ¶ IDEM Leo concessit Monialibus sanctæ Claræ, sub cura fratrum Minorum obseru. existentibus, vt in omnibus sollemnitatibus Domini Sabaoth, & Virginis Mariæ, ac omnium sanctorum, & sancti Patris nostri Francisci, & Sanctæ Claræ, possint Confessores earum, in absolutionibus suarum Confessionum, eas plenariè absoluere, & pœnitentiam salutarem iniungere. B. ffo. 42. conce. 132. A

Collector. ¶ Circa hanc absolutionem, vide quæ ponuntur propè finem huius dictionis, seu Capituli.

9 *Absolutiones plen pro multis festiuit. & alijs diebus.* ¶ IDEM Leo concessit ancillis, & sororibus Ordinis Beatæ Mariæ Virginis, sub regimine fratrum Min.Obser. existentibus, vt in omnibus sollemnitatibus Domini sabaoth, Beatæ Mariæ Virginis, & Petri, & Paulli, & sancti Francisci, omniumq; Sanctorum, atq; per totam maiorem hebdomadam, Confessores earum, quicumq; fuerint, siue ordinarie, a Prælatis deputati, siue aliter (dummodo eas audiant de consensu suorum Prælatorum) possint in absolutionibus earum, de peccatis suis, eas plenarie absoluere, ac pœnitentiam salutarem iniungere. Quo vero ad fratres, prius suorum Superiorum, & eorum curam gerentium, licentia, & assensu habitis. B. ffo. 43. conce. 137. B

¶ Circa hanc concessionem vide infra prope finē huius dictionis, vel Capituli.

10 *Absolutio plenar. pro die Sanctæ Catharinæ.* ¶ IDEM Leo finaliter concessit fratribus min. regul. Obser. quòd semel in quolibet anno, vltra alias indulgentias, quas a Sede Apostolica habent, possint plenarie absolui, & indulgentiam plenariam consequi, in festo Sanctæ Catharinæ Virginis, & martyris. o. ffo. 94. conce. 299. C

¶ Pro huiusmodi absolutione, vide prope finem huius dictionis.

Collector. Resolutio. ¶ Epilogatio, seu resolutio concessionum suprapositarum est, quòd fratres Minores, & Moniales sanctæ Claræ, ac tertij Ordinis, possunt absolui ab omnibus peccatis, & censuris plenarie, semel in vita, & in mortis articulo. Item quater in anno, diebus, quibus maluerint, & in festis Domini Sabaoth, & Beatæ Virginis, omniumque sanctorum, & Apostolorum Petri, & Paulli, ac sancti Francisci, sanctæ Claræ, sanctæ Catharinæ, & per totam maiorem hebdomadam; de consensu tamen suorum Prælatorum. ¶ Qualiter autem intelligatur præfata absolutio plenaria, & quorum Prælatorum requiratur licentia, seu consensus, declaratur in sequentibus, quę bene notare oportet. D

Collector. QVIA Circa huiusmodi absolutiones plenarias, a Leone. 10. concessas, nonnulli fratres decipiuntur, credendo, quòd possint eis vti, absque licentia suorum Superiorum; aduertendum est, quòd in omnibus ipsis (vltima dumtaxat excepta) semper positum est a Summo Pontifice, quòd olum possint fratres, seu moniales, sic plenarie absolui a Prælatis suis, vel a Confessoribus, per eos deputatis, seu de licentia eorumdem. Sed ad omnem ambiguitatem, circa hoc tollendam, quod, scilicet, absque licentia Superiorum, & non quorumcumque; sed saltem Prouincialium, non potest quis præfatis absolutionibus plenarijs gaudere, quo ad Casus reseruatos, Notanda est, ac menti commendanda quædam clausula, in tabula Congregationis generalis Burdegalensis posita, tenoris subsequentis. E

Statutum Capituli generalis circa absolutiones casuum reseruatorum. VT fratribus, iuxta regulæ puritatem, maior recipiendi sacramentum pœnitentiæ tribuatur occasio, Reuerendissimus Pater Minister generalis, tā quoad fratres, quam quoad moniales, reuocat omnes gratias, facultates, confessionalia, & indulgentias, & quaslibet litteras, sub quacumque verborum forma, etiam à Sede Apostolica concessas, siue vigore Bullæ Cruciatæ, vel fabricæ sancti Petri de vrbe; aut quarumlibet Confraternitatum, in quantum sunt in præiudicium casuum Ministris reseruatorum; declarando esse contra Sanctissimi Domini Papæ voluntatem, tam fratres, quam sorores vti præfatis

gratijs,

A gratijs, quoad confessiones faciendas de Casibus prædictis, aut contra instituta Ordinis; absque licentia præfati Reuerendissimi Ministri generalis, aut Prouincialium Ministrorum, quouis modo fit; etiam irritum esse, & inane quidquid aliàs fuerit attentatum. Et hoc vigore cuiusdam Breuis, præmissorum declaratorij, ab Alexandro Papa olim concessi, & Breuis specialis Leonis decimi, Reuerendissimo Patri Ministro generali missi, & in hoc Capitulo publicati.

¶ INSVPER circa prædictas absolutiones plenarias a Leone decimo concessas, est aduertendum, an huiusmodi absolutiones se extendant ad censuras excommunicationum, vel irregularitatum, aut casuum reseruatorum Papæ; quia de eis non fit aliqua mentio in littera Concessionum. Et an etiam se extendant ad remissionem pœnæ, debitæ pro peccatis, in præsenti, aut in purgato- *Collector.*
B rio, sunt opiniones. Nam aliqui dicunt, quòd sic, ad omnia supradicta, cùm sit Priuilegium Principis, quod latissime est interpretandum; maximè cum hoc verba patiantur. Alij in dubium vertunt, nonnullis rationibus moti. Mihi securius videtur, non præcipitare sententiam, sed disputationi relinquere: & quòd quando aliquis vult vti in dictis diebus prædicta concessione, dicat Confessor, post communem absolutionem a peccatis. Et etiam absoluo te plenarie. Et valeat quantum valere possit.

¶ Item est aduertendum, quòd, sicut patet ex dictis, & ex littera ipsarum absolutionum, ipse non sunt vniformes, seu æquales; & ideo, non eodem modo debet impendi absolutio, quandocumq; occurrunt dies, in quibus concessæ
C sunt. Quapropter, ne in hoc aliqui minus docti decipiantur, operæpretium visum est, in calce huius Summarij, diuersas absolutiones breues, & compendiosas, iuxta diuersitatem huiusmodi concessionum, superaddere.

¶ Forma absolutionis, pro quattuor vicibus, in quibus potest quis absolui, diebus, quibus maluerit, quolibet anno: prout dictum est supra §. 7.

AVCTORITATE tibi concessa, & mihi commissa, ego te absoluo, sic plenarie, & illi statui innocentiæ restituo, quomodo sanctitas Domini nostri Papæ faceret, si ipsemet, in confessione, tua peccata auscultaret. Et eadem auctoritate Apostolica, tibi sanctam benedictionem Papalem impartior. In nomine Patris & filij &c. *Forma absolutionis plenariæ.*

D ¶ Forma absolutionis, pro omnibus alijs vicibus, in quibus potest impendi absolutio plenaria, vt habetur supra in §. 8. & 9.

AVCTORITATE tibi concessa, & mihi commissa, ego te absoluo plenarie ab omnibus peccatis tuis, inquantum prædicta auctoritas se extendere potest. In nomine patris, &c.

¶ Forma absolutionis, pro absolutione, quæ impendi potest, in festo sanctæ Catharinæ, quia differt ab omnibus supradictis, vt patet supra §. 10.

AVCTORITATE tibi concessa, & mihi commissa, ego te absoluo plenarie, ab omnibus peccatis tuis, inquantum huiusmodi auctoritas se extendere potest, & concedo tibi Indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuo-
E rum. In nomine Patris, &c.

¶ *Ex Priuilegijs Monachorum sancti Benedicti obseruantium.*

BENEDICTVS xiij. concessit Monachis pro articulo mortis, Plenariam indulgentiam, seu absolutionem; & quod, si infirmarentur, & crederentur morituri; puta, quia viderentur agonizare; & absoluti plenarie, iterum conualescerent, quòd iterum, & in mortis articulo valerent absolui. o. 11

¶ *Ex*

¶ Ex Priuilegijs monachorum Carthusiensium. A

12 SIXTUS iv. concessit, quòd fratres, seu Monachi Carthusiensium possint eligere Confessorem idoneum dicti Ordinis solummodo, qui eos, semel in anno, in festiuitate Natiuitatis B. Mariæ Virginis, ab omnibus, & singulis peccatis suis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, plenarie absoluere valeat in perpetuum. o.

¶ Ex Priuilegijs fratrum ordinis sancti Hieronymi.

13 N v concessit, quòd gratia, quam habet Ordo sancti Hieronymi, vt fratres possint absolui plenarie, intelligatur etiam de peccatis, quocumq; tempore, confessis, licet tunc non confiteantur. B

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD §. 9. vbi Collector dicit, quòd non possunt fratres vti præfatis concessionibus Leonis 10. quòad absolutiones plenarias, sine licentia suorũ Prælatorũ &c. Notandum, quòd quoad lucrandum Indulgẽtias, & similiter quoad absolutiones a censuris, sm̃ quod conceditur, quoad hec, in ipsis Priuilegijs, saltẽ in foro conscientia, bene possunt fratres vti C *præfatis concessionibus, sine licentia suorũ Prælatorũ; non autẽ quoad absolutionẽ a Casibus reseruatis, in Ordine Minor. Prouincialibus; quia declarauit Reuerẽdissimus P.F. Franciscus de Angelis Minister Generalis in Capitulo prouinciali Prouinciæ Castellæ, Toleti celebrato, anno Dñi 1524. me præsente, ꝙ sic erat intelligenda Bulla, seu cõcessio præfata: & quoad hoc vltimũ, de Casib. reseruatis, idẽ expresse ibidẽ dicit Collector, ponẽs aliam declarationẽ cuiusdam Cap. gen. de quo latius infra, tit. Cruciata, dicendũ est, ibi videatur. Videatur alia cõcessio Sixt. iv. facta Cõfessoribus Monialiũ, pro intrantibus Monasteria Monialium, sine dolo, vt habetur fff. 96. concessione 33. & habetur in Compendio, titul. Absolutio, quoad sæculares 2. § 9. & infra annotatur ibidem.* D

CAPVCCINI ADDITIO, ET ANNOTATIO.

¶ Ex Priuilegijs Congregationis S. Hieronymi Fesulani.

VGENIVS iiij. Concessit quod Confessor idoneus, quem fratres tunc præsentes & futuri de voluntate eorum Præpositi Prioris, seu Patris eorum pro tempore existentis, & eorum quilibet duceret eligendum, ipsorum confessionibus diligenter auditis, eos, si id humiliter petierint, ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque sententijs, censuris & pœnis ecclesiasticis, si quas à iure, vel ab homine promulgatis incurrerint; semel dũ- Dispensatio. *taxat absoluere; & super irregularitate, si quam dictis sententijs, vel eorum aliqua forsan ligati, missas & alia diuina officia celebrãdo, aut illis se immiscendo, seu alias quouis modo incurrerint; (bigamia, homicidij, & mutilationis membri dumtaxat exceptis) ita quod etiam in omnibus sacris ordinibus per eos susceptis, ministrare; & si ad illos promoti non fuerint, quod ad ipsos promoueri, & in illis ministrare libere, & licite valeant; dispensare posset.* E

Nota. *Aduertat tamen qui his gaudere voluerit quod additur, nempe, Dum tamen & quamdiu vixerint in obseruantia regulari.*

In §. 3. *QVOAD §. 3. est sciendum, à nobis Capuccinis obseruatum fuisse in receptio-*

A *ne nouitiorum, priusquam habitu induantur vt eis, omnia impedimenta, Sedi Apostolicæ reseruata, notificarentur & maximè quę in Bulla Cenæ Domini; & si in aliquo illorum reperirentur incurrisse pro absolutione mitterentur; sed si post susceptum habitum, de aliquo illorum recordarentur, tunc à Magistro nouitiorum, iuxta Ordinis Priuilegia absoluerentur, dummodo non reperirentur esse de numero illorum criminosis impedimentis irretitorū, quos Sixtus V. in sua Bulla edita anno 1587 contra criminosos, prohibuit, recipi ad Religionem; vt sunt illegitimi, criminosi, & reddendis rationibus obnoxij: licet, quoad illegitimos, sit a Greg. XIIII. postea reuocata: vt infra dicemus, in verbo, Nouitius: & ita hactenus fuit semper obseruatum ex mente summorum Pontificum, qui pro tempore fuerunt; & ita patribus nostris obseruandum esse declararunt; & præcipuè Sixtus V. Sed nunc retulit mihi R. P. F. Bonauentura a Monte Regali, Ordinis nostri Pro-*
B *curator, quòd à sanctitate præsentis Pontificis Clementis VIII. viuę vocis oraculo, aliter in hoc obseruandum esse, fuit ei ordinatum, videlicet. Quòd quandocumque Nouitius aliquis reperiatur sic, vt supra, impeditus, ante professionem; mittatur ad quos spectat eius pręsentatio; non obstante, quòd habitum recepisset. & ita obseruari, iam est per totam Congregationem mandatum Sed quid faciendum quando ij, qui veniunt ad Religionem, vouissent aliam ingredi? Vide infra in Verbo Nouitius, in nostra Annotatione part. 3. de Nouitiorum absolutione, & in verbo Votum, in prin.*

Modus hactenus obseruatus à Capuccinis in receptione Nouitiorū.

P. F. Bonauentura à Monte Regali.

Modus obseruandis in recept. nouit.

Quantum autem ad formulas illas absolutionum quas ponit supra Collector, in fine huius verbi; volui eis, istas alias subnectere, quæ solent, etiam pręsenti tempore, a pluribus obseruari; vt ea quisque vti possit, quam sibi maluerit.

C ¶Hæc est forma absolutionis, abstracta de formulario Domini Papæ, pro habentibus Indulgentiam plenariam à pœna, & culpa.

Primò dicat infirmus, si potest, Confiteor Deo omnipotenti, totum. Si verò non potest, dicat alius, eius nomine. Postea Confessor, cui fuit generaliter, vel specialiter confessus, dicat. Misereatur tui omnipotens Deus. Consequenter subiungat, & dicat absolutionem.

Forma absolutionis plenaria in articulo mortis.

Absolutio plenaria à pœna, & culpa.

AVCTORITATE Dei, & beatorum Apostolorum Petri, & Paulli, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ sib concessa, mihique in hac parte commissa,
D *ego te absoluo ab omni sententia excommunicationis, maioris, vel minoris, si quam incurristi; & restituo te vnitati fidelium, & sanctis Sacramentis Ecclesiæ, Item, eadem auctoritate, absoluo te ab omnibus peccatis tuis, & à transgressione Regulæ, & statutorum. Item auctoritate Dei, & beatorum Apostolorum Petri, & Paulli, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. & etiam Domini nostri Papę N. summi Pont mihi in hac parte commissa, in quantum claues sanctæ Ecclesiæ se extendunt, si ista vice morieris, absoluo te, ab omnibus pœnis, tibi in Purgatorio debitis, propter culpas, & offensas, quas contra Deum, animam tuam, & proximum tuum commisisti. & quantum mihi permittitur, restituo te illi innocentię, in qua eras, quando baptizatus fuisti. Si verò ista vice non morieris, reseruo tibi Plenariam Indulgentiam, concessam à Domino Papa, pro vltimo articulo mortis tuæ, vt in ea concessione præfata*
E *Indulgentia Domini nostri Papæ continetur. In nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spi † ritus Sancti. Amen*

¶Hæc est forma absoluendi, quę absoluit ab omni casu, etiam pertinente ad Papam, & datur Fratribus in agone existentibus, auctoritate Priuilegiorum Ordinis.

Forma alia plenissima.

D*OMINVS noster Iesus Christus, per merita suę sacratissimę passionis, te absoluat & gratiā suā tibi infundat, & ego auctoritate ipsius, & beatorum Apostolorum Petri, & Paulli & summorum Pontif. mihi in hac parte commissa, & tibi concessa, absoluo te ab omni vinculo excommunicationis, maioris, vel minoris, vel sententiæ*

suspensionis,

suspensionis, & interdicti; & dispenso tecum in omni irregularitate, si quam contraxisti; & restituo te vnioni, & participationi fidelium, necnon sanctis Sacramentis Ecclesiæ. Eadem auctoritate ego absoluo te, ab omni transgressione votorũ tui Ordinis, & Statutorum Papaliũ, generalium, prouincialium, custodialium, localium, & synodalium quorumcumque. Eadem auctoritate absoluo te, ab omni diuino officio male persoluto, horis indebite transpositis, vel dimissis. Item eadem auctoritate ego absoluo te, ab omnibus peccatis tuis, quibus contra Deum, fragilitate humana, ignorantia, vel malitia deliquisti; concedens tibi remissionem, & indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum confessorum, & cunctorum, de quibus etiam non recordaris, aut oblitus fuisti: inquantum Claues Ecclesiæ se extendunt. Item eadem auctoritate ego absoluo te, a pœnis Purgatorij, quas pro peccatis commissis, & delictis in hoc mundo perpetratis meruisti, restituendo te illi innocentię, in qua eras, quando baptizatus fuisti. In nomine Pa † tris, & Fi † lij, & Spi † ritus sancti. Amen. quod si hac vice non decesseris, reseruo tibi hanc gratiam, vsq; ad extremum mortis tuæ articulum. A B

ABSOLVTIO QVOAD SÆCVLARES.

Collector.

¶ *Distinctio materiæ absolutionis infra posita.*

IRCA absolutiones personarum sęcularium, per fratres Minores fiendas, sunt multa, & varia ordinata, & concessa, quæ vt melius intelligi, & memoriæ commendari valeant, subsequenti ordine distinguuntur.

¶ Primo namq; ponuntur ea, quæ generaliter concernunt Confessorum auctoritatem, seu facultatem, tam ratione institutionis a Prælatis Ordinis factæ; quam præsentationis, quę Prælatis ecclesiasticis fieri debet; seu licentiæ, quam ab eisdem Prælatis, seu legatis sedis Apostolicæ, obtinere contigerit. ¶ Secundo adduntur alia, quæ concessa sunt respectu absolutionum a Casibus reseruatis Episcopis, vel Papæ. De prędictis autem duobus, ponuntur etiam aliqua notabilia infra, in dictione Confessiones, & Confessores. ¶ Tertio superadduntur nonnulla, quæ aliqui summi Pontifices decreuerunt contra quosdam aduersarios Religiosorum, qui aliquos errores dixerunt, in materia huiusmodi absolutionum. C

¶ *Absolutio quoad Sæculares. Primo.*

1 *Licentia audiendi Confessiones.*

LEXANDER iv. concessit, quod de licentia Legatorum Sedis Apostolicæ, vel Ordinariorum locorum, possint fratres Minores, libere Confessiones audire, Sacerdotum parochialium assensu minime requisito: b. fo. 26. D

2 *Licentia seu præsentatio.* *Collector.*



LEMENS iv. concessit, vt quando Episcopi, vel alij Ecclesiarum Prę lati, dederint fratribus Minoribus facultatem audiendi Confessiones subditorum suorum, & vota commutandi, talibus Prælatis decedentibus, possint prædicti fratres vti libere prædicta facultate, donec viduatis Ecclesijs prouisum fuerit de Pastore. B. fo. 29. Et ffo. 113. conce. 244.

¶ Aduerte tamen, quòd si Confessores fuerint præsentati, obseruata forma iuris, eorum præsentatio est perpetua, seu semper durat, in illo Episcopatu, vbi facta est; licet Casus speciales sint petendi a successore. E

3 *Præsentatio Confess. Pro fratribus itinerantibus.*



VGENIVS iv. concessit omnibus Cōfessoribus Ordinis Minor. quòd quando non possunt commode se præsentare Episcopis, quia sunt in itinere, vel alibi; & non possunt petere Casus Episcopales, eo casu possint plenarie vti auctoritate Episcopali. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 78. Et fffo. 95. conce. 313.

¶ IDEM Eugenius concessit, quod quando fratres se semel præsentauerint Episcopis, & obtinuerint casus suos, licet alibi postea ad habitandum se transferant

A ferant ad tempus, & postea reuertantur ad easdem Diœceses, non sit necessarium, iterato se præsentare eisdem Episcopis, vel casus de nouo obtinere. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 79. Et fffo. 95. conce. 314. 4 *Præsentatio Confessorum.*

¶ Aduerte quod, vt supradictum est post. §. 2. reiteratio presentationis non requiritur quando semel facta est, obseruata forma iuris, quia taliter facta, est perpetua: tamen post mortem illius, cui sic facta est, oportet petere casus a successore. De hac materia vide infra. §. 16. *Collector.*

¶ IDEM Eugenius declarauit, quòd quando quis, tempore Paschali, se reperit in aliena Diœcesi, semper ibi intelligitur adeptus incolatum, vt ibi confiteri, & communicare valeat, quantumcumq; ibi paruo tempore steterit. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 80. Et fffo. 95. conce. 315. 5 *Communicare.*

B ¶ Aduerte tamen, quod non poterit Eucharistiam sumere in Ecclesijs fratrum, in die Resurrectionis, sine licentia Parochi. *Collector.*

¶ IDEM Eugenius concessit, quod vbicumq; fuerint fratres Mino. (licet Episcopi sint Simoniaci, etiam in officio, & beneficio) possint fratres vti suis casibus, ac si tales Episcopi non essent suspensi, ex quo tolerantur ab Ecclesia. o. fffo. 101. conce. 403. 6 *Simonia. Casus Episcopi.*

¶ Aduerte, quòd hoc est generale per extrauagantem. Ad euitanda. *Collector.*

NICOLAVS v. concessit fratribus Mino. obser. auctoritatem audiendi in Confessionibus omnes quarumcumque Diœcesum; & in illis, extraneos ac forenses absoluendi; etiam a casibus, quos Diœcesani locorum, in C quibus fratres ad hoc deputati fuerint, duxerint committendos. B. fo. 30. & ffo. 114. conce. 249. Et fffo. 58. conce. 159. 7 *Licentia pro omnib. etiam forensibus.*

SIXTVS iv. fecit eamdem concessionem, per consimilia verba, nil penitus immutando. B. fo. vbi supra, & conce. immediate sequentibus, in eisdem libris præallegatis. Et postea Leo 10. hoc idem confirmauit, & de nouo concessit. O. fffo. 58. conce. 159. 8

¶ IDEM Sixtus, concessionem præfatam reiterauit, subsequentibus verbis. Concessit namq;, quòd fratres Mino. obser. præsentes & futuri, possint audire Confessiones sæcularium vndecumq; venientium, ea auctoritate quam habent ab Episcopo in cuius Diœcesi existunt. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 3. & fffo. 96. conce. 325. 9 *Licentia pro omnib. etiam forensibus.*

D ¶ Quo ad huiusmodi concessionem, vide infra. §. 19. vbi magis ample concessum est fratribus Carmelitis. *Collector.*

¶ IDEM concessit, quòd Confessores nostri dum sunt in itinere & requiruntur, possint audire Confessiones sicut Parochi, & si non fuerint præsentati secundum formam Clementinæ. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 113. & fffo. 96. conce. 326. 10 *Profra iti. Præsen. cō.*

¶ IDEM Sixtus concessit, quòd fratres Min. debite præsentati, vel gratiose a Prælatis recepti, possint extra suam Diœcesim subditos illorum audire, cum hoc possint curati de iure. o. fo. 64. Et ffo. 68. conce. 128. & fffo. 96. conce. 335. 11 *Præsen. cō fes. Profra. iti.*

E INNOCENTIVS viij. concessit certam formam præsentationis Episcopis faciendæ pro fratribus Confessoribus modo subscripto qui talis est, scilicet, quòd Guardianus loci nostri vel ciuitatis, omni anno semel se repræsentet Episcopo vel eius locum gerenti in spiritualibus, vel mittat alium fratrem pro se & dicat eidem Episcopo. Reuerendissime Domine, ecce me præsento Reuerendissimæ dominationi vestræ, pro me & omnibus Confessoribus deputatis, & deputandis a nostro Prouinciali, pro audiendis Confessionibus vestrorum subditorum, petendo humiliter vt dignemini esse contentus, vt cum vestra benedictione ipsos audiant in Confessione, & absoluant. Et si quid auctoritatis 12 *Forma præsentationis Confessorū quolibet anno fienda.*

ctoritatis vestræ, circa Casus vobis reseruatos velitis, nobis concedere digne mini. Et similiter circa votorum dispensationem. Ac etiam dignemini nos auisare, si quid habeamus facere pro salute animarum vestræ dominationi commissarum. Quo facto, siue concedat, siue deneget, præfatus Sanctissimus Dominus Innocentius. 8. concessit, quòd statim Confessores prædicti, habeant auctoritatem omnem absoluendi ab omnibus, exceptis Casibus de iure reseruatis Episcopo vel Papæ. o. fo. 65. Et ffo. 69. conce. 153. Et ffo. 98. conce. 352. A

Alia forma præsentationis est melior vt ait Nauar. in Manuali c 27. nu 266. in fin c & vide infra tit. Præsentatio Confess. id quod dicit Collector in §. vltimo.

13 LEO x. concessit quòd fratres Minores qui audiunt Confessiones, absoluendo in foro conscientiæ excommunicatos, non teneantur seruare formam, quæ obseruatur in publicis absolutionibus, scilicet, flagellationem cum Psalmo Miserere mei, &c. Et quòd tempore interdicti possint absoluere à censuris in foro conscientiæ illos, qui tunc confitebuntur peccata sua, nisi tales censuræ essent ex quibus huiusmodi interdictum emanaret. O. ffo. 59. conce. 174. B

Interdictũ.

14 ¶ IDEM Leo confirmauit, ac de nouo concessit suprascriptas concessiones Nicolai. 5. & Sixti. 4. §. 7. & 8. ac. 9. O. ffo. 58. conce. 159.

15 ¶ IDEM Leo in Concilio Lateranensi statuit, quòd superiores fratrum mendicantium, teneantur omnino fratres, quos ad audiendas Confessiones subditorum Prelatorum Ecclesiasticorum pro tempore elegerint, eisdem Prælatis personaliter exhibere ac præsentare (si eos sibi exhiberi, & præsentari petierint) alioquin eorum Vicarijs (dummodo ad Prælatos vltra duas diætas accedere non cogantur.) Et quòd possint prædicti fratres per eosdem Episcopos, & Prælatos, super sufficienti litteratura, & aliqua saltem huiusmodi Sacramenti peritia dumtaxat examinari. Statuit etiam quòd talibus præsentatis, & admissis, vel etiam indebite recusatis, confitentes, constitutioni, quæ incipit. Omnis vtriusq; sexus (quoad Confessionem dumtaxat) satisfecisse censeantur. Ipsique fratres etiam forensium Confessiones audire valeant; Laicos tamen & Clericos sæculares, a sententijs ab homine latis, nullatenus absoluere possint. B. ffo. 25. concessione 72. C

Præsentatio Confessorum.

Examinatio Confessorum.

Licentia pro forensibus.

Collector ¶ Sciendum est circa prædicta, quòd per eundem Leonem x. fuit postea concessum Ordini nostro Minor. quòd in foro conscientiæ possimus vti nostris Priuilegijs, sicut ante Concilium Lateranense poteramus, non obstantibus quibuscumque in dicto Concilio ordinatis, & determinatis, aliter vel in contrarium disponentibus, vt habetur in registro ordinis in actibus Reuerendissimi Patris fratris Francisci Lichetti Ministri generalis. De quo vide infra in dictione. Concilium. §. 7. Et ideo quo ad forum conscientiæ non tenemur ad statuta in præfato Concilio, nec adhuc forte in foro exteriori, sicut infra declarabitur, in dictione Priuilegia, prope finem. D

16 CLEMENS 7. concessit, quod Confessores Ordinis Minorum semel præsentati alicui Episcopo pro Confessionibus audiendis, vt moris est præsentari; post vnam præsentationem non teneantur amplius præsentari, etiam si ad aliam transierint Diœcesim. o. E

Præsentatio Confess. forum.

Collector. ¶ Circa suprascriptam concessionem dubitatum est, vtrum vnica præsentatio, de qua in ea fit mentio, intelligenda sit respectu vnius Episcopi, & vnius Diœcesis dumtaxat; ita, quòd in vna Diœcesi non requiratur, nisi vnica præsentatio; etiamsi præsentati transierint ad tempus, ad aliam Diœcesim; & postea ad illammet, in qua præsentati fuerant, reuertantur: vel intelligi debeat quod frater Confessor, semel in aliqua Diœcesi præsentatus, non teneatur amplius in illa, nec in alia Diœcesi præsentari; sed sufficiat semel pro semper, & vbique.

Contrariũ tenet Corduba in annot. in hoc §. 10.

A que. Videtur, prout cuidam iuris perito visum est, quòd intelligenda sit primo modo, quia sic consueuit intelligi alia consimilis suprapofita. §. 4. Et minime sunt immutanda, quæ certam interpretationem habuere, vt in l. Minime. ff. de legibus. Et quia, cum sit præiudicialis, debet strictè interpretari, per notata in c. olim. de verborum signi. Nec obstat si dicatur, quòd sic intelligendo, ad nihilum deseruiret huiusmodi concessio, cum iam idem esset concessum per Eugenium. 4. vt supra. §. 4. quia in supplicatione, non est facta mentio illius concessionis, vt sic videretur, Clementem. 7. velle illam ampliare. Immo potius est credendum, quòd qui hanc petijt, ignorabat præcedentem, ex quo, illius mentionem non fecit, vel quod subrepticie fuit impetrata, scilicet, tacendo illud, quod debuit exprimi. Vide tamen circa hanc materiã, quæ habentur infra

B 2. §. 16. vsq; 19. dictione Absolutio quoad sęculares 2. & præfatis nõ indigebis.

¶ *Sequuntur nonnulla alia pertinentia ad Confessiones sęcularium, ex aliorum fratrum mendicantium Priuilegijs extracta. Et primo ea quæ tangunt directè fratres Prædicatores.*

SIXTVS iv. concessit, vt Vicarius generalis fratrum Ordinis Prędicatorum, Regnorum Castellæ, & Legionis, in qualibet domo dicti Ordinis ei subiecta, vbi eum, pro tempore, morari contigerit; ac in eius absentia, singuli Priores, siue Præsidentes singularum domorum dicti Ordinis, nunc, & pro tẽpore existentes, ac quattuor prædicti ordinis professores Presbyteri idonei, per Vicarium, & singulos Priores, siue Pręsidentes prædictos, in singulis domibus

17 *Ex Priuil. fratrũ Prædicator. Particul. pro regnis Castel.*

C deputandi, possint confessiones vtriusq; sexus Christi fidelium forensium, ad singulas domos prædictas occurrentium, & ibidem proprium domicilium non habentium, ac inibi confiteri volentium, toties, quoties ibidem confitebuntur, libere audire, & eos ab omnibus, & singulis peccatis, excessibus, & delictis pro eosdem commissis, ac confessis, necnon excommunicationum sententijs, & pœnis, in singulos fideles prædictos, in genere, vel in specie, ordinaria auctoritate latis; de quibus ipsi fideles se absolui petierint (dum tamen talia non sint propter quæ, Sedes Apostolica merito sit consulenda) in loci Ordinarij absentia dumtaxat absoluere, & eis super præmissis pœnitentiam salutarem iniungere; ac vota peregrinationis, & abstinentiæ, per eosdem fideles emissa, quæ

Deputatio quattuor Confessorum. Excommunicatio. Commutatio votorũ.

D loci Ordinarius, si præsens esset, commutare posset, & ipsi fideles commode adimplere non poterunt (in ipsius loci Ordinarij absentia) in alia pietatis opera commutare, nec non omnibus, & singulis Christifidelibus, tam forensibus, quam in ciuitatibus, & locis, in quibus ipsę domus consistunt, commorantibus, Eucharistiæ Sacramentum, quocumque tempore (festo resurrectionis dumtaxat excepto) eorumdem fidelium, parochialium Ecclesiarum, Rectorum absentium, & quorumlibet aliorum licentia minime requisita, ministrare libere, & licite possint, & valeant; parce tamen, ne querellæ inde eueniant. B. fo. 44. Et fo. 128. conce. 287.

Eucharistia.

¶ Aduerte, quòd eamdem auctoritatem habent Prouinciales. & Guardiani, *Collector.*

E siue Præsidentes domorum fratrum Minor. & quattuor Confessores per eos assignandi, vt prædictum est. Et hoc in regnis præfatis, & non alibi, virtute communicationis specialis, quę habetur infra in dictione. Communicatio Priuilegiorum. §. 9. & 10.

¶ *Ex Priuilegijs fratrum Augustiniensium.*

BONIFACIVS viij. prohibuit districte, ne quis, fratres Ordinis Eremitarum, sancti Augustini, quibus officia prædicandi, vel Confessiones audiendi a Prælatis Ordinis commissa fuerint, in executione officiorum ip- 18 *Prohibitio.*

C forum

ſorum audeat quomodolibet impedire.B.ffo.245.conce.589. A

Collector. ¶Aduerte, quòd ſupradicta conceſſio habet locum, dum tamen fratres obſeruent Clementinam, Dudum.

¶ *Ex Priuilegijs fratrum Carmelitarum.*

19 VRBANVS IIII. conceſſit fratribus Carmelitis, vt de licentia Prçlatorum Eccleſię,poſſint audire confeſſiones omnium Chriſti fidelium,cauſſa deuotionis ad eos recurrentium, niſi talia commiſiſſent, propter quæ, eſſet Sedes Apoſtolica merito conſulenda.B.fo.85.Et ffo.168.conc.392.

Collector. ¶ Sixtus declarauit,quod licentia,de qua in huiuſmodi conceſſione fit mentio, intelligatur ita,quòd,ſcilicet, præfati Confeſſores ſint pręſentati, ſecundum formam iuris.b.fo.98.& ffo.181.conc.439. B

¶ De ſupraſcripta Vrbani conceſſione dubitatum eſt aliquando, vtrum apud Carmelitanos,quibus directe facta eſt, haberetur in vſu, vt ſic tam illi, quam reliqui Mendicantes, virtute communicationis, ſeu extenſionis Priuilegiorum,poſſent illa vti. Super quo ego,qui hanc collectionem feci,conſului generalem Priorem præfati Ordinis Carmelitani, qui reſpondit, quod abſque dubio in partibus Italię, & Francię, vbi vigebat illius Ordo, habebatur pręfata conceſſio in vſu; licet forte in Hiſpania, propter paucitatem Monaſteriorum prædicti Ordinis, vbi huiuſmodi dubitatio inſurrexit, non haberetur in vſu. Ac per conſequens videtur, quod non obſtante ſupradicta hęſitatione, poſſint Mendicantes vti hac conceſſione, cui ſimilis non reperitur in Priuilegijs Mendicantium. C

Hic declaratur id q in prima impreſſione poſt. §.18. relinquitur in dubium

¶ *Ex Priuilegijs Fratrum Minimorum.*

20 SIXTVS IIII. conceſſit fratribus Ordin.Minimorum auctoritaté Confeſſiones audiendi,& ab omnibus Caſibus excommunicationis, ſuſpenſionis,interdicti,ac ſuper quacumq; irregularitate,Ordinario, tam a iure, quam ab homine reſeruatis,toties quoties opus fuerit,abſoluendi, & diſpenſandi,ac vota quęcumque permutandi,& relaxandi, & pœnitentiam ſalutarem iniungendi,ſicut poteſt Diœceſanus,ideſt,ſine aliqua pręſentatione.B. fo.5. conceſſione 8. D

Excommunicatio. Diſpenſatio.

Collector. ¶Vtrum prędicta conceſſio ſit intelligenda reſpectu fratrum dumtaxat, vel etiam ſæcularium, non poteſt clare elici ex littera; propter quod oporteret conſulere aliquem fratrem doctum Minimorum,ad ſciendum, qualiter ipſi illam intelligant,& ea vtantur; nam aliter, vti illa, quoad ſæculares, non eſſet ſecurum.

Vide infra in annotatione Corduba.

Collector. ¶Reſolutionem conceſſionum pręſcriptarum, vide infra prope finem totius materię abſolutionum,illamque bene nota, ne in errorem te labi contingat.

ANNOTATIO CORDVBÆ. E

VOAD §. 12. notandum, quòd poteſt forte aliquibus videri, quòd ſolum Confeſſores pręſentati, ſecundum hanc formam Innoc. VIII. de qua in ipſo. §.12. agitur, habeant auctoritatem abſoluendi, & diſpenſandi conceſſam ibidem ab Innoc. VIII. & non alij Confeſſores pręſentati, ſecundum Clem.dudum. Sed ſaluo meliori iudicio, videtur cuidam patri ſatis docto, & forte verius,quod omnes Confeſſores,quomodolibet legitime, aut debite pręſentati, habeant prædictam auctoritatem,ſiue ſint præſentati,ſecundum hanc formam Innoc.VIII. ſiue ſecundum

Præſentatio Confeſſorum.

A *secundum aliam communem, secundum Clem. Dudum, seu secundum aliam debitam formam: & ratio est, quia, vt in eodem Compendio habetur immediate in §. 11. præcedente, Sixt 4. concessit omnibus debite præsentatis, sine vlla distinctione, quod possint audire extra Diœcesim, &c. & similiter ipse Innoc. VIII. dicit, quòd Confessores debite præsentati id possint (vt habetur infra in Compendio in verbo Absolutio, specialiter de Casibus reseruatis, quoad sæculares secundo fol. 39. §. 12. §. 13.) Item, quia sicut declaratio primi casus excommunicationis, quem idem Innoc. VIII. sub eodem contextu fecit (vt patet fol. 610. & ffff. 98. concess. 313. vt etiam habetur infra in verbo, Absolutio, quoad sæculares 2. in dicto fol. 39. §. 12. & §. 13.) tangit omnes Confessores, quo-*
B *modolibet debite præsentatos; alias enim esset absurdum aliter id intelligere, vt etiam communiter conceditur, & tenetur. Ergo similiter illa auctoritas dispensandi, debet intelligi concessa omnibus debite præsentatis, secundum quamcumque formam; quia, & vtrobique semper dicitur ibidem, ante, & post (præfati Confessores) & quòd Confessores debite præsentati id possint, vt patet infra in Compendio in dicto fol. 39. §. 12. §. 13. ex quibus omnibus, patet de intentione Domini Innoc. VIII. esse, quod omnes præfati Confessores, quibus, scilicet, fit præfata declaratio primi Casus reseruati, qui quidem sunt omnes, quomodolibet præsentati, habeant auctoritatem absoluendi, & dispensandi, hic ab ipso concessam in hoc. §. 12.*

¶ *Quoad. §. 16. vbi circa concessionem Clem. 7. dubitat Collector, quomodo sit intelligenda, & opinatur, quod sit intelligenda stricte, sic, scilicet, quòd Confessor semel*
C *præsentatus, non teneatur iterum in eadem Diœcesi se præsentare, & censetur præsentatus in eadem Diœcesi, &c. tu dic, vt dicit quidam pater in huiusmodi satis eruditus, & fide dignus, quod debet intelligi late, sic, scilicet, quod Confessor semel debitè præsentatus, non tenetur amplius se præsentare, in eadem Diœcesi, nec in alia quacumque, ad quam se transtulerit ad morandum, ad tempus, vel in perpetuum; sed iam censetur semper, & vbique, debite præsentatus; & ratio est, quia intentio impetrantis hanc concessionem, fuit talis (vt ipsemet impetrator dixit) & intentio Papæ concedentis conformatur intentioni impetrantis, nisi aliunde sit dolus; vt est communis practica & regu. iuristarum.* Auctor exposit. Bullæ Cruciatæ tenet cum collectore, eamq; mul tis rationibus corroborat. Dud. 2. fol. 183.

D ¶ *Quoad. §. 19. vbi Collector innuit, secund. multos docto. ibi allegatos, quòd nos fratres Min. per communicationem Priuileg. non debemus, neq; possumus vti illa gratia Vrbani 4. concessa Carmelitis, si ipsi Carmelitæ non vtuntur illa; (quæ opinio videtur fundari in c. si de terra, de priuil. & c. cum accessissent, de const. & ff. de nundinis, l. 1. quę refert etiam glo. 11. q. 3. Priuilegium. Ex quibus omnibus videtur haberi, quòd Priuilegium perditur per non vsum, vel per vsum contrarium, vt hic Collector innuit se tenere, secundum aliquos iuristas) certe his non obstant. videtur mihi, prout etiam videtur cuidā patri in huiusmodi satis erudito, dicendum (saluo meliori iudicio) post Panorm. in d. c. cum accessissent, ꝙ cum hoc indultum fuerit concessum communitati, seu Ecclesiæ (vt est religio Carmelitarum:) & per communicationem nostro Ordini Minorum communicatur ex æquo, ac si nobis fuisset specialiter concessum; non perditur, nisi legitimo tempore* An priuilegium perdatur per non vsum.
E *præscribatur; vt est casus in d. c. si de terra. & in c. accedentibus, de Priuil. vbi scilicet, in c. accedentibus dicitur, hoc tempus esse 40. annorum. & cum hoc etiam dico, ꝙ etiam oportet habere scientiam Priuilegij, & voluntatem non vtendi illo, ad hoc, vt per non vsum perdatur, vt patet in d. c. si de terra, in versi. detrahere voluistis, quę omnia hic deficiunt: sicq; quoad fratres Minor. non est perditum Priuilegium prædictum per non vsum aliorum, scilicet, Carmelitarum. Facit etiam ad hoc quod dicit Innoc. in d. c. accedentibus, ꝙ, scilicet, particulares canonici bene possunt sibi praiudicare, perdendo Priuilegium, per vnicam contrauentionem: sed ecclesia praiudicare non possunt, quin ea possit allegare, non esse sibi sublatum suum Priuilegium, quod fuit perditum, quoad particularem personam. & Panorm. in d. c. cum accessissent, etiam dicit in fine, quod si vnus vtitur, & non alter, Priuilegio multis concesso; non praiudicat non vtens, vtenti; de quibus*

etiam Siluest. tit. Priuilegium, §. xi. agit, concordans cum ijs. Ergo licet aliqui fratres, seu Conuentus, seu Prouincia, ex voluntate, seu etiã (quod minus est, & nil præiudicat) ex ignorantia, vsi non essent tali Priuilegio, vel contra illud fecissent; non possent toto Ordini, seu alijs præiudicare. Quoad præscriptionem autem, quam supra dixi, hîc deficere, notandum, q hoc ideo dixi, quia, scilicet, hoc Priuilegiũ, per communicationem, et nouam concessionem, factum est iam proprium nostro Ord Min. per plures Summos Pontifices; non dico ante hos xl annos, sed & ante hos annos (nunc autem est annus Domini 1539.) per Clẽ. 7. vt habetur, in Compendio tit. Communic. Priuileg. § 19. Et quãuis, tunc esset nullum (quod non credo) tñ per talem nouã concessionem Clẽ. 7. integre reualidantur omnia; quia hæc omnia operatur confirmatio ex certa scientia, qualis fuit ista: secundum Panorm. post Ioann. de Ligna. in c. cùm super de cau. pos. & gloss. in d. c. cùm audissent. quod etiam diffuse probat Sum. Ro. tit. Absolutio 1. §. 122 & §. 123. & hoc idem ponit Collector compendij, titul. Concilium. in fine. & titul. Priuilegium, §. 33. quod scilicet, possent vti priuilegijs suis, etiam si propter simplicitatem, & iuris ignorantiam, vsi non fuerint retroactis temporibus, dummodo eis non sit per præscriptionem, vel alias legitime derogatum, ergo. A B

[Additio. A Pio V anno 1567. fuerunt omnia confirmata que sui pdecessores mẽdicantibus concessere: et sic nõ potest allegari præscriptio cũ non sint nisi 20. anni ab ista concessione tã facti.]

Quoad. §. 20. notandum, quòd vt clare patet ex supplemento ffff xi. concessione 36. auctoritas absoluendi ab omnibus, à quibus potest Diœcesanus, concessa Minimis, per Sixt. 4 sine dubio se extendit ad sæculares, vt ibi patet: auctoritas autem dispensandi, & commutandi vota non est concessa eisdem, nisi quoad fratres; quamuis Collector hic dicat, quod non potest de vtraq; haberi certitudo ex littera ipsius Priuilegij. Ideo tenendum est, quod super sæculares, fratres nil possunt dispensare, aut commutare vota, virtute huius concessionis Sixt. 4. vt ait, quidam pater satis doctus & fide dignus; sic etiam respondit quidam Prouincialis Minimorum, anno domini 1530. se hac gratia vti in absoluendo ab omnibus, nisi sint Papæ reseruata. Quoad dispensandum autem, seu commutandum, non extendunt manus, quoad sæculares. C

CAPVCCINI ADDITIO, ET ANNOTATIO.

Ex Priuilegijs Congregationis S. Hieronymi Fesulani.

Additio.

*VGENIVS IV. Concessit Confessoribus prædictę Congregationis, quod confessiones sacerdotum, qui pro sua deuotione, in eorum locis vellent celebrare, possent audire.* D

ALEXANDER VI. Concessit eisdem, quod possint confratres confraternitatum in suis Ecclesijs erectarum, vel erigendarum, in confessionibus audire, & eos ab omnibus, & singulis peccatis & delictis, non tamen Sedi Apostolicę reseruatis, toties quoties opus fuerit, in forma Ecclesia consueta, absoluere, & pœnitentiam salutarem iniungere pro modo culpa.

Dispẽsatio in casibus Episcopal.

Martinus V. Concessit eisdem, potestatem absoluendi sæculares, ad eorum monasteria, quacumque caussa, venientes; absque Diœcesanorum & Curatorum suorum licentia; & cum eis dispensandi in casibus Episcopalibus.

Idem Martinus V. concessit quod Prior & Confessores ab eo specialiter deputati, possint dispensare cum votantibus de veniendo ad eorum ecclesias seu monasterias siue alia vota, in eorum fauorem facientibus, etiam absentibus; sicut possunt cum præsentibus, hoc est ad dictas Ecclesias personaliter venientibus, vigore litterarum Apostolicarum: ac quod valeant suo arbitrio vota huiusmodi vtiliter commutare.] E

Dispẽsatio et commutatio votorum.

Annot.

Sed per Bullã Paulli III. Patribus Societatis Iesu concessam tollitur omnis dubietas. ibi enim datur facultas cõmutandi in foro conscientia, omnia vota, in aliqua opera pias exceptis votis, Relig Castit. vltramarino, Romæ, & S. Iacobi; & idem possunt Mendicantes per participationem. Itẽ possunt dispensare in omnibus votis, quę possũt Episcopi,

exceptis

A exceptis de peregrinatione ultra duas dietas, ut habetur infra in verbo, Absolutio, quoad sæculares 2. §. 12.

Ex Priuilegijs RR. Patrum Societatis Iesu.

PAVLVS III. concessit supradictis patribus Confessoribus, ab Ordinario approbatis, ut toties, quoties eis visum fuerit, possint suos pœnitentes, in foro conscientiæ, absoluere ab omnibus peccatis, & censuris Sedi Apostolicæ reseruatis, exceptis censuris in Bulla Cenæ Domini contentis; & quod possint eis quodlibet votum in alia opera pia commutare, exceptis illis S. Iacobi Romæ, & Hierusalem, Religionis, & Castitatis, ut vidisse testatur in Bulla authentica, Reuerendus Pater Emmanuel Guttierez. in expo- Pater Emmanuel.
B sitione Bullæ Cruciatæ §. 9. num 66. quæ reseruari ait in Collegio Valentiæ, & reperitur in Compendio Priuilegiorum ipsorum Patrum, verbo, Absol. § 1.

Et Pius V. viuæ vocis oraculo, eis concessit ut Confessores Ordinis, damnatos ad triremes, in omnibus Casibus, possint absoluere, ac si in articulo mortis essent; ut in illius refertur Compendio, verbo, Absolutio §. 4.

Et Gregorius XIII. viuæ vocis oraculo eis concessit, ut possint naufragantium bona capientes, iniuncta eis restitutione, ubi commode fieri poterit, absoluere: ut in eodem illius Compendio, verbo, Absolutio §. 2.

Et idem Gregorius XIII eisdem patribus concessit, ut dum sunt in itinere, possint in quouis loco fidelium confessiones audire, ac prædicare, etiam quod ibi non fuerint præsen-
C tatis dummodo non possent Ordinarij illius loci copiam habere: de qua concessione testatur Guttier. in qq. canon. cap. 27. num. 21. §. 3. ut refert idem auctor suprascriptus. §. 9. num. 144. & idem fuit concessum omnibus fratribus Minoribus ab Eugen IIII. ut habetur supra in §. 3. Et habetur in Comp. Priuil. ipsorum patrũ verbo Confessarius. §. 2.

Et nota, quòd huiusmodi indultis, per communicationem factam a Clemente. 7. gaudent Confessores nostri Ordinis Minorum Sancti P. Franc. ac aliorum participantium; sanè verum est, quòd hac ultima deberent parcissime uti, ut infra dicemus in resolutionibus materię Absol. in 11. conclus.

Circa ea quæ supra in §. 2. 3. & 4. & infra a Collectore. §. 16. dicuntur de præsentatione Confessorum, essent videnda ea, quæ dicit Nauar. in Manual. c. 27. num. 264. cum sequentibus: Et Armil. in verbo Absolutio nu. 25. Et licet Corduba in additione ad su- In §. 2 3. 4. Pręsentatio Confessorũ Nauar. Armil. Cóc. Trid.
D pradictum. §. 16 teneat contra opinionem Collectoris, quod unica, scilicet, Confessorũ pręsentatio sufficiat pro omnibus Episcopatibus; melior tamen est opinio Collectoris; eiusque opinionem possumus dicere potuisse esse veram ante Concil. Trident. sed postea, nullo modo sustentari potest, cum Regularibus ipsis omnibus mandetur, ut illis Ordinarijs se præsentent; in quorum Episcopatibus Confessiones audire, & prædicare voluerint, Priuilegijs quibuscumque non obstantibus; Et ipsi Regulares, in tantum hanc Papa iurisdictionem in omnibus Episcopatibus habebunt, in quantum in illis fuerint præsentati, & approbati adeo quòd ipsa approbatio, est caussa sine qua non iurisdictionis in Episcopatibus, ubi fuerint approbati. Unica tamen approbatio sufficiet pro una Diœcesi, ut ait Collector, & infra latius dicemus. Sanè verum est, quòd, ut ait Nauar. ubi sup. Episco-
E po, sine iusta caussa, nolente eos admittere, possunt præsentati facere illa, ac si fuissent admissi, nec videtur, ait, obstare, cap. 15. de reform. sess. 23. Conc. Trident. tum quia huiusmodi præsentatus, & sine caussa ab Episcopo reiectus, habetur pro approbato ab eo, sicut & Regularis petens licentiam transeundi ad Regulam strictiorem, negata ea, sine iusta caussa, habetur pro licentia donata; tum quia Conc. Trident. non videtur voluisse derogare iuri communi, & Concilijs; cum ad hoc requiratur expressa Concil. derogatio; tum etiam alijs rationibus, ut ibi est videre.

Sed quomodo Confessor dicatur approbatus, & quomodo sufficiat unica præsentatio, copiosius dicam in sequentibus resolutionibus Absolutionum, in resolutione quinti capitis, in 3. notabili.

¶ ABSOLVTIO SPECIALITER DE Casibus Reseruatis quoad sæculares. Secundo. A

1 *Pro fratr. Prædic. & Mino.* BENEDICTVS II. in Extrauaganti quæ incipit, Inter cunctas, statuit, quod fratres Confessores Ordinum Prædicatorum, & Minorum, nullatenus se intromittant de Casibus, Episcopis & Superioribus reseruatis, quos ipse annotauit modo subsequenti dicens. Obseruent dicti fratres, ne ad Confessionem recipiant criminosos criminibus, pro quibus esset sollemnis pœnitentia indicenda. *Casus reser. Episcopis de iure.* Modo eodem excómunicatos respuant, & clericos, qui propter delictum, irregularitatem aliquam incurrerint. Incendiarios etiam, eosque, qui tam enormibus sunt irretiti peccatis, quod ea, rationabilis consuetudo præscripta canonice, in Episcopatibus aliquibus, reseruauit Episcopis, similiter non admittant. *Casus reser. Episcopis de consuetudine.* Quam consuetudinem, ex caussa, quæ iuste ad id animum nostrum mouet, solummodo circa voluntarie homicidas, falsarios, Ecclesiarum immunitatis, & libertatis Ecclesiasticę violatores, & sortilegos approbamus. B. fo. 126. Et ffo. 203. concę. 504. B

Collector. ¶ Sciendum est circa prædicta, quod licet, Bulla in qua suprascripta continentur, fuerit reuocata per Clemétinam, Dudum, de sepulturis, tamen postea Sixtus iv. concessit, vt quoad Casus Reseruatos Episcopis, qui ibi sunt expressi, maneat in suo vigore. Et circa huiusmodi Casus, vide infra post. §. 12. & bene considera. Vide etiam circa huiusmodi materiam absolutionum, & quoad validitatem prædictæ extrauagantis, in dictione Confessiones. §. 3. cum sua additione. C

2 *Decima.* EVGENIVS iv. concessit, quod fratres Mino. non teneantur facere conscientiam de decimis in confessionibus, nisi quando fuerint requisiti ab Ordinarijs. Et tunc sufficit dicere. Facio tibi conscientiam; & inducere peccatorem, quantum potest, ad soluendum; non tamen propter hoc retineant absolutionem. o. fo. 62. & ffo. 65. conce. 87. & ffo. 100. concessione 381.

Collector. ¶ Aduertendum est, quod suprascripta concessio, reperitur sub alio tenore in Supplemento Priuilegiorum. Et ideo prout illic habetur, subscribitur hic. D

Decimę. Excommunicatio. ¶ IDEM Eugenius concessit, quod fratres Min. omittentes facere conscientiam de decimis, si non fuerint requisiti á Parochis, non cadant in excommunicationem. Et quod vbi est consuetudo, quod detur pro decima, de viginti, vel triginta, aut quadraginta, vnum, id intelligatur pro solutione decimarum. Et quòd, vbi non est consuetudo decimandi, inducant fratres ad decimandum; & si noluerint, non propterea denegent absolutionem; nisi Sacerdos proprius reclamaret. o. ffo. 101. conce. 404. *Collector.* ¶ Circa hoc, vide determinationem Concilij Lateranen. in §. 14.

3 *Exactiões. Interdictū.* ¶ IDEM Eugenius declarauit, quòd recipientes pedagia á Clericis, vbi est consuetudo, Ciuitas non incidat in interdictum. Et quòd ipsi Confessores inducant ad restitutionem, & absoluant, nisi caperent Clericos personaliter, vel detinerent. o. ffo. 101. conce. 406. E

4 *Exactiões.* ¶ IDEM Eugenius concessit, quod attento, quòd sit consuetudo, scilicet, in aliquibus partibus, solui Gabellas, & datia per Ecclesiasticas personas, & Sacerdotes sęculares, non propter hoc fratres retineant eis absolutionem, scilicet, qui prædictas exactiones faciunt, non obstante, c. quamquam de vsuris, lib. vj. o. ffo. 102. conce. 416.

5 *Simonia.* ¶ IDEM Eugenius concessit, quod fratres Confessores possint absoluere de Simonia, nisi sit in ordine, vel beneficio. o. ffo. 102. conce. 420.

¶ IDEM

A ¶ IDEM Eugenius concessit, quod mulieres portantes frappas, caudas, recamaturas, secundum consuetudinem Patriæ: (nisi sit corrupta intentio, & tunc potest rectificari intentio.) ac similiter artifices talia facientes, possint absolui, nisi faciant nouas adinuentiones. o. ffo. 101. conce. 406. 6

SIXTUS iv. propter diuersitates opinionum, confirmauit Casus Episcopales, tam de iure, quam de consuetudine, quos posuit Benedictus xj. in sua extrauaganti, quæ incipit. Inter cunctas. o. fo. 64. Et ffo. 68. conc. 128. Et ffo. 96. conc. 334. 7 *Casus reseruati.*

¶ Huiusmodi Casus sunt positi supra in §. 1. *Collector.*

¶ IDEM Sixtus concessit, quòd Confessores nostri Ordinis, possint absoluere excommunicatos, per processum annualem, scilicet, qui fit in die Cenæ B Domini, propter incursum, vel inuasionem factam in terris Ecclesiæ, directe vel indirecte, dummodo non sint principales, in dando consilium, vel auxilium talia facientibus. o. fo. 64. & ffo. conce. 140. & ffo. 97. conce. 342. 8 *Casus reseruati Papæ.*

¶ Ista concessio, per mortem concedentis, videtur expirasse; quia tangit Casus contentos in Bulla Cenæ Domini. Circa quod, vide supra in dictione Absolutio ordinaria, quoad fratres post. §. 13. *Collector.*

¶ IDEM Sixtus concessit, quod omnes tam viri, quam mulieres intrantes Monasteria monialium sanctę Claræ, & sancti Dominici, ignoranter, & sine dolo, possint absolui a Confessoribus Monialium. ¶ Postea idem Sixtus addidit, quòd mulieres omnes possint absolui ab omnibus Confessoribus nostris, etiam C si malitiose, & ex malo animo intrassent. o. fo. 64. Et ffo. 68. conce. 138. Et ffo. 96. conce. 330. & 339. 9 *Pro Monasterijs monialium. Casus reseruati.*

¶ IDEM Sixtus iterum concessit, quòd Confessores Monialium Sanctę Claræ possint absoluere à sententijs latis, eos qui non malitiose, sed ex quadam leuitate, seu curiositate intrauerint earum Monasteria, vel quarumcumque aliarum Religiosarum inclusarum. Et hoc tam actiue, quam passiue. o. fo. 64. Et ffo. 68. conce. 138. Et ffo. 96. conce. 339. 10 *Pro mon. monialium. Casus reseruati.*

¶ IDEM Sixtus concessit, quòd Confessores nostri possint absoluere omnes confitentes, ab omnibus sacrilegiis, dummodo non fiant cum sacris; ita quod scandala orirentur si fratres absoluerent. o. ffo. 102. conce. 411. *Pro confess.* 11 *Casus reser.*

D INNOCENTIUS viij. concessit, quòd Confessores debite pręsentati, possint dispensare, in omnibus votis, in quibus possunt Episcopi; exceptis votis peregrinationum vltra duas dietas. o. fo. 65. Et ffo. 69. conce. 155. & ffo. 98. conce. 353. 12 *Dispēsatio votorum.*

¶ IDEM Innocentius declarauit, quod quoad primum casum, de iure reseruatum Episcopis, intelligitur, secundum opinionem Innocentij, & Hostiensis, scilicet, quod solum est hodie vna excommunicatio, quæ de iure Episcopis reseruatur, s. iniectio manuū violenta in personam Ecclesiasticam, in Casibus, in quibus pertinet ad Episcopum. Et ideo in alijs, quæ sunt de iure, & non reseruantur Papæ, possunt Confessores prædicti absoluere. Et similiter ab omnibus E excommunicationibus, per statuta prouincialia, & synodalia promulgatis, quę ipsi conditores specialiter sibi, vel alteri non reseruauerunt, quando statutum fecerunt. o. fo. 65. Et ffo. 69. conce. 154. Et ffo. 98. conce. 355. 13 *Excommunicatio. Casus reseruati Episcopis.*

¶ Circa prædicta oportet, vt prudens lector aduertat, quòd huiusmodi concessio fuit impetrata per bonæ memoriæ Reuerendum Patrem Fratrem Angelum de Clauasio, qui edidit illud insigne opus, Summa Angelica appellatum: & ideo conformiter ad ea, quę ipse posuit in prædicta Summa, in dictione Casus reseruati Episcopis, nominauit in præfata concessione primum casum de iure reseruatum Episcopis; licet aliqui aliter ordinent prædictos casus; præsertim Benedictus xj. vt positum est supra in hac dictione §. 1. Ac etiam Antoninus *Collector.*

ninus in suo tractatu, intitulato, Defecerunt. ¶ Aduertere etiam oportet, quod virtute suprascriptæ concessionis Innocentij, non excluduntur alij casus reseruati Episcopis, numerati supra in concessione Benedicti xj. §.1.præsertim illi, quibus non est adiuncta excommunicatio, prout aliqui & male opinati sunt. A

14 *Decima.* LEO X. in Concilio Lateranensi statuit, quod fratres Confessores teneantur hortari, & monere, etiam sub onere conscientiarum suarum, illos, quorum confessiones pro tempore audierint, cuiuscumque status, & conditionis fuerint, ad soluendum decimas, siue aliam bonorum, seu fructuum quotam, in locis, in quibus decimæ ipsæ, aut similia solui consueuerunt, ipsisque etiam illas soluere recusantibus, absolutionem denegare teneantur. b. ffffo. 26. conceff.82.

15 *Excommunicatio. Casus reseruati.* ¶ IDEM Leo concessit, quòd infringentes, vel aliquam violentiam in Ecclesijs, vel locis fratrum Mino. facientes, ab excommunicatione propter hoc incursa, possint a Prælatis dicti Ordinis, in foro conscientiæ, absolui; licet antea non poterant huiusmodi delinquentes absolui, nisi a Papa, vel a Conseruatoribus dicti ordinis. o. ffff.61. conc.186. B

Collector. Resolutio materia. ¶ Ex omnibus præfatis concessionibus colligitur summarie, quòd fratres Confessores per Prælatos debite deputati, & præsentati ad audiendas confessiones secularium, si sunt in conuentibus nostris, vbi sunt presentati, possunt audire omnes seculares, tam suæ, quam alterius Diœcesis: & auctoritate quam habent ab Episcopo erga eius subditos, possunt vti erga extraneos. Si vero non sunt presentati, & resident in nostris conuentibus, nullos audire possunt; excepto articulo necessitatis extremæ; exceptisque habentibus Bullas, seu Confessionalia ad eligendum Confessores. Si autem sunt extra Conuentus nostros in via, vel in transitu, siue sint intra, seu extra Diœcesim, possunt audire omnes ad eos recurrentes; & vti plenarie auctoritate Episcopali, in Episcopi absentia. Et dixi in transitu, ne credat aliquis, quòd frater hospes in aliquo conuentu, absque presentatione, possit audire confessiones ibidem, aut per villas, seu loca circũ adiacentia, vt suppleat pro Conuentu, vel alias, &c. Per communicationem tamen Priuilegiorum Ordinum non Mendicantium, possunt fratres Mino. amplius se extendere, vt patet in sequentibus. Circa predicta, etiam vide resolutionem infra positam, in dictione, Casus reseruati. C

Hoc idem ait Nauar. i Manual c.27. num. 266.

D

¶ Ex Priuilegijs Monachorum sancti Benedicti obseruantium.

16 *Pro quattuor Cõfessoribus. Casus reseruati Episcopo. Excommunicatio.* EVGENIVS IIII. concessit, quatenus Prior, siue Presidens Monasterij sancti Benedicti, oppidi Vallis Oleti, pro tempore existens, & tres, vel quattuor idonei Presbyteri Monachi, per dictum Priorem, siue Presidenté ad hoc, pro tempore deputandi, & ad ipsius Prioris, vel Presidentis nutum reuocandi, quorumcumque vtriusque sexus fidelium, ad dictum Monasterium, seu ipsius Ecclesiam, aut in ipsis, quacumque ex caussa, pro tempore confluentium, commorantium, siue existentium, cuiuscumque gradus existant, confessiones diligenter audire; necnon ipsos, à quibuscumque peccatis, criminibus, excessibus, & delictis suis, in omnibus, & singulis Casibus, etiam Episcopo reseruatis, absoluere; Necnon ab omnibus, & singulis Ecclesiasticis censuris, pœnis, fulminationibus excommunicationum, suspensionum, & interdicti, à iure, vel ab homine prolatis, contractis in genere tantum; satisfactione, vel mandato de satisfaciendo, si personæ huiusmodi, ad id habiles fuerint, premissis, etiam absoluere; ac eos habilitare in predictis Casibus; penitentiasque eis salutares iniungere; Eucharistiæ Sacramentum conferre; ac cum eis, & eorum quolibet dispensare super votis, etiam Episcopo reseruatis; & ea commutare in E

alia

A alia pietatis opera, toties, quoties deuotioni prædictorum videbitur expedire, auctoritate Apostolica, libere, & licite possint, & valeant; Parochialis presbyteri, & alterius cuiuscumq; Episcopi, vel Superioris, super præmissis omnibus, & singulis, vel eorum aliquo, licentia, vel assensu nullatenus requisitis. Et quod huiusmodi gratia sit perpetua, non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus. *Dispēsatio votorum.*

¶ Aduerte, quòd supradicta concessione solummodo possunt fratres vti intra sua monasteria, & non alibi. Sic enim faciunt Monachi.

PIVS ij. extendit supradictam concessionem Eugenij iv. ad reliqua Monasteria sancti Benedicti, quę annexa fuerint, vel subiecta præfato monasterio Vallis oleti. Sed addidit sequentem clausulam, dirigendo ad Priores monasteriorum huiusmodi. Per hoc autem non intendimus, quod præfati deputandi Confessores per vos, Indulgentijs vobis forsan concessis, sibi confitentibus, vt de ipsis gaudeant, concedere, nec absoluere etiam quempiam super decimis non solutis, vel non soluendis, possint. Nulli ergo, &c. 17

B

¶ *Ex Priuilegijs Monachorum sancti Benedicti Obser. Italiæ.*

EVGENIVS iv. concessit, quòd liceat Prælatis, siue Monachis sancti Benedicti deputatis à suis Superioribus ad audiendas Confessiones, personas pro earum salute animarum recurrentes audire, absq; aliqua Superiorũ Prælatorum licentia, & contradictione; ac eis absolutionis beneficium impendere ab omnibus peccatis; & dispensare super omnes Casus, præter ea peccata, & omnes Casus, de quibus ipsis Confessoribus ad eorum ordinarios videbitur recurrendum; aut de quibus esset Sedes Apostolica merito consulenda; & eis ministrare Eucharistiæ Sacramentum. B. 18

C

¶ IDEM Eugenius volens satisfacere deuotioni personarum, habentium ad Præfatos Monachos singularem deuotionem, ad eosq; recurrentium pro suarũ animarum salute, concessit, quod liceat Prælatis, siue Monachis prædictis deputatis à suis Superioribus, ad audiendas Confessiones huiusmodi personarum, eas audire; ac personæ ipsę eis confiteri possint, absq; alia suorum Superum licentia. Nec non eas (pœnitentia & satisfactione iniunctis) quoties oportuerit, absoluere ab omnibus, & singulis peccatis, præterquam Sedi Apostolicę dumtaxat reseruatis. Necnon à quibuscumque suspensionum, excommunicationum, & interdicti sententijs, alijsq; Ecclesiasticis Censuris, & pœnis, quas à iure, vel ab homine latis, (satisfactione iniuncta,) incurrisse, quomodolibet censebuntur. 19

D

¶ Insuper, & vota omnia permutare, ac in omnibus, & singulis Casibus, etiam Ordinarijs, aut per synodales, vel prouinciales Constitutiones reseruatis, cũ eis dispensare, preter eas censuras, & pœnas, vota, & Casus, de quibus esset merito Sedes Apostolica consulenda; eisq;, ac omnibus, qui ad præfatos Monachos, ob huiusmodi deuotionem recurrerint, Eucharistiæ Sacramentum ministrare valeant, de specialis dono gratiæ in fauorem Obseruantiæ regularis. B. *Votorum permutatio Dispēsatio.*

E

¶ Circa supradictam concessionem dubitatum est, an virtute illius possint absolui excommunicati nominatim, saltem in foro conscientiæ, vel debeant remitti ad iudices, qui protulerunt sententias excommunicationis præfatas? Et videtur, quòd prefati nequeant absolui a fratribus, quia cum prefata concessio sit præiudicialis Ordinarijs, est restringenda, per notata in c. olim, de Verborum signific. ¶ Item circa prefatam concessionem dubitatum est, vtrum illa verba (præterquam Sedi Apostolicæ dumtaxat reseruatis) com-

prehendat

prehendat etiam sequentem clausulam. Necnon à quibuscumque suspensio- A
num,&c. Et videtur, quod, cum nullum peccatum sit Papæ reseruatum, nisi ra
tione censuræ eidem reseruatę, vt inquit, Florentinus.3. par.titu.17.c.11. post
princ.& concessio negauit Confessoribus peccata Papæ reseruata, in versiculo.
Necnon,&c.non indulsit censuras reseruatas eidem Papæ, ne tam breui, & con
tiguo contextu sibi contrariari videatur.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

Pœnitentia sollemnis pro quibus peccatis est imponēda.

*VOAD. §. 1. notandum, quod peccata, pro quibus est indicenda pœniten-
tia sollemnis, sunt peccata enormia, quæ ex consuetudine reseruantur Epi- B
scopis. Et quoad hæc omnia, solum explicat Dominus Benedictus 11. in hac
Extrauaganti, quæ habetur in hoc. §. 1. esse voluntariè homicidas, falsarios,
ecclesiarum immunitatis, & libertatis ecclesiasticæ violatores, & sortileges, à quibus nō
possumus absoluere, secundum Clem. Dudum; nisi ad hoc sit aliud Priuilegium; vt hoc
latius & bene explicatur in Supplemen. ſſſ 98. & 99 Notent etiam Confessores, quod
mutilans, aut mutilationem mandans, & consentiens, non debent absolui, & multo mi-
nus homicida voluntarius; nisi satisfactione præmissa, vt habetur 23.q. 8. si quis mem-
brorum; & si quis voluerit, videat latiorem declarationem horum casuum Episcopalium
in summistis, titulo Casus, tit Confess. præcipue Sum. Ros. tit. Confessor. 1. §. 1. &c. §. se-
quentibus.*

*¶ Quoad. § 9. notandum, quòd Sixt. 4 ſſſ. 96 concessione. 339. concessit, quòd Confesso C
res Monialium Sanctæ Claræ possint absoluere à sententijs latis, eos omnes qui non ma-
litiosè, sed ex quadam leuitate, seu curiositate intrauerint earum monasteria, vel quarū
cumque aliarum religiosarum inclusarum, & hoc tam actiuè, quam passiuè ipsis cōcessit.*

Quoad. §. 12. & §. 13. vid sup. Absolutio quoad sæculares 1. §. 12. vt ibi notatum est.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

In §. 9. Quæ incipit. Vbi gratię et Indulta.

In §. 15.

*OC quod in §. 9. concedebatur, hodie omnino est prohibitum per Constit.
36 Greg XIII. vbi adest excommunicatio Summo Pont. reseruata, vt
infrà, in verbo, Ingredi monasteria Monial. dicemus, vbi exponetur mo- D
tus Pij V. & Greg. & nonnulla, pro hac materia notatu digna, resoluētur.*

*Quoad resolutionem Collectoris suprapositam, post § 15. quòd, scilicet,
Confessores debitè præsentati, & ab Ordinario approbati, possint audire
Confessiones omnium sæcularium, tam suæ, quam alienæ Diœcesis; & habetur sup. in
verbo Absolutio, quòad sęculares primò. §. 17. Est sciendum, quòd idem tenet Cordu-*
Vel nu. 261 *ba, in summa q. 10 in Respons. secundi dubij, & Nauar. in Manual. c. 27. nu. 266. Et ad* 261.
*quæstionem illam quam resoluit Nauar. num. [illegible] de Parocho habente facultatem ab-
soluendi à Casibus reseruatis Episcopo suo, quòd possit absoluere pœnitentem alterius
Episcopatus, cum iusta licentia sibi concessa à peccatis reseruatis suo Episcopo, fundans
se in consuetudine; est sciendum, quòd Medina in Sum lib. 1 c. 10. §. 3 tenet, quòd non
possit; nisi particularem à suo Ordinario habuerit licentiam; & hanc opinionem sequi-
tur auctor expositionis Bullæ Cruciatæ in § 6. num 6. & 94 & mihi etiam placet: nam E
post Concil. Trident. non habet potestatem Curatus dare huiusmodi licentiam suis oui-
bus, vt possint confiteri alijs, quam approbatis à suo Ordin. etiam virtute alicuius Bullæ
concedentis electionem Confessoris ab Ordinario approbati; cum quæ emanant Bullæ, sem
per intendant ad Conc. Trid. obseruantiam; nisi aliud explicitè vellet ordinare, vt fieri
solet, vel videret, & sciret, Episcopus Curatum dare huiusmodi licentiam, & dissimu-
laret. Et hinc infertur, nullum Curatum posse sibi eligere in Confessorem, alium non ap-
probatum à suo Ordin. vt not. Siluest tit. Confess 1. q. 5 in fin & § 4. & Angel. in Sum.
Verb. Confess. 3. § 30. cum sequentibus: Nec vnum Parochum posse Confessiones Paro-*
chiane-

Hæc doctrina colligitur ex Pal. in 4. d. 17. disp. 6. fol. 261. & 266. col. 1.

A *chianorum alterius Parochiæ audire: nisi, aut ab ipsomet Parocho proprio, aut ab Episcopo licentiam obtinuerit: aliàs absolutio nihil valeret. Sed, vt cumq; sit, hoc intelligitur de Confessoribus saecularibus, non autem de regularibus Ordinis Mendicantium, & participantium: cum ipsi possint omnium fidelium Confessiones audire, qui ad se declinauerint, vt supra iam dictum est, & infra latius dicetur; Et alij simplices Sacerdotes saeculares ab Episcopo approbati, possunt indifferenter ad se confluentes pœnitent. s. subditos tamen illi Episcopo, sine alia licentia Parochorum absoluere, nisi aliud eidem Episcopo ordinare visum fuerit, pro vt sic tenet auctor Catechesis Neapolitanæ lib. 4. c. 21.* In Catech. Neap. nouiter impressa. *Collector.*

CIRCA ABSOLVTIONIS MATERIAM reprobatio errorum.

B

ALEXANDER IIII. reprobauit errores quorumdam magistrorum asserentium, quòd fratres Minores, & Prędicatores, de licentia Papæ, aut Diœcesanorum, non poterant Confessiones audire. b. fo. 24. Et ffo. 25. conce. 15. 1 *In fauorē fratrū Prædicatorum & Mino.*

CLEMENS iiij. reprobauit prefatos errores, & concessit, sicut Alexander. 4. quòd fratres de licentia Legatorum Sedis Apostolicę, vel Ordinariorum, & multo amplius Sūmi Pontificis, possint audire Confessiones, & absoluere; aliorum inferiorum Prælatorum, & Rectorum ecclesiarum assensu nullatenus requisito; exceptis Casibus, qui de iure, vel consuetudine, Legatis, C & Ordinarijs prædictis specialiter reseruantur; nisi eis specialiter committantur. b. fo. 29. Et ffo. 29. conce. 26. 2 *In fauorē fratrū confess.*

IOANNES 22. damnauit, & reprobauit quosdam articulos Ioannis de Poliaco, asserentis, quòd confessi fratribus, habentibus licentiam generalem audiendi Confessiones, tenebantur iterum confiteri eadem peccata proprio Sacerdoti Parochiali. Et q̃ stante decretali, Omnis vtriusque sexus, non poterat Summus Pontifex facere (immo nec Deus) quin Parochiani tenerentur confiteri eadem peccata semel in anno, proprio Sacerdoti; ac etiam, q̃ Papa nequibat dare licentiam generalem ad hoc. Prohibuitq; præfatus Pontifex, nè quis, dictos articulos per ipsum damnatos, & reprobatos, tenere audeat, seu quomodolibet defensare, seu docere. Et declarauit, q̃ illi, qui prędictis fratribus con- D fitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri, quam si aliàs illa fuissent confessi eorum proprio Sacerdoti. B. fo. 36. Et ffo. 119. conce. 259. 3 *In fauorē fratrū confess.*

CALIXTVS III. fecit magnam prouisionem contra errores supradictos Ioannis de Poliaco, confirmando Bullas Eugenij 4. & Nicolai 5. approbantes constitutionem, Super Cathedram, Bonifacij 8. & reprobantes errores super illam exortos, circa confessiones, & absolutiones. B. fo. 82. Et ffo. 165. conce. 390. 4 *Confirmatio supradictarum concessionum.*

SIXTVS 4. auctoritatem procedendi per Ioannem. 22. & Eugenium. 4. datam Ordinarijs contra assertores, q̃ confessi fratribus tenebantur iterū eadem peccata confiteri proprio Sacerdoti Parocho, extendit ad Inquisitores hæreticę prauitatis. b. fo. 61. Et ffo. 144. conce. 353.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

QVOAD §. 3. notandum, quòd Bonif. 9 ff. 118. excommunicat, ipso facto. omnes publice, & temerarie docentes, aut pertinaciter asserentes, quod fratres Ordinis Prædicatorum non possint, de licentia Papæ, aut eius Legatorum, vel aliorum Prelatorum, absoluere eis confitentes, sine assensu Prælatorum, aut Rectorum Parochialium ecclesiarum super his habito, aut requisito: à qua excommunicatione absolui non possint, nisi Sedi Apostolicæ se personaliter repræsentent.

¶ Quoad

Absolutio ab oblitis an sit valida.

¶ *Quoad id quod Collector in 1. notabili dicit, secundum Episcopum Abulens. q qui attentaret aliquem absoluere à peccatis, quæ non audisset in confessione, peccaret mortaliter, & nihil operaretur. Tu dic, quòd, quamuis ego credam hanc opinionem esse veriorē, scilicet, quòd non datur Sacramentalis absolutio, nisi de peccatis Sacramentaliter confessis Sacerdoti, quam opi. tenet Gerson, & alij grauissimi Doctores; tamen multi alij tenent oppositum, q, scilicet, possit dari; & haberi Sacramentalis absolutio in Sacramento Confessionis, etiam de oblitis; vt etiam tenet. & refert Gabriel in 4. dist. 17. q. 1. dub. 2. Ideo non est dicendum, peccare mortaliter eum, qui alterutram opinionem sequendo, faceret contra alteram opinionem, immo nec venialiter; ex quo habet iustam caussam sic opinandi, & faciendi: & videtur ad hoc facere concessio facta Ordini Sancti Hieronymi, quòd, scilicet, gratia, quam habet idem Ordo, vt fratres possint absolui plenarie, intelligatur etiam de peccatis, quorumq; tempore confessis, licet tunc non confiteantur, vt habetur in compendio tit. Absolut. extraordinaria quoad fratres. §. 15.* A B

¶ *Quoad id quod in 3. notabili Collector dicit, quòd virtute cōcessionum, aut Bullarum quarumcumque, non possunt fratres nostri Ordinis, à Casibus reseruatis Minist. sine eius licentia, seu auctoritate; de hoc dictum est sup. tit. Absolutio, extraordinaria quoad fratres sup. §. 10. & latius dicendum est infra, tit. Cruciata, ibi videatur.*

CAPVCCINI ANNOTATIO.

Resolutiones quædam notabiles in materia absolutionum quoad fratres, & quoad sæculares.

VIA materiam istam absolutionum, tum quoad fratres, tum etiam quoad sæculares, sicut valde copiosam, ac Priuilegijs refertam, ita & periculosam, dubijsq; innumeris repletam esse, ob varias maxime, multiplicesq; subsequentes Summorum Pontificum, ac Conciliorum dispositiones, in dies magis, ac magis periti etiam, non modo imperiti experiuntur; ideo ad ipsius dilucidationem, quinque hic pertractare pernecessarium esse duxi. C

Capita tractanda.

Primum de auctoritate, quam Prælati Religionum habent in absoluendo suos subditos; ac cum illis, in Irregularitatibus, alijsq; Censuris ecclesiasticis dispensando.

Secundum, quomodo talis auctoritas sit intelligenda, ac secundum Conc. Trid. & Bullam Cenæ Domini modificanda. D

Tertium de auctoritate, quam ipsi Religiosi confessores, ab Ordinario approbati erga sæculares habent.

Quartum, in quo talis auctoritas, à Concil. Trident. Bulla Cenæ, alijsq; subsequentibus Summis Pontif. sit derogata, & vbi non.

Quintum quales esse debeant Confessores, vt talibus possint vti Priuilegijs.

Sed quantum ad primum, & tertium cap. attinet, concessiones etiam antiquas recensere minime grauabor; vt quanti fecerint semper Pontifices ipsi, quantaq; beneuolentia, Minores fratres, reliquosq; Mendicantes fuerint prosecuti, cunctis innotescat.

De Auctoritate Prælatorum.

Et quoad primum sciendum est, Mendicantium Ordines, inter alia, quoddam habere Priuilegium Clem. 4. in quo data fuit facultas Generali, Prouincialibus, ac Custodibus fratrum Minorum, absoluendi fratres, licet hospites fuerint, ab omni Irregularitate, Suspensione, & Interdicto siue ante, siue post Religionis ingressū in illa incurrerint, nisi adeo fuerit grauis, & enormis excessus, quòd sint ad Sedem Apostolicam merito destinandi; vt habetur supra titulo, Absolutio ordinaria quoad fratres, §. 7. cum sequentibus; vbi nonnulla alia Priuilegia Prælatis, pro suorum fratrum conscientiarum remedio, reperiuntur concessa. Ibiq; numerantur à Collectore illi casus, pro quibus fratres, ad Apostolicam sedem sunt destinandi; qui fuerunt declarati a Six. 4. circa annum Domini, 1484. E

Facta fuit hæc concessio anno domini 1265.

Alia

A [*Alia amplissima & plenissima facultas reperitur data a Mart.V.anno 1431. Prælatis S.Benedicti quæ habetur in eodem verbo Absolutio ordinaria quoad fratres. §.40. Vbi eis concessit, vt in foro conscientiæ possint absoluere suos monachos ab omni excommunicationis sententia etiam si talis esset, quam ipse Summus Pontifex sibi reseruare consueuerit, & cum eis super omni irregularitate etiam in illis casibus, in quibus Papa sibi vicem reseruat (in morte vz. & in membrorum obtruncatione, & enormi sanguinis effusione) valeant dispensare: dummodo aliquod istorum trium non sit notorium. Qua quidem facultate gauaent per viam communicationis etiam alij mendicantes, vt infra verbo Commun. priuilegiorum. §.34.*] Additio.

Pius V in suo Motu proprio, qui incipit, Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontif Omnibus Prouincialibus Ordinis Prædicatorum, pro suis subditis, totam auctoritatem illam, in foro conscientiæ concessit, quam Conc.Trid Episcopis pro suis, in foro conscientiæ dedit, sess.24 cap.6.de reformat cuius verba sunt ista: Et insuper, quia sacrum œcumenicum Generale Trid Conc. concessit Episcopis, vt absoluere possint, in foro animæ, seu conscientiæ ab omnibus peccatis; & dispensare in Irregularitatibus (prout sess 24.c. 6 habetur) ne Prior conuentualis, & Superiores Prælati dicti totius Ordinis (scilicet, Prædicatorum) tam in dicta Prouincia quam extra eam vbilibet, in hac parte deterioris conditionis quam clerici, aut sæculares existant; eisdem Priori Conuentuali, & Superioribus Prælatis, vt ipsi per se ipsos, idem omnino possint in Fratres, & Moniales dicti Ordinis sibi subditos, quod possunt Episcopi in Clericos, & laicos sibi subditos, tam quoad absoluendi, & dispensandi huiusmodi, quam alias quascumque facultates, eisdem, auctoritate & tenore etiam perpetuo concedimus. & indulgimus, ac etiam declaramus. Reperitur impressum in lib Priuilegiorum R. Passarelli fol. 27.

B Alia cõcessio expedita an. 1571.

Verba Bullæ.

C Passarellus.

Verba autem Conc. sunt ista, videlicet.

LIceat Episcopis in Irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus (excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum) dispensare, & in quibuscumque occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis delinquentes quoscumque sibi subditos in Diœcesi sua, per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ gratis absoluere, imposita pœnitentia salutari. Idem & in hæresis crimine, in eodem foro conscientiæ, eis tantum, non eorum Vicarijs sit permissum. Vnde per viam communicationis, idem poterunt omnes Prouinciales aliarum Religionum participantium Priuilegia supradictorum fratrum Ordinis Prædicatorum. & aduertendum, quod talis concessio non fuit a Gregor. XIII. sublata, immo ab ipso fuit postmodum Congregationi Sancti Bernardi confirmata vt infra. verbo Dispensatio.

Verba Concil. Trid.

D Alia concessio.

[*Et tandem Greg.XIIII.ann.1591. Præfecto Generali Ministrorũ infirmorum, concessit, vt per se, vel per alios a se deputatos, possit absoluere omnes, & singulos sibi subditos, à quibusuis excommunicationibus, suspensionibus, & interdictis alijsque censuris, & pœnis quomodolibet latis, & cum eis in omnibus irregularitatibus &c. in foro conscientiæ, necnon si opus fuerit, etiam cum rehabilitatione. & abstersione inhabilitatis, ac infamiæ macula, & defectum natalium patientibus ex quouis nefario coitu prouenientem dispẽsare &c. Vt latius est videre in Bulla. quæ posita est supra verbo Absolutio ordinaria quoad fratres in nostra annotatione. fol §.34.*]

Additio.

Quomodo Prælat. auctoritas sit itelligẽda.

E

Circa quas facultates, plura sunt notanda. Primum circa Concessionem illam Pij V. est inter Doctores altercatio, si in publicatione Bullæ Cenæ Domini Sixti V. per §. Ceterum, illius Bullæ, reuocetur auctoritas illa, Episcopis a Conc.Trid. concessa, quatenus reseruat sibi absolutiones excommunicationum illius Bullæ, non obstantibus quibusuis Concilijs.

Aduertẽda in supradictis concessionib. Primum.

Opinio Nauar.

Nauar. enim in Man.c.27.nu.260. sibi videri ait, q per illa verba. §. Ceterum; sine dubio reuocetur. c.6. sess.24. Conc. & q Sanctitas Domini Papæ non permittebat, Episcopos, nec per se, nec per suos Vicarios speciales, hæreticos occultos absoluere; non obstante q eis

§ ceterum relata, a Nauar. ibidem nu.72

eis concederetur per illud cap.6.Conc.& quòd eadem ratione videatur eis & alia facultas ablata absoluendi ab omni Excommunicatione, & Casibus reseruatis in illa Bulla; nisi dicamus, inquit, quod istud §.Ceterum, Bulla Cenæ, limitet capitulum. 6. ne procedat in occultis, & habentibus complices, vt ibi probat. Et in eodem cap.27.num.275. ipse Nauar.tenet, nullum, prçter Papam, ab Heresi, & censura ei annexa, etiam occultissima, posse absoluere; cum eam sibi in prçfata Bulla Cenæ reseruet; quamuis Conc. Triden. A

Alia ratio concedat Episcopo illud posse facere. Et posset etiam contendi, quòd sit derogatum, quoad hoc, illi per Bullam Cenæ, quia Gregor. XIII. & Pius V. adeo id expresse declararunt, vt etiam Summo Pœnitent.ario illam negauerint facultatem, nisi cum certis modificationibus. Adeo vt ipse Nauar. dicat moueri ad credendum φ nec virtute Iubilęi, nec Bulla Cruciata, in quibus non datur specialis facultas absoluendi ab heresi, poterit quis absolui ab ea, licet expresse detur facultas absoluendi a Casibus Bulla Cenæ; quod probare nititur, & auctoritate, & ratione, vt ibi est videre. Et sic ex supradictis a Nauar. elicitur, quod, quoad absolutionem ab heresi per Bullam Cenæ, & per praedictos SS mos Pontif. indubitanter ab Episcopo tollitur facultas. Quo autem ad absolutionem aliorum à Concil. sibi concessorum, prędictum processum Bullæ tangentium, tam in supradicto numero 260. videtur inferre, quòd etiam auferatur, vel saltem cum limitatione, quā ibi subnectit. & hęc opinio confirmatur etiam in Catechesi Neap. cum multorum Doctorum auctoritate, vt in lib.1.c.25.num.9.fol.53.& lib.3.c.2.fol.179. in vltima impressione habetur. B

Opinio aliorum. Alij autem totum oppositum affirmare contendunt, quòd scilicet nullo pacto per generalitatem verborum illorum, in dicto §.Ceterum, posterum, facultas illa a Conc. Episcopis data, reuocetur: quia quando in aliquo, Sedes Apostolica Concil.Trid. decreta vult reuocare, expresse id dicit, sicut in omnibus indultis a Pio V. & Greg.XIII. datis, in aliquo dicta decreta tangentibus, est videre. C

Ang. in sūma q.4. de conf art.5. difficul.6. pag.278. in vltima impressione. Et huius opinionis, ait Auctor expositionis Bullæ Cruciatæ.§. 9. num. 70. esse etiam Angel. quamuis non respondeat verbis prædictis Bullæ. Ac etiam testatur, quòd in Synodo Toletana, celebrata in anno 1583. ibi prçsidente Illustrissimo Cardinale, & Archiepiscopo Toletano, ac Inquisitore Generali, Domino Gaspare de Guiroga; aduertebantur Episcopi (vt refert Ioannes Reris, Inquisitor Valentinus dē haresi.1.paſſ.19. & eodem lib.de Priuileg.in q.nume.416. & Medin. lib.1. introd.pag. 423.) quod auctoritatem habeant absoluendi ab Heresi occulta. Ergo si in hoc, multo magis in alijs, ab eodem Conc. eis concessis; Nec contra hoc, inquit, faciunt verba generalia reuocatoria Bullæ Cenæ; quia Sixtus V. tam generalem reuocationem non fecit, sicut Greg. XIII. faciebat; immo posuit verba illa, quæ omnem tollere videntur ambiguitatem, videlicet, Nisi, in eis, etiam hi casus prçsentibus litteris expressi comprçhendantur, vt habetur in Bulla publicata anno 1. sui Pont. D

Resolutio cū Opinione propria. Quicquid tamen sit (saluo semper saniori iudicio) tenerem ego, circa absolutionem ab haresi occulta, cum Nauar. quòd, scilicet, ab Episcopis sit ablata facultas; cum expressa in hoc appareat Summorum Pontificum voluntas, in alijs Motibus proprijs editis in foro tamen fori possunt equidem Episcopi absoluere, sicut Inquisitores.

Quòd Episcopi non possint in hæresi nec in alijs reseruatis in Bulla Cenę. Prima ratio. Circa autem alios casus in Bulla Cenæ reseruatos, mihi videtur, quòd facilius possit sustineri opinio dicentium, quod sit ab Episcopo ablata etiam facultas absoluendi, & dispensandi in illis; non obstante, quòd eis fuerit concessa per Concil. Trident. quam alia opinio contraria. Et hoc persuaderi potest, non tantum ex ratione illa adducta per Doctores, huiusmodi Opinionem sectantes, de non obstantijs generalibus, etiam cuiusuis Cōcilij generalis, &c. in tali Bulla appositis, (quæ ratio per se, sic simpliciter considerata faciliter posset dilui, preut iam per contrariam partem diluitur) sed potissimum ex E

Alia potissima ratio. illo alio verbo ibidem in dicto §. Ceterum, apposito, scilicet, etiam Episcopali, vel alia maiori dignitate praditis; ex eo enim verbo, Episcopali, iam clarissimè, & specialissimè videntur Episcopi comprehendi, vt non possint in hijs reseruatis, quidquam facere. Quia, si ipsi

A si ipsi non comprehenderentur, quid quaso, clausula illa operaretur? esset equidem frustatorie posita. Et sic eliminaretur responsio illa alterius contraria opinionis, quam dant, non obstantijs illis, de reuocatione Concilij generalis &c. quod sub illa, non comprehendatur Conc. Trid. cum de eo esset facienda specialis mentio, &c. Nam dato, quod hoc ita se haberet, quid respondebitur ad illam specificam, & particularem mentionem de Episcopali dignitate factam? Clarum quidem est, quod Episcopi, facultatem illā habuerūt à Conc. Trid. Hinc ergo, tum ex verbo isto apposito (Episcopali dignitate &c.) cum etiam ex illo alio addito (de Concilijs generalibus) posse concludi mihi videri dixi, Episcopos per facultatem, eis a Conc. Trid. traditam in dicto. c. 6. sess. 24. ad illos Casus in Bulla Cenę reseruatos, regulariter, & de rigore verborum, nullo prorsus modo, se extendere posse. Dico, Regulariter, & ex rigore verborum illorum, in Bulla positorum; quia secus esset, ex Tolerantia Summorum Pontificum, vel Consuetudine, qua ipsi Episcopi reperiuntur, forsan, in possessione, ab illis sibi reseruatis occultis (excepta haresi) absoluendi, & dispensandi; prout quidam doctissimi Episcopi, cum quibus hoc contuli, mihi dixerunt, se ab illis, quando occurrit casus occultus, absoluere & dispensare, &c. & prout etiam, sic respondisse Pium V. de hac quastione interrogatum; & sic etiam obseruari à grauissimis, litteratissimisq; Episcopis Hispania absq; vlla dubitatione testatur in Candelabro aureo, verbo Absolutio num. 14. & in declaratione Bulla Cena num. 141. D. Martinus Alphonsus de Viualdo Hispanus.

Conclusio.

B (at "rum; quia secus esset")

Quod ex consuetudine possint Episcopi in reseruatis in Bulla.

Et quod ista eorū consuetudo, siue Summorū Pontificū tolerantia sit in aliqua rōne fundata, facio ego quasdā magnas ponderationes, quibus nescio quō possit exacte responderi;

Firmatur rationibus.

C Quarum vna est, quod licet in illa prędicta Bulla Cena à Six. V. publicata, sint verba supra ponderata, in non obstantijs illis apposita; non reperiuntur, forsitan, in alijs Bullis aliorum Summorum Pontificum, sic specificata (vt in aliquibus ego vidi) cum quolibet fere anno immutentur, seu renouentur in aliquo. Et sic, si vno tempore esset supradicto modo seruanda; alio tempore, alio modo seruaretur. Et eo magis, cum supradictus Sixt. V. apposuerit clausulam illam clarissimam (Nisi in eis, etiam hi casus, prasentibus litteris expressi, comprehendantur.) vt supra est dictum. Adeo quod licet ex aliqua Bulla, esset talis eorum sublata facultas; in pluribus tamen alijs, à quibus, ita claris verbis non tollitur, remanere rationabiliter videntur in quasi possessione, ab illi reseruatis absoluendi, &c.

Prima ratio.

Altera, & fortior ratio est huiusmodi. Clarum est, quod Episcopis, ex c. illo. 6. Concil. Trid. datur illa amplissima facultas dispensandi, & absoluendi in omnibus occultis, Sedi Apostolica reseruatis, etiam in haresi, &c. cuius absolutio specialiter reseruatur cum alijs in Bulla Cena; modo dico sic; quia Sūmi Pontifices Greg. XIII. & Six. V. post dictum Concil. & post publicationem suarum Bullarum Cena Domini, ab Episcopis, absoluendi tantum ab haresi, facultatem abstulerunt, qua eis concedebatur à Concil. Trid. ergo videntur, (per regulam exceptiuam, Sacrorum Canonum, & Theologorum,) eis relinquere facultatem, super alios casus, ibidem sibi concessos; etiam quod essent in Bulla Cena reseruati. Exceptio enim firmat regulam in contrarium; quia aliter, ad quid deseruisset, illa particularis reseruatio haresis, quam supradicti Pontifices, in eorum Motibus proprijs fecerunt (cum in Bulla Cena esset eis reseruata) cum tot, tantisq; non obstantijs supradictis? Ergo, si per illas non obstantias excluderentur Episcopi, frustra sibi fecissent, extra Bullam Cena, aliam eius reseruationem; sed fecerunt; ergo dicendum, quòd Summorum Pontific. mens, non fuit, per illas non obstantias generales, excludere Episcopos ab absolutione, & dispensatione illorum Casuum ibi reseruatorum, &c. sed eos relinquere in pristinam illam facultatem, eis a Conc. Trid. generaliter traditam, super omnes casus occultos, etiam Sedi Apostolica (excepta haresi) quomodolibet reseruatos. Cui rationi nescio quomodo responderi possit; & per consequens, his rationibus, & alijs, quas omitto, iusta, & non vsurpata, posset eorum possessio, seu tolerantia, in huiusmodi absolutionibus, & dispensationibus, iudicari.

Altera ratio.

D (at "cil. Trid. datur illa amplissima")

Et vt Cordub. ait libr. 4. qq. q. 9. propositione 3. quod nō sufficit generalis omniū nō obstātium derogatio Sum. Pont. nisi specialis fiat etiā mentio canonis editi a Cōcilio.

E (at "tantisq; non obstantijs")

Et

Tertia ratio. *Et posset etiam tertio corroborari, quia si Greg. XIII. (vt ait Nauar. in præallegato c. 27. nu. 260.) reuocasset talem facultatem Episcopis à Conc. datam, condidisset quidē, in re tam graui, motum proprium aliquem, pro omnibus Prælatis, vt suam manifestaret intentionem; quòd nequaquam fecit.* A

Quarta ratio. *Et etiam quarto, quia ipsemet Nauar. videtur, in locis supracitatis, maxime hesitare, & in partem istam etiam quodammodo inclinare, & maxime quando nititur, vel opiniones concordare, vel conditoru mentem declarare. Nec ipse ait, Bullam vllam vidisse, nec à Beatissimo Greg. XIII. audiuisse ab ore proprio, (vt in alijs Casibus facit) sed tantum dicit, vt Audio, &c.*

Additio. *[immo ipsemet Nauar. in consil. 10. tit. de Priuil. firmiter tenet, quod possint Episcopi etiam in omnibus alijs casibus quos sibi Sedes Apostolica reseruauit, etiam post Concil Trid. præterquam in casibus reseruatis cum clausula derogatoria ad ipsum. §. liceat Concilij Trid. & in illa constit promulgata contra bannitos, & in quibusdam alijs casibus a Sixt. V. reseruatis.]* B

Quincta ratio. *Et tandem confirmatur, quia sic in Salmansica concursu fuit resolutum; Episcopos posse per se, à Casibus Bullæ, in foro interiori absoluere; quamuis Conc. non exprimat: maxime, quia Casus Bullæ, sunt excommunicationes a Iure, vt Doctores aiunt. Et hæc sufficiat, pro huiusmodi veritate, tetigisse; verum, quibus hæc vltima nostra opinio, non satisfaciet; teneant alteram; sat est mihi, difficultates, ac rationes pro vtraq; parte tetigisse, ac quod mihi, inter tot opinionum varietates, videatur, explanasse.*

Et aduertendum, quod nec per Bullam Cenæ hoc Priuilegium Episcopis à Concilio concessum tollitur, vt supra est conclusum; nec etiam per Bullam Cruciatæ, vt demonstrabimus infra in verbo Cruciata, in fine.

Ex qua resolutione infero, quòd eademmet auctoritas quæ remanet Episcopis in publicatione Bullæ Cenæ pro suis, remaneat etiam Prouincialibus supradictis, pro suis subditis. Verum absoluere a reseruatis in Bulla Cenæ, non poterunt, cum in illa fiat expressa mentio de reuocatione Priuilegiorum Ordinis Mendicantium, nisi de nouo, post illius publicationem confirmarentur, vt aduertit Collector supra tit. Absolut. Ordinaria quoad fratres §. 9. & 13. C

Secundum Not. *Circa autem illam aliam concessionem Martini V. Abbati Sancti Bened. factam, est pariter notandum, quòd quando in præfata concessione dicitur, vt casus illi sint occulti, Tunc esse occultæ intelligantur, cum iuridice probari non possunt; & licet probari possint, non tamen sunt notorij, ac publici, vt scandalum oriri inde possit. Ita tenent Castro, & Nauar in Manual cap. 27. num. 255. vbi pro hac materia, quando, vel in Bullis, vel Priuilegijs, aut in Concil. Trid. conceditur ad dispensandum facultas super occultis, & non publicis, quomodo sit istud intelligendum plura notabilia affert & inter alia inquit. Occultum dicitur id, quod non est publicum. Publicum autem, quod est notorium, manifestum, vel famosum, vicinia, Collegio, vel Monasterio, licet non Prouincia, Ciuitati, vel Parochia. Notorium id dicitur, quod nititur scientia maioris partis prædictarum communitatum. Manifestum, quod nititur fama eiusdem partis maioris, orta a scientibus. Famosum quod nititur fama maioris partis, orta ex vno scienti, vel ex indicijs, vel præsumptionibus, illi æquipollentibus: Occultum item triplex, scilicet, quod non est probabile suapte natura, qualia sunt sola mentalia; & quod est probabile suapte natura, sed non potest probari, quia coram nemine factum est; & quod probari quidem potest, sed adeo a paucis, quod nulla inde fama orta est, nec est in iudicium deductum. Et ait etiā, quod vt delictum dicatur publicum, non sufficis, vt actus qui est delictum, sit publicus, nisi etiam publice sciatur esse delictum, Missa enim dicta coram populo ab excommunicato occulto, actus publicus, & delictum est; non delictum tamen publicum; quia nescitur publicum esse delictum. Volui hoc notabile ita extendere, quia ad multa, in hoc Compendio Priuilegiorum, poterit deseruire.*

Occultum quando dici potest. Castr. lib. 2 de leg. pe. c. 2. Nauar. D

Differentia inter publicum, manifestum, notorium, famosum,. Occultum triplex. E

Vt delictū dicatur publicū, quid requiratur,

Tertium notādum. *Est notandum, 3. quòd dispensatio Irregularitatis, quæ ex homicidio voluntario prouenit, intelligitur de quouis homicidio, tam a casu, quam ex proposito perpetrato, dummodo*

modo sit occultũ; quia cũ Pontifex non distinguat, nec nos distinguere debemus; prout sẽ
A dicitur a Corduba inf. tit. Disp. versi. quoad §. 24. & in §. 40. verb. Absol. ord. quoad fratres, & in lib. de casib. q. 34. & frater Emmanuel in expos. Bull. Cruc. §. 9. f. 129. & Cõpend. Societ. Iesu verb. Absol. §. 10. Disp. §. 5. Sed dispensatur circa Altaris ministeria. Vt Sixt. 4. concessit Carthus. & in Compend. Societ. Iesu §. 4. & Bernard. §. 6. & addũt quod possunt committere Superioribus pro tempore nominandis, ut subditos personaliter absoluant, & cum illis dispensent pro foro conscientia in omnib. casib. nullo excepto: in quo videtur includi irregularitas ex bigamia, ut infra.

Irregularitas ex homic. volũt. de qua specie intelligendum sit illud hom.

Nec huic obstat, quod concessio Sixti 4. data Generalibus, & Prouincialibus fratrum Minorũ, fuit de homicidio fortuito, & non voluntario, & cũ ipse Sixtus fuerit post Martinũ, videtur limitasse illã concessionem, quantum ad Fratres Minores. Nam ad hoc re-
B spondetur, Sixtũ in dicto Priuilegio loqui non solũ in foro conscientia, sed etiã in foro exteriori; & ideo cũ tali limitatione concedit. Sed Mart. V. tantum in foro conscientię intellexit, & ideo concessit in quolibet homicidio, dummodo sit occultũ. Prętereà dicitur, quod Sixt. 4. in ista, ac in alijs limitationibus, intendit tantũ exceptionẽ, & restrictionẽ facere supra concessiones illas, quas limitare, & restringere intendit, & non supra alias per ipsum, vel per prædecessores suos factas: quod probatur, quia aliter sequeretur, quod vna cõcessio eiusdem Sixti 4. in qua Prælatis concedit, posse dispensare in Irregularitate, quę ex homicidio incerto, & dubio oritur, pręiudicaret huic suę concessioni, in qua concedit dictã auctoritatem pro homicidio casuali, licet certo: & sic ergo debent intelligi omnes alię exceptiones, vel restrictiones, quia solum limitant illas, de quibus tractant, & non alias, ut
C ait Corduba ibi. & titu. Dispensat. §. 24.

Habetur infra tit. disp. §. 10.

Nec huic obstat Conc. Trid. sess. 24. c. 6. quod Episcopis minime concedit auctoritatem dispensandi in Irregularitate, quę prouenit ex homicidio voluntario, quantumuis occulto: nam maiorem auctoritatẽ habent Superiores Ordinũ Mendicantiũ in suos subditos, quã Episcopi in suos, sicut ex varijs, multisq; Priuilegijs eis concessis, claro constat. Ideoq; non est mirum, si ipsi Prælati illam habeant auctoritatẽ, & non Episcopi. Nec fuit sublata, aut restricta facultas data a Mart. V. Benedict. ut sup. per Six. 4. vel alios Pont. qui hoc alijs denegarunt. & sic nec obstat Nauar. c. 27. nu. 250. in Man. ut aduertit Corduba & Emmanuel vbi sup. prout sic etiam tenet Henric. henriquez in Theol. sua Moral. lib 7. de indulg c. 28. in princ.

Dispensare possunt prælati in quo nõ possunt Episcopi.

[Bene tamen obstare videtur prędictum Concil. Trident. in sess. 14. c. 7. de reformat.
D vbi generaliter loquens ait. Cũ etiã qui per industriã occiderit proximũ suũ, & per insidias, ab altari auelli debeat; qui sua voluntate homicidium perpetrauerit etiã si crimen id nec ordine Iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoueri possit: Nec illi aliqua ecclesiastica beneficia, etiam si curam non habeant animarum, conferri liceat, sed omni ordine, ac beneficio, & officio ecclesiastico, perpetuo careat, &c. In quo decreto, comprehendi etiã Regulares, non videtur dubium, cũ sic indistincte, & vniuersaliter loquatur; ex quo doctrina seu declaratio supra posita, de dispensatione irregularitatis ex homicidio voluntario ortę, vigore huius decreti non videtur habere locum, cum priuilegio obstet. Nisi vellemus dicere, quod licet hoc
E decretum Conc. Priuilegio obstet, per illud tamẽ viuę vocis oraculũ, a Pio V. datum p. f. Aloysio de Puteo ministro generali Minoritarũ, et relatũ ab Alphõso de vera crux in suo Speculo coniugatorũ in fine habeant Regulares ipsi auctoritatẽ supra positã dispensandi in foro conscientia in tali irregularitate homicidij voluntarij, in illo enim viuę vocis oraculo. fuerunt ab ipso Pio V. confirmata omnia priuilegia, fratrum Minorũ, ac concessit ut possent uti in foro conscientię tantum, etiam illis priuilegijs quę a Sacro Conc. Trid. fuerũt restricta, seu derogata, & sic ex hoc viuę vocis oraculo, posset teneri, Regulares in dispensatione huiusmodi Irregularitatis homicidij voluntarij, uti licite in foro cõscientię. priuilegio illo Mart. V. quamuis a Conc. sit ita restrictum, &c. De hoc viua vocis oraculo, tractatur in Spec. coniugatorũ in fine & in exposit. Bullę cruc. §. 9. nu. 32. 112, 132.

Additio. Cõc. Trid. sess. 14. c. 7.

Et in Cõp. Societ. Iesu verbo Concilium. §. 3.

& habetur authẽtica Romę in monasterio Aracęli: & refert Henricus Henriquez. in A
Theolog. morali tit. de pęn. c. 6. §. 6. et ponitur paullo infra i hacmet materia resolutionis.

Quartum Not. Prohibitio dispẽsandi in irregularitate abortus. Motus Sixti V.

Et notandum 4. quod nec ipsi Pręlati, neq; Episcopi, tempore Sixti V. dispensare poterant in illa irregularitate, quę prouenit caussa procurationis, siue consultationis abortus, vel potionis dandę, ad generationem impediendam, iuxta Motum proprium ipsius Sixti V. qui incipit. Effrenatum perditissimorum hominum; In quo omnes sic supradicta procurantes, vel consulentes, adiuuantes, & consentientes excommunicat, sibiq; eorum absolutionem reseruat, vt nullum Priuilegium regularibus concessum, nec Iubilaeum plenissimum, nec Bulla Cruciatę, nec auctoritas, quam Episcopis Concil. Trid. dat, eis suffragetur.

Expositor Bullæ Cruciat. §. 9. nu. 90.

Et hoc intelligitur quando fuerit secutus realiter abortus, & generatio impedita,
(vt ex ipso Motu proprio constat, ibi, ita vt re ipsa abortus inde secutus fuerit) & im- B
pediendo generationem, in illas pœnas incurritur, quando, scilicet, potiones fuerint datę, non autẽ propter seminis effusionem extra vas, prout videtur esse communis opinio Doctorum, cum quibus iste locus fuit tractatus, vt refert auctor expositionis Bullæ Cruciatæ, qui in additione, quam facit fol. 641. multa alia dicit de impedimento generationis.

Moderatio Bullæ Sixti V. de abor. a Greg. 14. fact.

Verũ supradictus Motus proprius fuit postea moderatus per Greg. 14. anno 1591. hoc modo, videlicet; vt a peccato & excommunicatione ibi lata, quilibet presbyter tam sęcularis, quam regularis ad Confessiones audiendas, & ad hos Casus specialiter, per loci Ordinarium deputatus, in foro conscientię tantum possit absoluere: quo vero ad pœnas procurantium abortus ibi taxatas, ad terminos iuris communis, & Concil. Trident. dispositionem reducitur.

Quinctum notabile. Facultas absoluendi a casib. reser. non cõprehendit censuras, nec commut. vot.

Notandum est etiam, quod quando conceditur facultas absoluendi a Casibus reserua- C
tis, non datur facultas absoluendi a censuris, nec commutandi, aut dispensandi vota, vt dicit Nauar. in Man. c. 27. nu. 251. Ideo aduertãt Confessores Religiosorum, cum a suis Pręlatis supradictam habent auctoritatem, ne putent ad omnia se extendere. Et auctoritate prędicta a Pręlatis concessa gaudent eorum subditi, licet aliquam Bullã, siue Cruciatę, siue alterius non habeant: nam in illis, eorum Priuilegia, ad suas personas attinentia, minime suspenduntur, vt infra latius dicetur.

Sextũ Not. Noua Capuccini. Additio.

Sed circa supradictas facultates ad demonstrandam Pręlatorum auctoritatem adductas scilicet. Clem. 4. Mart. V. Pij V. & Greg. 14. occurrit, valde difficilis ac scitu necessarijssima quęstio.

An videlicet, Virtute priuilegiorum ordinibus mendicantibus, & participantibus con- D
cessorum, ac per Clem. 7. anno 1525. & Gregor. 13. anno 1575. & Sixt. V. anno 1587. confirmatorum, possint nec ne illorum ordinum Pręlati absoluere, & dispensare subditos suos ab omnibus, & in omnibus censuris, Irregularitatibus, pœnis, atq; sententijs Summo Pontifici per Sacros Canones, vel Extrauagantes alias quomodolibet reseruatis, etiamsi essent reseruatę cum speciali talium eorum priuilegiorum derogatione.

Resolutio. Rationes p parte negatiua.

Pro cuius resolutione est sciendum, quod licet prima fronte videatur esse dicendum ipsos Prælatos posse tantum in illis casibus, quos Summi Pontifices sibi absq; eorum aliqua
1 *priuilegiorum derogatione reseruauero, & non in illis, in quibus reperitur ipsa specialis derogatio, sicut in quamplurimis Sacrorum Canonum, et Extrauagantium locis est vide-*
re. vt in c. Cum illorum de sent. excomm. & Clem. Religiosi de priuil. &c. vt fecit etiam
Greg. 13. & Sixt. V. in alijs casib. cum clarissime appareat, talium Summorum Pontificũ E
fuisse voluntates vt nullo pacto in illis casibus eorum priuilegia Mendicantibus ipsis suffragarentur: aliter enim frustra essent in corpore iuris, alijsq; extrauagantibus, cum ta-
2 *libus, & tantis derogationibus, & fortissimis non obstantijs positi. Et eo maxime cũ perspicuum sit, quod ea quę repugnant iuri communi, ad illud quantum est possibile, sunt re-*
3 *ducenda, vt in c. cum consuetudinis iuncta glo. de consuet. Et etiam quia priuilegium proprie dictum debet stricte interpretari vt minus quam sit possibile iuri commum deroget. vt Silu. titu. de Priuil. nu. 3.*

Rationes

Attamen istis, alijsq; rationibus, qua pro hac parte adduci possent, non obstantibus, di-

cimus

A timus nos (saluo tamē semper aliorum meliori iudicio,) quod possunt ipsi Prelati in omnibus etiam illis casibus, tum talibus clausulis derogatorijs reseruatis, habita eorum priuilegiorum confirmatione, vt infra in conclusione huius quęst. dicetur: & hoc quamplurimis rationibus, & argumentis comprobari posse arbitror. *pro parte affirmatiua*

Et prima ratio sumitur ex declaratione, quā Sixt. 4. fecit illius suprapositæ Clem. 4. concessionis: Concedebatur enim ibi Prælatis ordinis Minorū facultas super omnes casus reseruatos, & censuras &c. cum hac tantū limitatione scilicet. Nisi adeo graues & enormes fuerint excessus, vt essent ad Sedem Apostolicam merito destinandi. At Six. 4. 203. annis fere post ipsum Clemente. confirmando postmodum ipsa priuilegia declarans illa verba Prędecessoris sui Clementis, pro quibus scilicet casibus esset ad Sedem Apostolicam recurrendum, non obstante quod a multis alijs suis Prędecessoribus, qui inter ipsum, & Clem. fuerant, quamplurimi fuissent casus reseruati, cum specifica derogatione priuilegiorum Mēdicātium, & positi etiam in corpore iuris; statuit, & decreuit pro quattuor tantum & pro nullo alio opus esse recursu. Ergo cum sic indistincte, & sine aliqua alia exceptione, fuerit ipse Sixtus priuilegium illud Clem. interpetratus; sic etiam & indistincte, ac simpliciter debet a nobis intelligi; si enim voluisset vt etiam pro illis casibus derogatorijs & in corpore iuris positis haberetur recursus ad Sedem Apostolicam, dixisset vtique, vt pro illis quattuor, & pro omnibus alijs derogantibus: at non modo hoc non dixit, immo totum oppositum voluisse ex clarissimis, ac fortissimis clausulis ibi positis apparet, cum dixerit, non obstantibus quibuscumq; reuocationibus Apostolicis, vt infra dicetur &c. *Prima ratio.*

B

C Et hoc corroboratur per illam aliam amplissimam concessionem factam a Martino V. ante ipsum Sixtum anno Domini 1431. Prælatis ordinis Sancti Benedicti supra a nobis relatam, quam sicut de alia supradicta Sixti, participant omnes Mendicantes.

Hoc idem persuaderi potest, ex eo, quod dicitur per Iurisperitos, exceptionem scilicet debere esse de regula, vt notatur in Rub. de Reg. iur. in 6. & ipsa exceptio habet firmare regulam in omnibus alijs casibus non exceptis. 32. q. 7. c. Dominus, quod cum ita sit, dico, quod cum Sixtus 4. in prędicta sua declaratione, quam fecit in concessione illa Clem. 4. non exceperit nisi quattuor casus Papales, & Pius V. & Greg. 13. & Sixtus V. in horum priuilegiorum confirmationibus non alia exceperint, nisi illa priuilegia quę non essent in vsu, aut Concil. Trid. aduersarentur; ergo si ista tantum fuerunt excepta, remanebūt vtique omnia alia firma atque in suo pristino robore, quantumuis sint alijs quibuscumque dispositionibus aduersantia, ac poterunt quidem in illis tum ante, tum etiam post Six. reseruatis, Mendicantes vti amplissima illa suorum priuilegiorum facultate; In illis inquam reseruatis ante Sixtum 4. per illam declarationem, & determinationem ab illo postea factam; in alijs autem qui post ipsum Sixtum fuerunt reseruati, per alias illas moderniores, & nouissime factas declarationes, & priuilegiorum confirmationes Clem. 7. Greg. 13. & Sixti V. *Secunda ratio.*

D

Dato quod viuente illo Pontifice, a quo emanarunt illa derogatoria specialia ipsorum Priuilegiorum, debuissent ea Regulares obseruare; negari tamen non potest, quod quando essent per alios sequentes Pontifices priuilegia illa priora confirmata, remanerent simpliciter in suo proprio robore, ac si nulla eorum facta esset derogatio. Hoc enim importat Confirmare, (vt doctores aiunt) idest in pristinum priuilegia restituere, & antiquum ius conseruare vt in c. ex parte, & ibi glo. & c. quia intentio extra de priuilegijs; & maxime quando in talibus confirmationibus, illa fortissima adhibentur clausula, De nouo (scilicet) concedimus, non obstantibus quibuscumque Apostolicis reuocationibus, (vt in Bulla aurea continetur) & ex certa scientia, & ex Motu proprio, & cum derogatoriarum derogatorijs, vt in confirmationibus Greg. 13. & Sixt. V. habetur: quibus clausulis non solum omnes derogationes, prefatis concessionibus derogantes, hi Pontifices annullant; verum etiam omnes, si qui interuenissent defectus, supplent; faciunt firmum, quod alias fuisset infirmum; & quod magis urget, reddunt validum, quod prius fuerat inualidum. *Tertia ratio.*

E

ualidum, & nullum, respectu iuris positiui: Teste Silu. verb. confirmatio numero primo & Tabien. eod. verb. num. 2. & Collector in hoc Compendio verb. Priuileg. §. 15. & §. 10. 16. & 27. 22. & ibidem Collector & in verb. Conc. post. §. 7. & in verb. Interdictum. ergo post supradictas priuilegiorum confirmationes, quomodo ipsi Prælati Mendican. & participantes, non valebunt simpliciter in omnibus alijs quantumuis derogantibus, antedictis eis concessis facultatibus uti? A

Quarta ratio.

Dico, quod nihil, aut parum deseruiret, & operaretur priuilegiorum vnquam petere confirmationem, si non reualidarentur contra derogationes eis. factas ab alijs prędecessoribus Summis Pontificibus, cum nisi expresse a sequentibus Pontificibus reuocata fuissent, remansissent equidem valida & firma semper; Ergo ad hoc, vt talis confirmatio aliquid operetur, necesse est dicere quod operabitur principaliter aduersus illas precedentes derogationes eorum factas, licet etiam pro maiori certitudine eorum adhuc deseruire videatur. B

Et si hoc non operaretur frustraretur equidem finis, pro quo ipsi Summi Pontifices moti fuere talia sic ampla priuilegia mendicantibus fratribus concedere: finis enim eorum fuit (vt ex pluribus concessionibus elicitur) ne ipsi mendicantes pro absolutionibus ab illis reseruatis casibus vagarentur. At si in illis priuilegijs eis datis, & confirmatis non comprehenderentur casus illi excepti, seu derogati, maior eis vtique tribueretur materia vagandi quam per illos alias simpliciter reseruatos; cum ab istis possent etiam ab Episcopis absolui, & ab illis non, nisi a Papa; & ita remaneret quidem finis eorum frustratus, & satis non conueniret. ergo &c.

Vt infra ti. dispensat. §. 25.

Quincta ratio.

Accedat prętereà amplissima illa facultas Prouincialibus ordinis Prędicatorum a Pio V. concessa, quam habent Episcopi in suos subditos a Conc. Trid. supra a nobis relatam, in qua clarissime constat Episcopos posse in omnibus reseruatis occultis absq; vlla exceptione, ergo & idem poterunt alij mendicantium Prouinciales quoad Religiosos solum sue iurisdictioni subiectos, per participationem. C

Ex quibus quidem rationibus, iam satis constare videtur, ipsos Prælatos ex proprio, aut communicato Priuilegio habere cum suis fratribus facultatem absoluendi, ac dispensandi non modo in casibus, censuris, irregularitatibus &c. simpliciter Sedi Apostolicę reseruatis, absque aliqua clausula derogatoria, sed in omnibus alijs quantumuis eorum Priuilegijs derogantibus, exceptis illis quattuor per Sixt 4. declaratis; licet multi alij Pontifices, qui inter Clement. & ipsum Six. fuerunt strictius prohibuerint a multis alijs absolui casibus; & a casibus post ipsum Six. reseruatis, absoluere posse ob nouam antiquorum priuilegiorum confirmationem, exceptis ijs casibus, quos Papa etiam iure ipso, aut proprio motu reseruat, quę exceptio solum durat viuente Pontifice, quia sic reseruare intendit; vel quoadvsq; fuerint de nouo, ab alio priuilegia confirmata: vt plenius paullo infra in conclusione explicabimus. D

Respondetur obiectionibus suprapositis.

Nec obstare dicimus id, quod pro alia parte adducebatur, quod scilicet illorum Summorum Pontificum qui talia derogatoria fecerunt, appareat clarissima voluntas, vt mendicantes ipsi nullo pacto pro illis casibus, eorum Priuilegijs vti possint; & quod aliter frustra in corpore iuris essent positis quia respondetur, quod bene quidem, dum Pontifices illi viuebant poterant quidquid voluissent circa eorum casuum reseruationis obseruantiam disponere; & ita pro eo tempore, quo viuebant, & quousq; a successore aliter disponeretur, ab omnibus erat seruandum. At aduenientibus postmodum alijs eorum successoribus, aliterque disponi debere circa tales Priuilegiorum derogationes iudicantibus, & reipsa disponentibus, quis vnquam eos non potuisse illud facere dubitabit, cum de hoc clarissimę existant canonum dispositiones? Vnde si illas poterant derogationes tollere, & in pristinum priuilegia sic derogata reducere; & iam illud in eorum confirmationibus fecisse in precedenti ratione ostendimus: ergo licet illorum priorum Pontificum appareat expressa voluntas in derogando; nihil tamen exinde obstabit, quin ita etiam, & istorum sequentium in eorum confirmationibus factis, manifesta videatur voluntas in huiusmodi E

A *modi derogationes tollendo.*

Nec frustra proinde positos fuisse in corpore iuris dicimus; Nam id factum fuit, vel quia eo tempore quo illi casus positi fuerunt, viuebant eorum auctores; aut licet e vita migrassent, poterant tamen etiam in obseruantia esse: cum priuilegia in illis casibus derogata, adhuc non essent per confirmationem reualidatas vel quia, licet scirent pro tunc illas derogationes esse sublatas, posse tamen euenire putarunt, vt aliquis in futurum esset Pontifex, qui vellet, vt illa obseruarentur derogatoria, prout iacent, aut ab omnibus, aut ab aliquibus ex Mendicantibus; prout sic fecisse apparet Gregor. 14. in confirmatione regulæ clericorum Ministrorum infirmorum, vbi communicando eis aliorum Regularium, & Mendicantium priuilegia, illa vsus fuit B *clausula; Dummodo sint in vsu, nec sub vllis reuocationibus comprehensa. Nota illud (nec sub vllis reuocationibus &c.) quia in nulla alia priuilegiorum Mendicantium confirmatione reperitur talis restrictio posita; ex quo maximum pro hac nostra conclusione sumitur argumentum, Mendicantes sub illis iam factis in præteritum reuocationibus, nunc non comprehendi.*

Et eo magis non videntur positi frustra illi casus; cum licet non habeant nunc robur pro Mendicantibus, valeat tamen eorum dispositio pro alijs Religiosis; qui talibus priuilegijs minime potiuntur, & sic absque dubio tollitur obiectio prædicta.

Responsio ad secundã obiectio[nem]

*Nec etiam obstat id, quod supra secundo loco obijcitur, quod scilicet ea quæ repugnant iuri communi, ad illud quantum est possibile sunt reducenda, &c. Nam ipsamet glossa ait, quod tunc ad ius commune reducantur, quando verba illa id pa*C*tiuntur: nam a verbis priuilegij non est recedendum, vbi certa sunt, capit. Porro: de priuileg. & de decim. c. ad audientiam, vbi enim verba non sunt ambigua, non est locus interpretationi ff. de legatis 3. l. ait ille, hæc glossa illa. Sed verba supradicti Priuilegij sunt clarissima, & licet aliquam paterentur difficultatem, Sixtus tamen Quartus sua declaratione illam e medio sustulit, & ita etiam aliarum supradictarum concessionum, & Priuilegiorum confirmationum verba sunt clarissima, ergo &c.*

Responsio ad tertiam obiectionẽ

*Et sic nec obstare dicimus illud tertium, quod priuilegium proprie dictum debeat stricte interpretari. Nam idemmet Siluest. ibidem paullo infra, illud suum dictum, dupliciter limitando ait, primo nisi consuetudo aliter interpretetur; vt notatur in cap. quod dilectio. de consang. & affinit. secundo nisi verba aliud exprimant, quia ab eo-*D*rum propria significatione non est recedendum, nisi de mente aliud constet, vt notatur in capitu. olim, & cap. in his. de verborum significatione. & verba in quacumque dispositione ponantur, non debent extendi, nisi quantum sua propria significatio patitur, vt habetur. l. cum lege. iuncta gloss. de testament. vbi colligit Aret. quem sequitur Decius in cap. vt debitus honor. de Appell. & Alciatus in Rubr. de verbor. significatione. colum. 2. prout sic tenet, & refert Nauar. consil. 22. numer. 6. titu. de Priuil. & cum Silu. concordat Tabien. Angel. & alij.*

Obiectio.

Et si adhuc obijceretur, quod tot Summistæ dixerunt Religiosos omnes etiam Mendicantes, obligatos esse ad recurrendum in illis casibus supradictis cum derogatione reseruatis, ad Sedem Apostolicam.

Responsio.

E *Ad hoc respondetur, quod non est mirum si Summista ipsi, priuilegia Mendicantium in contrarium illis dispositionibus facientia non viderunt; ex eo quia Priuilegia sunt facti, vt dicunt Doctores, & omnium illorum, quæ sunt facti habere memoriam est impossibile, habuerunt siquidem ad ea tantum oculos, quæ sunt iuris, in suarum Summarum compilationibus: & si aliqua facti, idest Priuilegia viderunt, fuit obiter, & in Notissimis.*

Alia respõ.

Vel dicamus, & melius, quod quando multi, ex Summistis illis scripserunt non erat facta illa Sixti 4. declaratio: & quando scripserunt Moderniores, non erant facta a Greg. 13. & Sixto V. priuilegiorum confirmationes; vnde non proinde, quia ipsi

mentionem illorum non fecerunt, valebit dicere, quod priuilegia talia non reperiantur, cum ex supradictis rationibus, fecerimus iam totum oppositum constare. A

Recapitulatio ac ampliatio Conclusionis quæstionis.

Et sic videtur per supradicta priuilegia sic declarata, aliasque nonnullas rationes, quę breuitatis caussa omittuntur, posse teneri, Prelatos Generales, aut Prouinciales, vel illos, quibus ipsi id commiserint, ordinum Mendicantium, & aliorum participantium, habita suorum Priuilegiorum confirmatione, posse subditos suos absoluere ab omnibus casibus, censuris, & pœnis, a iure, aut generaliter ab homine latis, Summo Pontifici quomodolibet per Sacros Canones, vel Extrauagantes alias reseruatis, ante talem Priuilegiorum confirmationem: & dispensare in omnibus irregularitatibus, & Suspensionibus, ex quacumque caussa contractis, excepta caussa homicidij voluntarij licet occulti ex proposito contracta) iuxta Decretum Concil. Trident. Vel posse etiam in ista dispensare secundum illud viuę vocis oraculum Pij V. B

Quādo vero dicatur esse homicidium voluntarium, vel casuale &c. declarat Nauarr. Man. c.27. nu.240.

Nec non, posse etiam cum eis, si opus fuerit, defectum natalium patientibus, etiā cum rehabilitatione, & abstersione inhabilitatis ac infamię macula, dispensare.

Ac tandem Prelatos ipsos posse in omnibus occultis cum suis subditis, in foro conscientię in quibus Episcopi possunt cum suis, vigore Concil. Trident. 5. licet. 24. sess.

Dummodo tamen aliqui ex supradictis casibus non sint contra Conc. Trid. decreta, nec in Bulla Cenę, contineantur, & ad forum contentiosum non sint deducti, nec notorij, vel in prefatis priuilegiorum concessionibus, aut confirmationibus excepti. Vnde pro casibus, qui a Sixto Quincto (qui vltimo priuilegia confirmauit) vel alijs subsequentibus Pontificibus reperientur sic cum talibus derogationibus reseruati; de nec alia similis supradictis non habeatur priuilegiorum confirmatio, facultas non habetur; sicut nec pro casibus Bulla Cenæ, nisi quolibet anno post illius publicationem petatur pro illis facultas; vel ipsemet Pontifex semel dixerit non intendere, quando in futurum Bullam ipsam publicabit, comprehendere Mendicantes, vel aliquem ordinem ex illis particularem, qui hoc forsitan fuerit deprecatus. C

Et hanc nostram opinionem satis tuta conscientia posse teneri, ac supradictis facultatibus, modo prescripto vti nos posse arbitror, donec aliter fuerit ab ipsa Sede Apostolica declaratum, vel a peritioribus fuerit validioribus rationibus conclusum.

Additio.

[*Aduertant igitur, & sint bene cauti Prelati, ne in illis casibus Summo Pontifici reseruatis, & ad forum contentiosum, seu iudiciarium, deductis, vel notorijs, & scandalosis, manus imponant, in relaxando, scilicet, habilitando, vel dispensando in pœnis illis, quę delinquentibus Iudicialiter & canonice debentur; ne forte ex inaduertentia, vel ignorantia absque Summi Pontificis licentia id facientes, cum ad hoc eorum auctoritas minime se extendat, vt sępe sapius a me est demonstratum, & in Priuilegijs ipsis patet, esse prohibitum; ponant falcem in messem alienam, & se, & delinquentes ipsos dispensatos, vel absolutos illaqueent.*] D

7. Notab. Prælatorū potestas, an sit Ord. vel deleg.

In quibus autem Prelatis sit supradicta facultas absoluendi, & dispensandi; & an sit illa ordinaria, vel delegata; ac si possint, nec ne illam alijs delegare, vide ea, quę hic in verbo, Absolutio ordinaria quoad fratres, in fine tractat Collector, & quę ibi addit Corduba in annot. Et dum in secundo dubio ait, & bene, Collector, pro indubitato haberi, potestatem Prelatorum esse ordinariam, & non delegatam, scias ei non obstare capitu. fina. extra de offic. delegat. vbi dicitur, quod salua legatorum Sedis Apostolicę auctoritate, nulli, cui commissum fuerit excommunicare, vel absoluere alios, dispensare cum irregularibus, vel iniungere pœnitentias, liceat hac alijs demandare, vt rationabilis consuetudo Religiosorum attestatur; quia dictum cap. fina. secundum Doctores, communiter habet locum in personis, quibus committitur tantum certum, & nudum ministerium; & vbi eligitur industria personę. Prelatis autem Religiosorum, ex Priuilegio, non dicitur committi certum, & nudum ministerium, sed potius cognitio caussæ, & iurisdictio: cum illis competat ratione officij, E

&

A & dignitatis, cui commissum fuit Priuilegium perpetuum.

Et ulterius, in eis non est electa industria persona, cum sit incognita, vt patet; quia Papa non concedit alicui Pręlato in particulari absolutionem, & dispensationē, circa determinatos subditos; sed in communi conceditur Pręlatis omnibus in genere, pręsentibus, & futuris, vt possint absoluere suos subditos quoscumque, tam respectu culparum pręteritarum, quam futurarum. Alia ratio.

Et melius dicitur, quia dictum cap. fin. habet locum in personis, quibus competit absolutio ex potestate delegata, non autem in ordinaria, vt est in Pręlatis religiosorum, tex. est ad hoc expressus in cap. fin. de off. ord. & ibi glo. vbi dicit Pan. quod potestas absoluendi ab excommunicatione est delegabilis per habentem potestatem ordinariam. Alia ratio.

B Nunc tractandum est de auctoritate, quam habent Confessores Ordinum Mendicantium, ab Ordinario, iuxta Concil. Trid. approbati, virtute suorum Priuilegiorum.

Primo est aduertendum, quod per Clementinam, Dudum, de sepulturis, possunt Confessores ipsi a peccatis absoluere Episcopo reseruatis, per suas Constitutiones Synodales, vel per vsum, seu per ipsorum mandatum (non tamen reseruatis a iure, qui sunt quinque, vt ibi Collector; & quando casus per Constitutionem esset annexa excommunicatio reseruata Diœcesano) Ita, quod licet de nouo reseruent sibi aliquos Casus Parochis, non tamen possunt reseruare ipsis fratribus, vt tenent Panor. & Baptista de Salis in sua Summa, & Armilla. Prima facultas. Ex iure cōmuni. Vt ait Collect. infra tit. Casus reser.

Vrban. V. huiusmodi Indultum ampliauit, dicens quod fratres Carmelitę, ab om-
C nibus peccatis, & censuris Episcopo reseruatis, possint absoluere; exceptis Sedi Apostolicę reseruatis: & quamuis Collector sup. §. 19. titu. Absol. quoad sęculares primo, dicat, quod alij Mendicantes, per communicationem Priuilegiorum, non possunt ista facultate, Carmelitis concessa, vti, si ipsi Carmelitę illa non vtantur, Corduba tamen in annot. in dict. §. 19. contrarium tenet, videlicet. quod, quamuis fratres Carmelitę illam in vsum non habeant, possunt tamen alij Mendicantes ea vti, vt etiam dicit Panorm. sic visum fuisse cuidam doctissimo viro. & rationes eius vide supra, in illa sua annot. supradicta. Et vltra illas, additur alia ratio, quia in sola communicatione Priuilegiorum, non intelligitur esse communicatus vsus, vel non vsus; cum ista sint facti, & non iuris; sed tantum communicantur, ea quę iuris, quia Priuilegia sunt stricti iuris, & non communicatur vsus, & non vsus, iuxta id quod tractat Sil-
D uester. Pan. ca. fin. ne cler. vel Mon. sal. ti. confes. Armil. tit. Absol. nu. 26. Secunda facultas.

Nec contra hoc facit argumentum, quod Greg. 13. post Pium V. confirmauit Priuilegia Mendicantium Ordinum, quatenus sunt in vsu, ex quo reuocasse videtur ea, quę in vsu non essent. Ad hoc enim respondetur, quod confirmando tantum Priuilegia, quę in vsu sunt, non proinde visus est reuocare ea, quę non sunt in vsu; quia Priuilegia sunt stricti iuris, & in illes, argumentum a contrario sensu, locum minime habet: licet in iure communi valeat; & sic ea confirmando, relinquuntur in robore, quod prius habebant; Et hoc confirmatur; quia in tota illa Bulla, nullum reperitur, quo ad hoc, verbum reuocationis: & iam stilus Curię Romanę est, eius
E quod conuenit, iota vnum non pręterire; maxime quando tractatur de reuocatione alicuius Priuilegij. Ex quo infertur, quod in dicto Motu proprio, non reuocantur Priuilegia, quę sunt contra Conc. Trident. quia solum ibi confirmantur, & de nouo conceduntur ea, quę sunt in vsu, & non sunt contra decreta ipsius Concilij: ex quo non sequitur, vt dixi, quod reuocentur ea, quę sunt contra. Veritas tamen est, quod per Concil. sunt reuocata, & per alium Motum proprium Greg. 13. quem affert Nauar. in fine Manu. sui latini, & habetur in Bullario Const. 85. In Constit. Ex benigna sedis anno 1575. sess. 14. c. 7. can. 11. Incipit In tanta negotiorum mole.

Sunt etiam nonnullę alię concessiones, vt est illa Canonicis regularibus concessa ab Eugenio 4. & Religiosis Sanctę Iustinę, quam affert Summa Armil. eiusque Mendicantes etiam participes sunt. Titu. absol. num. 27.

Quarta facultas.

Alia extat concessio Paulli 3. Patribus Societatis Iesu facta, quam posui supra, in verbo, Absolutio quoad saculares primo. A

Alia concessio habetur Sixti 4. idem quasi concedentis Ordini Prędicatorum, qua ponitur supra titulo Absolutio quoad saculares 1.§.17.

Quincta facultas. Habetur supra tit. Absol. quoad sæcul. 2.§. 16. 17.18. & 19.

Insuper Eugenius 4. Pralatis, & Monachis Monasterij Vallis Oleti, pro audiendo sacularium confessiones deputandis, concessit, vt absque alia Ordinarij licentia. quorumlibet ad se venientium confessiones possent audire, eosque absoluere ab omnibus peccatis, & in omnibus Casibus dispensare. pro quibus Sedi Apostolica non esset recurrendum, aliaque plura concessit, vt est videre supra titu. Absolutio, quoad sęculares. 2. §. 16.17.18.19.

Circa quam notabilem Concessionem aduertenda sunt plura. B

Conc. Trid. sess. 25. c. 15.

Primo, quod in vno tantum per Concil. Trident. est reuocata, videlicet ipsos Monachos Confessores non sufficere, esse a suis Pralatis approbatos; nisi ab Ordinario etiam fuerint approbati; vt Concil Trident. mandat: & tunc supradictam habebunt auctoritatem, vt infra dicetur.

Secundo aduertendum est, quod solum habent supradictam auctoritatem, in foro Sacramentali, vt ex eademmet concessione constat, dum dicitur eorum confessiones diligenter audire, & a quibuscumque peccatis, &c.

Alia quæ possunt Episcopi, quæ non possunt Cōfess. Dispensare cum incestuosis, & illis qui vouerunt casti. Nauarr. in Manu. c. 22. nu. 75. & c. 16. num. 30. Nauar. c. 27 nu. 250.

Tertio aduertendum est, quod, quamuis Confessoribus Regularibus, qui supradictum Priuilegium participant, vt sunt fratres Minores, reliquique Mendicantes, in illo, detur Episcoporum facultas ad absoluendum, & dispensandum in omnibus Episcopi Casibus, & in quibus ipsi Episcopi possunt; non tamen est hinc inferendum, totam Episcopis concessam a Concilij Tridentini auctoritatem, eos habere: nam non eis datur facultas dispensandi cum incestuosis, & illis, qui castitatem vouerunt, vt possint debitum petere; non obstante quod in istis impedimentis possint Episcopi dispensare, vt ait Nauar. & est communis opinio; quia isti non sunt Casus Episcopi. Casus enim significant peccata, & non impedimenta, vt sunt ista supradicta, iuxta doctrinam Nauar. & Sum. Armillam tit. Casus num. 1. vnde non possunt illa comprehendi, sub appellatione ista Casus. C

Quando enim concessiones aliquę de illis tractant, non Casus sed impedimenta vocant: ideirco, an possint illa concessione vti pro dispensatione in talibus impedimentis, multis doctoribus valde dubium videtur, licet quidam alij contrarium sentiant, non attendendo, forsitan, supradictis rationibus: veritas tamen est, quod possunt in illis dispensare per aliud Priuilegium. D

Dispensare in Irregularitate. Nauarr. in Manu. c. 27. num. 254.

Item, ipsis Episcopis est concessa facultas in foro conscientia absoluendi, seu dispensandi in qualibet Irregularitate, ex occulto delicto proueniente, etiam si esset Sedi Apostolica reseruata (excepta illa ex homicidio voluntario) & tamen Confessores pradicti non vtique illud poterunt; cum iuxta doctrinam Nauar. inter illa eis concessa, irregularitas non comprehendatur.

Absoluere ab Hæresi.

Possunt etiam Episcopi absoluere ab haresi (eo tamen modo supra notato) a reliquisque peccatis, & censuris in Bulla Cena, contentis; in eodem conscientię foro, quod tamen prafati Confessores non possunt, neque Pralatorum vllus Mendicantium Ordinum, auctoritatem talem habet, absoluendi suos subditos in foro Conscientia, nisi habita Priuilegiorum confirmatione; cum quolibet anno, in publicatione illius Bulla Cena, quo ad Casus sibi taxatos, Priuilegia omnia annullentur, vt supra est iam dictum. E

Resolutio predictorū per cōclus. Absoluere. Prima cōcl.

Quibus sic prasuppositis, oportet in quibusdam conclusionibus resoluere, quam habeant in foro conscientię, secundum eorum Priuilegia, ipsi Confessores auctoritatem, vt peritis, & imperitis satisfaciam.

Prima conclusio est, quod Confessores Mendicantes possunt a censuris propter peccata contra-

A *contractis, Episcopo reseruatis absoluere; vt ex Vrbani 4. concessione constat, Carmelitis facta, & ex illa Eugenij 4. Canonicis Regularibus data, ac Patribus Ordinis Prædicatorum communicata, & concessa, vt Armilla ait.*

Armil. uerb. absol. 137.

Secunda conclusio est, quod non solum dicti Confessores possunt de supradictis censuris absoluere; verum etiam in illis, si opus fuerit, dispensare: & hoc per concessionem Eugenij 4. vbi non solum facultatem præbet absoluendi, sed etiam dispensandi in Casibus Episcopo reseruatis: per quos casus intelliguntur etiam censuræ, vt supra dictum est, & sic possunt dispensare in irregularitate, quæ ex adulterio prouenit, ac in alijs, quæ ex minori delicto; vt ius commune Episcopis concedit.

Secunda conclus. Dispensare in censuris Epis. reser.

Tertia conclusio est, quod non tantum possunt ab excommunicatione a iure Episcopis
B *reseruata, sed etiam ab homine, vt constat ex concessione Eugenij 4. Patribus Benedictinis data. Nec contra hoc obstat Motus ille proprius Leonis X. in Lateranensi Concilio promulgatus, in quo cauebatur, ne Confessores præfati ab excommunicatione ab homine absoluerent: quia idemmet Leo X. viuæ vocis oraculo, ad petitionem Reuerendiss. Francisci de Lichetto, tunc fratrum de Obseruãtia Generalis, omnia priuilegia, quæ ante supradictum Conc. Lateranen. nostra Religio fratrum Minorum habebat, iterum, & denuo confirmauit, ac concessit: & quod illis, quæ erant contra dictum Concil. possent tantum vti in foro conscientiæ; de qua confirmatione, iam sufficiens testimonium dat Collector sup. tit. Absolutio quoad seculares. 1. §. 15. & tit. Conc. §. 7. ibi vide.*

Tertia cõc. Excommu. ab homine. Habetur in suppl. tit. 75. concl. 72. Confirmatio priuil.

Quarta Conclusio est, quod per supradicta Priuilegia, non possumus eos absoluere, qui nominatim fuerint excõmunicati, immo debẽt ad suos Ordinarios remitti; de hoc vide
C *Collect. sup. titu. Absolutio ordinaria quoad seculares, 2. §. 19. quod debet intelligi, & limitari, quando parti læsæ non satisfecerint; quia tunc non possent absolui, vt colligitur ex Concil. Trid. vbi mandat, vt excommunicatus nominatim, ex quo fraudauit decimas, vel ne soluerentur, impediuit, donec parti satisfaciat, non absoluatur. & Pius V. in suo Iubilæo, in anno 1568. publicato, postquam Confessoribus ab ordinario approbatis concessit, vt ab omnibus ibi contentis, possent absoluere, declarans quomodo hoc eis fuerit concessum, dicit sequentia verba. Declarantes insuper tam præsentes; quã alias quascumque super concessiones similium, vel dissimilium indulgentiarum, a nobis, & a prædecessoribus nostris hactenus emanatas, & in futurum quomodolibet emanandas litteras, Christi fidelibus ipsis; nisi ad earum effectum in foro conscientiæ, et pœnitentiali consequendum dumtaxat, non autem in foro fori, aut contentiose, nisi satisfecerint, vlla-*
D *tenus suffragari: hæc Pius V. Ex quo infertur, quod quando fuerit ab excommunicato parti læsæ satisfactum, eius absolutio non tantum in foro interiori, sed etiam in foro exteriori valebit, etsi a iudice excommunicante licentiam non habeant absoluendi: & hãc opinionem tenet Medina contra Coarruuiam; & supradicta Pij V. declaratio eam confirmat ibi, nisi satisfecerint: & licet Guttierez sequendo opinionem Coarruuię, istis verbis Pij V. det alium sensum; tamen non est secundum litteram; videatur ibi Medina, qui dicit, quod ne a iudice ipse absolutus molestetur, habeat a Confessore cedulam, quomodo fuit absolutus, & parti satisfecit, quia sic iudicis iurisdictioni nullum infertur grauamen, cum iam sit parti satisfactum, ad cuius petitionem, excommunicationem promulgauit; ita etiam refert, & tenet Auctor expositionis Bullæ Cruciatæ.*

Quarta cõclus. Prohibitio ab excõm. Sess. 25. de refor. c. 12. Incipit Grauissima maximaq; pericula.

Medina in instruc. cõfes. c. 12. in fine. Guttierez In 99. cent. c. 3. num. 5. iuxta finẽ. In § 9. nu. 15. & 139.

E *Quincta conclusio est, quod possunt absoluere a Simonia, dummodo non sit in ordine, vel beneficio contracta; & hoc per concessionem quamdam factam ab Eugenio 4. & per vnam concessionem a Paullo 3. Patribus Iesuitis factam, possunt per viam communicationis absoluere ab omnibus peccatis, & censuris Sedi Apostolicę reseruatis, exceptis illis, quæ in Bulla Cenę cõtinentur, & illis, quę sibi reseruauit Sixtus V. ratione abortus, vt supra dictum est: hodie tamen est sublata ista abortus.*

Quincta conclus. A Simonia.

Debet tamen circa hoc aduerti, quod licet Confessores supradicti facultatem habeant dispensandi in censuris, Ordinario reseruatis, per Concessionem Eug. 4. Benedictinis factam; non tamen auctoritatem habent dispensandi in censuris Papę reseruatis: quia in

Prohibitio dispen. in cẽs. reser. Papæ.

Con-

Concessione, & Bulla Paulli III. nullum verbum fit de dispensatione, sicut in illa A
Eugenij IIII. dicitur; & huiusmodi Priuilegijs est cum grano salis utendum, ut in-
fra dicetur.

Sexta conc. Vota commutare. Vt supra ti. absolu. quoad sæcu. 1. §. 19. Corduba in ti. abs. quoad sæcul. 1. not. quoad §. 10. Quinque vota Papæ reserua.

Sexta conclusio est, quod ipsi Confessores possunt in foro conscientiæ, omnia vota, quæ
Episcopi possunt, in alia pia opera commutare; & hoc per concessionem Sixti IIII. Pa-
tribus Minimis concessam, quæ ex declaratione Iulij II. non solum loquitur de fra-
tribus, sed etiam de sæcularibus; ut aduertit Corduba contra Collectorem, qui non con-
stare, ait, Bullam prædictam loqui de sæcularibus: & hæc veritas clarior constat ex Bul-
la Paulli III. Patribus Societatis Iesu concessa, in qua eis conceditur in foro conscien-
tia, omnia vota in pia opera commutare; exceptis de Religione, Castitate perpetua, Vl-
tra mar. Romę. & sancti Iacobi de Galitia, in quibus solum Papam, vel potestatem pe- B
culiarem ab ipso habentem, posse dispensare ait Nauar. c. 17. nu. 75.

Habetur supra ti. quoad sæcul. 1. §. 11.

Septima conclusio est, quod possunt in omnibus votis dispensare, in quibus Episcopi
possunt, nisi in illis duarum dictarum peregrinationum, quæ sunt 20. leucha, per unam
concessionem Innocentij VIII. nobis Minoribus fratribus concessam, qua etiam alij par-
ticipantes gaudent, ut ait Nau.

Nauar. in Man. ca. 12. nume. 25. Dispēsatio in iuramentis.

Octaua conclusio est, quod non solum possunt commutare, & dispensare in votis, ut
supra dictum est; sed etiam possunt dispensare in iuramentis eiusdem materiæ, nam cui
commissa est facultas dispensandi in votis, extendi etiam ad iuramenta eiusdem mate-
riæ tenet D. Thom. & sequitur Sotus, & Directorium curatorum. Quod debes intelli-
gi esse verum, quando iurat tantum aliquid agere, & non quando promittit, & iurat,
& sic intelligitur opinio Nauar. in Man. cap. 27. num. 275. contrarium tenentis; nam in C
hoc casu sunt duo vincula, ut ipse Nauar. ait. Thom. dico. 2. 2. q. 89. art. 9. Sot. lib. 8. de
iust. & iur. q. 1. art. 9. fol. 686. Director. Curat. cap. 05. fol. 082.

Nona conc. Dispēsatio cum incestuosis. Videatur pro hoc impedimento Nauar. in Mā. c. 22. nu. 74. 75. 85.

Nona conclusio est, quod ipsi Confessores, cum licentia suorum Prouincialium, pos-
sunt dispensare cum incestuosis, caussa copulæ carnalis mariti cum consanguinea uxo-
ris, intra quartum gradum; vel consanguinei mariti cum sua uxore; & hoc per decla-
rationem quamdam a Iulio II. factam Concessionis Martini V. Benedictinis Patribus:
& per aliam Pij V. uiuæ vocis oraculo habitam, a R. P. F. Angelo de Anguillara Ordi-
nis Minorum anno 1569. in qua concessit Prouincialibus fratrum Minorum regularis
obseruantiæ, ut possint committere prædictam auctoritatem, in foro conscientiæ, suis sub-
ditis Confessoribus, ab Ordinario approbatis, iuxta Concilij Trid. iussum; cuius Concef-
sionis testimonium dat Vera crux in Speculo coniugat. art. 21. de impedimento incestus, D
in fi. Et Palatius in 4 distinct. 32. dispens. 2. & art. 15. de simplici voto fol. 102. quamuis
post Concil. Trident. hoc Priuilegium non sit necessarium, quando erit copula carnalis
intra 3. & 4. gradum; quia cum ex huiusmodi copula, affinitas non contrahatur, sic non
est impedimentum, & per consequens possunt petere debitum, absque alia dispensatione;

Vera crux.

quam opinionem sequitur Vera crux, in appendic. ad spec. coniugat: de impedimento affi-
nit. pag. 77. & 78. & Guttierez in qq. can. cap. 93. num. 28. licet Angel. in sua Sum. vi-
deatur contrarium tenere. Habuit etiam in supradicto uiuæ vocis oraculo auctoritatem
dispensandi cum illis, qui, voto facto de castitate, matrimonium contraxerunt, ut pos-
sint petere debitum; qui tamen aduertant, quod uno eorum mortuo, alter debet votum
seruare; & ipsi Patres Confessores non de facili in hoc dispensare debēt, sine caussa suf- E
ficienti; quę erit, non posse continere.

Potest etiā dispensare Episcopus, ut ait Nau. in Man. ca. 16. num. 30.

Decima cōclusio. Cum forensibus.

Decima conclusio est, quod possunt omnibus istis supradictis Priuilegijs uti in foro
conscientia, in Episcopatibus, ubi fuerint præsentati, non solum cum illis eiusdem Episco-
patus, sed etiam cum alijs extraneis, qui ad se venerint, etiam quod specialiter pro hac
caussa venerint, ut habetur tit. Absolut. quoad sæculares. 1. §. 7. per Concessionem Ni-
colai III. a Leone X. confirmatam.

Vndec. cōc. Cōfes. itin.

Vndecima conclusio est, quod prædicti Confessores, quando in itinere sunt, possunt om-
nium fidelium confessiones audire, & hoc per priuilegium a Gregorio XIII. Patribus
Socie-

A *Societatis Iesu concessum (quando tamen non valerent habere Ordinarij copiam) & de hoc dat testimonium Pater Guttierez, ut diximus supra in Verbo, Absolutio quoad seculares 1. sed ipsi Confessores sint cauti in supradictæ auctoritatis usu, ut Ordinarijs non præiudicent; & ut imponant salutarem pœnitentiam culpis conuenientem: & quando videbitur eis expedire, ut ipsi confitentes ad suos Ordinarios remittantur, illud faciant; ut frenum eorum dissolutionibus imponatur: & sic Angelus declarans, consulit.* qq. Can.ca. 27.nu.21.

In quo, a Bulla Cruciatæ, a Concil. Trid. & Bulla Cenæ, supradictis Confessorum Priuilegijs derogetur.

B

Visa iam auctoritate, quam ipsi Confessores habent; restat videndum, an possint in Regnis, ubi Bulla Cruciata obseruatur, illa uti auctoritate, in absoluendis sæcularibus, quamuis Bullam Cruciata, vel aliam non habeant? Et in quo Conc. Trid. vel Bulla Cenę eis obstet? 4. Caput.

In quo per Bullā Cruciatę derogatur.

Et ad primum respondetur, quod a Casibus, quos ius commune Episcopis non reseruat, bene possunt absoluere: nam in Clem. Dudum de sepult. de illis conceditur eis auctoritas, & numquam sua Sanctitas videtur suspendere, vel reuocare Priuilegia illa, quę in corpore iuris communis reperiuntur; iuxta id; quod Felinus resoluit; & cum hoc Priuilegium iam sit incorporatum iuri communi, non videtur sua Sanctitas C *illud suspendere, nec in Bulla Cruciatę; nec in alia, quando non fieret de eo specialis mentio.* Felin. in c. nonnull. de restit.

Circa vero aliorum casuum reseruationem per ius, vel Constitutiones factas ab aliquibus ipsorum Episcoporum Superioribus, ut est Papa, vel sui Legati, alijque Superiores, est iam dubium, si sine Bulla possint illos absoluere, ac dispensare, & commutare vota & alia impedimenta. Huius tamen resolutio est, quod non possint; quia in Bulla Cruciata, eatenus Religiosorum Priuilegia suspenduntur, quatenus spectant ad sæculares, & non quatenus pertinent ad fratres, ut constat ex verbis illis Bullæ (exceptis tamen concessis Ordinum Mendicantium Superioribus, quoad eorum fratres tantum) sicut tenet, & probat Auctor expositionis Bullę Cruciata in §.11. nume. 145. & in §.12. In principio. Et sic sæculares ipsi excluduntur ab illis Priuilegijs Mendicantibus D *concessis; & per consequens, nec possunt ab illis Casibus absolui, cum Conc. Trident. obstare videatur, in sess. 14. c. 7. & can. 11. circa Casus reseruatos. Dixi, si sine Bulla; quia cum aliqua Bulla, hoc expresse concedente, bene possent; & maxime a Casibus Episcopo reseruatis, ut Nau. contra cuiusdam moderni opinionem probare contendit, de Bulla Sanctissimę Trinitatis Confratern. a Greg. XIII. concessa.* Pater Emmanuel. De hoc plenius infra dicetur. In Man.ca. 27.nu. 263.

Verum a Sacra Congreg. Cardinalium, contrarium apparet decisum, ut paullo infra dicemus; & in Verb. Casus reseruati plenius ostendemus.

Quoad Secundum in quo scilicet supradictis Priuilegijs, Cōfessoribus Mendicantibus concessis, Conc. Trid. obstet, est sciendum quod per Conc. illis in omnibus derogatur quæ Conc. fuerint aduersantia, quæ infra ponentur. In quo per Cōc. Trid. derogatur.

E *Et dum videtur Priuilegio, quod habent de absolutione Casuum reseruatorum Episcopis, ut supra est dictum, obstare Concilium in sess. 14. cap. 7. & can. 11. ubi statuens, in artic. mort. nullam esse Casuum reseruationem, atque ideo omnes Sacerdotes, quoslibet penitentes, a quibusuis peccatis, & censuris absoluere posse; sequitur postea, dicens, extra quem artic. sacerdotes cum nihil possint in Casibus reseruatis, id unum pœnitentibus persuadere nitantur, ut ad Superiores, & legitimos iudices pro beneficio absolutionis accedant, & infra in can. 11. ait.* Verba Cōc. Trid. ses. 14 c. 7. & can. 11. circa casus reseru.

Si quis dixerit, Episcopos non habere ius reseruandi sibi Casus, nisi quoad externam politiam, atque ideo, Casuum reseruationem non prohibere, quo minus Sacerdos

ad verba Conc.

a reseruatis vere absoluat, Anathema sit. Tamen nos possemus dicere quod intendat A
Conc. de Sacerdotibus simplicibus sæcularibus, non autem de Regularibus Priuilegiatis supradictis, & debite præsentatis, & ab Ordinario approbatis (de quibus infra dicemus,) quod comprobari potest.

Vide quod d. Arm. in verbo Absol. nume. 23. & 25. Verbo Cōcil. c. 21. sess. 23.

Primo ex eo, quia Priuilegium illud absoluendi a Casibus Episcopis, non a iure, reseruatis, Regularibus datum, est iam in corpore iuris incorporatum; & nec Concil. nec Summi Pontifices illud tollere videntur per verba generalia, nisi de eo specialem faciant mentionem: (vt supra etiam dixi) & in verbis supradictis Concil. nulla talis fit mentio.

Secundo ex verbis ipsiusmet Concil. in cap. 15. sess. 23. vbi statuens de Presbyteris idoneis ad confessiones audiendas, ait. Quamuis Presbyteri in sua ordinatione, a peccatis absoluendi potestatem accipiant; decernit tamen sancta Synodus, nullum etiam regularem posse confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi &c. Priuilegijs, & consuetudine non obstantibus &c. Ponderando enim illa verba, nullum etiam Regularem &c. dico, quod si in illa generali Presbyterorum appellatione, dum ait, quamuis Presbyteri in sua ordinatione &c. comprehenderentur Regulares, ad quid postea necesse haberetur, illos explicare, per illud verbum, etiam Regularem? ergo, sicut in hoc decreto loquens de Sacerdotibus confessoribus, vt comprehenderentur etiam Regulares, illud explicauit, ac Priuilegium in contrarium annullauit; ita & in illo alio supradicto, quando tractauit de Casibus reseruatis, si vellet comprehendere Regulares, etiam illos specificasset, eorumque priuilegiorum incontrarium facientium meminisset; sed non fecit: ergo signum potissimum est, Concilium in illo decreto, Regulares Confessores noluisse comprehendere, sciens iam illos debite præsentatos, & ab Ordinarijs approbatos, tot, tantorumque priuilegiorum copia esse refertos, posseque secundum priuilegia in corpore iuris posita, modo supradicto, a casibus Ordinario reseruatis absoluere. B C

Additio. Not. quod clerici dicuntur, sæculares, qui non sunt regulares, vt in præfato tes Conc & gloss. in ca. de benefic. de prabēd. in 6.

Et sic ego (saluo semper meliori iudicio) concluderem, Concilium in supradictis locis, nullo pacto, Priuilegio, quod regulares habent, per Clem. Dudum, pro absolutione Casuum reseruatorum, obstare, immo illud potius confirmare. Bene verum est, quod per Gregorium XIII. & sacram Card. Congregationem fuit decretum, vt nullo pacto possint: vt videre est infra in verbo Casus Reseruati, in nostra Annotatione: vbi ad verbum ponitur Epistola ipsius sacræ Congregat. decretum hoc & declarationem continens, factam ab ipso Summo Pontif. Gregorio XIII. de sententia etiam prædicta Congregat. D

Vt habetur in Catechesi Neapoli. fol. 297. & ponitur infra in verbo casus reseruati. & Cā delab. aut. De absolu. num. 52.

Et Reuerendissimus Episcopus Caietanus nomine Alphonsus, Hispanus, annis elapsis, sacram Cardin. Congregationem consulens, an per Bullas ordinarias, in quibus solet dari facultas absoluendi a casibus sedi Apostolicæ reseruatis; comprehendantur etiam casus Ordinario, vel Prælatis Regularibus reseruati? fuit ei responsum, quod non; nisi de eis fieret specialis mentio. Et iterum dubitanti, quid per Bullam Sanctissimi nominis Iesu, in qua specialiter habetur, quod Confessarij possint absoluere confratres a casibus Episcopo reseruatis? fuit ab Illustrissimo Cardinali Carafa, nomine totius Congregationis responsum; neque per illam Bullam fieri posse, nisi tantum ratione Iubilæi plenissimi; vt extat originalis in archiuio ipsius Episcopatus, & authentica copia penes me: Et Nau. in Man. cap. 27. num. 266. ait Confessores præsentatos non debere absoluere a casibus Episcopo reseruatis, & minus dispensare in iuramentis; nisi eis detur ad id facultas contra Silu. verbo Confess. 2. q. 5. qui contrarium tenet, quoad casus per ipsum Episcopum reseruatos. E

Vt habetur in Bulla Pij 4. 101 Iniūctum nobis ann. 1564.

Sed est aduertendum quod Greg. XIII. 10. die Maij an. Dom. 1583. declarauit, non fuisse intentioni suæ per prædictam Epistolā, aut declarationem (quæ infra ponitur a me in Verbo Casus reseruati,) derogare prædictæ facultati, absoluendi, in casib. Episc. reseruatis, Confess. Societ. Iesu datæ, immo eam de nouo eis cōfirmauit, et concessit, vt refertur in

Com-

A *Compendio eiusdem Societatis Iesu verbo Absolutio.§.1.*

Et hęc sint dicta quoad derogationes, quę in Conc. Trid. reperiuntur. Quo autem ad Bullam Cenę Domini, dicimus, in omnibus pertinentibus ad illorum casuum, ibi contentorum absolutionem, regularium priuilegijs obstare, quousque a viuente Pontifice non fuerint confirmata; cum, quolibet anno, in publicatione illius Bullę de nouo reseruentur illorum absolutiones; & omnia priuilegia annullentur contraria. Ac per reliquos Motus proprios, non in aliud eis derogatur, nisi in supra notatis.

In quo per Bullam cenæ derogatur.

Per motus proprios.

Nunc reliquum est videre quinctum Caput supra propositum, Quales, videlicet, oporteat esse Confessores, vt talibus priuilegijs possint vti. Caput.5.

Et ad hoc dico. Primo. Quod debent esse Regulares, alicuius ordinis Mendicantium, 1
B *vel eorum priuilegiorum participantium; alias, in supradictis absoluere, vel dispensare minime possent, nisi speciali auctoritate sibi tradita.*

Secundo. Quod debent esse ab eorum Superioribus Ordinario pręsentati, ab eoque approbati, iuxta Conc. Trid. sess. 23. c. 15. Circa pręsentationem videantur ea, quę dicit Collector infra, in verbo Pręsentatio Confessorum. & quę ego etiam ibi annotaui; Circa autem approbationem, sunt plura notanda. 2

Confessorũ approbatio

Primum. Quis, & quando confessor dicatur vere idoneus, & approbatus. 1

Secundum. An in vno Episcopatu approbatus, possit in quouis alio Episcopatu, seu Dioecesi, absque alia approbatione, confessiones audire. 2

Tertium. An saltem in eodem Episcopatu, vnica sufficiat approbatio. Et si Priuilegium, quod in hoc habetur, sit per Conc. Trid. reuocatum, nec ne. 3
C
Quartum. Quando in aliqua Bulla datur facultas eligendi Confessorem approbatum, an Regularis debeat confiteri cum approbato ab Episcopo, vel cum approbato a suo Superiore. 4

Quoad primum est sciendum, vt Palatius notat in 4. c. 17. Disput. 7. fol. 158. super hoc, multas fuisse varietates tum in Bullis, tum etiam inter doctores illas exponentes. Nam in Bullis, quæ ante Conc. Trident. emanabant, dabatur fidelibus facultas, sine vlla aliqua dependentia ad prælatum, vel curatum, pro eligendo Confessore, ita tamen quod esset idoneus. Et circa hoc verbum (idoneus) maxima fuit inter Theologos difficultas, in declarando, in quonam consisteret ista idoneitas, Aliqui enim dicebant, sufficere idoneitatem illam, a iure communi assignatam, vt videlicet, non esset excommunicatus,
D *suspensus, nec irregularis, aut a Superiore suo impeditus. Et hęc erat magis communis opinio. Alij autem dicebant, vltra istam, requiri aliam idoneitatem, scientię, scilicet, & morum.*

Quis dicatur confessor idone⁹.

At post Conc. Trid. cum nullum sacerdotem, statuerit, posse confessiones audire, nisi esset Parochus, vel ab Ordinario approbatus; sic etiam semper Bullę, cum hac limitata auctoritate emanarunt: vnde nunc, quando Confessor aliquis erit ab Ordinario approbatus, aliud inquirere de eius sufficientia, & doctrina, ceterisque supradictis non oportebit. Pręsumitur enim Ordinarium, circa hoc, quod ad se pertinebat, fecisse.

Sed tres a Sac. Conc. Trid. assignantur conditiones, ad cognoscendum, Quisnam teneri possit pro idoneo, & approbato Confessore; cum dicit; Quamuis Presbyteri in sua ordinatione a peccatis absoluendi potestatem accipiant, decernit tamen Sancta Synodus,
E *nullum, etiam Regularem, posse confessiones saecularium, etiam Sacerdotum audire; nec ad id idoneum reputari; nisi, aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis, per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur; & approbationem obtineat. Quarum prima est, si curatum beneficium aliquod habuerit: in quibus verbis omnes illi includi videntur, quibus aliquo modo animarum cura est demandata; vt sunt Guardiani, Priores, Prouinciales, alijque Religiosorum Pręlati: cum clare constet, eatenus Conc. illos, vt approbatos habere, qui parochiale beneficium habent, quatenus eis animarum cura fuit commissa; & hoc, vel ab Episcopo, vel ab alio, qui hoc poterit.*

Sess.23.cap. 15.de refor. Tres conditiones requisitæ a Côc. ad idoneitatem confessoris.

Altera

Graduati, & lectores, an debeãt examinari ab Episc.

Altera conditio est, Episcopi examen, vel approbatio; & tertia est communis approbatio, & opinio, quæ de ipsius sacerdotis habetur eruditione, vt quando quis publice in aliqua saltem approbata vniuersitate theologiam sacram legerit, vel in illa graduatus, aut licentiatus fuerit, de cuius sufficientia tunc non videtur esse dubitandum; prout sic Pius V. in quodam Motu proprio, qui incipit, Et si mendicantium ordines, anno 1567. edito, per eadem verba iussit, vt lectores, vel graduati Sacræ Theologiæ ex ordine Mendicantium, qui ad tales gradus, per suos Prælatos fuerint admissi, essent pro approbatis habendi, ad prædicationem, & confessionem, absque aliquo alio Episcoporum examine. A

Et quamuis iste Motus proprius paullo post fuerit per eumdemmet Pontificem reuocatum, anno 1571. per alium qui incipit. Romani Pontificis prouidentia; vbi mãdabat, nullo modo supradictos graduatos pro approbatis haberi debere, nisi prius ab Ordinario approbati fuissent; tamẽ Greg. 13. in illo Motu proprio, qui incipit: In tanta rerũ & negotiorum mole, primo anno sui Pontificatus, in quo omnia, circa hoc, a Pio V. ordinata, ad ius commune, & ad Sac. Conc. Trid. dispositionem reduxit, clare constat illud reuocasse, ac lectores, ac graduatos illos ab Episcoporum examine exemisse: nam Concil. Trid. postquam duas illas primas conditiones posuit de beneficio, scilicet, Parochiali, & Ordinarij approbatione, ponit aliam tertiam in illis verbis (aut alias idoneus iudicetur.) Et hanc opinionem quamplurimi sequuntur viri doctissimi, maxime magister Gallus in Sum. q. 16. quamuis Corduba in sua Summa qq. teneat contrarium. B

Magister Gallus. Corduba.

Resolut. quęst.

Sed possemus nos dicere (saluo tamen meliori iud.) tales sic graduatos, & approbatos, non esse ad examen obligatos, vt iam supradictorum rationes probant; sed non posse sæcularium confessiones audire, donec ab Episcopo fuerint approbati, vt ex verbis ipsius Conc. clare constat; nam postquam dixit (aut alias idoneus iudicetur) quod est principale argumẽtum supradictæ opinionis; non ibi consistens, sed subdens ait (& approbationem, quæ gratis detur, obtineat.) ita, quod vltra notoriam idoneitatem, requirit Conc. vt sit ab Episcopo approbatus; & sic ad verba ipsius Conc. bene aduertendo, nullum in hoc erit dubium. C

Alia requisita ad idoneitatem confess. Et habeat iurisdictionem actualem vel delegatam vt Nau. l mã. c. 4. nu 5.

Est insuper aduertendum, quod ad idoneitatem supradictam Confessoris, non requiritur tantum Ordinarij approbatio; sed etiam illa alia a iure requisita, & a Pio 4. in Bulla enumerata, vbi postquam ait, sacerdotem sufficere esse idoneum, subnectit hæc verba, dicens, Declaramus, sacerdotem idoneum, pro absolutione a prædictis casibus, esse illum, qui non erit suspensus, vel irregularis, nec excommunicatus, nec interdictus, neque a suo Superiore impeditus: quæ verba licet in Bullis modernis post Conc. Trid. non ponantur, debent tamen intelligi pro positis; quia quamuis tantum sua Sanctitas, quærat, & mandet explicite, vt Confessores ipsi ab Ordinario sint approbati, vt sint idonei reputandi; nõ proinde volle videtur, vt conditiones illas non habeant iure communi requisitas; cui antiquo iuri numquam censetur derogatum, nisi aliud expresserit in contrarium legislator; vt communis est opinio Doctorum. D

2 An approbatus in vno episcopatu sufficiat in omnibus aliis. R. P. Emmanuel Rodriguez.

Quoad secũdum. An scilicet in vno Episcopatu approbatus, possit in quouis alio, absque alia approbatione confessiones audire: Dicimus quod licet duæ fuerint in hoc opiniones contrariæ, vna affirmatiua, per Ordinarium, intelligens Ordinarium Confessoris, & non pœnitentium; & altera negatiua: ambæ a doctissimis viris defensæ, pro vt refert Reuer. Pater Emmanuel Rodriguez in expositione Bullæ Cruciatæ. §. 9. dub. 2. vbi multis rationibus defendit partem negatiuam; & mihi etiam magis placet, & Collectori, supra, tit. Absolut. quoad sæculares 1. 6. 16. tamen sacra Congregatio Card. super Conc. reformat. omnem e medio sustulit ambiguitatem. Consulta enim de hoc ab Archiepiscope Valentiæ, Ioanne de Ribera, sic respondisse ait prædictus expositor Bullæ Cruciatæ: Congregatio Conc. respondit, approbatum ab alio quam a Valentino Episcopo, in Diœcesi Valentina, non censeri approbatum ab Ordinario. Quid clarius? E

Priuilegiũ Societatis Iesu.

Bene verum est, quod Religiosi communicantes priuilegiorum Clericorum Societatis

A *IESV, vt in specie sunt fratres Minores, per Bullam Clemen. 7. possunt, dum sunt in itinere, non habentes Ordinarij copiam, Confessiones audire, etiam in Episcopatibus vbi nõ fuerint approbati: & hoc per Priuilegium dictis Patribus concessum a Greg. 13. a nobis supra relatum. Et hoc idem ipsismet Fratribus Minoribus erat antea concessum per Eugenium 4. & habetur sup. tit. Absolutio quoad saeculares. §. 3.*

Quoad tertiũ, An scilicet sufficiat vnica approbatio, in eodem saltem Episcopatu, pro semper? Est sciendum, quod Benedictus XI. Confessoribus Mendicantium ordinum, & eorum participantium priuilegiorum, concessit, vt vnica praesentatio valeret, vt est supra tit. Absol. ordinaria quoad saeculares. 1. §. 2. 4. & 16. & dicit Corduba in Annotatione ad Comp. tit. Praesentat. confess. & Sotus in 4. dist. 18. quaest. 4. art. 3. qui dicit, quo ad hoc, Extrauag. Inter cunctas, de priuileg. Benedicti XI. vbi praedictum Priuilegium conceditur, non esse reuocatam per Clem. Dudum. Et sic quando Confessor aliquis Regularium semel fuerit in aliquo Episcopatu approbatus, semper in eo approbatus censetur; quamuis Episcopus, qui eum approbauit, moriatur; donec alius veniat, qui omnes Confessores a suo Praedecessore approbatos suspendat; vt supradicti Doctores aiunt: huius autem veritas infra ponitur. — An sufficiat vnica approbatio. Corduba in annotatione.

B

Sed an hoc per Conc. Trid. sess. 23. c. 15. fuerit reuocatum, quando statuit, vt nullus saecularis, vel regularis Presbyter possit confessiones saecularium audire, nisi fuerit ab Ordinario approbatus? Respondetur, quod non; nam Concilij intentio fuit, huic antiquo priuilegio regularium, quod iuri cõmuni insertum, habet rationem fauoris, non derogare, sed priuatis quorumdam priuilegijs extra eo, vt iuris vagantibus derogare, quae restringi debent, cum censeantur odia iuris: Vt erat priuilegium illud; quod Bened. XI. Ordinibus Mendicantium dedit, praedicandi, scilicet, ac confessiones audiendi, absque aliqua facta Episcopis praesentatione: Quoddã, fuit etiam Concilij intentio, tollere priuilegium a Bonifacio VIII. Praelatis concessum, vt suos possent praesentare Fratres Praedicatores, & Confessores idoneos: & si Episcopus illos (quia viderentur minus idonei) nollet admittere; sua Sanctitas eis licentiam dabat: & simile Priuilegium Fratribus Minorum Ordinis dedit Clemens V. & istas facultates Concil. intendebat ibi annullare, & reuocare; prohibens, ne Presbyter aliquis, siue Saecularis, siue Regularis sit, saecularium confessiones audire praesumat; nisi parochiale beneficium habeat, vel ab Ordinario per examen, vel alio modo fuerit approbatus; Priuilegijs quibuscumque non obstantibus; omnia illa reuocando. Et Pius V. in quodam Motu proprio, in fauorem Mendicantium Ordinum, dato anno 1567. sui Pont. anno II. aliud Priuilegium simile supradicto concessit. Et licet Greg. XIII. in vno Motu proprio, quem affert Nau. in fino Man. lat. omnia reuocauerit, quae Pius V. in fauorem dictorum Ordinum concesserat; Nihilominus omnia illa, quae dicto Concilio non aduersabantur, confirmauit, ac de nouo concessit. Vnde cum hoc non sit contra Conc. dicendum est, quod nec fuit per ipsum Gregorium reuocatum. Sed dato, quod fuerit per Concilium, & per Gregorium reuocatum, hoc erit quantum ad forum externum, & non internum conscientiae; nam quantum ad forum istud, omnia Priuilegia Fratribus Minorum Ordinis per Sedem Apostolicam concessa, iam viua vocis Oraculo, per Pium V. extant confirmata, licet sint contra Conc. sicut testatur Frater Alphonsus Vera Crux, in suo Speculo Coniugatorũ, in fine: & refert Auctor expositionis Bul. Cruc. in §. 9. n. 32. 112. 132. et §. 13. n. 9. vbi hãc ponit quaest. Et pro maiori certitudine affert verba formata ipsius Alphonsi, quae sunt ista. Pontifex Pius V. ann. 1567. 13. mensis Martij, viua vocis oraculo, supplicanti Ministro Generali Minoritarum, Fratri Aloysio de Puteo. Cuius supplicationis tenor est. Supplicatur Sanctissimo Domino Pio Papae V. vt sua Sanctitas dignetur confirmare, & concedere omnia Priuilegia, & quascumque gratias, etiam viua vocis Oraculo concessas per bonae memoriae Paullum IIII. & alios Romanos Pontifices praedecessores Sanctitatis suae, cum singulis clausulis, & decretis, & derogationibus in eis contentis. Fratribus Ordinis Minorum Regularis obseruantiae ita, vt illis gaudere, & vti possint toties, quoties opus fuerit, & eis videbitur

C, D, E (section letters in left margin)

Marginalia: An fuerit p Cõc. Trid. reuocatũ. — Nau. ca. 27. nu. 264. ait hoc Priuilegium nõ esse contra Conc. In Clem. Dudum, de sepult. — Confirmatio Priuilegiorum a Pio V. viuae vocis oraculo. Auctor exposit. Bullae Cruc. Ita etiã tenet Henri. hẽriqz tit. de poenitẽ. c. 6. §. 4.

[Additio. Et Naua in Mā. c. 27. & illam cōst. Grego non fuisse publ. ac proinde reuocat. nō fuit vsu recepta, saltē pro foro cō scien. & ita stat priuile. Pij V.]

Et quoad illa, quæ sunt restricta, seu derogata per Concilium Tridentinum etiam vti illis possint in foro conscientia tantum, & Pontifex dixit, fiat: Nec ista concessio fuit (A) per Gregorium X I I I. reuocata, quando in primo anno sui Pontificatus, omnia quæ Pius V. Ordinibus Mendicantium contra Conc. Trid. concesserat, reuocauit. Nam reuocauit solum ea, quæ concesserat in foro exteriori, vt iurgia vitarentur, & dissensiones, quæ ex talibus cōcessis inter Ecclesiasticos erāt ortæ; & sic non reuocauit viua vocis Oracula, quæ in foro conscientiæ concessa fuere; cum ex illis nulla nascantur discordia, quæ fuerunt tam finalis caussa reuocationis illius; quæ veritas apparebit clarissime, si attente verba talis Motus proprij legantur, vbi nullibi reperitur, de viua vocis Oraculis verba facere, nisi tantum de litteris Apostolicis, quas, cum sint contra Concil. decreta, reuocat. Itaque licet concessio Benedicti X I. quod videlicet, præsentatio, & ap- (B) probatio Fratrum Confessorum semel facta, fuisset perpetua, esset reuocata a Concil. Trident. (& eo magis cum non sit reuocata) poterunt tamen ea in foro conscientia, vt dictum est, potiri. Et hoc confirmatur per dispositionem illam Motus Pij V. anno 1571. & 6. sui Pontificatus, qua cauetur, vt Confessores semel approbati ab eodem Ordinario, non possint a Confessionibus suspendi; sed bene a successore possunt suspendi, & iterum examinari; Quem motum Pij non fuisse per Gregorium X I I I. reuocatum, Sacra Card. Congregatio reform. declarauit, dicens, Congregatio Concil. censuit Regulares ad audiendas in Ciuitate, & Diœcesi sæcularium confessiones, semel ab Episcopo, præuio examine, approbatos; iterum ab eodem Episcopo non esse examinandos. Cæterum a successore posse vtique examinari iuxta Constitutionem sanctæ memoriæ Pij V. datam octauo Idus Augusti, Pontificatus sui anno 6. quæ a felic. recordat. Gregorio (C) X I I I. non est reuocata, per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos Conc. Trid. Card. Caraffa.

Sac. Congr. Card. In Cathec. Neap. Nūc impressa folio 359. dicitur, quod hoc examē intelligitur cū plenum fuerit; ita, vt quis simpliciter, & nō ad tempus determinatum, fuerit admissus, & approbatus, & ita seruari ait Romæ, & vsu est recepta ī praxi hæc interpreta. Baptista Salis in Sum. tit. Confes. 3. 9. 20. Silueft. tit Cō fes. 1 nu. 5. Angel. titu. Confess. 3. num. 25. & Atm tit. ab fol. nu 26.

Et pro maiori declaratione huius antiquæ Confessorum facultatis, ipse Pater Emmanuel in expositione Bullæ Cruciatæ, loco supra citato, §. 9. nume. 32. extendens se, ait, quod cum Monachis esset a iure communi prohibitum, ne sæcularium confessiones audirent; fuerunt a Summo Pont. ob necessitatem admissi, & multis priuilegijs insigniti. 16. quæst. 1. cap. placuit, & cap. peruenit. Ideo iurisdictionem, quam ipsi habent, non Episcopi, sed Summus Pontif. eis concedit. Et apparet, quia cum fuerint ab Ordinario approbati, iuxta formam Decreti; ex vi suorum priuilegiorum habent omnes casus Episcopis reseruatos, exceptis reseruatis a iure: nec ipsi Episcopi, quamuis vellent, possent illos ab eis auferre. Necnon, & possunt omnium, quorumcumque fidelium, qui (D) ad se venerint (etiam quod non sint illius Diœcesis, in qua sunt approbati) confessiones audire. Adeo, vt iurisdictionem, quam ipsi Regulares Confessores habent, eam immediate, habeant a Papa. Episcopi autem non sunt aliud, nisi Ministri, qui tantummodo nudum ministerium eos examinandi, ac approbandi habent. Vt notant Baptista Salis, Angel. & Siluest, Nec eis Concil. Trident. aliquid aliud concedit; & pro huiusmodi ministerio, sunt a sua Sanctitate delegati; propterea, eos semel, sine aliqua conditione, aut termino, approbando, iam functi sunt officio suæ delegationis; sicut, & alij Delegati pro caussis particularibus funguntur. Et huiusmodi opinionis, ait supradictus Expositor, fuisse nonnullos viros doctissimos, eamque in publicis conclusionibus fuisse (E) sustentatam Parisijs, post Conc. Trident. & a Patribus Societatis Iesu, alijsque doctissimis viris, in ciuitatibus Valentiæ, Alcala, &c. confirmatam. Ex quibus omnibus infertur, quod prædictum Indultum Confessoribus concessum, est antiquissimum, & nec a Concil. Trident. nec ab alijs Bullis, etiam Cruciata, est reuocatum, siue suspensum. Et per consequens Religiosi possunt illo vti, prout sic etiam tenet Nau. in Man. cap. 27. nu. 190. & nume. 266.

Debet etiam, pro hoc maxime notari id, quod dicit Angelica, quod si Episcopi Confessores supradictos approbarent, sub aliqua conditione, vel vsque ad certum tempus, vel suum beneplacitum; possunt suspendere, & reuocare tales licentias, sic datas: &

tran-

A *transacto tempore, vel alia conditione, iam suspensi remanent; & ait, quod quando Confessor erit approbatus. vsq; ad beneplacitum Episcopi, iam approbatio illa in morte ipsius Episcopi transibit; cum suum beneplacitum in morte finiatur. Ideo, secundum istam opinionem, oporteret, vt ipsi Confessores statim atque conditio locum habuerit, aliam peterent licentiam. Nam, expirata conditione, transit etiam iurisdictio a Pontifice eis concessa.*

Quã Angeli opinio putat ipse Auctor, exposit. Bulla Cruciata debere intelligi; quando Episcopus aliquis, sic limitatam licentiam, confitendi daret, ob Confessoris insufficientiam, quem approbat ad hoc, vt sit cautus in studendo ijs, quæ suo officio conueniunt; sciens se iterum examini Ordinarij exponendum; sed non quando Episcopus hoc ageret, vt aliquam Religiosis inferret vexationem. Et tunc clare vexationem B *agere reputabitur, quando omnibus Religiosis, sic indifferenter limitat licentiam, & arctat. Et hoc probatur, quia hoc priuilegium fuit Religiosis supradictis a Sede Apostolica concessum, vt eos ab Ordinariorum vexatione redimeret. Verum tamen est quod Ordinarij possunt eos suspendere a confessione. & prædicatione, si mente captos, criminosos, vel hæreses, aut scandala disseminantes inuenirent; quo casu a Sacro Concil. Trid. Sedis Apostolicæ Legati constituuntur.* Sess. 5. c. 2.

Ex quo infertur, quod Religiosus, limitatam habens licentiam ad confessiones audiendas, cum aliqua conditione; si Ordinarius pro tali limitatione habuit iustam caussam, finita tali limitatione, iam in illa Diœcesi amplius non poterit confessiones audire; cum non dicatur amplius ab Ordinario approbatus. Dico, si habuit Ordinarius iustam caussam pro tali limitatione; nam si non habuisset, poterit virtute suorum priuilegiorum C *confessiones audire, ac si fuisset admissus, vt ait Nauar. Verum non deberent in tali casu Religiosi ipsi cum Prælatis contendere: immo in signum humilitatis, patienter vexationes perferre.* Nauarr. in Man c. 27. nu 264. tit. præsent cõfess. & Armi. tit. Absol §. 22. & 23.

Supradictas ergo conditiones habentes Confessores, bene poterunt supradictis eis concessis facultatibus vti. Quas vti facilius sciantur, in Compendium, & summatim hic epilogare volui. Videlicet.

Resolutio materiæ prætactæ absolutionum, quoad Prælatos, & Fratres, in summa hic epilogatur, vt facilius omnia menti retineantur; sed plenius videantur supra in fine 6. Not. primi capitis.

D

Ministri Generales, Prouinciales, & illi, quibus ipsi commiserint, possunt absoluere Fratres, & Moniales suę obedientiæ, ab omni vinculo excommunicationis, & quibuscumque alijs censuris, & peccatis; & dispensare in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto, exceptis illis deductis ad forum contentiosum. Vt supra in fine 6. notabilis.

Omnemq; ab illis inhabilitatis, & infamiæ maculam abolere; & in quibuscumq; occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, & in quibus Episcopi possunt cum suis, vi- E *gore Conc. Trid. exceptis dumtaxat contentis in Bulla Cenæ Domini, ante quam, scilicet. obtineatur facultas pro illis, ex Priuilegiorum confirmatione; Dispensant etiam cum illegitimis.* Ex priuilegijs Fratrũ Trinitatis, & ex priuilegio Pij V. Ordini Prædicat. concesso.

Et similiter Fratres absolui possunt ab omnibus peccatis, & censuris, plenarie, semel in vita, & in mortis articulo.

Item quattuor in anno, diebus quibus maluerint, & in festis Domini Sabaoth, & beatæ Virginis, & omnium Sanctorum, & Apostolorum Petri, & Paulli ac Sancti Francisci, Sanctæ Claræ, & per totam Maiorem Hebdomadam; de consensu tamen suorum Prælatorum, saltem Prouincialium; & tunc etiam, quoad casus illis reserua- Cum anno quolibet reseruentur de nouo. vt habetur supra in ver

bo Absol. extra ordinaria quo ad fratres. reseruatis, poterunt huiusmodi priuilegio gaudere. Sed dum itinerant, & non habent socium Confessorem possunt confiteri Fratri alterius Ordinis, seu Clerico sæculari, saltem præsumpta rationabiliter licentia Prælatorum. A

Et similiter absolui possunt ijdem Prælati a Confessoribus per eos electis.

Item absoluere possunt Prælati venientes ad Ordinem, seu Nouitios, ab omnibus censuris a iure. vel a Iudice promulgatis generaliter, satisfacta tamen parte. & a casibus Sedi Apostolicæ reseruatis; cum moderatione tamen, quam posui in verbo, Nouitius, vbi de hoc latius dicemus.

Absoluere etiam possunt Prælati, & Confessores, Fratres quoscumque Conuersos, vel donatos, Familiares, Seruitores, Officiales, & continuè Commensales Conuentuum, & Domorum, ab omnibus peccatis, præter quam Sedi Apostolicę reseruatis, & a censuris, quas ex ignorantia, vel inaduertentia incurrerunt, ac etiam eis Ecclesiastica Sacramenta ministrare. B

Resolutio quoad Absolutiones sæcularium.

Collector, tit. Absol. quoad sæcul. 2. §. 15. Idē ait Nauar. in Manu. cap. 27. num. 266. Vt in concl. 10. Et in cōclusionibus supradictis 1. 2. 3. 4. Vt in cōcl 5 Vt in 4. notabili. Vt in conclus. 5. Vt in conclus. 6. 7. Vt in Con. 3. 9. Vt in conclus. 11. Collect. supra §. 15. Vt supra in 4. c. principali. vt infr. tit. Bulla Cruciatæ.

FRATRES *Confessores Mendicantes, & participantes, per Prælatos debite præsentati, & ab Ordinario approbati, ad audiendas confessiones sæcularium, si sunt in eorum Conuentibus, Diœcesis vbi fuerint approbati, possunt audire omnes sæculares, tam suæ, quam alterius Diœcesis. Et auctoritate, quam habent ab Episcopo erga eius subditos, possunt vti erga extraneos, ac etiam auctoritate infrascripta.*

Et possunt a censuris, propter peccata contractis, Episcopo reseruatis, absoluere; ac in illis, si opus fuerit, dispensare; & in omnibus alijs Ecclesiasticis censuris, exceptis nominatim excommunicatis (nisi parti læsę satisfecerint) & exceptis casibus a iure communi Episcopo reseruatis, & censuris Papę reseruatis. C

Item a Simonia, dummodo non fuerit in Ordine, vel Beneficio contracta.

Item possunt, in foro conscientiæ, omnia vota, quæ Episcopi possunt, in alia pia opera commutare, except u quinque illis Papa reseruatis, videlicet, de Religione, castitate perpetua, vltra marino, Romæ, Sancti Iacobi de Galitia, necnon & peregrinatione vltra duas dietas.

Item possunt dispensare in iuramentis eiusdem materiæ. Et de licentia suorum Prouincialium possent dispensare cum incestuosis, caussa copulæ carnalis mariti cum consanguinea vxoris, vel vxoris cum consanguineo mariti, intra quartum gradum: nisi hoc impedimentum fuisset sublatum per Concil. Trid. Ac etiam cum illis, qui facto voto simplici de castitate, Matrimonium contraxerunt, vt possint petere debitum. D

Si vero non fuerint præsentati & approbati, & in eorum Conuentibus resederint, neminem audire poterunt; excepto articulo necessitatis extremæ; vel nisi fuerint in itinere, non valentes habere Ordinarij copiam; quia tunc poterunt audire omnes ad se recurrentes, & vti plenarie Episcopali auctoritate.

Est tamen aduertendum, quod in Regnis, vbi Bulla Cruciatæ obseruatur, cum sæcularibus, Bullam illam non habentibus, supradictis priuilegijs vti minime possent; nec etiam tempore Iubilæi plenissimi, circa ea quæ in illo suspenduntur.

Sed quid Prælati non possint cum suis subditis; & quid Confessores cum Fratribus, & cum sæcularibus, licet ex supradictis pateat; tamen vt facilius sciatur, ponam infrascripta. E

ET *in primis, Prælati ipsi non possunt cum suis subditis eos absoluere, seu dispensare in casibus Bullæ Cenę; donec obtineatur facultas pro illis, vel confirmatio*

A matio priuilegiorum; nec in deductis ad forum contentiosum.

Item, nec Fratres intra se possunt absolui a casibus eorum Prælatis reseruatis, sine illorum, vel Summi Pont. auctoritate, in specie de illis mentionem faciente, vel in Iubilæo plenissimo,

Cum sæcularibus autem non possunt eos absoluere a casibus Episcopo a iure reseruatis, vel neq; in omnibus reseruatis, secundum Congreg. Card. nisi speciali habita ad id facultate. Nec possunt absoluere in casibus Bullæ Cenæ, nec nominatim excommunicatos; nec possunt dispensare in 5. illis votis; nec uti priuilegijs infra annum publ. Bull. Cruc. & Iubilæi.

B QVOAD quartum, si in aliqua Bulla detur facultas eligendi sibi Confessorem approbatum ab Episcopo, an sufficiat esse ex sua Religione, approbatum a suo Prælato, vt tantum audire posset Fratrum confessiones? — Quoad quartum. An Religiosus debeat sibi eligere Confess. approbatũ ab Episcopo.

Respondetur. Quod sufficiet Religiosis, confiteri cum Confessoribus a suis Prælatis approbatis, ad audiendas Fratrum confessiones. Sunt enim ipsi Prælati, sui Ordinarij, cum teneant pro absoluendis de peccatis, & censuris, suis subditis, iurisdictionem ordinariam, vt omnes Doctores tenent, & nos alibi diximus.

Et hoc alijs duabus rationibus probari potest. Quarum prima est, quod quando in Bulla dicitur, quod eligant sibi Confessorem approbatum ab Ordinario, ista verba debent intelligi, secundum veram, & approbatam Conc. intelligentiam. In quo licet mandetur, vt nullus Confessor Sæcularis, aut Regularis aliorum confessionem audire præ- — Sess. 23. ca. 22. de ref.

C *sumat, nisi ab Ordinario fuerit approbatus; tamen hoc debet intelligi, de Sacerdotibus Episcopo subiectis, non autem de Religiosis, qui hanc non habent subiectionem. Idem tenet Nauar. in Man. latino. c.4. num. 2. & Ang. in summa de Confessor. art.8. diff. 2. dub.4. istis enim sufficiet, vt approbatis a suis Prælatis confiteantur.*

Alia ratio est; quia per Bullas, quæ solent publicari non suspenduntur gratiæ, & indulta Mendicantium Ordinum Prælatis concessa, quantum ad suos Fratres; & inter alia priuilegia, vnum est illud, quod, videlicet, possint suos Fratres, a quauis censura, & a peccatis Sedi Apostolicæ reseruatis absoluere, vt dicitur in Compendio. Et hanc auctoritatem, possunt ipsi Prælati alijs, quibus sibi placuerit, committere.

Ex quo infero, quod vnus Religiosus potest confiteri, virtute alicuius Bullæ, cum alio religioso Confessore tantum Fratrum; quamuis sit distincta Religionis.

D *Secundo infero, quod de iure communi, sine aliqua Bulla, Religiosus non potest confiteri alteri, quam suo Prælato, vel quibus fuerit ab ipso Prælato demandatum, intra suam Religionem: Nunc tamen huic iuri communi derogatum est, per Decretum, Clement. viij. supra relatum fol. 21. vbi dicitur quod, non liceat Superioribus Regularium, confessiones audire subditorum; nisi quando peccatum aliquod reseruatum admiserint; aut ipsimet sponte, aut proprio motu, id ab ijs petierint. Cum alio autem Confessore, extra suum Ordinem, minime poterit; nisi a suo Prælato licentiam expressam habuerit, & non præsumptam, vt ex Conc. Later. colligitur, licet sint Confessores sæculares ab Episcopo approbati.* — Vt supra tit. Absol. ordinaria, quoad Fratres. §.5. et 21.

Huius ratio est, quia cum Episcopus non habeat, quantum ad hoc, iurisdictionem

E *super Religiosos; nec etiam poterit illam alijs communicare, vt constat ex eo, quod diffinitum est in Conc. Lateranensi, Inter cunctas. Poterunt etiam confiteri cum alijs Religiosis, non petita licentia, in aliquo casu necessitatis, vtputa in itinere, & alijs, sicut est iam dictum.* — Et Ang. dicit contra Siluest.

Hinc recentiores Pontifices, vt omnem tollerent ambiguitatem (vt iam sæpe vidimus in retroactis Iubilæis obseruatum) explicant illam clausulam, de eligendo sibi Confessore, & aiunt, quod etiam alterius Ordinis, vel sæcularem Confessorem sibi Religiosi possint eligere; vt fecerunt Sixtus V. & Gregorius XIIII. & Sanctissimus Dominus noster Clemens VIII. in suis Iubilæis plenissimis. Bene verum est, quod

quando id non explicatur, manet dispositio supradicta. A

Et hec pro supradicta materia Confessorum pro nunc sufficiant. Dicentur alia, infra, in verbo, Confessor, & in verbo, Presentatio Confessorum.

ACCEDERE AD MONASTERIA Monialium.

1 *Ex iure communi.*

SYNODVS octaua statuit, quod si contigerit, quod Monachus aliquam propinquam suam videre voluerit, vt in præsentia Abbatissæ huic confabuletur per modica, & compendiosa verba, & in breui ab eâ discedat. Habetur decima octaua quæstione. 2. cap. Diffinimus. B

2 *Ex iure communi.*

CONCILIVM Hispalense statuit, quod circa Monachos talis cautela seruetur, vt remori a Monialium familiaritate, nec vsque ad vestibulum habeant accedendi familiare permissum. Sed nec Abbatem, vel eum qui præficitur, extra eam quæ præest(glossa j. præter conscientiam Abbatissæ) loqui virginibus Christi aliquid, quod ad institutionem, vel administrationem earum pertinet, liceat. Nec cum ea sola quæ præest, frequenter eos loqui oportet, sed sub testimonio duarum, vel trium sororum. Ita vt rara sit accessio, & breuis omnino locutio. Habetur 18. q.2.c. In decima.

3 *Ex iure communi.*

ALEXANDER III. in Concilio Lateranensi statuit, quod quęcumque persona frequentaret Monasteria Monialium, si Clericus esset, deponeretur; si vero Laicus foret, excommunicaretur. Sic enim dicit summariũ huiusmodi. c. Frequentans Monasteria Monialium, & monitus non desistens, si Clericus est, deponitur; & si Laicus, excommunicatur. Et dicit ibi glossa, quod frequentare, est bis actum committere. Et quod ad frequentandum non sufficit rationabilis caussa, nisi sit manifesta. Habetur in c. Monasteria, de vi. & hon. cler. C

4 *Prædicatio. Eleemosyna.*

NICOLAVS IIII. concessit Fratribus Minor. vt ad loca vbi sęculares homines conueniunt in Monasterijs Monialium, possint illi Fratres, caussa prædicationis, vel eleemosynæ petendæ, accedere, quibus id a Superioribus suis pro sua fuerit maturitate, vel idoneitate concessum. Exceptis semper Monasterijs Monialium inclusarum, scilicet S. Claræ, ad quæ nulli datur accedendi facultas; sine Sedis Apostolicæ licentia speciali. In declaratione Regulę. Exijt qui seminat, quæ habetur. B. 2. tractato, fol. 10. Et b. ffo. 11. tractatu 2. D

5 *Pro Prælatis. Prohibitio.*

BENEDICTVS XII. Ministris, Custodibus, & Guardianis districtius iniunxit, vt Fratres sui Ordinis sibi subditos arcere studeant ab accessu ad Monasteria Monialium quarumcumq; pęnas prouide ordinatas transgressoribus infligendo. b. habetur in libro ordinis Italico. 3. parte. fol. 110.

6 *Concessio pro omnibus monasterijs. Collector.*

EVGENIVS IV. concessit quod fratres Mi. Ob. possint intrare ad loca quarumcumq; Monialium: vbi sæculares communiter intrant: de licentia suorum prælatorum, quando mittuntur. o. ffo. 261. conce. 675. E

¶ Notandum quod præfata concessio non reputatur certa: immo creditur, ꝙ fuit defectus in scriptore, vel impressore; ita quod, vbi positum est possint intrare, debebat addi, & prædicare. Hoc est possint intrare ad prædicandum. Probatur hoc, quia Nicolaus 5. qui successit Eugenio, concessit modo pręfato; vt patet infra §. sequenti. Et similiter fecit Pius, qui successit Nicolao, vt patet etiam infra §. 8. Si ergo concessio Eugenij suprapofita esset certa: cum sit generalis, non se restringens, prout aliç sequentes, dicendo possint prędicare, non fuisset opus petere a Nicolao, & Pio pręfatas Concessiones, tam

A tam limitatas, scilicet, quod possint intrare, & prędicare; nisi forte postulatæ, ac impetratæ sint ad restringendum generalitatem, quam videbatur concedere prędicta concessio Eugenij. ¶ Sciendum est etiam, quod occasione prędictæ Concessionis, & duarum sequentium, aliqui arbitrati sunt, posse fratres Min. ingredi ad loca interiora Monasteriorum, in quibus sæculares, seu aliæ personæ communiter intrant; prout accidit in Monasterijs deformatis, seu non seruantibus clausuram. Sed istud est manifeste falsum, atq; erroneum sane intelligentibus, quia per loca ad quæ sæculares communiter intrant, non sunt intelligenda loca interiora clausuræ, ad quæ de facto intrare consueuerunt; sed illa ad quæ de iure, seu licite ingredi possunt; prout sunt loca exteriora, scilicet Ecclesia, locutorium, & similia. Hoc innuitur in decretali. Exijt, qui B seminat, vt habetur in dictione Ingredi. §.10.

NICOLAVS V. concessit fratribus Min. quod possint intrare, & prędicare in Ecclesijs, & locis monialium Sanctæ Claræ, & aliarum quarumcumq;; vbi sæculares communiter intrant, de licentia suorum prælatorum, quando mittuntur. o ffo. *65*. conce.88. Et fff. *99*. conce. *366*. 7 *Prædicatio.*

¶ Hæc concessio videtur solum esse pro prædicatoribus, quia dicit intrare, & prædicare, idest ad prædicandum. *Collector.*

PIVS ij. ad instar Nicolai v. concessit fratres posse prædicare, & intrare in claustris, & alijs locis quarumcumq; monialium, vbi sæculares communiter intrant, de licentia suorum prælatorum, quando mittuntur. o ffo. *66*. C conce. *94*. 8 *Prædicatio.*

¶ Declarationem huius vide in dictione Ingredi monast. monial. §. 28. *Collector.*

SIXTVS iv. concessit, quod fratres Min. possunt ire de licentia suorum prælatorum, ad Ecclesias, & loca vbi habitant fratres deputati ad regimen Monialium. o. fo. *63*. Et ff. *67*. conce. 125. Et fffo. *96*. conce. 340. 9

¶ Præfata concessio videtur intelligenda, quādo habitatio fratrum obsequijs monialium deputatorum, est contigua, seu continua Monasterio Monialium. Et similiter videtur dicendum de habitationibus seruitorum sæcularium, vt œconomi. &c. ac seruitticum, & capellanorum monialium, quia tales habitationes sunt officinę exteriores pertinentes ad seruitium interius. Quapropter, D quando sunt contiguæ, vel continuę Monasterio, requiritur licentia specialis Prælatorum ad accedendum ad illas; non autem quando est via intermedia. *Collector.*

SIDEM Sixtus concessit, quòd fratres prædicti, caussa visitandi Reliquias sanctorum, vt caput Ioannis Baptistæ ad Sanctum Siluestrum Romæ: vel sanguinem Sancti Francisci Assisij, & huiusmodi, de licentia Guardiani illius loci, aut alterius prælati ordinis, possint dumtaxat accedere ad Ecclesias Monialium Sanctæ Claræ; & etiam pro tempore stationum, & generalium processionum. o. ffo. *68*. conce. 141. Et fff. *96*. conce. 323. 10 *Visitatio Reliquiarum. Processiones.*

¶ IDEM Sixtus concessit, quod fratres Min. possint de licentia suorum Prelatorum, accedere ad loca Monialium Sanctæ Claræ, & Sancti Dominici, ad E quæ sæculares accedunt, pro eleemosyna petenda, & caussa celebrandi; & pro alijs licitis, & honestis. o. ffo. *69*. conce.142. Et fffo.100. conce.388. 11 *Cōces. spe. pro Mo. S. Clar. & S. Dominici.*

ALEXANDER vi. concessit, quod Prouinciales possint licentiare fratres, ad alia monasteria, quam Sanctæ Claræ; non solum caussa eleemosynæ petendæ, vel prædicationis faciendæ, sed etiam pro spirituali visitatione consanguinearum, vel alia necessitate. Intelligendo semper de locis, ad quæ sæculares communiter accedunt. o.fff. *99*. conce. *369*. 12 *Conces. pro oibus mon. quæ nō sūt S. Claræ.*

LEO x. in quodam Breui, super pręfatam materiam, posuit sequentem clausulam. Non prohibemus tamen, quod fratres prædicti, scilicet,

Minores infra limites Monasteriorum Sanctæ Claræ, & ad loca vbi fratres eisdem seruientes habitant, & alij sæculares ingrediuntur, intrare, & accedere, necnon cum eisdem (quando opus fuerit) & cum limitationibus in capitulis vestris ordinatis, in locis, in quibus reliquæ personę sęculares cum eisdem loquuntur, loqui possint. B. ffo. 17. conce. 56. A

Collector. ¶ Circa prædictam clausulam est aduertendum, quòd multi fratres opinati sunt, quod in ea concedebatur eis amplior facultas, quàm in reliquis suprascriptis. Attamen, secundum veritatem, nil penitus in ea conceditur, nec de aliquo deseruit, quia licet præfatus Leo non prohibeat prędictum accessum: prohibuit tamen Nicolaus 3. vt patet supra in §.4.

Collector. PRo intelligentia prædictarum Concessionum, quæ prima facie, videntur continere contradictionem, aut saltem nugationem, & superfluitatem, sunt aliqua aduertenda. Primum est, quòd huiusmodi concessiones fuerunt à diuersis Commissarijs curiæ Romanę, vel alijs fratribus ordinis impetratæ, quorum aliqui nescientes ea, quæ antea fuerunt concessa, procurauerunt eadem, vel consimilia de nouo impetrare, seu alia, circa idem latius, vel strictius, quam antea fuerat concessum. Alterum est, quod in quinq; vltimis Concessionibus est tanta diuersitas, quod nisi maxima cum attentione aspiciantur, vix poterunt bene intelligi, nisi aduertendo ad sequentia; scilicet, quod in illa, quæ est Nicolai v. & Pij ij. limitatur tacitè Concessio antecedens Eugenij, & solum conceditur Prælatis nostris facultas licentiandi fratres suos pro prædicando, cum dicat, Fratres posse intrare, & prędicare, idest ad prædicandum, ad loca, vbi sæculares intrant. In altera autem, quæ est Sixti datur auctoritas Prælatis, vt possint mittere fratres suos ad Ecclesiam Monialium, & ad loca vbi habitant fratres illis seruientes. Tamen de alijs locis, scilicet locutorio &c. nihil ibi conceditur. In alia vero, quæ etiam est Sixti, datur prædictis Prælatis facultas licentiandi fratres, pró tribus caussis dumtaxat, scilicet, pro videndis Reliquijs, pro Processionibus, & Stationibus. Et sic etiam ista est ad Ecclesiam solum, seu propter ingressum in Ecclesiam, ad tria prædicta. In antepenultima vero, quæ similiter est Sixti, & videtur generalis pro omnibus Prælatis, & caussis licitis, restringitur ad Monasteria Monialium Sanctæ Claræ, & Sancti Dominici. In penultima autem, quę est Alexandri vi. & est generalis pro omnibus caussis licitis, & ad quæcumq; Monasteria, prout in ipsa patet, ad Prouinciales solummodo, & ad Monasteria, quæ non sint Sanctæ Claræ coarctatur. B C D

Resolutio huius materia. ¶ Et sic resolutoric est notandum, quod nulla concessio inuenitur, qua inferiores a Prouincialibus possint mittere, vel licentiare fratres suos ad alia Monasteria, quam Sanctæ Claræ, & Sancti Dominici, nisi pro eleemosyna petenda, & prędicatione facienda, prout dicit Nicolaus iij. in declaratione Regulæ, excepta Concessione supra posita Eugenij, quæ tamen (vt prædictum est) videtur limitata, & restricta per subsequentes Concessiones strictas suorum successorum. Ita quod, si absq; aliquo scrupulo, vellet aliquis frater ire ad Monasteria Monialium Sancti Benedicti, vel Sancti Bernardi, aut Sancti Spiritus, seu Sancti Iacobi, reliquarumue consimilium, quæ non sunt Sanctæ Claræ, aut Sancti Dominici, pro visitatione spirituali consanguinearum, vel pro alijs quibuscumq; caussis necessarijs, excepta prædicatione, & eleemosynæ petitione; oporteret habere licentiam a Ministro prouinciali. E

Collector. Ista non sunt in prima. NOTANDVM est etiam circa prædicta, quod Superior, qui debet dare præfatam licentiam, debet esse Prælatus proprius fratris cui datur, quia debet examinare, an sit illius maturitatis, quam declaratio, seu concessio requirit. Et ad hoc est opus, quod agnoscat illum. Vnde frater, qui reperitur

A tur vbi non habet Superiorem proprium, non potest licentiari per Prelatum Monasterij, vbi tunc reperitur; etiam si sit Minister prouincialis, cum non sit Prælatus suus. Verumtamen, si frater habet licentiam sui proprij Superioris ad hoc, non esset necesse petere illam a Prælato Monasterij, vel Prouinciali, vbi pro tunc est; quia sicut non potest illam concedere, ita nec amouere, cum non sit Prelatus suus: quamuis tamen de facto possit illam impedire. Iccirco enim dicitur in declarationibus Regulæ: illi quibus a suis Superioribus, &c. & non dicitur absolute a Superioribus.

¶ Ex omnibus supradictis eliciuntur sequentia. ¶ Primum, quod Generalis, & Prouinciales (habita caussa rationabili) possunt dare licentiam suis subditis,vt accedant ad loca exteriora Monasteriorũ quarumcumq; Monialium. Alterũ, quod Prælati inferiores Prouincialibus, prout sunt Guardiani, & Custodes, &c. habẽt eamdem auctoritatem, & facultatem, pro Monasterijs Sanctæ Claræ, ac Sancti Dominici: & in casibus sequentibus, pro quibuslibet Monasterijs, scilicet, pro visitandis Reliquijs, & tempore Stationum, ac Processionum generalium, & ad Ecclesiam Monialium, & ad habitationem fratrum deputatorum obsequijs illarum, & pro predicatione facienda, & eleemosyna petenda, prout supra dictum est. Itaq; inferiores Prælati habent minus, quam Prouinciales; quod nequeunt licentiare suos subditos pro visitationibus, nec alijs caussis præterquam superius expressis, nisi ad monasteria S. Claræ,& Sancti Dominici, vt dictum est. Qui ergo,quo ad omnia voluerint habere facultatem, oportet, quod a Prouincialibus eis committatur. ¶ Licet autem supradicta concessa sint per Prouisiones Apostolicas; nihilominus aliquando committitur maior auctoritas Prælatis inferioribus, vel minuitur, aut in totum aufertur per Constitutiones generales, seu prouinciales, vel præcepto superiorum. Quo casu, illud debet obseruari, non curando de Concessionibus præfatis. ¶ De illis autem, quæ concessa, vel limitata sunt, circa hæc, in capitulis generalibus celebratis Florenciaci, Mecliniæ, Burdegaliæ, ac Burgis, & Assisij, non curamus hic dicere; quia illa transierunt, sicut, & Constitutiones vbi continebantur. Solum dico, quod stante aliquo statuto suspensiuo auctoritatis in hoc casu concessæ Prælatis inferioribus Prouincialibus, non est opus inquirere qualiter, vel quando, seu qua auctoritate possint licentiare suos subditos pro accessu ad loca exteriora Monasteriorum Monialium; cum totaliter sit eis ablata potestas per prefatum statutũ;nisi Prouincialis, aut Generalis sibi per hoc fecerint eis nouam Cõmisiionem,seu Concessionẽ. Solum enim Generalis,& Prouinciales habẽt auctoritatem Apostolicã ad supradicta, vt dictũ est.

TANDEM quo ad prædicta solet quæri, an Prælatus habens auctoritatem licentiandi suos subditos in casu supradicto, possit etiam licentiare seipsum, vel suam personam ad idem? Solutio huius quæstionis dependet ex solutione alterius quæstionis vniuersalis, scilicet. Si ea quæ Prelatus potest facere erga subditos suos, possit similiter facere erga seipsum? Verbi gratia. Potest dispensare cum eis; potest illos absoluere; potest illos licentiare vt accedant ad loca exteriora Monasteriorum Monialium, &c. si poterit his vti erga seipsum, absq; auctoritate alia, seu licentia sui Superioris? Ad hoc respondent Abbas. in c. de simonia, & Ioannes de Imola,& Ioannes de Ligna. in Clemen. Attendentes. de statu regu. quod si prouisio est fienda per Abbatem, vt quia mandatur, vel committitur ipsi Abbati, vt possit absoluere monachos suos,tunc ipse non comprehenditur. Si autem prouisio est per alium fienda,tũc appellatione Monachorũ,comprehenditur Abbas. Vt pote, si Papa concedat,quod Monachi possint tali die absolui plenarie,&c. tunc enim cõprehenditur Abbas. Et in c. Magne. de voto,dicit idẽ Abbas,quod Episcopus,& similes Prælati nõ

possunt dispensare in votis a se emissis, sicut possunt dispensare in subditorum votis. Et Petrus de Palude in 4. dist. dicit. Sciendum est, quòd nullus est iudex in sua caussa, nec Superior sibi ipsi. Propter quod nemo secum dispensare potest, nisi propter defectum Superioris; quia vbi mora est periculum allatura, dilatio spernenda est. Vnde nec Episcopus secum, sed Confessor eius in omni casu, in quo Episcopus cum suo inferiori, potest dispensare. Et hoc, quia conceditur sibi per cap. fi. de pœn. & remiss. Sed Papa potest secum dispensare, sicut cum alijs; quia Superiorem non habet, cuius auctoritate vti possit. Sed melius est, quod suo Confessori committat, qui auctoritate DEI ipsum absoluat, eo ipso, quod in Confessorem ab eo electus est, &c. Nullus autem inferior secum dispensare potest, nisi ius sibi concedat, sicut Constitutiones aliquorum Religiosorum dant Prælatis, quod vtantur dispensationibus, sicut ceteri Fratres. Et Magister Vendelinus, qui perfecit opus Gabrielis super 4. sententiarũ refert præfatum dictum Paludensis, & concludit dicens. Vnde nec Papa, nec Episcopus secum dispensare potest, sed per suum Confessorem. In his vero, quę sunt iuris positiui, ex quo solutus est legibus, non eget Papa dispensatione. A B

¶ Probatur idem a simili. Notum est, quod Episcopi, & Superiores Prælati, possunt dare licentiam subditis suis, vt confiteantur cui maluerint. Sed quia ipsi non poterant hoc facere erga seipsos, contulit eis Priuilegium ius, vt ipsi, & alij Prælati immediate subiecti Papæ, prout sunt Generales Ordinum, possint eligere Confessorem, quem maluerint; vt in cap. fin. de pœn. & remiss.

¶ ITEM nostris Prouincialibus, Ministris, & Custodibus, ac eorum Vicesgerentibus concessum est, per quoddant Priuilegium, vt possint absoluere Fratres suos excommunicatos, & dispensare in certis irregularitatibus. Et quia visum est non sufficere istud personis Prælatorum huiusmodi, obtenta est alia concessio, vt similiter facere possint cum eis, Confessores per ipsos electi, prout habetur in Mari magno. fol. 56. tract. 2. & ſſo. 140. C

¶ ITEM Hostiensis loquens de Pręlatis Religiosis, & habentibus curam animarum, sicut refert Abbas in cap. Conquerente de offi. ordi. ponit sequentia. Caueant sibi Abbates, & Canonici Ecclesiarum Cathedralium, quę immediate subsunt Episcopo, vel alio Superiori, vt ad eum recurrant in confessionibus; nam ab alio non possunt absolui, cum a iudice non suo, absolutio facta, non teneat c. Omnis, de pœnit. & remiss. Dicit tamen dictus Hostiensis, quod non vult dãnare illos, qui hoc hactenus non seruauerunt, si mortui sunt; sed relinquit eos diuino iudicio. Et Florentinus dicit, quod licet Hostiensis, & Guilelmus dicant, quod cum est de more alicuius Ecclesiæ, vt vnus Sacerdos audiat alium Sacerdotem, & absoluat, & Episcopus hoc sciens fieri, communiter tolerat, potest fieri; quia eo ipso præsumitur tacite approbare, ac licentiam dare. Non videtur (dicit præfatus Florentinus) ista opinio multum tuta; quia post Hostiensem, & Guilelmum, declaratum est per ius nouum in c. Si Episcopus de pœn. & remiss. lib. 6. quod nulla consuetudine potest introduci, vt aliquis præter Superioris licentiam, possit confiteri, & absolui. D

¶ ITEM, sicut nemo potest generare seipsum, ita nec regenerare, vt in cap. debitum de baptismo. E

¶ ITEM, inter dantem, & recipientem debet esse distinctio.

¶ Et loquendo in particulari in nostro proposito, quod est dare licentiam preeundo ad loca exteriora Monasteriorum Monialium, apparet clarius, q Prælatus nequeat accedere ad huiusmodi loca, sine licentia sui Superioris; quia cum in hoc requiratur examinatio legitimæ caussæ, ac maturitas religiosæ personæ, nullusq; debeat esse iudex in his, quæ suam personam tangunt, requiritur determinatio Superioris, qui iudicet, ac in eo dispenset. ¶ Si autem dicatur,

quod

A quod consuetudo est in contrarium, potest responderi, quod in multis alijs illicitis,& iuri contrarijs, accidit idem; sed non propter hoc excusantur in conscientia, contrarium facientes. Circa quod dicit pręfatus Vendelinus in 4.distin.38. Ex æquo Prælati sæpenumero dissimulant in positiuis Constitutionibus,ergo vbi non est data certa forma,& modus dispensandi de iure scripto,sufficit,cum sciunt suis legibus passim contraire, quod non contradicant, nec reclamant verbo,aut facto,cum tamen libere contradicere possint, secundum Gersonem in regulis moralibus. Sed licet hoc procedat de abolitione legum suarum positiuarum, non tamen huiusmodi non correctio transgressionis voti,aut dissimulatio nuda sufficit in foro conscientiæ ad relaxandum vo-
B tum, si est adhuc obligatorium. Hic enim opus est, Prælatum vti iure suo, & ex auctoritate dispensare, & de hoc certiorem reddi dispensatum, si vult esse tutus; Secus de suis Constitutionibus, quæ possunt non obseruatæ abrogari,& potest fieri pręscriptio. hæc ille. ¶ Ex prędictis patet clare,non sequi, quod aliquis possit dispensare secum,aut facere erga seipsum, quod potest erga subditos suos, immo remanet optime probatum contrarium.Quid ergo dicendum? Respondetur,quod deberet prouideri in hoc per concessionem Apostolicam,qua concederetur, quod quilibet Prælatus posset dispensari, & prouideri, seu licentiari in huiusmodi casu, & similibus,per Confessorem electum ab ipso,in omnibus quæ ipse posset dispensare, ac prouidere circa subditos suos. Interim autem,quod talis Concessio non habetur,oporteret,quòd
C Capitulum generale per suam Constitut. istud declararet, atque concederet. Sed adhuc tunc remaneret Generalis absque prouisione, pro quo non potest excusari licentia Apostolica. ¶ Si autem quæratur, cum nunc non habeatur prouisio Apostolica, nec Capituli generalis, qualiter in hoc se habeant Prælati? Respondetur quod inferiores Prouinciali, vt Custodes, & Guardiani, debent prouideri in hoc auctoritate sui Prouincialis, pro quo data est forma, eorum, s. quæ debent petere, & necesse habent obtinere, in Speculo Fratrum Mino.f.24.col.2. Et oportet,ꝙ in hoc sint pręmoniti,seu auisati, vt dici solet, quatenus sine scrupulo procedant in rebus suis. Prouinciales vero attendant suã cõmissionẽ,quã generalis dat eis, videantq; vtrũ pręfata facultas cõtinea-
D tur ibi,vel cõprehendatur in contentis ibidẽ. Generales autẽ forte possent iuuari de.c.fi.de pœ.& rẽ. quod capitulũ, licet solũ loquatur in cõfessione,videtur posse etiã intelligi in dispensatione,prout aliqui doctores dicunt. Et idem in alijs,quæ sunt annexa istis.Et hoc,quia sunt exempti, & Pręlati immediate Papæ.Istæ.n.tres conditiones debent concurrere in inferioribus Epis; vt Priuil.d.c.vti possint,& gaudere,prout communiter Canonistę intelligũt.Et quia in alijs Prælatis,vt sunt Prouinciales,Custodes,& Guardiani,deficit vna pręedictarum conditionum,scilicet esse immediatos Papæ, non conceditur eis aliquid per supradictum c.fi.licet aliter senserit Compositor Margaritæ.
E ¶Verũ est tñ, quod quantũ ad accedendũ ad loca exteriora Monasteriorum Monialiũ,Generalis,& Prouinciales,nõ obstantibus supradictis,poterũt accedere in Monasterijs Monialiũ suæ gubernationi subiectis; quia ipsi sunt Visitatores illorũ,habita tñ necessitate,seu aliqua rationabili caussa, suũ officiũ tangẽte. Attamẽ pro Monasterijs suę gubernationi nõ subiectis,erit necessaria licentia,vt supradictũ est.Si aũt alicui visum fuerit,quod ista sit scrupulosa nouitas,attribuat culpã fundamẽtis superius adductis, quę clarissime hoc dicũt, & probãt.Vel si inuenerit solutionẽ supradictorũ fundamentorũ,vel vnde dissoluat,quod huiusmodi fundamẽta probãt,potueritq; fundare cõtrariũ,sequatur illud. ¶ Ceterum, ita ista,quã reliqua in hac materia superius posita, qui latius voluerit videre,reperiet optime posita,in tractatu,Clypeus sacrarũ Monialium

nialium, denominato, per Reuerendum, ac doctissimum patrem bonæ memoriæ Fratrem Ioannem de Argumanes editum.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

Accessus ad Mon. Mon. an sit prohibitus ex vi Reg. Prima opi.

VOAD §. 4 vbi Nic. III. conformiter ad Greg. IX. in sua declaratione prohibet nobis Fratribus Min. accessum ad loca exteriora Monasteriorũ Monialium. Quæritur primo, vtrum nobis sit etiam prohibitus ex vi Regulæ prędictus accessus? ad quod respondeo, q hic est duplex opinio. Prima est multorum, & videtur communiter sic haberi, & practicari, quod, scilicet, ex vi Regulæ solum est prohibitus nobis ingressus ad præfata Monasteria Accessus autem ad pręfata loca exteriora, non est nobis ex vi Regulę nostrę prohibitus, sed, solum pręcepto Papali, seu Ecclesiastico, seu Pręla- B *torum nostrorum; Probant 1. scilicet, quòd pręfatus accessus nõ est prohibitus nobis per Regulam, quia Regula solum facit mentionem de ingressu, vt patet. Item Hug. c. 10. videtur id innuere, quamuis nõ clare, & tract. 1. e. plag. paupertatis plag. 8. & 9. & specul. Fratrum Min. fff. 10. id expresse tenet, & multi alij, & quidem satis docti sunt ad idem.*

Alia opin.

Alia est opinio, quæ mihi etiam videtur probabilis valde, quod scilicet ex vi Regulæ, & de eius intentione, prohibitus est nobis pręfatus accessus ad loquendum ad Monasteria quarumcumque Monialium, vt sup. cap. 11. Regulę. quęst. 3. latius habetur, ibi videatur.

Accessus ad loquendũ. Accessus ad loca exteriora. Prima opi.

Secundo quęritur, vtrum præfatus accessus ad loca exteriora Monasterij Monialium quarumcumque sit nobis prohibitus per Papam in hoc tempore. Respondeo, hic est duplex opinio; prima est satis communis fere omnium, & dicit, quod sic, vt patet C *per Nic. 3. & Benedictum 12. vt habetur in Compendio tit. Accedere § 4. & 5. & non sunt reuocata hæc per Sixt. 4. in sua declaratione fol. 22. ff. 16. quia secundum eos sic opinantes, solum loquitur ibi Sixt. reuocando prohibitiones, & censuras vltra Regulam editas a Papa, vt tenet Collector in Compendio tit. Statuta ordinis. §. 1. nec reuocata sunt per alium successorem, vt patet, ergo &c.*

Alia opin.

Secunda opinio est aliorum dicentium, quod præfatus accessus iam non est nobis prohibitus per Papam, vel per Ecclesiam. Ratio eorum est, quia Sixt. 4. vbi sup. reuocauit prohibitiones, & censuras omnes, vltra Regulam editas, non solum intra Ordinem, sed a Papa, seu ab alijs quibusq;, specialiter pro nobis Fratribus Minoribus, quia sic videtur contineri in pręfata declaratione Sixt. 4. Quid horum sit verius, & tenendum, sup. cap. 11. Regula. q. 3. latius habetur. Nam, & adhuc manet prohibitio generalis Papalis, seu Ecclesiæ, facta omnibus Christianis de ca- D *uendis familiaritatibus, & frequentia Monasteriorum quarumcumque Monialium, quæ habetur in Compendio, tit. hoc, scilicet, Accedere. §. 1. & 2. & 3. & per Bonif. VIII. lib. 6. de statu regul. 1. periculoso, vt habetur in Compendio tit. Clausura. §. 1. quia tales prohibitiones generales non reuocantur per Sixt. 4. sed solum speciales factę pro nobis specialiter; vt hoc probabitur latius infra tit. Ingredi. §. 19. & titu. Statuta; quamuis quidam pater eruditus oppositum fuerit opinatus quoad hoc. Similiter, non reuocantur prohibitiones successorum post Sixt. IIII. si quæ post hæc fuerunt quia par in parem non habet imperium. Similiter non reuocantur prohibitiones nostrorum Pręlatorum, aut Cap. Generalis, & Prouincialis, quoad hoc post Sixt. IIII. quia solum reuocauit pręcedentia, non futura post eum, vt patet in prędicta Declaratione, seu Priuil. Sixt. IIII. Ideo standum est caute, & timorate Pręceptis, & Statutis Ordinis, etiam si Sixt. IIII.* E *reuocasset omnia pręcedentia; etiam si per Regulam non esset prohibitus pręfatus accessus, cuius oppositum probabile videtur, vt dictum est; & quoad hoc vide quod proxime super §. 13. notatur: subsequenter, quid, & quomodo circa hoc, statutum sit nunc in Ordine, vide de his latius quę dixi in cap. 11. quęst. 3. in expositione nostrę Regulæ.*

¶ Quoad §. 5. notandum, quod illud statutum Benedicti 12. ponitur diminute ibi a Collectore, & melius ponitur ab eo in Comp. tit. Clausura. sic & nos paullo superius cap. 11. q. 3. posuimus, in exposit. Reg.

¶ Quoad §. 13. vbi Collector resoluit Concessiones factas nobis ad accedendum ad Mo-

nasteria

A nasteria Monialium, adde & tu, quod tandem pro hoc tempore statutum est in Cap. Generali Tolosano, anno 1532. hoc modo, Arceantur studiosissime fratrum accessus ad Monialium, & sororum loca; & nullo modo cum eisdem loqui possint, nisi a Ministro Prouinciali licentiam in scriptis habeant; liceat tamen hospitij, & celebrationis gratia ad huiusmodi loca accedere, vbi fratrum Conuentus non sunt, hac ibi. Notandum etiã, quod Concessiones concedentes nobis accessum, vel ingressum ad Monasteria Sãcta Clara, bene possunt extendi ad alia Monasteria Monialium, quibus eadem priuilegia communicantur; vtpote ad Moniales Conceptionis, & econtra; dummodo sit omnino vtrobique eadem ratio; puta, quod sint sub eadem clausura obligatione, & sub eadem obedientia, vt sunt Moniales Sancta Clara, & Conceptionis, quoad ingressum erit idem iudicium. Non autem quoad Moniales Sancti Dominici, etiam si habeant votum clausuræ, B ex quo non sunt sub eadem obedientia, quo ad accessum, videtur idem iudicium, & eadem ratio. Et ratio horum est. quia vbi est eadem ratio, ibi & idem ius, vt habetur in l. illud. ff. ad legem aquil. & not. glo. in c. maiores, extra de baptis. super vers. in consimilibus; quod notetur pro cõmunicationibus priuil. vt hoc notauit quidam pater satis eruditus in huiusmodi.

Statutum generale circa accessum ad Monasteria Monialiũ. Concessiones pro Monast. S. Claræ extenduntur ad alia.

Nota pro communicatione Priuilegiorũ.

¶ Quoad idem, vbi Collector dicit duo: Primum, quod Superior qui debet dare licentiã fratri ad prafatum accessum, debet esse Prælatus proprius fratris ipsius, cui conceditur licentia, & non alius, in cuius Conuentu est hospes. Secundo dicit ibidẽ paullo inferius, quod nõ obstantibus supradictis Concessionibus Papalibus, standum est Statutis nostrorum Cap. Generalium; & Prouincialium circa hoc: hac ille. Quoad primum, de licentia C Prælati proprij, &c. dic quod hoc est verum regulariter, & vniuersaliter, & stando in rigore ipsorum priuilegiorum. Sed quia, consuetudo est optima interpres legum humanarum & præualet ipsis legibus (vt est communis regula Iuristarum, & Theologorum) & in Ordine nostro est consuetudo, quod dum Frater hospes est in Conuentu alterius Prælati, seu in aliena Prouincia, tenetur illi obedire, saltem in pertinentibus ad gubernationem exteriorum actuum; & reputatur ille, pro tunc suus Prælatus, vt ab eo gubernetur, & ei prouideatur in suis necessitatibus corporalibus, & spiritualibus interim emergentibus. Ideo, si a tali Prælato præcipiatur tali fratri hospiti, vt vadat ad sociandum aliquem Confessorem, seu Fratrem, ad Monasteria Monialium, etiam ad intrandum clausuram cum eo, in casu quo alias potest licite intrari, seu si occurrente necessitate, sine fraude talis Prælatus det illi licentiam, sicut suo subdito dare posset, videtur, quod licite D fiat; quia sic quoad hoc, videtur consuetudine practicari, ideo non est in hoc nimis scrupulandum, dum sincero & simplici animo obeditur, & viuitur sine fraude. dico notanter, sine fraude. quia si quid in fraudem fieret, non esset licitum, vtpote, si quis eo animo veniret hospes ad Prouinciam, seu Conuentum alterius Prælati, vt de eius licentia colloqueretur cum Monialibus, nolens eam habere a suo proprio Prælato; tunc enim non posset id licite facere in fraudem. Fraus enim, & dolus in foro diuino, pariter & humano, patrocinari non debet alicui. Quoad secundum, quod standum est statutis Cap. Generalis, & Prouincialis, non obstantibus Concessionibus Papalibus circa hoc, &c. Notandum quod hoc est verum, si prædicta Statuta fiant auctoritate Apostolica ad reuocandum Concessiones Papales, vt sup. titu. Absolutio. §. 7. notatum est, & quia Leo X. E fff. 17. Conc. 56. vt habetur in Compendio in hoc §. 13. concessit, quod possumus accedere ad prafata Monasteria, etiam ad loquendum cum Monialibus, secundum quod in nostris Capitulis Generalibus, & Prouincialibus fuerit statutum, & limitatum, &c. Insuper, quia in singulis Cap. Gener. fere semper habetur auctoritas Papæ ad omnia ibid. statuenda, &c. Ideo bene dicit Collector generaliter loquendo, ex prafata suppositione auctoritatis Papalis, quod standum est Statutis Cap. Gener. & Prouinc.

Licentia proprii Prælati ad accedendum ad Monast. requiritur. Sed quid de fratrib9 hospi.

Standum esse statutis generalib9 non obstantibus cõcessionibus Pap. quãdo possit.

¶ Quoad illa duo quæ in quæstione Collector dicit. Primum, quod Guardianus, & Custos, qui potest licentiare suum subditum ad prafatum accessum, seu ingressum (in casu quo permittitur) non potest licentiare se ipsum; sed a Superiore oportet habere licentiam

pro

Prælatus q potest licētiare alios an poterit licentiare se ipsum.

pro se : ratio eius est, quia in prædictis Priuilegijs & Concessionibus, non conceditur ipsis quod possint ipsi in prędictis casibus intrare, seu accedere: sed q de licentia Superiorū intrent fratres, seu accedant: nullus autem potest cum seipso dispensare, aut seipsum absoluere, seu iudicare; quia nullus iudex sui ipsius in sua caussa, & allegat ibi multos textus, & doct. ad id. ergo, &c. Sed saluo meliori iudicio, dicendum est, quod Custos, & Guardianus bene potest licentiare seipsum, sicut & suum subditum ; nisi hoc ei expresse prohibeatur per Superiores: & ratio est, quia in actibus qui non sunt iurisdictionis, vel iudiciariæ potestatis, sed superioritatis tantum, bene potest quis licentiare seipsum, sicut et subditos suos, quomodocumq; habeat talem potestatem scilicet, ordinariam ex officio, aut ex commissione, seu ex concessione facta sibi ratione officij, maxime per Papā ; quia eo ipso quo ipsi confiditur, vt possit licentiare alios, confiditur, & conceditur, quod & seipsum similiter possit licentiare, nisi, vt dixi, specialiter id ei prohibeatur ex caussa. Hoc patet in licentiando ad Ordines, ad itinerandum, seu vt Religiosus exeat claustrum ad studia, &c. vel vt fit testis in testamento, &c. huiusmodi; vt recipiat legata, vt procuret pecuniam pro necessitatibus, &c. vt de his & similibus patet in Summistis, & alibi secundum subiectam materiam. Similiter secundum multos Doct. Prælatus concedens Indulg. potest eas lucrari, sicut & subditi, quibus eas concessit, vt patet in 4. d. 20. & facit ad hoc Caietanus. 2. 2. q. 96. art. 5. dicens, quod in suis legibus potest Superior eo modo secum dispensare, sicut & cum suis subditis . ergo similiter, potest Prælatus seipsum licentiare ad accessum, & ingressum, sicut & suum subditum, quia similiter est actus superioritatis, non autem iudiciariæ auctoritatis, seu iurisdictionis. Ad rationes autem, seu auctoritates, & Doct. in oppositum allegatos per Collectorem. Respon. quòd non sunt ad propositum; illa enim omnia procedunt & loquuntur de actibus iurisdictionis, vel iudiciariæ absolutionis, quia in his nemo potest esse iudex sui ipsius, neque in se exercere tales actus iurisdictionis, vel absolutionis iudicialis, vt hoc latius egimus in quodā tract. de Indulgentijs, & similiter de dispensatione Votorum & huiusmodi; quia tendit ad actum iudiciarium, vel quia specialiter prohibetur, seu prohibitum declaratur, ne, scilicet, quis possit secum dispensare sicut cum subdito, nisi in casu permisso : vtpote, in necessitate, quæ non patitur moram, & huiusmodi : ergo cum licentia ad accedendum, seu ingrediendum Monasteria, in casu alijs licito, non sit actus iurisdictionis, vel iudiciariæ absolutionis, nec sit prohibitum ipsis Superioribus, seipsos licentiare, sicut & subditos; videtur, quod possint seipsos, sicut & subditos licentiare: & facit ad hoc consuetudo, quæ est optima interpres omnium legum humanarum, & æquiualet legi. Neq; est dicenda corruptela, cum non sit in se aliàs peccatum, neq; peccatum fouens, vt patet.

Respondetur ad rōnes in oppositum.

2 An Ministri Custo. & Guard. sint illi Prælati quibus conceditur posse sibi eligere confessorem.

Quoad 2. quod dicit ibidem Coll. quod, scilicet. Ministri Prouin. Cust. & Guard. non sunt illi Prælati, quibus in cap. fi. Ne pro dilatione de pœnitentia, & remiss. conceditur a iure, vt possint eligere Confessorem adlibitum, vbicumque, & quotiescumque, vt ibi Prælatis exemptis conceditur, & in hoc ipse sequitur Opin. Sum. Ang. titu. Confess. 3. §. 5. secundum Hostien. Panorm. & Monald. Notandum, quod oppos. tenet Florent. 3. p. Sum. tit. 17. c. 2. §. & in 1. p. defecerunt c. 2. dicens, q inter Prælatos inferiores Episcopo, quibus etiam ibi datur illi facultas eligendi Confessorem, computatur Prior, vel alius talis, qui in eo Conuentu non habet Superiorem. Et idem tenet Siluest. tit. Confess. 1. §. 8. post Palud. in 4. vbi etiam Sil. exemplificat de Priore subiecto Abbati. Idem etiam tenet Alex. de Ariostis in sua Summula part. 4. cap. 3. §. 6. ponens exemplum in Episcopis, qui sunt subiectis suo Archiepiscopo. Item Margarita Confessorum fol. 8. agens de hoc, ponit etiam Priores Prædicatorum, & Guardianos fratrum, dicens eos habere hoc Priuilegium dicti cap. fi. de pœn. & remiss. & Sum. Ros. tit. Confessio. 3. §. 37. & Supplementum eo. tit. §. 14. tacite videntur idem sentire; ex quo indistincte generaliter dicunt, quod omnes minores Prælati exempti gaudent Priuilegio dicti cap. Ne pro dilatione. Item littera ipsius cap. fi. vbi in tex. ad litteram sic habetur. Ne pro dilatione pœnitentia periculum immineat animarum, permittimus Episcopis, & alijs Superioribus, nec-

non

A *non minoribus Prelatis exemptis, vt etiam prater sui Superioris licentiam, prouidum, & discretum sibi possint eligere Confessorem, hac ibi. Qua verba, scilicet (prater sui Superioris licentiam) cum post omnia ponantur, & nihil distinguant: ergo comprehendunt omnes minores Prelatos exemptos, etiam non immediates Papa. Nam si requireretur (vt ait Collector. cum alijs sua opinionis) quod tales Prelati essent subiecti immediate Papa, certum est quod non ponerentur illa verba, scilicet (prater sui Superioris licentiam) & facit ad hoc idem Panorm. ibidem dicens, quod Prelatus, ibi sumitur in lata significatione; vnde ait, quod Rectores Ecclesiarum ibi comprehenduntur. ergo habetur intentum pro hac 2. opinione, contra primam opinionem Collectoris, & aliorum, quos*
B *ipse sequitur. Et ad Hostien. qui fuit caput illius prima opinionis Collectoris, dico, quod non est locutus assertiue, sed tantum dubitatiue, vt potest videri ex eius verbis; & si loqueretur assertiue sic opinando, dico quod non valeat eius glossa, aut opinio contra textum apertum. Notandum tamen, quod Guardiani Minorum, virtute huius concessionis, non possunt absolui ad libitum de casibus reseruatis, tam Prouincialibus, quam alijs, virtute Regula, seu alterius iuris: quia super hoc nihil conceditur in illo c. si. Notandum etiam, quod hoc dictum Priuilegium, seu Concessio iuris communis concessa a Papa dictis Prelatis, non potest tolli per Statuta Ordinis, aut per Prelatos superiores, nisi ad hoc habeant auctoritatem a Papa; quia Inferior non potest tollere concessionem Superioris, vt sup. Super tit. Absolu. ord. quoad fratres. §. 7. notatum est. Sed an iam Statuta Ordinis, auctoritate Papa, abstulerint hanc concessionem a Guardianis? videtur quod*
C *non. Illud autem quod habetur in Constitut. Ordinis, quod, scilicet, fratres nulli confiteantur vbique, etiam hospites, nisi de licentia Pralatorum, secundum Priuil. Bonifac. VIII. constat, quod solum loquitur de subditis, non de Prelatis quibuscumque, quorum nomine etiam Guardiani intelliguntur. vt inf. tit. Guardianus. §. . habetur.*

Nota.

Concessio hæc nõ potest tolli p Statuta Ordinis.

Quod Priuil habetur sup. tit. Absol. ordin. quoad fratres. §. 9.

Similiter, an prafatum Priuilegium sit iam perditum quoad ipsos Guardianos per non vsum aut per consuetudinem contrariam, aut per contrauentionem eorum, qui existentes hospites in Conuentibus alijs, non nisi de licentia aliorum Pralatorum, in quorum Conuentibus sunt, confitentur? videtur quod non. ad quod facere, videtur id quod supra tit. Absolutio quoad saculares primo, super §. 19. notatum est, & longiore examinatione opus est; & super omnia, standum censeo consuetudini Ordinis legitime prascri-
D *pta, & approbata.*

CAPVCCINI ANNOTATIO.



IRCA hanc materiam intrandi, seu accedendi ad Monasteria Monialium, seu Regularium, obseruanda sunt Constitu. Greg. XIII. Constitu. 36. in Bullario, & Papa Pij V. Const. 22. & 100. & vide plenius in verbo, Clausura Monialium; & in verbo, Ingredi Monasteria.

Incipit Vbi gratiæ ann. 1575.
Incipit Regulat. ann. 1566.

Est tamen nunc notandum, quod Regulares adeuntes Monasteria Monialium, absque Episcopi licentia, incidunt in pœnam excommunicationis, quam Episcopus suo edicto proposuit: nisi Regulares illi haberent ex Priuilegio, quod non possent excommunicari; quia tunc deberent puniri a suis
E *Superioribus alia pœna. Qui regulares sic excommunicati, non possunt absolui a suis Superioribus, sed ab Episcopo, qui sibi hanc absolutionem reseruauit. Ita sacram Card. Congreg. supra Concilium, respondisse inuenitur die 9. Aprilis 1587.*

ALI-

A

ALIENATIO BONORVM.

ONCILIVM Constantiense statuit, quod Generalis Fratrum Minorum possit tollere quascumque superfluitates, siue sint in rebus mobilibus, vel immobilibus, quàtum fieri poterit bono modo, habito semper consilio maiorum, & discretorum. Ac eligendo (si opus fuerit) aliquas personas, quæ ipsas superfluitates, auctoritate dicti Concilij vendant, commutent, aut alias in operibus Conuentuum conuertant. B.fol.26. Et flo.110. conc.236. B

MARTINVS Quintus, vt res oblatas, donatas, aut in vltima voluntate relictas Ordini Fratrum Minorum, vel Fratribus eiusdem Ordinis, quarum proprietas; & dominium nullo modo spectat ad Romanam Ecclesiam, possit Procurator, vel Syndicus, auctoritate Sedis Apostolicę deputatus, res ipsas, & rerum prædictarum pretium, nomine ipsius Ecclesię, recipere, & in Fratrum ipsorum vtilitates (prout eis licet ex Regula, vel declaratione Regulæ) conuertere, sicut & quando a Generali, vel Prouinciali in Prouincia sua extiterint requisiti. Ac similiter quod iidem Syndici, vel Procuratores possint petere, exigere, recipere, & alienare prædicta. Circa quę, & alia plura, plenam, & liberam concessit facultatem. B.fol.129. conce.290.

Syndicus.

Collector. ¶ Virtute verbi Alienare, in præfata concessione positi, videtur, quod Syndicus, vel Procurator Sedis Apostolicę, Fratribus Minoribus deputatus, potest vendere illa, quæ aliquo tempore fuerunt in vsu Ordinis, seu Fratrum; & postea videntur superflua, vel minus vtilia, quam alia, quibus Fratres huiusmodi indigent, accedente tamen licentia Ministrorum Generalis, seu Prouincialium. ¶ Ac similiter videtur, quod possit idem Syndicus, vel Procurator res præfatas impignorare pro aliquo mutuo habendo, ad necessitates Fratrum subleuandas. ¶ Fratres tamen prædicti, sicut nequeunt alienare, nec vendere; quia sunt actus proprietatis, sic etiam non possunt impignorare res suo vsui concessas; præsertim quia Nicol. 3. in declaratione Regulę quę incipit. Exijt qui seminat. §. Ceterum: dicit sic. Dicimus in primis, quod Fratres ipsi a mutuis contrahendis abstineant; cum eis mutuum contrahere, ipsorum statu considerato, non liceat. Et infra. §. Quia vero, ait idem. Quia vero dominium librorum, & aliorum mobilium, quibus tam Ordo, quam Fratres vtuntur (quę tamen non sint dominij aliorum) ad Ecclesiam Romanam specialiter spectare dignoscitur, & quia libros, & mobilia interdum contingit, seu expedit vendi, vel etiam commutari; Fratrum vtilitatibus, & eorum conscientijs prouidere volentes, eadem auctoritate concedimus, vt commutatio talium rerum, & ad eas res, quarum vsum Fratribus liceat habere, de Generalis, & Prouincialium Ministrorum in suis administrationibus coniunctim, vel diuisim auctoritate procedat. Quibus etiam de dispositione vsus talium rerum concedimus ordinare. Si vero res huiusmodi, ęstimato pretio, vendi contingat, cum Fratribus ipsis per se, vel per alium recipere pecuniam (Regula prohibente) non liceat, ordinamus, & volumus, quod talis pecunia, seu pretium recipiatur, & expendatur in rem licitam, cuius vsum Fratribus licet habere, per Procuratorem a præfata sede deputandum, iuxta modum in superioribus necessitatibus præteritis, & ingruentibus ordinatum.
Hæc Nicolaus tertius.

C

D

E

3
Ex iure cōmuni. CLEMENS Quintus, Monasteriorum, & aliarum administrationum regularium dispendijs occurrere volens, perpetuo prohibuit edicto, ne quis religiosus Monasterio, Prioratui, Ecclesiæ, seu administrationi cuius præsidens,

A præsidens, iura, redditus, aut possessiones eiusdem, alicui ad vitam eius, seu aliud certum tempus, pecunia etiam inde recepta, quouis modo concedat, nisi necessitas, aut vtilitas Monasterij, Prioratus, Ecclesiæ, aut Administrationis huiusmodi hoc exposcat, Conuentus sui, aut si Conuentum non habeat, Prælati proprij assensu ad hoc nihilominus accedente. Si quis autem contra fecerit, pœnam suspensionis ab officio eo ipso incurrat, nec ex concessione ipsius, recipienti ius aliquod acquiratur. Verum, præmissa ad locationes, vel etiam redditiuum, aut fructuum venditiones ad tempus modicum faciendas, declarauit non extendi. Habetur in Clementina. Monasteriorum, de rebus Ecclesiæ non alienandis.

B PAVLLVS Secundus, protulit excommunicationis sententiam in eos, qui bona Ecclesiastica quæcumque alienant, vel pactum (per quod ipsorũ dominium transfertur) faciunt, concessionem, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphiteoticum (præterquam in casibus a iure permissis) aut de rebus, & bonis in emphiteosin ab antiquo concedi solitis: & tunc Ecclesiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus, & bonis, quæ seruando seruari non possunt, pro instantis temporis exigentia. Et similem sententiam protulit in eos, qui bona sic alienata recipiunt. Alienationemque ipsam nullius voluit esse momenti. Habetur in extrauaganti. Ambitiose. 4 *Ex iure communi.*

C LEO Decimus concessit licentiam, & facultatem Abbatissis, & Monialibus Sanctæ Claræ vltramontanis, sub obedientia Fratrum Minorum regularis obseruantię existentibus, vt de consensu Ministrorum Prouincialium, ac maioris partis Conuentuum, possint bona suorum Monasteriorum (cuiuscumque annui valoris, & qualitatis fuerint) pro alijs immobilibus, & stabilibus bonis, & annuis redditibus, & vassallis, in euidentem vtilitatem eorumdem Monasteriorum permutare, seu illa vendere, vt ex pretio illorum, alia bona eisdem monasterijs vtiliora emantur; non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus. B. ffffo. 43. conc. 138. 5 *Pro monialibus Sãctę Claræ.*

¶ IDEM Leo concessit Abbatissis, & Monialibus S. Clarę, ac Tertiarijs, vt pro emergentibus necessitatibus, & euidentibus vtilitatibus Conuentuum, & D Monasteriorum suorum, possint vendi, & alienari, ac permutari quęlibet bona immobilia dictorum Monasteriorum, de licentia tamen, & consensu Generalis, aut Prouincialium Ministrorum, & duarum partium Conuentuum Minorum, & Monasteriorum, quorum dicta bona fuerint. Ac similiter, quod de consensu maioris partis earumdem, etiam vltra trienniũ possint ea locare (vltimis testatorum voluntatibus non obstantibus) dummodo id in Conuentuum, Locorum, & Monasteriorum ipsorum euidentem vtilitatem (habita diligenti informatione a duobus, vel tribus viris locorum, in quibus bona talia consistunt) cedere dignoscatur. Super quo conscientias Prælatorum, & prædictorum bonorum virorum onerat. B. ffo. 53. conc. 152. 6 *Pro monialibus Sãctæ Claræ, & Tertiarijs.*

E ¶ IDEM Leo fecit aliam Concessionem circa materiam Alienationis, quæ habetur in dictione Bona. §. vltimo. 7

CLEMENS Septimus, extendit ad Ordinem nostrum Regularis Obseruantiæ supra positam Leonis concessionem. §. 5. dummodo, recipiendæ pecuniæ, in domorum nostrarum reparationem, & earumdem necessitates conuertantur; prout patet per Breue eiusdem Clementis. 8
Dat. die 7. Martij 1524.

A N-

A

ANNOTATIO CORDVBÆ.

QVOAD §. . vbi Collector agit, quomodo per Syndicum possumus Alienare res pertinentes ad Papam, & impignorare, &c. latius vide in Medulla. cap. 4. quæst. 16. Et quo ad impignorationes in eodem tractatu cap. 6. quæst. 5.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

Facultas Fratribus Minoribus de obseruātia concessa pro alienatione Bonorum.

LEO X. anno 1529. Fratribus Minoribus, Regularis obseruantiæ, & Monialibus Ordinis Sanctæ Claræ, ac Tertiarijs Ordinis Sancti Francisci de pœnitentia nuncupatis, concessit bona immobilia alienare, ac permutare, de consensu duarum partium de Conuentibus, quorum dicta bona fuerint; ac de consensu maioris partis earumdem, etiam vltra triennium locare (vltimis testatorum voluntatibus non obstantibus) dummodo id in Conuentuum, & Monasteriorum ipsorum euidentem vtilitatem cedere dignoscant. Insuper locationes, in præiudicium Domorum, & Monasteriorum ipsorum factas, retractare. Hæc habentur in Collect. Priuil. facta à Passarello. f. 80. B

Etiam poterunt reuocari, quando essent facta in præiudicium successorum, vt Concil. Trid. sess. 25. de reformat. c. 11. statuit, dicens, quod locationes rerum Ecclesiasticarum, si anticipatis solutionibus fiant, nullatenus in præiudicium successorum valida intelligantur, quocumque indulto, aut Priuilegio non obstante. C

In §. 8.

Facultas Ord. præd. concessa.

IDEM Clemens ann. 1531. Magistro Generali, & Prouinciali Romano reformato, Ordinis Prædicatorum, concessit, vt Prouincia reformata, huiusmodi sibi subditis in Italia, Conuentibus, Fratribus, Monasterijs, Monialibus nec non Collegijs, ac Personis vtriusque sexus, de pœnitentia dicti Ordinis nuncupatis, vti possit facultate, licentiam concedendi, bona Conuentuum, & locorum huiusmodi, ad certum tempus, ac in perpetuum locandi, vel in Emphiteosim ad lineam masculinam concedendi, siue commutandi, aut quocumque alio titulo alienandi bona immobilia, & pretiosa mobilia, minus vtilia, quæ nunc habent, & in posterum, iusto titulo, habituri sunt, pro euidenti vtilitate ipsorum Conuentuum; prouiso tamen, quod pretium ipsorum bonorum immobilium, si venduntur, vel alias quouis modo alienentur, centum ducatorum auri de Camera, secundū communem extimationem, valorem annuum non excedat; & in emptionem, & reparationem, aut augmentum aliorum immobilium aut necessariorum bonorum seu debitorum, realē solutionem cum effectu conuertatur, & ad hoc accedat consensus duarum partium vocalium Conuentus: cuiusuis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & specialiter felicis recordationis Pauli Secundi contra alienantes res Ecclesiasticas. 29. non obstantibus. Quæ constitutio reperitur Registrata in lib. Priuilegiorum Ordinis Prædicatorum a Reuerendissimo Stephano Vsus maris, collectorum. fol. 204. D

Vsus maris. Facultas alien. dara Monialib⁹ & Fratrib⁹ S. August.

IDEM fuit concessum a Gregorio XIII. Fratribus, & Monialibus Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Const. 9. Dum ad vberes, &c. In Bullario anno 1572. emanatos vbi vltra supradicta additur, vt quoad concessionem in Emphiteosim, illa fiat, dummodo non fiat vltra duas generationes, vel nominationes, absque licentia Apostolica. Nec non vt accedat etiam Prioris Generalis approbatio, siue consensus, in supradictis alienationibus, loco consensus Sedis Apostolicæ. Nec ponitur illa restrictio ducatorum centum auri, vt in ea est videre. E

ET Congregationi Cassin. Pius V. ann. 1571. facultatem dedit alienandi bona, vsque ad 50. milia scuta (vltra alias facultates alienandi eidem concessas, in Constitutione 137. Decet, & expedit) Ita habetur in Constitutione sua 141. Decet ex benigno.

AL-

A

ALTARE.

HONORIVS Tertius concessit Fratribus Minoribus, vt possint super Altari portatili Missas celebrare, absque vlteriori licentia Prælatorum Ecclesiæ, seu Ordinariorum. B. ffo. 83. conc. 242. & conc. 243. 1 *Nunc est obseruandũ Decretum Conc. Trid. de cel. miss. sess. 22.*



HONORIVS Quartus concessit, vt si Diœcesani requisiti a Fratribus Minoribus debita humilitate, noluerint in Ecclesijs eorum, primarium lapidem ponere, ac Ecclesias, vel Oratoria, & Altaria sua consecrare, vel id facere vltra quattuor menses distulerint, possint prædicti Fratres per quoscumque voluerint Episcopos (gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habentes) præmissa recipere. B fol. 17. Et ffo. 101. concess. 112. 2 *Aedificare. Cõsecrare.*



CLEMENS Quartus concessit, quod in locis vbi Fratres degunt, possint habere Oratoria, in quibus, cum Altari portatili, possint Missarũ sollemnia, & alia diuina officia celebrare, ac etiam ecclesiastica recipere Sacramenta. B. fol. 76. Et fol. 140. concess. 313. 3 *Celebrare. diuina.*



¶Aduerte, quod supradicta Concessio impetrata est, quando Fratres non habebant Ecclesiam in aliquo loco. *Collector.*



C SIXTVS Quartus concessit eisdem Fratribus, vt non solum in Oratorijs, & locis, in quibus degunt, sed etiã in quouis alio loco congruenti, & honesto, possint super Altari portatili, Missas libere, & licite celebrare. B. fol. 59. Et ffo. 143. concess. 344. 4 *Missas.*



¶IDEM Sixtus concessit quædam alia pertinentia ad Altaria. Et hæc habentur infra in dictione Benedicere. §. 5. & 6. 5



ALEXANDER Sextus, fecit quamdam concessionem circa hanc materiam, quæ habetur in dictione Missa. 1. §. 7. 6 *Celebrare.*



¶IDEM Alexander concessit, vt Fratres Mino. possint sine aliquo scrupulo alicuius Censuræ, mittere Reliquias extra vrbem Romam, pro consecratione Altarium, & lapides cuiuscumque generis, siue consecratos, siue non. o. ffo. 70. D concess. 174. Et ffo. 99. concess. 357. 7 *Reliquias. Cõsecrare.*



¶VLTRA omnia prædicta, vide nonnulla alia pertinentia ad Altaria, infra in dictione Benedicere. §. 12. & 13. *Collector.*

CAPVCCINI ANNOTATIO.

OBSERVANDVM est. Concil. Trident. sess. 22. de euitand. in celebratione Miss. vbi inter alia habetur. Ne Episcopi patiantur, priuatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad diuinum cultum tantum dedicata Oratoria ab eisdem Ordinarijs designanda, & visitaada, sanctum hoc sacrificium a Sæcularibus, aut Regularibus, quibuscumque, peragi, Priuilegijs quibuscumque non obstantibus. In §. 1. Concil. Trid.

E

APPELLARE.

BONIFACIVS Octauus statuit, vt ad correctiones, & punitiones Fratrum Ordinis Minorum delinquentium, infligendas, Prælati Ordinis eiusdem, rimulis, & apicibus iuris postpositis, libere procedere valeãt, secũdũ cõsuetudines approbatas, & generalia facta, & sieda ipsius Ordinis instituta. Et quod prædictis Fratribus nõ liceat ab eisdẽ correctionibus aliquatenus appellare; pręuia tamẽ in hoc deliberatione, 1 *Correctio.*

& maturitate debita obseruatis.B.fol.125.& ffo.220.concess.499. A

2 *Excommunicatio.* PIVS Secundus prohibuit, ne aliqua persona cuiuscumq; status, gradus, ordinis, vel conditionis, quantumuis excelsæ, aut sublimis, ecclesiasticæ, sæcularisue fuerit dignitatis, audeat, quouis quæsito colore, ab ordinationibus, sententijs, siue mandatis Apostolicis, appellationem interponere, sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda, a qua, nisi per Romanum Pontificem, & in mortis articulo, absolui non possit. B.ffo.138. concess.581.

Collector. ¶ Circa materiam appellationis aduerte, quod Sixtus 4. concessit, quod Generalis Fratrum Carmelitarum, ac etiam Augustinien. possit exercere suum officium, reiecta quauis suorum subditorum appellatione, prout habetur late infra, in dictione, Generalis. §.11.& 12.

3 *Excommunicatio.* IVLIVS Secundus prohibuit, sub excommunicationis pœna, Fratribus, & Sororibus Ordinis Prædicatorum, ne a mandatis, & ordinationibus Prælatorum dicti Ordinis appellare valeant. Iudicibus vero quarumcumque Curiarum, sub præfata pœna districte inhibuit, ne appellationes huiusmodi recipere, aut illas cognoscere quoquomodo præsumant, decernens irritum, & inane, quidquid secus attentari contigerit. B.fffo.121.concess.553. B

CAPVCCINI ANNOTATIO.

In §. 1. *EST hic aduertendum, quod vltra, quod a Papa Greger. XIII. Constit. 34. sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Summo Pontifici reseruata, & priuationis officiorum, ne ad sæcularia Tribunalia appellarent Fratres Minores de Obseruantia, prohibebatur: concedebat eis tamen appellationem ad Generalem, vel Protectorem, vel Papam. A sacra adhuc Congreg. Cardinal. est impositum decretum in anno 1587. Appellatio hoc ordine prosequatur. A Guardiano ad Prouincialem, a Prouinciali ad Generalem, a Generali ad Protectorem, a Protectore ad sacram Congregationem, & etiam ista appellatio est permissa in Constit. P. Sixti V. 22. in 2. part. Bullarij, quæ incipit. Ad Romanum spectat Pontificem, ann. 1588.* C

Rimulis iuris postpositis quomodo intelligatur. *Notandum, quod dum dicitur, Superiores ad correctionem Fratrum, Rimulis, & Apicibus Iuris postpositis, libere procedere posse; hoc intelligendum est, vbi Iustitia non periclitatur; vt habetur in cap. primo de dolo, & contum. Quare Superiores per dicta verba, non eximuntur a iure communi, ad quod omnes Catholici tenentur cap. 1. de Constitu. extr. nec ab eis, quæ sunt de substantia, & essentiæ Iuris, vt sunt testes idonei, legitima probationes, exceptiones, & legitima defensiones. Quoniam, sine ipsis Iudicium esset iniquum, vbi audiretur impugnatio, & non defensio. Sed eximuntur ab Apicibus, & Rimulis iuris, quæ sunt huiusmodi, Porrectio libelli, Citatio in die non feriata, & his similia, sine quibus in iudicio contentioso procedi non potest.* D

In §. 3. *¶ Idem Iulius Secundus eisdem Patribus ordinauit, vt si quis Frater dicti Ordinis, aut Soror sub cura, & habitu eiusdem, ob absolutionem ab officio Prioratus, Prouincialis, vel Conuentualis, seu Monasterij, a quocumque Superiore dicti Ordinis habente potestatem huiusmodi absolutionem faciendi, appellauerit, etiam prætextu grauaminis, aut appellationi huiusmodi, quocumque nomine interposita, inhæserit, sit ipso facto, absque alia declaratione, absolutus, aut absoluta ab huiusmodi officio, pro quo appellatum est, vt habetur in Priuilegijs collectis a Reuerendissimo V sus maris, fol.246.* E

APO-

A **APOSTATÆ AB ORDINE.**

¶ *Distinctio materiæ Apostatarum ab Ordine.*



SCIENDVM est, quod circa Fratres apostatantes ab Ordine, seu Religione, sunt multa, & varia statuta, & ordinata per plures Summos Pontifices. *Collector.*

Et istorum, aliqua pertinent ad excommunicationem, & alias pœnas, quas huiusmodi Fratres incurrunt, seu quæ contra eos possunt per Prælatos inferri. Hæc autem continentur infra in omnibus.§ vbi in margine est posita hæc dictio. Excommunicatio. ¶ Alia pertinent ad eorumdem Apostatarum reductionem, & correctionem. Et hæc habentur infra vbicumque in margine ponitur hæc dictio. Correctio. ¶ Nonnulla vero spectant ad formam, & modum licentiandi, aut eiiciendi tales Fratres, vel alios consimiles ab Ordine. Ista autem habentur etiam infra in omnibus.§.qui in margine habent sequentes dictiones, scilicet, Eiecti ab Ordine, vel Licentiare Fratres.

B

GREGORIVS Nonus statuit, quod post factam professionem, nullus Fratrum Ordinis Minorum audeat relinquere prædictum Ordinem, nec relinquentem sit licitum alicui retinere, sub excommunicationis pœna per Prælatos in tales Fratres infligenda. B.ffo.201.concess.493. 1 *Excommunicatio.*

C INNOCENTIVS Quartus prohibuit districte, ne egressi ab Ordine nostro, proprio suo motu, aut expulsi pro suis culpis, & demeritis, præsumant prædicare, aut docere, vel Confessiones audire, nisi, de licentia Papæ, aut Prælatorum nostrorum, ad alium transierint Ordinem. Et voluit, quod si forte contra huiusmodi prohibitionem, aliquid attentauerint, possint Generalis, & Prouinciales Ordinis, in illos excommunicationis sententiam promulgare. B.fol.36. Et ffo.220.concess.271. De hoc vide infra.§.11. 2 *Eiecti ab ordine. Prædicatio. Confessio. Excommunicatio.*

¶ IDEM Innocentius præcepit omnibus Ecclesiarum Prælatis, vt omnino euitent Fratres Minores discedentes ab Ordine post professionem, præsertim si sint excommunicatione notati. Ac quod illos (cum requisiti fuerint à Ministris, & Custodibus) denuntiari faciant fore excommunicatos; vt cum demũ se recognouerint inter homines humano carere solatio, ad Ordinem suum, & ad reddendum Deo votum, quod in eius susceptione deuouerant, reuertantur B.fol.37. Et ffo.121.conc.163. 3 *Excommunicati.*

D

¶ IDEM Innocentius decreuit, quod retinentes Fratres Minores, sine licentia recedentes, sint ipso facto excommunicati. B.ffo.260.conc.651. 4 *Excommunicatio.*

¶ IDEM Innocentius concessit, quod Generalis, & Prouinciales Ministri, ac Custodes, & ceteri Fratres Ordinis Minorum possint, Apostatas, & insolentes dicti Ordinis excommunicare, ligare, capere, & carceri mancipare, si videbitur expedire. B.fol.37. Et ffo.121.concess.264. 5 *Excommunicatio. Correctio.*

E ALEXANDER Quartus præcepit in virtute sanctæ obedientiæ, ac districte inhibuit quibuscumq; Prælatis, Superioribus Fratrum Mino. ne aliquibus Fratribus dicti Ordinis asserentibus se nõ posse ipsius Ordinis obseruantias sustinere, concedant licentiam transeũdi ad Ordinem S. Benedicti, vel Carthusiensium, nisi sub ea conditione, quod in Ordine, ad quem licentiantur, debeant permanere. Quod si contrafecerint, scilicet, transeundo ad minorem, seu minus strictum Ordinem, vel (quod absit) ad sęculum reuertantur, voluit dictus Pontifex, quod præfati Prælati possint circa tales rigorẽ Ordinis exercere. Ac insuper decreuit, vt quidquid circa Concessionẽ huiusmodi licentię secus factũ fuerit, irritũ sit, & inane. B.fol.26. Et ffo.28. conc.22. 6 *Prohibitio. Licentiare fratres.*

F 2 CLE-

7 *Prohibitio. Licentiare fratres. Excommunicatio.*

CLEMENS IIII. inhibuit, ne quis, post professionem in Ordine nostro factam, sine Generalis, vel Prouincialis sui licentia, discedat ab ipso Ordine; ac quod discedentem absq; cautione litterarum, idest, licentia in scriptis alterius huiusmodi Prælatorum, prætextu alicuius Priuilegij Apostolicæ Sedis, nullus audeat retinere. Quodque si forte retinere præsumpserit, possint Generalis, & Prouinciales Ministri dumtaxat, contra ipsos Fratres discedentes, sententiam excommunicationis promulgare. B. fol. 57. Et ffo. 141. conc. 327. Et ffo. 83. conc. 144. A

Collector. Pro Guardianis, & Vicarijs eorum.

¶ Notandũ, quod in Mari magno Fratrũ Prędicatorum conceditur supradicta facultas, non solum Generali, & Prouincialibus, sed etiam singulis Prioribus Conuentuum, & eorum Vicarijs. Et ideo, ratione cõicationis Priuilegiorum, poterunt gaudere huiusmodi facultate, respectu Fratrum Mino. Guardiani, ac etiam eorũ Vicarij, quando. s. sunt Præsidentes domorũ Fratrum, mortuo, vel amoto Guardiano. Et similiter intelligendũ est quandocumque fit mentio de Vicarijs. Additur etiam in pręfato Mari magno Prædic. q detinentes Fratres discedentes, secum, vel in Monasterijs, aut Ecclesijs suis, nisi eos eiecerint postquam eis denunciatum fuerit, sint excommunicati. B. ffo. 237. concess. 554. B

Excommunicatio. Collector. Nota.

¶ Attende insuper circa pręfata, quod in Mari magno Fratrum Carmelitarũ, additur quędam magna clausula, s. quod possint Prælati Ordinis promulgare sententiam in retinentes Fratres discedentes, seu Apostatas; siue tales retinentes sint laici, vel Clerici. Et hæc est valde magna auctoritas concessa Prælatis Ordinis. Et credo, quod alibi non inueniatur similis. B. ffo. 183. concess. 452. C

8 *Excommunicatio.*

¶ IDEM Clemens statuit, quod si aliqui de Fratribus prędicti Ordinis, post obtentam licentiam a Sede Apostolica, seu a Prelatis eiusdem Ordinis, ad religionem aliam transeundi, infra duos, vel tres menses, se ad aliam religionem suæ saluti congruam, non contulerint, & ipsius non susceperint habitum regularem, licitum sit Generali, & Prouincialibus ministris, ac Vices eorum gerentibus, contra ipsos, tamquam contra alios prædicti Ordinis apostatas, procedere, secundum quod honestati ipsius Ordinis viderint expdire. B. fol. 57. Et ffo. 142. concess. 328.

Collector. Pro Guardia. & Vic.

¶ Quoad supradictam Concessionem est notandum, quod in Mari magno Fratrum Prædicatorum conceditur, quod non solum Generalis, & Prouinciales, ac eorum Vices gerentes possint procedere contra Fratres supradictos; verum etiam singuli Priores, & eorum Vices gerentes. Ac per consequens, virtute communicationis Priuilegiorum, poterunt similiter facere Guardiani Fratrũ Minorum, & qui ipsorum Vices habuerint. B. fol. 238. conc. 555. D

9 *Correctio. Excommunicatio.*

¶ IDEM Clemens concessit Generali, & Prouincialibus Ministris, vt possint Apostatas dicti Ordinis excommunicare, capere, ligare, incarcerare, & alias subdere rigori disciplinæ, tam per seipsos, quam etiam per alios. Et hoc in quocumque habitu eos contigerit reperiri, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. B. fol. 58. Et ffo. 14. conc. 329.

Collector. Nota.

¶ In Mari magno Fratrum Carmelitarum, in §. Apostatas quoque vestri Ordinis, &c. additur, quod præfati Fratres Apostatæ possint capi, & incarcerari, &c. in quocumque loco, etiam si in Curia Romana inueniri eos contigerit, in qua, sicut extra, possint Prælati Ordinis super suos subditos, ratione professionis, tam tacite, quam expresse emissæ, tamquam Ordinarij procedere. Et hæc concessio, credo, quod non reperiatur alibi. B. ffo. 186. concess. 470. E

10 *Eiecti ab ordine. Prędicatio.*

¶ IDEM Clemens inhibuit, ne Fratres, quos ab Ordine, pro suis culpis, per Generalẽ, vel Prouinciales Ministros, aut Custodes expelli contigerit, vel qui egressi fuerint proprio suo motu, prędicare, confessiones audire, seu docere

præsumant,

A præsumant; nisi ad alium Ordinem, in quo licite exercentur huiusmodi officia, transierint cum præfata licentia. Et quod, si forte contra huiusmodi inhibitionem, aliquid super præmissis temere attentare præsumpserint, Ministri, & Custodes, ac eorum Vicarij, in illos, quos infra fines suarum Prouinciarum, & Custodiarum (iuxta consuetudinem dicti Ordinis) distractos inuenerint, talia præsumentes, monitione præmissa, auctoritate Apostolica, excommunicationis sententiam valeant promulgare. B. fol. 58. Et ffo. 141. concessione 330. *Confessio.* *Excommunicatio.*

¶ Attende, quod in Mari magno Fratrum Carmelitarum, auctoritas in Concessione immediate suprapo sita contenta, extenditur etiam ad Priores locales, & eorum Vicarios. B. ffo. 186. concess. 471. Ac similiter in Mari magno Fratrum Prædicatorum conceditur præfata auctoritas singulis Prioribus Cōuentualibus, & eorum Vicarijs. Ita quod semper parificantur, quo ad ista, Priores Conuentuales, & eorum Vicarij; nisi vbi expresse distinguit Priores Conuentuales a Prouincialibus; quod tamen numquam reperitur factum de Guardianis, & Vicarijs Fratrum Minorum. B. ffo. 238. concess. 557. *Collector.* B *Pro Guardia. & Vic.*

¶ De Vicarijs Carmelitarum oporteret inquirere quomodo se habeant in vsu sicut iam scimus de Vicarijs Prædicatorum. *Collector.*

11 IDEM Clemens statuit, vt eiectos a prædicto Ordine, vel egressos, qui a receptione in eodem Ordine (suis culpis exigentibus) se reddiderint indignos; & alij Fratres eiusdem Ordinis, qui ex rationabili caussa, ad quoscumque ordines approbatos (præterquam ad Beati Augustini Templariorum, & Hospitalariorum, ac aliorum Religiosorum arma portantium) ad vitandam occasionem euagandi, transire voluerint; Generalis, & Prouinciales Ministri, cum suis testimonialibus litteris, auctoritate Apostolica, liberam habeant licentiandi facultatem. Et districte inhibet, ne tales ad alium Ordinem aliter transire, vel aliqui eos recipere, seu retinere præsumant, absque licentia speciali Sedis Apostolicæ, faciente de hoc plenam mentionem. B. fol. 58. Et ffo. 141. conc. 330. & 331. *Eiecti ab ordine.* C *Licentiare.*

12 NICOLAVS Quartus statuit, & ordinauit, vt Fratres Ordinis Minorum, qui post professionem ab eis, in ipso ordine factam, ad quoscumque Ordines, petita, vel non petita, obtenta, vel non obtenta a suis Superioribus licentia, immediate, seu per alium, vel alios Ordines mediate transierunt, vel etiam extra illos, ad nullam omnino administrationem, vel officium, curam animarum habentium, nec etiam ad aliquam Dignitatem, vel Prælaturam, seu Personatum, quoquomodo possint assumi, absque Apostolicæ sedis speciali licentia, per ipsius sedis patentes litteras concessa, facientes plenam, certam, & determinatam de statuto, & ordinatione huiusmodi mentionem; decernens irritum, & inane quidquid secus fuerit attentatū. B. fo. 28. Et ffo. 111. conc. 239. D *Promotio ad dignitates.*

13 BONIFACIVS Octauus concessit Prælatis Ordinis Minor. vt Apostatas, & insolentes dicti Ordinis, nisi huiusmodi Prælatorum salubribus monitis acquiescant, excommunicare, capere, ligare, & carceri tradere (si videbitur expedire) possint, & valeant, vt habetur in Constitutionibus, seu Statutis Ordinis generalibus, in cap. de correctione delinquentium. E *Correctio.* *Excommunicatio.*

14 MARTINVS Quintus statuit, vt nullus Religiosus, ex quibuscumque Ordinibus Mendicantium, cuiuscumque status, conditionis, vel religionis existat, quomodocumque, vel qualitercumq; possit, vel debeat, virtute cuiuscumque licentiæ, aut indulti Apostolici, in genere, vel in specie, ab Ordinibus huiusmodi Mendicantium, ad Monasticos ordines transferri, nec admitti, aut recipi (ordine Carthusiensiū dūtaxat excepto) sub pęna excō- *Pro omnibus fratribus mendicantibus.* *Recipere.* *Excommunicatio.*

municationis, In quam tam recipientes, quam recepti ipso facto incurrant; & A
a qua, a nemine, nisi a Romano Pontifice dumtaxat (præterquam in mortis articulo) excommunicati huiusmodi absolutionis beneficium possint quomodolibet obtinere. B. fol. 88. Et ffo. 171. conc. 400.

15 *Pro fratribus obseruantibus, & conuent. Correctio. Licentiare fratres.*

EVGENIVS Quartus, & Pius II. statuerunt, quod si quis Prælatorum, vel Fratrum Min. tam Conuentualium, quam de Obseruantia nuncupatorum, aliquem Fratrem fugitiuum, seu Apostatam receperit; ab officio, cui præest, suspensus, & ad actus legitimos exercẽdos inhabilis fiat eo ipso. Et quod huiusmodi frater fugitiuus, a suo Prælato vbicumq; repeti, ac pro crimine, & leuitate, aut alia suę fugę caussa, corrigi, & puniri possit. Ac quod si postquam punitus, & correctus fuerit, recedere voluerit, petere debeat licentiam, B
prout alias ordinatum est. Nec de cetero a quouis Fratrũ de Obseruantia repeti possit; nisi forte constiterit, eum ad frugem melioris vitæ redire voluisse. Et decreuerunt insuper, quod si quis Prælatorum, vel Fratrum prędictorum, super restitutione fugitiuorum huiusmodi requisitus, illam facere noluerit, in suspensionis, & inhabilitatis prædictæ sententiam incidat eo ipso. B. fol. 6. Et ffo. 90. conce. 197.

Collector.

¶ Circa hoc videatur infra. §. sequenti. Et oporteret examinare, & verificare, vtrum per Bullã Vnionis, & Cõcordiæ, a Leone X. factæ, sint sublatę pęnę.

16 *Licentiare fratres. Recipere.*

PIVS Secundus statuit, quod prætextu cuiusuis licentiæ, aut concessionis, etiam per ipsum, & Sedem Apostolicã generaliter, vel specialiter cuicumque, sub quacumque forma, vel expressione verborum datæ, etiam si talis C
fuerit, quod de eius tenore, & nomine, &c. specialis, specifica, & expressa mentio habenda fuerit; nullus Prælatus, aut Conuentus, vel singularis persona, tã ecclesiastica, quam mundana recipiat, aut recipere faciat, audeat, vel pręsumat aliquem de Fratribus Min. Obseruantiæ, recedentem ab aliquo Conuentu, siue loco; nisi ipse Frater, de licentia sui Superioris Prælati, in scriptis concessa, & facta, recesserit; in qua de loco vnde recesserit, & de persona, siue loco ad quem accedere voluerit, specialis, & expressa mentio fiat; decernens irritum, & inane quidquid secus factum, vel attentatum fuerit. B. fo. 27. Et ffo. 111. conce. 238.

17 *Ex Priuil. Fratrum Carmelit.*

¶ IDEM Pius fecit quamdam copiosam prouisionem contra omnes Principes, & Duces, ac alios Magnates fauentes Apostatis, & alijs Fratribus inobedientibus Ordinis Carmelitarum, mandans procedere contra ipsos per censuras ecclesiasticas, & inuocationem brachij sæcularis. B. fol. 91. Et ffo. 172. concess. 404. D

18

¶ IDEM Pius concessit Generali, & alijs Prękatis inferioribus Ordinis Carmelitarum prædicti, vt omnes, & singulos Apostatas criminosos, incorrigibiles, aut delinquentes Fratres eiusdem Ordinis, quos iuxta Ordinis instituta, & consuetudines, commode punire nequiuerint, non solum pœnis, in statutis Ordinis contentis, sed etiam (si eorum demerita, & excessus id exegerint) arctioribus pœnis possint illos, tam per se, quam per locorum Ordinarios, & eorum Officiales, seu alios Ministros capere, & carcerali custodiæ mancipare, ac E
torquere, & torqueri facere, & punire. Ita tamen, quod si eorumdem Fratrũ excessus, adeo graues, & enormes fuerint, quod illorum occasione, quæstionibus subdi debeant, vel tormentis; (citra tamen vltimi supplicij, mutilationisque membrorum pœnas) quæstionibus huiusmodi subijci nequeant, vel torqueri, nisi cum duorum ex fratribus antiquioribus dicti Ordinis, ad hoc per Superiores deputatorum, præsentia, & assensu. B. fo. 92. Et ffo. 175. concess. 409.

Correctio. Nota.

PAVL-

A PAVLLVS Secundus statuit, quod Fratres Mino. Conuentuales nequeant recipere aliquos Fratres de Obser. transfugas, seu ad eos fugiẽtes, nisi ostenderint litteras licentiæ, a Prælato suo per eos obtentas; in quibus contineatur nomen Conuentus, a quo recesserint, & illius ad quem remissi sunt; etiam sub prætextu cuiuscumque licentiæ, super hoc, ipsis Fratribus Conuentualibus, eorumq; Prælatis ab Apostolica Sede concessæ, quam, quoad hoc, penitus reuocauit: sed illos ad Prælatos suos remittere teneantur. Et vice versa prohibuit, ne Fratres de Obser. recipiant scandalosos, & criminosos Fratres Conuentuales, disciplinam ordinis subterfugientes; sed illos similiter ad Prælatos suos remittere debeant; seruata tamen forma per Eugenium. 4. & Pium. 2. tradita, scilicet, supra in concess. 16. & 17. Et voluit, quod contrafacientes, & eis dantes consilium, auxilium, vel fauorem, publice, vel occulte, directe, vel indirecte, cuiuscumq; status, gradus, vel dignitatis fuerint in Ordine, excommunicationis sententiam incurrant; a qua non possint, nisi a Romano Pontifice (præterquam in articulo mortis) absolutionis beneficium obtinere. B. fol. 9. Et fol. 94. conc. 202. ¶ Considerandum est, vtrum prædictæ prouisiones, factæ respectu Fratrum Obseruantium, & Conuentualium antiquitus, habeãt nunc locum; quia in Bulla Concordiæ, per Leonem X. facta in eadem materia, scilicet, receptionis Conuentuum, aliter ordinatum est. Nam licet quoad receptionem Fratrum, quasi idem sit nunc, & tunc; tamen non imponuntur pœnæ antiquæ, nec fit relatio ad ipsas. Iccirco opus esset circa hoc habere declarationem Apostolicam, vel Iurisperitorum. 19

Recipere. Pro fratribus obseruantibus, & Conuentualibus.

Licentiare fratres.

Excommunicatio.

Collector.

C SIXTVS Quartus, prohibuit, vt nulli Fratrum Carmelitanorum, post factam in domibus suis professionem, fas sit, sine Prælati sui licentia, de eisdem domibus discedere. Discedentem vero absque litterarum Prælatorum dicti ordinis cautione, nullus audeat retinere. Et si quis forsan retinere ausus fuerit, licitum sit Prælatis eiusdem ordinis, in ipsos Fratres, & eos, qui dictos Fratres retinent, clericos, vel laicos, regularem sententiam promulgare. B. ffo. 182. conc. 452. 20

¶ Aduerte circa prędicta, & nota maximam auctoritatem concessam Prælatis Fratrum, tam contra Fratres, quam quoad alias personas. *Collector.*

D INNOCENTIVS Octauus confirmauit litteras Sixti IIII. inserendo illas de verbo ad verbum, in quibus statuit, quod quicumq; Frater Minor regularis Obseruantiæ, absque licentia Generalis, vel Prouincialis sui, præsumpserit recedere ab eorum obedientia, seu apostatare, ipso facto excommunicationis sententia ligatus sit. Quam sententiam voluit, vt similiter incurrant recipientes huiusmodi Fratres, non obstantibus quibuscumque Priuilegijs, & litteris Apostolicis, in genere, vel in specie, quibuslibet locis, vel personis per Sedem Apostolicam concessis, & in posterum concedendis. B. fol. 37. Et ffo. 121. concess. 265. 21

Excommunicatio.

Recipere.

E ALEXANDER Sextus edidit quamdam Bullã magnã, in qua copiosissime, & sufficientissime prouidit contra Fratres Apostatas, aut exemptos vel ad alios Ordines translatos absque licentia Prælatorum Ordinis, & obseruantiæ nostræ. Et quia longum foret explicare omnes clausulas in ea contentas, ideo sufficiet remittere ad illam. B. fol. 14. Et ffo. 98. concess. 209. 22

IVLIVS Secundus confirmauit litteras Alexandri VI. immediate suprapositas, prohibentes Fratres posse commorari extra Domos sui Ordinis, nec se de vna Prouincia, vel Custodia ad aliam transferre, etiam pretextu litterarum Apostolicarum. B. ffo. 210. concess. 413. 23

¶ IDEM Iulius dum esset Cardinalis, & Protector Ordinis Minorum, fecit, auctoritate Apostolica, quemdam processum contra Fratres dicti Ordinis de 24

Obseru. transferentes se ad Conuentuales, vel aliàs quomodocúq; recedentes ab obedientia obseruantiæ. Et quia huiusmodi processus multum valet in hac materia, ideo oportet illum videre ad longum. B. fol. 72. Et ffo. 155. conc. 374. A

25 *Pro fratribus Prædicatorum. Excommunicatio.* IDEM Iulius promulgauit sententiam excommunicationis contra Fratres Ordinis Prædicatorum, discedentes ab Ordine suo, sine licentia suorum Prælatorum, non obstante quocumq; Priuilegio Apostolico. In quam excommunicationem similiter incurrunt detinentes huiusmodi fratres secum, in suis Monasterijs, vel Ecclesijs, nisi eos eiecerint, postquam eis denunciatum fuerit. B. ffo. 237. conc. 554.

26 *Pro fratribus Augustiniensium* ¶ IDEM Iulius præcepit Generali Fratrum Augustiniẽsium, in virtute sanctæ obedientiæ, vt Fratres sui Ordinis, cuiuscumque conditionis fuerint, qui ab obedientia exierint, aut etiã habitum reliquerint, quacumq; auctoritate id fecerint, nisi ad arctiorem regulam, vbi actu obseruanter viuant, transierint; vigore quarumcumq; litterarũ Apostolicarum, etiã si Protector Ordinis illas viderit, & etiam si concedendas asseruerit, eos ad Ordinem, & ad Ordinis loca reuocet; & Bullas auferat; & habitum sacrilege relictum resumere cogat; inuocato, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Decreuit insuper Motu proprio, & ex certa scientia, vt Fratres, qui ab Ordine recesserint, aut habitũ reliquerint, tunc, vel in posterum, nisi post mandatum dicti Generalis, infra dies octo, mandato proximos, ad obedientiam redierint, habitumq; perpetuo gestãdum resumpserint, excõmunicationis latæ sententiæ pœnam incurrant; a qua *Excommunicatio.* absolui, nisi, aut per Summum Pontificem, aut morte interueniente, non possint. Voluit etiam, & decreuit, eamdem pœnam subire omnes, qui illis auxilium, consilium, aut fauorem præstiterint. Ac decreuit irritum, & inane quidquid super his, a quocumq;, quauis caussa, siue scienter, vel ignoranter contigerit attentari. B. ffo. 267. concess. 695. Et fffo. 76. concess. 226. B C

27 *Pro Augustiniẽsibus. Ordines sacri Profes sio.* ¶ IDEM Iulius confirmauit decretum Martini V. vt nemo de Ordine prædicto, ad aliquem aliorum Ordinum (occasione arctioris Regulæ) trãsire possit. Voluitq;, vt quisquis in dicta Religione, siue professus, siue ad sacros Ordines promotus fuerit (quam promotionem professionis loco, & esse, & haberi statuit) habitum dicti Ordinis relinquere, aut mutare nulla auctoritate possit; nisi missionem, litterasque a Generali Ordinis obtinuerit. B. ffo. 266. concess. 694. D

28 *Excommunicatio.* ¶ IDEM Iulius districte præcepit vniuersis Fratribus Ordinis Minimorum, sub excommunicationis latæ sententiæ pœnæ, ne aliquem Fratrem Ordinis Minorum de obseruantia, aliquo modo, vel caussa, recipere, vel retinere præsumant, sine expressa, & speciali licentia Sedis Apostolicæ, a volente transire ad illos specialiter obtenta. Non obstantibus quibuscumque, in fauorem *Recipere.* dictorum Fratrum Minimorum, concessis. B. fffo. 12. concess. 48.

29 *Excommunicatio.* LEO Decimus dedit Fratribus Minoribus super huiusmodi materia, duas magnas prouisiones, in duobus Breuibus, quæ prius diuersis temporibus concesserat: ac postea insimul de nouo concessit, cum aliquibus additionibus: in quibus Breuibus prouidet plenissime contra Fratres apostatantes, aut ab obedientia Ordinis qualitercumque recedentes, absque licentia Prælatorum; inserendo fere omnia, quæ omnes sui antecessores circa hoc disposuerunt. Ita quod in hac materia non reperitur tam grandis prouisio facta. B. fffo. 50. concess. 146. vsque ad 151. E

30 *Correctio.* ¶ IDEM Leo concessit, vt Prælati Ordinis Minor. Obseruantiæ, & alij Fratres, quibus ipsi commiserint, capere possint per se, vel manu aliquorum sæcularium, quoscumque Fratres, extra obedientiam Obseruantiæ vagantes; siue portent habitum, siue non; & eos detinere, quousque ostendant se esse alterius

terius

A terius obedientiæ. B. fff. 62. concess. 202.

¶ Epilogus præfatorum est, quod Apostatas Fratres, idest, ab Ordine, absque licentia discedentes, etiam in Curia Romana existentes, possunt Prelati Ordinis excommunicare. Ac etiam omnes alij Fratres capere, ligare, & incarcerare, inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis. Et qui detinent huiusmodi Fratres, etiam prætextu alicuius Priuilegij Apostolici, nisi eos eiecerint, sunt ipso facto excommunicati, sine aliqua præuia monitione.

Collector. Resolutio.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

B *QVOAD §. 4. notandum, quod tempore ipsius Martini V. fuit Concilium Constant. in quo, & ipse electus, & magnum schisma finitum est, anno Domini, 1417. vt habetur in Summario Pontif. in lib. Ordinis fol. 11. in quo Concilio (vt habetur fol. 27.) statutum est, quod nostri Fratres non fierent Capellani honoris, nec maneant continue in domibus peculiarium caussa Concessionis, vel alias.*

Prohibitio ne Fratres fiant Capellani.

Quoad §. 23. notandum, quod idem Iulius fff. 70. idem latius confirmauit, & statuit quoad Fratres Mino. & Predicatores, quod, scilicet etiam caussa studij, virtute quorumcumq; Priuilegiorum, seu Statutorum, etiam ipsarum vniuersitatum, non possint extra Ordinem commorari sine licentia ipsius Ordinis, secundum mores, Consuetudines, & Statuta Ordinis ipsius; & notandum quod valet pro studentibus in vniuer-
C *sitatibus quibuscumque, de quibus latius in hoc Compendio infra tit. Studentes fratres. Item idem Iulius 2. fff. 13. committit Prælatis, & ceteris in dignitate constitutis, vt examinent litteras Fratrum nostrorũ qualitercumq; ab obseruantia nostra, vel ab Ordine exeuntiũ, in quocumq; habitu fuerint, domus, aut conuentus nostri Ordinis.*

Prohibitio ne exeant caussa studij sine licentia.

Quoad §. 27. vbi Iulius ij. statuit, quod promotio ad sacros Ordines in Religione August. habeatur pro professione, &c. videatur an idem sit iudicium in alijs Religionibus Mendicantibus, & an tamquam fauorabile possit eis communicari, aut communicetur; & quem effectum habeat illa professio tacita, vt infra tit. Nouitius §. 24.

Promotio ad sacros Ordines quãdo habeatur pro professione tacita.

Quoad §. 29. notandum, quod idem Leo 10. fff. 94 anno Domini, 1517. viuæ vocis Oraculo fecit magnam concessionem, quæ subsequitur, scilicet, concessit nobis in
D *perpetuum, quod possumus recuperare nostros Fratres, qui quomodocumq; de nostra obedientia exierunt, & illos ad regularem vitam reducere, non obstante, quod dicti Fratres habeant quascumq; litteras Apostolicas; etiam si in eis sit derogatum omnibus concessionibus in fauorem nostrum, & nostræ obseruantiæ, & contra dictos Apostatas, habitis. Et voluit, quod etiam si in litteris dictarum exemptionum sint Iudices deputati executores, & etiam si dicti Iudices, vel eorum aliqui fulminauerint Censuras, nihilominus dicti Fratres Min. possint recuperare corrigere, castigare, & detinere Fratres suos, & hoc, in foro conscientiæ tantum. De foro vero contentioso, quando Iudices ad petitionem illorum contra dictos Fratres procederent, essent examinandæ litteræ exemptionum suarum, cum litteris reuocatorijs, Ordini concessis, & tunc esset standum fort. oribus. & de hac materia Apostatarum videatur etiam in eodem Compendio tit.*
E *Correctio. & tit. Exempti Fratres.*

CAPVCCINI ANNOTATIO.

CONCIL. Trid. sess. 5. c. 2. de Reformat. iubet Episcopis, vt huiusmodi Fratres nullo modo permittant, in sua Ciuitate, vel Diœcesi prædicare. Sed est aduertendum, quod societas Iesu, hoc priuilegium participans declarauit, se non intendere obligare eos, qui a societate, quacumq; ex caussa legitime dimittuntur, vt in eorum priuileg. verbo Apostata. §. 7.

In §. 2.

Hoc

In §. 3.

Hoc hodie est de iure communi, contra retrocedentes, vt cap. nequaquam. 7. q. 1. & c. post trans. De Renun. vbi habetur, quod, si quis Episcopus reliquerit Episcopatum, vt Monachus fiat, sine licentia Papa, non possit amplius esse Episcopus. Idem statuit Conc. Trid. sess. 14. c. 11. de Reformat, dicens, Nemo cuiuscumq; Ordinis Prelatus, vel superior, vigore cuiuscumq; facultatis, aliquem ad habitum, & professionem admittere possit, nisi, vt in Ordine ipso, ad quem transfertur, sub sui Superioris obedientia, in Claustro perpetuo maneat. Ac taliter translatus, etiam si Canonicorum Regularium fuerit, ad beneficia secularia, etiam curata, omnino incapax existat. Hec tamen Decretum de recipiendis, aut retinendis sic Fratribus alterius Ordinis, Pius V. in const. 91. Quecumq; sacrarum Relig. &c. debere intelligi, declarauit, quando, scilicet, secundum iuris communis dispositionem transierint, vel recepti fuerint: alias omnia indulta annullantur, vt infra dicetur. A B

Côc. Trid. sess. 14. c. 11.

In §. 14.

De materia retrocessionis, & quando quis dicatur Apostata, videnda est Constit. Paulli iv. qua postea quoad pœnas, ibi taxatas, fuit reducta ad formam Iuris, per Pium iv. in const. 8. Item const. 43. Clem. 7. & const. 10. Paulli iij. & const. 60. Iulij iij. & Siluester in verbo Apostasia. §. 9. dicit quod Apostata a Religione, est Religiosus professus, sine licentia exiens a Monasterio, cum intentione non reintrandi illud, vel aliud; sed viuendi irreligiose, puta, clericaliter, aut laicaliter, vel inobedienter, quantumcumq; retineat habitum, vt dicit etiam Panorm. in cap. 1. de Apost. videas etiam, si vis, distinct. quam facit Caiet. 2. 2. q. 12. art. 2. Inter nos autem Capuccinos, in nostris Constitutionibus, a Summo Pontifice approbatis, statim, atq; quis a Religione apostatauit, excommunicatur, & pro excommunicato denunciatur; & ideo a tali excommunicatione absoluitur publice quando regreditur: sed in absolutione, an Prælatus debeat illum per se, vel per alium percutere, vide supra, in verbo, Absolutio ordinaria quoad Fratres. §. 20. C

Apostata quis dicatur.

Determinatio in constitutionibus capuccinorum.

2

De transitu Mendicât. ad Ordines Monachales secundum Iura.

Aduertendum est, quod cum hodie per Bullam Pij V. nonagesimam primam, supra notatam, editam anno 1569. sint reuocata quacumq; priuilegia, preter iuris communis dispositionem, recipiendi Fratres alterius Religionis; ideo notandum quid volunt iura per hoc. Io. Andr. in c. sane. de Regular. in nouella, post recitatam Theologorum opinionem, concludit, quod iura permittunt transitum, non respectu melioris Religionis, seu maioris, vel respectu finis, vt quia fructuosior est, aut alio modo; sed solum respectu arctioris vitę. Vnde presupposito, quod Religio sit melior, & fructuosior; tamen si non viuitur ibi strictius, non videtur licitus transitus, secundum iura. Idem Panorm. in d. cap. sane. & probat per c. licet de Reg. Ideo est sciendum, quod de transitu Mendicantium ad Ordines monachales, hac volunt iura, per const. Mart. V. qua ponitur in extrauag. de Regul. & incipit, Ambitiose, vt nullus Frater de Ordine Mendicantium possit transire ad aliquem Ordinem monachalem (excepto Ordine Carthusiensium) nisi de licentia Papę, quę mentionem faciat de Const. Martini alias ille esset excommunicatus, & Apostata; & similiter eum recipientes. Quod si Religiosi Mendicantes, etiam de licentia Papa transeant ad Ordinem Monachorum, non poterunt habere vocem, vel locum in Capitulo, etiam si ab eis concedatur: nec poterunt habere Prioratum, nec aliquam administrationem, nec quęcumq; officia, etiam annua; nec tamquam Vicarij, vel Ministri, vel loca eorum tenentes, possunt quodcumq; regimen animarum exercere, sicut habetur in Clem. vt Professores, de Reg. D E

3

An professus propter inopiam parentū possit exire Religionem.

Circa hanc materiam, est etiam aduertendum. An, scilicet, professus aliquis Frater habens parentes in necessitate positos, posset Claustra exire, ad subueniendum eis: & licet hinc inde sint opiniones, & S. Thom. in 2. 2. q. 101. art. 4. & quolib. 3. artic. 16, & quolib. 30. art. 9. teneat partem negatiuam, cum habeatur quasi mortuus mundo, & viuat Deo; & ideo deobligetur a iure impendendi necessaria parentibus; & quod teneatur tamen, salua sui Prelati obedientia, & suę Religionis statu, pium eis subsidium adhibere. Tamen Siluester in verbo Relig. 6. §. 9. distinguit, aut pater, vel mater

A *ter erant in neceſſitate, antequam filius ingrederetur Religionem; aut non. Primo caſu concluditur, quod filius teneatur exire Clauſtrum, cum limitatione tamen, ſi filius exiſtens in Clauſtro non poterit eis ſubuenire. Hanc etiam opinionem ſequitur Nauar. in Sum. c. 14. num. 14. In ſecundo autem caſu dicitur, non teneri, nec debere exire, & patri ſubuenire. & licet Caietan. in 2. 2. vbi ſupra, aliam afferat diſtinctionem, pro concordia opinionum; attamen ego tutiorem partem ſectando, in ſimilibus conſulerem, recurrendum eſſe ad ſummum Pontificem. Multoties enim eſt viſum, litteras abſolutorias eſſe datas a Papa, durante tamen neceſſitate parentum.*

Eſt itidem aduertendum, quod bona acquiſita in Apoſtaſia, ſunt Cameræ Apoſtolicæ, per Conſt. 4. Greg. XIII. vbi reuocat conceſſiones Paulli, & Pij iv. qui prius ſtatuerunt eſſe Monaſterij. 4 Bona acquiſita in Apoſtaſia cuius ſunt.

B *Eſt etiam aduertendum, quod nobis Capuccinis non licet recipere Fratres de obſeruantia, etiam in alieno habitu, abſq; licentia in ſcriptis ſuorum Superiorum, vel licentia ſpeciali Summi Pontificis: & e contra non licet illis recipere Capuccinos, vt infra, in verbo, Recipere, dicetur.* 5 Capuccinis non licere recipere Fratres de obſeruantia. Et e cõtra.

Item notandum, quod Caſſinenſes ab Eugen. iv. habent priuilegium, per quod prohibetur, ne Monachi abſtrahantur a ſua Religione, nec ſponte venientes recipiantur, etiam occaſione arctioris vitæ, Ordinis, & Religionis, abſq; conſenſu Capituli generalis, ſeu Præſidentis, & maioris partis Viſitatorum dictæ Congregationis, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. Dicit tamen Nauar. Conſ. 59. lib. 3. de Reg. quod præfatum priuilegium non reuocatur per Conc. Trid. Sed reuocatum, vel limitatum 6 Priuilegiũ Caſſinẽſiũ. Nauar.
C *certo fuit per Innoc. iij. in c. licet, de Regul. per quod ſtatuit, vt non obſtante tali priuilegio, poſſit Regularis tranſire ad arctiorem vitam petita licentia, licet non obtenta, & ſic ibi Nauar. conſulit, Carthuſianos incurriſſe in pœnam præfatam, ob receptionem cuiuſdam Monachi Caſſinenſis, licentia non petita ab eo.*

Et notandum eſt illud, quod determinatum eſt a Nauar. in ſuppoſito conſil. lib. 3. de Reg. vel Religioſum, vel Monachum tranſeuntem legitime ad aliam Religionem, teneri tacite, vel expreſſe profiteri illam, ſaltem quoad obſeruantiam illorum, quę ſeruari debent in illa, vltra ſubſtantialia vota; cum præſupponatur eſſe arctioris obſeruantiæ, ad quam profeſſio prima non extenditur. 8

D *Item, nec poſſe ſecum quidquam aſportare in eam Religionem, in quam tranſit, ex his, quæ habebat. Idem Nauar. determinat. lib. 3. conſi. Niceno, de voto, & voti redemp. conſ. 14. & fuſius dicam, In verbo, Recipere.*

EX PRIVILEGIIS SOCIETATIS IESV.

ONCEDITVR Societati Ieſu, vt ſi quis eorum, poſt emiſſa vota, ſecundum Conſtitutionem Societatis Ieſu, ab ea ad ſæculum receſſerit, etiam prætextu cuiuſuis Indulti conceſſi, aut concedendi, abſq; expreſſa ſui Superioris licentia, ad id, ab eo ſpecialiter obtenta, ipſo facto ſit excommunicatus; & abſolui nequeat, niſi a Romano Pontifice, vel Superiore Societatis. Habetur in litteris a Pio Quinto editis Pœna contra recedẽtes à ſocietate.
E *pag. 94. & ſeq. Poſtea Greg. xiij. per ſuam Conſtitutionem (vt habetur pag. 233.) ſtatuit, deficientes a Societate præfata poſt tria vota, & ſi ſimplicia, elapſo biennio probationis emiſſa, tamquam veros Apoſtatas poſſe puniri, & excommunicationis latæ ſententiæ & alijs Apoſtatarum pœnis, Sedi Apoſtolicæ, vel generali Præpoſito Societatis reſeruatis, ſubiacere.*

Item cautum eſt, per Priuilegium Societatis Ieſu, vt nemo poſt emiſſa vota, ſecundum Conſtitutiones eiuſdem Societatis, ſiue profeſſus, ſiue ſcholaris, ſiue conductor ſit, ad alium Ordinem, præterquam Carthuſiens. niſi de expreſſa licentia ipſius Præpoſiti, aut Sedis Apoſtolicę, tranſire poſſit. Paullus iij. in lit. Apoſt. pag. 33. Idem Non poſſunt ad alium ordine tranſire.

cauetur,

cauetur, ne quis faciat, sine expressa licentia sui Superioris, & latius confirmatur à A
Pio iv. in lit. Apost. per Pium V. editis, vt patet pag. 94. & sequenti; proposita pœ-
na excommunicationis, ipso facto incurrenda, Romano Pontifici, vel Superiori Societa-
tis, reseruata, tam in Religiosos, qui præfatos recipiunt, quam in ipsos receptos recedẽ-
tes, etiam prætextu cuiusuis indulti concessi, aut concedendi, etiam quæsito colore ob
frugem melioris vitæ, aut strictioris obseruantiæ; quodque secus facta non teneant.

Statuitur item in ijsdem litteris, quod transeuntes ad Carthusienses, intra sex men-
ses, ad alium vero Ordinem infra tempus, eis a suo Superiore præfigendum, dictos Or-
dines actualiter ingredi, & si in illis permanere nolint, aut non possint, absq; vlla mo-
ra, ad Societatem regredi teneantur, sub præfata excommunicationis pœnæ quam, tam B
ipsi, quam illos recipientes, vel eis auxilium, consilium, vel fauorem præstantes, etiam
incurrant.

Conditio taxāda trāseuntibus ad alium ordinem.

Concessit Pius V. viuæ vocis Oraculo, Societati Iesu, vt si quis ex ea Societate, in
Carthusiensem Ordinem transire vellet, tres ei menses præscriberent; intra quos, si non
ingrederetur, aliter non admitteretur; vel si non perseuerauerit, ad eamdem Societa-
tem redire teneretur; & non ei amplius liceret, respectu Carthusiæ, a Societate, sine
Præpositi eius licentia, seu consensu recedere. habetur in viua vocis Oraculo, fol. 45.
Supradictam facultatem, per Breue confirmauit, ac denuo concessit Gregor. xiij. eamq;
etiam quoad præterita valere decreuit, perinde ac si litteræ Apostolicæ super concessione
Pij V. huiusmodi, tunc confectæ fuissent; ac eos, qui secus fecerint, in excommuni-
cationem, & alias Apostatarum censuras, & pœnas incurrere declarauit: a quibus, C
non, nisi a Romano Pontifice, vel a Generali Societatis Præposito, absolui possint. Et
præsentis gratiæ communicationem, omnibus alijs, etiam qui sua priuilegia cum So-
cietate participant, vel participare poterunt, prohibuit. pag. 242. Supradictæ concessio-
nes referuntur in Comp. ipsius Societatis Iesu in verbo Apostata.

EX PRIVILEGIIS FRATRVM S. HIERONYMI Hispaniarum.

Prohibitio trāsitus ad alios ordines.

INNOCENTIVS *viij. Anno Domini 1492. Prohibuit, ac ordinauit, vt* D
nullus Frater professus supradicti Ordinis S. Hieron. ad Min. Ordinem, vel alium
quemcumq;, etiam strictiorem, etiam Carthusiensium, etiam bona intentione ductus,
prætextu quorumcumq; Priuilegiorum, dictis Ordinibus concessorum, & quarumcum-
que litterarum Apostolicarum, quascumq; clausulas, etiam derogatorias derogatoria-
rum in se continentium, quibuscumq; dicti Ordinis Religiosis in posterum concedenda-
rum; nisi in litteris ipsis expressus consensus Prioris Generalis accesserit, & nisi de li-
centia dicti Generalis petita, & obtenta, se transferre possit: alioquin, tam recipientes,
quam recepti, excommunicationis sententiam, a qua, nisi a Romano Pontifice, vel Prio-
re Generali Ordinis sui super hoc plenam, & liberam facultatem concessit, (præter-
quam in mortis articulo constituti) absolui non possunt, eo ipso incurrant; Liceatq;
Generali, & alijs Prioribus Ordinis, Fratres fugitiuos, & ad alios Ordines, etiam E
prætextu quarumcumq; facultatum Apostolicarũ pro tempore transeuntes, si in trans-
latione, Prioris Generalis consensus non interuenerit, ad dictum Ordinem, propria au-
ctoritate, reuocare; non obstantibus in contrarium quibuscumque. Refertur in Compen-
dium eorum Priuileg. collecto a P. Garsia. fol. 161. §. 5.

Et Gregorius xiij. anno Domini. 1579. Priori generali pro tempore existenti, con-
cessit, vt sibi liceat, Fratribus Ordinis, qui deuotionis, alijsue de caussis ad alios Ordi-
nes arctiores transire, ac se transferre voluerint, transeundi, & transferendi licen-
tiam impartiri. Et quo ad præmissa Priuilegia, de non transeundo ad alium Ordinẽ, sine
licentia Generalis petita, & obtenta, quatenus opus fuit, restituit, & reposuit, ac con-
firmauit, cũ omnibus clausulis necessarijs. Refertur in prædicto Comp. ibid. fol. 166. §. 6.

Ex

A

Ex Priuilegijs Congregationis S. Hieronymi Fesulani.

EVGENIVS IV. concessit, quod Præpositus vel Prior Generalis, omnes & singulos; Rectores vero in sibi commissis domibus seu prioratibus, commorantes fratres, regulam ipsam professos, vagos & fugitiuos, seu alias delinquentes, quo ad claustrum redeant, & se emendēt, per censuras & alias pœnas, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sęcularis, cogere, capere, & incarcerare possint. Additio.

Idem illis confirmauit Greg. xiij. 8. die Septembris. CIↃIↃ. LXXIII.]

B

BAPTIZARE.

GREGORIVS nonus cōcessit Fratribus Minoribus ad terras Saracenorum, & Paganorum proficiscentibus, pro zelo fidei Christianæ, vt possint illarum partium homines, per ministerium exhortationis suæ, ad vnitatem fidei Christianę conuerti cupientes, recipere, & baptizare. B. fo. 20. Et ffo. 22. concess. 4. 1 *Pro terris infideliū.*

¶ IDEM Gregorius concessit iterum hoc idem latius, cum multis alijs attinentibus ad conuersionem infidelium. B. fol. 257. concess. 641. 2

¶ Aduerte quod præfatæ concessiones videntur expirasse, & fuisse temporales, *Collector.*

C ¶ Notandum est etiam, quod in Capitulo generali Meclinensi facta est sequens declaratio.

¶ ITEM fuit declaratum, quod Frater sacerdos, in extrema necessitate, possit paruulo dare sacramentum baptismatis, dummodo non adsit alius sacerdos; etiam in præsentia virorum sæcularium laicorum. Et quod in Regula prohibetur; ne Fratres fiant compatres, &c. intelligendum est, quo ad eleuationem de fonte baptismatis, non quo ad baptizationem prædictam. Quia vt dictum est, in casu necessitatis, absente sacerdote sæculari, vel alterius professionis, bene possunt Fratres nostri sacerdotes baptizare. fol. 228. tract. 3. Et ffo. 247. tracta. 2. *Capit. gen.*

D

BENEDICERE ECCLESIASTICA.

¶ *Distinctio materię infrascriptæ.*

QVOAD benedictionem rerum ecclesiasticarum, continentur multa, & varia in Priuilegijs Fratrum. *Collector.*

¶ Et istorum, aliqua pertinent solum ad Episcopos. Hæc autem continentur infra. §. 2. cum remissione ibi addita, & in §. 3. & 5. & 6. & 15. & 18.

E ¶ Alia spectant ad Prælatos Fratrum. Ista vero habentur infra. §. 7. & 8. & 11. & 12. & 13. 14.

¶ Reliqua concernunt omnes Fratres sacerdotes. Et ista reperiuntur infra. §. 1. & 4. & 14. prope medium.

GREGORIVS nonus concessit, quod Fratres Minores Presbyteri, in terris infidelium existentes, possint vestes sacerdotales, Altaris Pallia, & Corporalia (cum necesse eis fuerit) benedicere, vbi Catholicorum Episcoporum copia non habetur. B. ffo. 257. concess. 641. 1 *Pro terris infideliū.*

HONORIVS quartus fecit quamdam concessionem, quæ aliqualiter pertinet ad hac materiam, quæ concessio posita est supra in dictione Altare. 2

Altare. §. 1. Vide illam, quia sequens concessio, quę hic ponitur, facit mentionem de ipsa. A

3 *Ex Priuil. Carmelit. Episcopi. Cõsecrare.* IOANNES 22. concessit Fratribus Carmelitis idem, quod supra nobis fuerat concessum, & aliquantulum latius, dicens, quod si locorum Ordinarij a Fratribus humiliter requisiti, noluerint, seu recusauerint indebite, Cœmeteria eorum benedicere, seu etiam consecrare, possint huiusmodi Cœmeteria per aliquem Antistitem, gratiam, & communionem sedis Apostolicæ habentem, quoties opus fuerit, facere benedici, ac etiam consecrari. B. fol. 89. Et ffo. 172. concess. 402.

4 *Ornamenta altaris.* SIXTUS quartus concessit Fratribus Mino. Obser. sacerdotibus, vt possint benedicere paramenta Altaris, & Missalia, ac indumenta; exceptis corporalibus dumtaxat. O fo. 61. Et ffo. 67. concl. 107. Et ffo. 95. concess. 321. B

5 *Ex Priuil. Carmelit. Episcopi. Cõsecrare.* ¶ IDEM Sixtus concessit Fratribus Carmelitis, vt pro consecrationibus Altarium, vel Ecclesiarum, & pro oleo sancto, ac quolibet ecclesiastico sacramento, nullus, sub obtentu cuiuslibet consuetudinis, vel alio modo, quicquam audeat extorquere; sed hæc omnia eis gratis Episcopi Diœcesani (vt tenentur) libere, & gratiose impendant. Alioquin liceat prædictis Fratribus, quoscumq; maluerint catholicos adire Antistites, gratiam, & communionem Apostolicæ sedis habentes; qui Apostolica freti auctoritate, eisdem Fratribus, quæ postulauerint impendant. Et quod si sedes Diœcesanorum Episcoporum forte vacauerit, interim omnia Ecclesiastica sacramenta, a vicinis Episcopis libere, & absque contradictione suscipere possint. Ita tamen, quod ex hoc, in posterum, proprijs Episcopis nullum præiudicium generetur. B. fo. 100. Et ffo. 183. C concess. 454.

6 *Vasa Ecclesiastica. Cõsecrare.* ¶ IDEM Sixtus concessit præfatis Fratribus, vt quando propriorum Episcoporum copiam non habuerint, & aliqui Episcopi, habentes gratiam, & communionem sedis Apostolicæ, de quibus plenam notitiam habeant, per eos transire contigerit, ab eis benedictionem vasorum, & vestium, & consecrationem Altarium, auctoritate sedis Apostolicæ recipere valeant. B. fo. 100. & ffo. 183. concess. 455.

7 *Corporalia.* INNOCENTIUS viij. concessit, quod Generalis, & Prouinciales Fratrum Min. obser. possint benedicere corporalia. o. fo. 65. Et ffo. 69. concess. 157. D

8 *Pro augustiniẽsibus.* ¶ IDEM Innocentius concessit Fratribus Augustiniensibus quarumdam Congregationum Obser. quod Vicarius Generalis illarum, & Visitatores, possint benedicere ornamenta Ecclesiastica, & etiam corporalia. b. ffo. 101. concess. 399.

Collector. ¶ Aduerte, quod Iulius 2. communicauit toti Ordini similes Concessiones factas particularibus Congregationibus eorum. b. ffo. 265. prout late habetur infra, in dictione, Communicatio priuilegiorum. §. 23.

9 *Ex priuil. Augustin.* EVGENIVS iv. concessit Fratribus Augustiniensibus, vt pro consecrationibus Ecclesiarum, seu Altarium, ac pro oleo sancto, & quolibet Ecclesiastico Sacramento, nullus ab eis, sub obtentu consuetudinis, vel alio modo, quidquam audeat extorquere; sed hæc omnia gratis eis Episcopi Diœcesani impendant. Alioquin liceat prædictis Fratribus quoscumque maluerint adire Antistites, gratiam, & communionem Apostolicæ sedis habentes, qui freti auctoritate Papæ, dictis Fratribus præfata impendant. B. ffo. 247. concess. 605. E

10 ¶ IDEM Eugenius concessit Fratribus Augustinien. vt quando propriorum Episcoporum copiam non habuerint, si quos Episcopos, Romanæ sedis gratiam, & communionem habentes, de quibus plenam habeant notitiam, per

loca

A loca dictorum Fratrum transire contigerit, ab eis benedictionem vasorum, & vestium, & consecrationem Altarium, auctoritate Apostolicæ sedis percipere valeant. B. ffo. 247. conce. 607.

IVLIVS Secundus concessit Ordini Minimorum, vt Generalis illius, necnon, & Prouinciales, & eorum Vicarij, possint, & valeant benedicere corporalia, & alia ornamenta ecclesiastica suorum locorum, & domorum, præter calices, & patenas. B. ffo. 8. conc. 26. 11 *Pro oibus ornament. ecclesia.*

¶ IDEM Iulius concessit præfatis Fratribus Minimis, quod Generalis, & Visitatores, quos ipsi Vigiles appellant, ac Prouinciales, & eorum Vices gerentes, possint omnes, & singulas eiusdem Ordinis Ecclesias, Cœmeteria, B Capitula, & Oratoria, sollemni benedictione benedicere. B. ffo. 8. conc. 29. 12 *Pro ecclesijs, & cœmeterijs.*

¶ IDEM Iulius concessit præfatis Prælatis Ordinis Minimorum, vt possint reconciliare suas Ecclesias, sanguinis, siue seminis effusione, siue alias quomodocumq; pollutas, quoties opus fuerit; aqua tamen prius per aliquem catholicum Autistitem (vt moris est) benedicta. B. ffo. 8. conc. 30. 13 *Reconciliatio ecclesiæ.*

¶ Circa prædicta vide sequentem Concessionem, quæ valde latior est, præsertim in fine. *Collector.*

LEO decimus concessit Generalibus, & Prouincialibus, ac Custodibus, necnon, & Guardianis Fratrum Mino. Obseru. pro tempore existentibus, vt omnia, & singula eiusdem Ordinis, & obseruantiæ Ecclesias, Cœmeteria, Capitula, & Oratoria vbicumq; existentia, tam recepta, quam recipienda, ac C paramenta, & ornamenta, & alia quæcumq; ad diuinum cultum, & vsum Fratrum necessaria, in quibus chrisma non interuenit, pro eorumdem Fratrum vsu tantum, sollemni benedictione valeant benedicere. Et voluit, quod hoc idem possint alij Fratres eiusdem Ordinis, qui ad hoc in Capitulis generalibus deputati fuerint. Ac, quod similiter possint reconciliare Ecclesias, &c. quæ quomodolibet sanguinis, vel seminis effusione pollutæ fuerint: & hoc, cum aqua per prædictos Prælatos benedicta, præsertim in locis remotis, vbi Episcopum aquam benedicentem per duas dietas adire non potuerint. B. ffo. 116. concess. 55. ¶ Vide infra in fine. 14 *Nota. Pro ecclesijs, & cœmeterijs, & oibus ornam. eccl. Reconciliatio ecclesiæ.*

¶ IDEM Leo concessit Fratribus Minor. vt quilibet catholicus Episcopus D possit consecrare Ecclesias eorum, & Altaria, & Cœmeteria, Calices, & ornamenta, & omnes alios actus episcopales exercere in locis, & personis Fratrum prædictorum Obseruantię, Diœcesani loci, vel cuiusuis alterius licentia minime requisita. O. ffo. 60. concess. 179. 15 *Episcopi. Consecra. Est contra Côc. Trid. sess. 6. c. 5. de reform.*

¶ IDEM Leo postea in Concilio Lateranensi statuit, quòd Fratres nequeant ab alieno Episcopo consecrationem Ecclesiæ, vel Altaris, aut Cœmeterij benedictionem petere, seu in Ecclesijs per eos pro tempore ædificandis, primum lapidem per alienum Episcopum poni facere possint, nisi vbi Ordinarius bis, aut ter (cum debita reuerentia, & instantia) requisitus, sine legitima caussa, id recusauerit. B. ffo. 26. conc. 69. *Habetur in Bul. 1 côst. c. 19. 13.*

E ¶ Sciendum est, quod in foro conscientiæ possunt Fratres (non obstante huiusmodi prohibitione, & restrictione Concilij Lateran.) vti concessionibus supradictis; quia idem Leo postea concessit Oraculo viuę vocis, quod Fratres Min. Obseru. possint libere vti omnibus eis concessis ante pręfatum Concilium, vt ponitur infra, in dictione Concilium. §. 6. & 7. 16 *Episcopi. Côsecrare. Aedificare. Collector.*

¶ Vltra supradicta est sciendum, quod circa huiusmodi materiam benedictionis rerum ecclesiasticarum, reperitur quoddam Statutum generale factum in Capitulo Meclinensi, sub forma sequenti. *Collector.*

¶ Generale Capitulum determinauit, & præcepit, quod soli Prouinciales habeant benedicere corporalia. Et ijdem Prouinciales, Custodes, & Guardiani *Cap. gen.*

diani

diani alia ornamenta, & non alijs & solum pro Fratribus, Monialibus, & Tertiarijs;& nullo modo pro alijs extra ordinem. Sic enim fuit concessum per Summum Pontificem. fo. 227. tract. 3. Et fo. 246. tract. 2. A

Collector. ¶ Circa suprascriptum Statutum generale oportet aduertere, quod huiusmodi Statuto non obstante, videtur, quod poterunt Guardiani benedicere corporalia, virtute concessionis nouæ Leonis decimi,quæ posita est supra. §.12. Aliquibus tamen videtur oppositum, scilicet, quod non possint sine commissione in Capitulis facta. Et hoc propter aliqua verba posita in conclusione supradicti Breuis. Et istud est tutius.

Collector. Resolutio. ¶ Conclusio, seu epilogatio Concessionum præinsertarum est, quod omnes Prælati Ordinis, pro eorum subditis dumtaxat, possunt benedicere Ecclesias, & Cœmeteria, omniaque paramenta, & ornamenta, in quibus chrisma non interuenit. Ac Ecclesias pollutas reconciliare,aqua per ipsos benedicta,si præsentia Episcopi,qui illam benedicat, distet vltra duas dietas. B

ANNOTATIO CORDVBÆ.

QVOAD §. 3. vbi ponitur Concessio Ioan. 22. facta Carmelitis, notandum quod Bonif. 9. fffe. 159. idem concessit Ordini Prædicatorum; quodq; Fratres ipsius Ordinis vbilibet constituti possint ipsi benedicere candelas, aquam, salem, palmas, & omnia ornamenta in ipsorum Ecclesijs, seruatis sollemnitatibus consuetis. C

CAPVCCINI ADDITIO, ET ANNOTATIO.

Ex Priuilegijs Congregationis S. Hieronymi Fesulani.

Additio.

MARTINVS V. concessit, quod possint, a quocumque Antistite Catholico, oleum, Chrisma, & ordines sacros, vbique suscipere; ac ecclesias, altaria, vestes, cruces, calices, & eorum ornamenta, ac Cœmeteria; benedici, consecrari, ac erigi facere; etiam in eorum Monasterijs; licentia loci Diœcesani, & alterius cuiuscumque minime requisita: nullo etiam iure desuper prædictis, seu eorum aliquo, cuicumque soluendo.] D

Annotatio. In §. 1. In §. 2. 11. 14. Corporal. benedictio ad quem spectet.

CIrca lotiones Corporalium, vide infra, in verbo Corporalia. Circa id quod dicitur supra in §. 2. 11. & 14. & a Collectore hic in fine, de benedictione Corporalium: est sciendum, quod facultatem benedicendi Corporalia, & alia paramenta, etiam ad vsum aliorum ab Ordine nostro, habet tantum Generalis, & Prouincialis, per Priuilegij Eremitarum S. Augustini communicationem. Fuit enim a Iulio 2. eis ista facultas concessa, absq; restrictione illa posita a Leone supra §. 14. videlicet, pro vsu Fratrum tantum, sed simpliciter ait,

Ann. 1508. Corporal. benedictio habetur in fine huius Comp. Hæc concessio adducitur à Passarello in collectio. priu. f.48. Ord Sancti Hieron.

Dedimus tibi propterea (loquens Generali Augustiniano Fratri Egidio) potestatem sacrandi, benedicendiq; Corporalia, vestes, & ea, quæ sacris vsibus necessaria sunt. Quo quidem munere, tam te, quam qui pro tempore erunt, aut Generalis, aut Vicarius fungi posse decernimus. Sed ad vsum eiusdem Ordinis tantum, vltra supradictos Prælatos, videntur etiam habere Guardiani, secundum concessionem nobis factam a Leone 10. vt supra. An autem per hoc requiratur licentia Capituli Generalis? iam ipse Collector ad partem affirmatiuam inclinare videtur, ob assignatam per eum rationem; & ita etiam tenet Passarellus vbi supra. fol. 127. nu. 19. E

Et Pius V. anno 1566. Concessit Ordini S. Hieronym. Hispaniæ, vt Priores existentes Monasteriorum Ordinis, non solum vestes, & alia quæcumque ornamenta ecclesiastica ad cultum diuinum pertinentia (vt eis concesserat prius Innocen. viij. anno 1492.)

A no 1492.) sed etiam Corporalia, & alia omnia suorum Monasteriorum, in quibus chrismatis unctio non interuenit, licite, & libere possint benedicere: ut refertur in Compendio Priuileg. eorum collect. per P. Garsiam anno 1591. fol. 37.

Et Congreg. S. Iustinæ Innoc. 8. ann. 1487. ut refertur in lib. eorum Priuileg. fol. 132. concessit Prioribus Ord. & Vicarijs in absentia Prioris, & cuilibet habenti principale regimen cuiuscumq; Monasterij, posse benedicere Corporalia, vestimenta, cæteraq; ornamenta Ecclesiastica ad cultum diuinum pertinentia, tam sui Monasterij, quam etiam undecumque sint, & sic per participationem possunt, & alij participantes. ut refertur in præfato Compendio S. Hieron. in eodem fol. 37. §. 1. Congreg. S. Iustinæ.

B Est sciendum, quod sollemnis benedictio est illa, quæ fit cum illa sollemnitate, Adiutorium nostrum; &, Sit nomen Domini benedictum, &c. quæ licet de ordinario iure spectet ad Episcopos, Prælatis tamen nostris ut illa uti possint, ex priuilegio concessum est. Facit Cap. Abbates, de priuileg. in 6. & per communionem priuilegiorum possunt Prelati aquam benedicere, pro reconcilianda ecclesia polluta, si præsentia Episcopi, qui illam benedicat, distet ultra duas dietas. Formam huius benedictionis, & reconciliationis, vide alibi in Sacerdotali, vel Pontificali. In §. 12. Bñdictio sollemnis quę dicatur.

Nota quod hæc concessio est contra Conc. Trid. sess. 6. c. 5. de Refor. ubi dicit, Nulli Episcopo liceat pontificalia in alterius Diœcesi exercere, nisi de Ordinarij loci expressa licentia. In §. 15. Concessio cont. Cōc.

Circa id quod dicitur de Reconciliatione ecclesiæ pollutæ, est notandum, quod Eccle-

C sia sex modis pro polluta haberi dicitur. quos refert Nauarr. in Manual. cap. 26. numer. 256. In §. 13. et 14.

Primus Casus est, quando intra eam sanguis humanus iniuriose effunditur, aut caussa naturalis eius effusionis, aut mortis datur. Dicitur intra, quia secus si extra eam, etiam desuper in tecto, vel subter eam in specu. Dicitur Ecclesiam generaliter, ad comprehendendam tam nondum consecratam, quam consecratam: quamuis quoad reconciliationem sit magna differentia; quia Reconciliatio consecrata debet fieri ab Episcopo, & cum aqua benedicta ab ipso, vel ab alio Episcopo; Non consecrata vero, potest fieri a solo Presbytero, & cum aqua a seipso benedicta. Sed ratione Priuilegiorum nostrorum aliter potest obseruari a nobis, ut ait hic Collector. Dicitur effunditur, ad Ecclesia dicitur polluta sex modis.

D significandum quod non sufficit aliquarum guttarum sanguinis emissio, quia iura requirunt effusionem, quæ largitatem denotat. Dicitur sanguis, quia non sufficit percussio, quæ non sit mortifera, sine eius effusione; quamuis sit eiusmodi, ut carnes contundat, aut ossa frangat. Dicitur humanus, quia nulla effusio cæterorum animalium ad id sufficit. Dicitur iniuriose, quia non sufficit naturalis effusio per nares, aut per os, aut quo casu fit, lapsu vel offendiculo, aut ictu lapidis, aut tegulæ per se decidentis, neque facta ob iustam defensionem: neque ludo, aut ioco; quod intelligendum est, de licito, & licite facto; qualis raro accidere potest in ecclesia; nisi cum aliqua pia representantur: nec effusio facta per furiosum, aut stultum, aut per puerum iudicio carentem. Dicitur, aut datur caussa, quia sufficit, ut vulnus infligatur intra eam, quamuis percussus, antequam sanguis in illa effundatur, egrediatur, &

E quamuis recipiatur ille in aliquo vase ne in eam decidat: nec contra sufficit, quod sanguis in illa effundatur, si vulnus extra inflictum est. Dicitur naturalis, quia non sufficit, ut feratur sententia condemnatoria etiam intra illam, si per eius executionem, effusio extra illam facta est. Dicitur, aut mortis, quia satis est ad id, suffocare, aut alias, intra illam, hominem sine sanguinis effusione, interficere. Sufficit etiam mors, & effusio sanguinis, ob fidem Catholicam occisi, vel vulnerati. Non tamē sufficit interficere, aut percutere aliquo telo, vel tormento misso ab Ecclesia in existentem extra eam, quamuis sufficiat mors, vel effusio facta in Ecclesia per tormentū foris emissum.

Secundus Casus est, quādo in Ecclesia semen humanum voluntarie effunditur. Dicitur humanum, quia cæterorū animaliū ad id nō pertinet, & quia satis est, ut sit cuius-

libet hominis, siue fœmina, viri, clerici, laici, fidelis, siue infidelis; & quod effundatur iuxta, contra, aut extra cursum naturalem, immo etiam per copulam coniugalem. Dicitur, voluntario, quia non sufficit quę dormiendo fit; licet, Angelus hoc non teneat, in verb. Confecr. Ecclesi. §. 9. cui respondet Nauar. A

Tertius Casus est, quando in ea aliquis excommunicatus sepelitur.

Quartus est, quando in illa aliquis infidelis sepelitur. Quamquam in hoc casu, non solum reconcilianda est Ecclesia, sed etiam parietes illius abradendi, licet in praecedenti, reconciliatio sufficiat.

Quinctus est, quando Ecclesia, per Episcopum publicum excommunicatum, consecratur, aut benedicitur. B

Sextus quando omnes parietes renouantur: scilicet, quando omnes, aut maior pars eorum simul deijciuntur; quod raro fit.

Et est notandum, quod quoties aliqua Ecclesia polluitur, etiam Cœmeterium illi contiguum est pollutum; non autem illud quod non est contiguum; licet e contrario, polluto Cœmeterio, Ecclesia contigua non polluatur.

Est etiam notandum, quod nulla pollutio supradictarum, quæ fuerit occulta impedit celebrationem in Ecclesia. Hæc omnia refert Nauar. loco citato. & ita ex his scimus quando Ecclesia erit reconcilianda. Sed quomodo sit reconcilianda, habetur ex his, quæ hic ait Collector.

BONA. C

¶ *Distinctio Materiæ bonorum attinentium ad Fratres, & Moniales.*

RESPECTV bonorum temporalium, reperiuntur nonnulla in Priuilegijs Fratrum Minor. & aliorum Mendicantium; quorum aliqua tangunt bona, quorum possessionem, vel vsum obtinent iidem Fratres. Et hęc habentur infra. §. 1. & 5. & 7. & 8. Et infra in dictione Vendere, & in dictione Commutare.

¶ Alia vero concernunt bona acquirenda per viam eleemosynę. Et de hoc continentur multa infra in dictione Eleemosyna, ac nonnulla in dictione, Canonica portio, & in hac dictione Bona. §. 2. & 4. 12. & 13. D

¶ Reliqua autem spectant ad bona Monialium. Et hęc habentur etiam infra. §. 7. & 8. & 11. Necnon supra in dictione, Alienatio. §. 4. & 5.

¶ Et tam quo ad Fratres, quam quo ad Moniales, vide infra in dictionibus, Decimę. Exemptio, Hæreditas, Legata.

1 *Episcopi.* *Exempti.* ALEXANDER quartus statuit, & præcepit, vt quandocumq; aliqui Fratres Ordinis Min. fuerint promoti ad episcopalem, vel alias superiores, vel inferiores dignitates, teneantur huiusmodi Fratres sic promoti, libros, & alia, quę ipsos (promotionis suæ tempore) habuisse, seu habere constiterit, resignare Generali, seu Prouincialibus Ministris, semota qualibet dilatione. B. fo. 24. Et ffo. 24. concess. 12. E

2 *Eleemosyna.* ¶ IDEM Alexander concessit, quod de male acquisitis, & incertis relictis, possint Fratres Minor. recipere quæcumque eis data fuerint. Ac, quod de illis, quæ eorumdem Fratrum dispositioni relinquuntur, libere valeant ordinare, & disponere. B. ffo. 26. concess. 16.

3 *Restitutio.* *Eleemosyna.* ¶ IDEM Alexander concessit vniuersis executoribus testamentorum, vt de male ablatis, & illicite acquisitis, quæ testatores nescientes, quibus talium restitutio fieri debeat, necnon de iis, quæ iidem testatores indistincte, non expressis personis, vel locis, eorumdem testamentorum executoribus arbitrio, in pios vsus eroganda commiserunt, possint indigentijs Fratrum Minor. prouidere,

A prouidere, non obstante contradictione Prælatorum ecclesiasticorum, & aliquorum aliorum. B. fol. 25. Et ffo. 28. concess. 21.

CLEMENS quartus concessit, vt cùm aliqui assumentium habitum Fratrum Mino. fuerint obligati ad restitutionem aliquorum bonorum diuersis personis, quæ sciri, & inueniri non possunt, Ministri, & Custodes, & eorum Vicarij, eorumq; singuli, in locis sibi commissis, possint bona huiusmodi in pios vsus conuertere, prout secundum Deum viderint expedire. B. fo. 58. Et ffo. 141. concess. 334. 4 *Nouitij. Restitutio.*

¶ IDEM Clemens concessit Fratribus Min. vt cum de prioribus locis suis ad alia loca transferint, possint tam omnem ædificiorum materiam locorum, quæ dimittunt (dedicatis Ecclesijs dumtaxat exceptis) quam libros, calices, & paramenta, secum ad alia loca transferre; ac ædificia ipsa cum solo, & alijs ad eadem loca pertinentijs (preter Ecclesias) per personas, ad hoc a sede Apostolica deputatas, vendere, ipsorumque pretium in aliorum locorum, ad quæ dicti Fratres se transferunt, ædificationem, seu alias in eorum vtilitatem conuertere, secundum quod eis melius videbitur expedire. B. fo. 58. ffo. 142. concess. 340. 5 *Aedificare Ecclesias, & Monasteria. Vendere.*

B

Concilium Constantiense statuit, qualiter Generalis Fratrum Min. se debeat habere erga bona Conuentuum, quos reformare contigerit, prout ponitur in dictione, Generalis Minister. §. 3. 6

C SIXTVS iv. statuit, vt cum contigerit Monasteria Monialium sanctæ Claræ Monialibus destitui, adeo, vt de illorum reformatione spes nulla superfit; illa, quæ sic destituta existunt, & destitui contigerit in futurum, cum eorum bonis omnibus, perpetuis vsibus Fratrum domus dicti Ordinis (eisdē destitutis Monasterijs propinquioribus, sub quorum cura erant) applicentur. Ita vt Fratres ipsi possint de illis, & eorumdem Monasteriorum structuris, & ædificijs, pro eorum vtilitate disponere; prouiso tamen, quod illorum Ecclesiæ, & Oratoria ad profanos vsus non redigantur; sed in illis quandoq; diuina celebrentur officia. B. fo. 60. Et ffo. 144. concess. 349. 7 *Ecclesia ac Monasteria monialium.*

¶ Hoc idem habetur quasi ad litteram in Mari magno Carmelitarum. ffo. 182. conce. 443. Et in Mari magno Prædicatorum. ff. 241. Concess. 582. Et in Mari D magno Augustiniensium. ffo. 250. concess. 633. *Collector.*

ALEXANDER vi. fecit quamdam concessionem circa applicationem bonorum Conuentuum claustralium Monasterijs sanctæ Claræ, committens illam Archiepiscopo Toletano. Sed quia illa concessio fuit specialis pro Regnis Hispaniarum, & expirauit per mortem illius Archiepiscopi, quo ad futura, non specificatur hic amplius; habetur tamen. ffo. 258. conce. 643. 8 *Pro monasterijs S. Claræ.*

¶ IDEM Alexander confirmauit litteras prædecessorum suorum, qui proprietatem bonorum collatorum Fratribus Minoribus, vel eorum Ordini, in ius, & proprietatem Romanæ Ecclesiæ receperunt. B. fff. 75. concess. 225. 9 *Paupertas.*

E ¶ Hæc concessio non nihil videtur conferre pro confirmatione Decretalis, Exijt qui seminat, & contra Extrauagantes Ioannis 22. aduersantis veræ paupertati Fratrum Minorum, & Apostolorum, & Christi. *Collector.*

¶ Sciendum est circa prædicta, quod in actis Capituli generalis Meclinensis reperitur sequens clausula. *Collector.*

¶ Capitulum generale declarauit, quod Papa Ioannes 22. reuocauit ante mortem suam, quidquid dixerat, seu fecerat contrarium Ecclesiæ, & determinationi Romanorum Pontificum. Quare Constitutiones, quas fecerat contra nostras declarationes, scilicet, Nicolai 3. & Clementis v. nullius sunt roboris, vel momenti. fo. 227. tract. 3. Et ffo. 246. tract. 2. *Capitulū generale.*

¶ IDEM Iulius præcepit omnibus Christi fidelibus, vt nemo ipsorum, bo- 10

Pro Augustiniēsibus. Excommunicatio. na Ordinis sancti Augustini occupare, vel damnificare audeat. Quod, tam de attinentibus ad personas Fratrum, quam de pertinentibus ad loca, seu conuentus, & possessiones eorumdem, intelligi voluit. Et quod si contrarium facientes, admoniti a Fratribus prædicti Ordinis non restituerint omnia integre; aut vexare destiterint infra tridui spacium, excommunicationis sententiam incurrant, a qua non nisi per Summum Pontificem absolui possint. B. ffo. 76. concess. 227. A

11 *Pro monialibus.* LEO x. fecit duas concessiones circa modum, quo alienari possunt bona Monasteriorum sanctæ Claræ, aut Tertij Ordinis, prout habetur supra, in dictione, Alienatio rerum Ecclesiæ. §. 4. & 5.

12 ¶ IDEM Leo statuit, quod bona immobilia Conuentuum Fratrum Conuentualium, per Generalem, & Prouinciales ministros reformandorum, in euentum, quod huiusmodi Conuentuales non obseruauerint Bullam concordiæ, in Capitulo generalissimo nuper factam, pro vna quarta Ecclesiæ Cathedrali, seu Diœcesi, in qua dicti Conuentus siti fuerint, pro duabus vero in expeditionem Cruciatæ contra infideles; pro reliqua autem quarta partibus, in reparationem dictorum Conuentuum, ipso facto, quod ad obedientiam dictorum Ministrorum reducti fuerint, per eos applicentur. B. fff. 39. concessione 127. B

13 *Pro bonis Apostatarum.* ¶ IDEM Leo concessit, vt quandocumq; acciderit, quod Fratres Ordinis Min. extra obedientiam euagantes obseruantiæ, fuerint capti, aut sponte redierint ad Ordinem, qui aliqua bona habuerint, quæ tempore apostasiæ diuersis viis acquisierint, possint Prelati Ordinis, & alij Fratres, quibus ipsi commiserint, accipere talia bona, & ea exigere a quibuscumq; personis ea detinentibus, & illis vti, si talia sint, quorum vsum liceat Fratribus habere, vel si huiusmodi non sint, quibus in propria specie Fratribus vti liceat; vt sunt pecuniæ, vestes sæculares, & similia, quod fiat de talibus rebus, sicut fieri mandatur in declarationibus suæ Regulæ, de similibus, quando sibi ab aliquibus dantur, vel in testamentis legantur. Et concessit, quod si oportuerit huiusmodi bona in iudicio petere, possit hoc facere Procurator, vel Syndicus Ordini Deputatus, auctoritate sedis Apostolicę, vel alius amicus spiritualis Fratrum, qui ab aliquo Prælato Ordinis ad hoc fuerit nominatus. B. ffo. 61. conce. 203. C

Collector. ¶ Aduertendum, quod super bona aliorum Fratrum Minorum, qui nunquam fuerunt de obseruantia, non habetur aliqua concessio, virtute cuius possint recipi pecuniæ, vel alia bona, quæ tales Fratres habent, & deferunt, quando volunt reformari inter Obseruantes. Et ideo talia nequeunt recipi, nisi habeatur licentia Apostolica, vel Prælatorum, quorum erant subditi antea. D

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD §. 4. notandum, quod illud priuileg. Clem. iv. de quo ibi agitur, in mari magno Carmelitarum (vt etiam refertur fff. 134.) extenditur & conceditur etiam Prioribus conuentuum ipsorum, & per communicationem priuil. conced. tur similiter Guard. Min. E

Quoad §. 10. vbi ponitur concessio Iulij 2. fff. 7. notandum quod idem concessit Leo x. fff. 118.

CAPVC-

A

CAPVCCINI ANNOTATIO.

HOC *Fuit reuocatum a Greg. XIII. per Const. 44. vbi ait bona acquisita in Apostasia ab Apostatis, esse Cameræ Apostolica. vt dixi supra in verbo Apostata.* *In §. 13.*

CANONICA PORTIO.

INNOCENTIVS iv. concessit, quod de his, quæ in ornamentis, aut pro eis, vel pro fabricis, seu luminarib⁹, vel anniuersariis, 7. 20. 30. alijsq; ad perpetuum diuinum cultum Fratribus Min. in testamentis legantur, nullam canonicam portionem soluere teneantur, dummodo in fraudem Episcoporum, & Presbyterorum Parochialium non fiat. b. f. 22. 1 *Legata.*

B

ALEXANDER iv. concessit idem, quod Innocentius iv. præfatus concesserat; addens, quod nec etiam de pitantijs ad sustentationem Fratrum, aut de indumentis eisdem legatis, teneantur dare aliquam portionem. Et decreuit irritas esse, & inanes, quascumq; Censuras, contra Fratres, seu contra benefactores huiusmodi, vel hæredes, aut executores illorum, promulgatas. b. fol. 24. 2 *Legata.*

C

CLEMENS iv. concessit omnia, quæ supradicti duo Pontifices antecessores sui concesserant; addens aliqua alia in Mari magno sub verbis sequentibus. Concedimus vobis, vt de his, quæ in ornamentis, aut pro eis, aut libris, fabrica, luminaribus, anniuersario. 7. 20. 30. aut alijs ad perpetuum diuinum cultum, seu pro pitantiis, aut victu ad sustētationem vestram, vel indumentis; nec non pro annuis censibus redimendis, ad quorum solutionem aliquæ domus vestri Ordinis obligatæ noscuntur; & de domibus, prædijs, hortis, alijsq; locis, vobis secundum instituta vestri Ordinis opportunis, aut de his, quæ pro huiusmodi domibus, prædijs, locis, & hortis emendis vobis legantur (dummodo pręmissa non conuertantur in vsus alios, sed in illos dumtaxat, pro quibus relinquuntur; aut alios etiam qui in hac concessione, vel indulgentia continentur) nulli canonicam portionem aliquam teneamini exhibere. Et nequi a vobis, vel vltimarum executoribus voluntatum, seu decedentium hæredibus de pręmissis aliquid exigere, vel extorquere pręsumant, districtius inhibemus. B. fo. 58. Et fo. 142. concess. 339. 3 *Legata.*

D

BONIFACIVS viij. & Clemens v. circa canonicam portionem fecerunt sequentem constitutionem. Verum ne Parochiales Ecclesiæ, & ipsarum Curati, siue Rectores, qui ministrare habent Ecclesiastica sacramenta, quibus noscitur de iure competere, seu proponere verbum Dei, & confessiones audire fidelium, debitis, & necessarijs beneficijs defraudentur, cum operarijs mercedis exhibitio debeatur, auctoritate Apostolica statuimus, & ordinamus, vt Pręedicatorum, & Minorum Ordinum Fratres de obuentionibus omnibus, tam funeralibus, quam quibuscumq; & quomodocumque relictis, distincte, vel indistincte, ad quoscumq; certos, vel determinatos vsus, de quibus etiam quarta, siue canonica portio dari, siue exigi non consueuit, vel non debet de iure; necnon de datis, vel qualitercumq; donatis in morte, seu mortis articulo, in infirmitate donantis, vel dantis, de qua decesserit, quomodocumq; directe, vel indirecte Fratribus ipsis, vel alijs pro eisdem, quartam partem, quam, auctoritate Apostolica, taxamus, & etiam limitamus, Parochialibus Sacerdotibus, & Ecclesiarum Rectoribus, seu Curatis largiri integre teneantur; facturi, & curaturi, quod nec aliqui, nec aliquis, a quibus quarta huiusmodi 4 *Ex iure communi.* *Quarta.*

E

minime deberetur, ad ipsorum Fratrum vtilitatem, vel commodum huiusmodi sint relicta; aut in eos taliter data, vel donata procedant, seu quod in morte, vel ab infirmis huiusmodi dandum, vel donandum Fratribus ipsis existeret, in eorumdem dantium, vel donantium sanitate sibi dari, vel donari procurent. In quibus per ipsos vitandis, eorum intendimus conscientias onerare; vt si (quod absit) per Fratres ipsos, dolo, vel fraude quidquam in hac parte agi fortasse contigerit, præter id, quod eos propterea dictis Sacerdotibus, Rectoribus, & Curatis teneri volumus, etiam districta ratio in extremi iudicij examine requiratur ab eis. Vltra portionem autem huiusmodi nihil valeant Parochiales Rectores, Curati, & Prælati exigere supradicti, nec illis dicti Fratres amplius impendere sint astricti; nec ad id quoque possint aliqualiter coerceri. Nos enim, vt in cunctis æqualiter, & pacifice, fauente domino, procedatur, vniuersa priuilegia, gratias, ac Indulgentias, verbo, seu scripto, sub quacumq; forma verborum a nobis vel prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, cuicumq; Ordinum prædictorum concessis; necnon consuetudines, conuentiones, statuta, & pacta, inquantum sunt præmissis, vel alicui præmissorum contraria, ea penitus reuocamus, vacuamus, cassamus, & irritamus: quin immo cassa, vel vacua, & irrita nunciamus, & decernimus nullius prorsus existere firmitatis. Habetur in Clementina dudum. §. Verum, de sepulturis. Sed Nicolaus v. reuocauit etiam, prout statim sequitur.

5 *Ex priuilegijs Carmelitarum.* NICOLAVS v. concessit Fratribus Carmelitanis, vt de illis, quæ eis, pro fabrica Ecclesiarum, & Conuentuum suorum, Ecclesiasticis ornamentis, luminaribus, anniuersarijs, septimo, vigesimo, trigesimo, & alijs diuinis cultibus, pitantijs, indumentis, calciamentis emendis, celebrandis, & habendis in eisdem; necnon annuis censibus redimendis, (ad quorum solutionem aliquæ domus, prædiaq; cum hortis, & alijs locis Ordinis eiusdem obligatæ noscuntur,) Christi fideles per eleemosynam, pietatis intuitu, siue in funeralibus oblationibus, sepulturis, vltimis voluntatibus, legatis, aut alias quoquo modo, etiam absolute largiuntur, nulli canonicam portionem aliquā *Nota.* teneantur exhibere, aut ad id valeant coarctari. Et neque ab eis, vel vltimarum voluntatum executoribus, seu decedentium hæredibus, de præmissis bonis aliquid extorquere, vel exigere præsumant, districte inhibuit. Non obstante Constitutione, in Concilio Viennensi edita, quæ incipit, Dudum, & alijs Constitutionibus, &c. B. fo.86. & ffo.169. conce. 395.

Collector. ¶ Ista est melior, & copiosior Concessio, quam sit in omnibus alijs Priuilegijs Fratrum Mendicantium in materia ista. Nam dicit, quod non solum non teneātur Fratres soluere quartam, vel canonicam portionem, de omnibus, in alijs concessionibus contentis; sed nec etiam de funeralibus oblationibus; nec de his, quæ eis absolute quomodocumq; legantur, vel largiuntur; non obstante Clementina, Dudum. de sepulturis, & alijs quibuscumq; in contrarium facientibus, & cum decreto irritante, quod ponitur in fine Bullæ.

Quā do habeat locum iustitia Ecclesiarum. SIXTVS iv. declarauit, quod canonica portio, seu iustitia Ecclesiarum Parochialium habet locum dumtaxat eo casu, quo apud loca Fratrum Mi. corpora defunctorum sepeliuntur. Sed si non apud eos, sed apud alios, etiam Mendicantium Ordinum professores, corpora ipsa contigerit sepeliri: tunc ex ijs, quæ ad Fratres prædictos, apud quos talia corpora non sepeliuntur, de bonis defunctorum quomodolibet obuenient, quouis particulari, vel vniuersali titulo, directe, vel per obliquum, nullam canonicam portionem dare teneantur. Nec similiter aliqua portio debeatur de ijs, quæ ad certos vsus, & determinatos, eisdem Fratribus, vel eorum domibus, in genere, vel in specie, etiam de bonis eorum, quorum cadauera apud eos contigerit sepeliri.

Nec

A Nec etiam in casibus, in quibus per supradicti Clementis, & aliorum prædecessorum specialia priuilegia, Fratres ipsi ab huiusmodi solutione quartæ sunt exempti. Nec aliquo casu de candelis, quæ ad manus Fratribus dantur, quarta aliqua quomodolibet detrahatur. In reliquis vero casibus, quam in præmissis, in quibus quarta huiusmodi soluenda veniret, voluit, vt conuentiones (si quæ sunt inter Fratres prædictos, & locorum Ordinarios, ac Ecclesiarum Rectores initæ) laudabiles, & honestæ in posterum obseruentur. Et insuper addit, quod si forte per ipsum Sixtum, vel Sedem Apostolicam, de pie legatis, & dispositis, & relictis in genere, vel in specie, decima, vel alia portio, seu quota, alteri piæ, vel non piæ caussæ, ex quauis caussa hactenus concessa foret, aut in posterum concedi, & solui, aut dari, & mandari contingeret, Fratres prædi- B ctos, & illorum domos, ac eis legata, & relicta, aut alias in eorum fauorem disposita, in Concessione, & mandatis huiusmodi, decreuit, & voluit non includi; nisi de ipsis, & præsenti decreto, ac voluntate (non per generales clausulas, quæ etiam specialem mentionem importare viderentur,) sed vera, & specifica mentio fiat in eisdem. B. fo. 60. Et ffo. 143. conce. 346. *Quarta. Conuentiones. Decima. Legata.*

¶ IDEM Sixtus in Mari magno Fratrum Ordinis Prædicatorum confirmauit Cōcessionem Gregorij xj. qui exemit eosdem Fratres a Canonica portione quasi totaliter; quia solum de funeralibus non exemit illos explicite, bene tamen implicite. B. ffo. 238. conce. 566. 7 *Ex priuil. Fr. Prædi.*

¶ IDEM Sixtus in præfato Mari magno Prædicatorum concessit, quod non C solum de ijs, quæ pro ornamentis legantur, & alijs (vt supra dictum est) non teneantur soluere aliquam portionem Canonicam, sed nec etiam de illis, quæ absolute legantur in testamentis, vel alias, pro Fratrum necessitatibus conferuntur. B. ffo. 238. conce. 566. 8 *Legata. Nota.*

¶ Aduerte, quod hæc Concessio est valde notabilis, quia omnes aliæ Concessiones de hac materia loquentes dicebant solum de ijs, quæ ad certos vsus (vt pro fabrica &c.) legabantur; sed in hac Concessione datur exemptio, tam ab ijs, quæ ad certos vsus, quam ab alijs, quæ absolute, sine specificatione legare contigerit. *Collector.*

¶ IDEM Sixtus in Mari magno Carmelitarum inseruit, & confirmauit su- D prascriptam Bullam Nicolai v. in qua latissime, & copiosissime exemit illos a solutione cuiuscumq; Canonicæ portionis. B. fo. 98. Et ffo. 181. conce. 436. 9 *Ex Priuil. Carmelit.*

ALEXANDER vi. omnia Priuilegia concessa Ordinibus Mendicantium, concessit Fratribus Mi. Regularis Obser. ac si eis specialiter essent concessa, etiam quæ ad exemptionem a solutione quartæ, locorum Ordinarijs, & Parochialium Ecclesiarum Rectoribus debitæ, a qua eos pro potiori cautela exemit. B. fo. 76. Et ffo. 159. conce. 378. 10 *Quarta.*

IVLIVS ij. concessit Fratribus Ord. Minim. vt de hortis, & virgultis, & alijs quibuscumq; bonis eiusdem Ordinis, Domibus, & earum Ecclesijs huiusmodi pro tempore relictis, & legatis, ac super luminaribus, & alijs rebus di- E uino cultui pro tempore dedicatis, decimas, aut oblationes aliquas (etiam ex noualibus) aut quartam ex funeralibus soluere minime teneantur, nec ad id a quoquam, cuiusuis dignitatis, aut nobilitatis existat, valeant quomodolibet coarctari. B. ffo. 11. in conce. 38. 11 *Pro Fratribus Minimis. Legata. Quarta.*

¶ IDEM Iulius communicauit Fratribus Min. obseruantiæ omnia Priuilegia aliorum Ordinum Mendicantium, illaq; de nouo concessit, & exemit eos expresse a solutione quartæ, &c. B. ffo. 12. conce. 49. 12 *Quarta.*

LEO x. Motu proprio, & certa scientia, litteras prædictas Iulij 2. & in eis contenta quæcumq; approbauit, innouauit, & confirmauit, ac plenum firmitatis robur obtinere decreuit, & potiori pro cautela, præmissa omnia de 13 *Quarta.*

nouo concessit, & indulsit, super quibus dedit Conseruatores, apponendo magnas non obstantias. B. ffo. 17. conf. 57. A

Collector. Resolutio. ¶ Quoad materiam Canonicæ portionis resolutio est, quod Fratres non tenentur aliquid dare de quibuslibet rebus eis oblatis vel relictis; nisi inter eos, & clericos aliqua pacta, vel conuentiones fuerint factæ, quæ seruandæ sunt, si scriptæ, & authenticæ habeantur.

Collector. Quarta. ¶ Vltra omnia supradicta est sciẽdum; super huiusmodi materia quartæ, quod fuit ventilata caussa in Rota Romanæ Curiæ, inter Episcopum, & Capitulum Ecclesiæ Zamoreñ. ex vna, & Fratres Min. obseruantiæ Conuentus S. Francisci Zamoreñ. ex alia parte; & fuit lata sententia diffinitiua, & executorialis, in fauorem prædictorum Fratrum expedita; prout habetur ad longum. fo. 77. Et licet, secundum iura, res inter alios acta, alijs nocere non debeat; tamen secus est in hoc casu; quia virtute prefatæ sententiæ, quilibet Conuentus huiusmodi Fratrum, est liberatus a solutione quartę, prout quidam insignis iurisperitus asseruit; quia in audientia Papæ, seu in Rota data est. B

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD §. 4. vbi ponitur Statutum ex iure communi, vide latius infra in Cõpend. tit. Concordia §. 2. & tit. Conuentiones, quia saltem quoad pacta, faciunt ad propositum huius §.

Quoad §. 6. vbi Sixt. iv. eximit nos a Canonica portione, vide in Cõpendio tit. Exemptio. §. 22 quomodo idem Sixtus fo 65. ff 145. infligit censuras graues contra molestantes nos, vel hæredes, aut executores præfatorum testamentorum, occasione prædictæ Canonicę portionis contra præfatum Priuilegium. C

CAPITVLVM GENERALE, AC PROVINCIALE.

1 *Capitulũ Prouinc.*

IXTVS iv. concessit, & ordinauit, quod Fratres Minores non nisi duo tantum Prouincialia Capitula, de triennio in triennium tenere, & celebrare obligentur. Non obstante Bulla Eugenij 4. statuentis, vt singulis annis, Prouinciale Capitulum celebraretur in qualibet Prouincia. B. fo. 45. Et ffo. 129. conce. 289. D

2 *Capitulũ generale: & Prouin.* LEO x. concessit Capitulo generali, vt (præmissa debita discussione) possit concedere illis Prouincijs, quibus vtile, & expediens visum fuerit, vt semel tãtum de triennio in trienniũ celebrent Cap. Prou. B. ffo. 56. conc. 168.
¶ IDEM Leo fecit iterum eamdem concessionem per Breue; committẽs hoc Generalibus cũ eorum Capitulis, pro tẽpore celebrandis. B. ffo. 54. conc. 153.

3 *Collector.* ¶ Aduertendum est, quod suprascriptæ Concessiones videntur nihil iam valere, quia factæ sunt tẽpore, quo eramus sub Vicarijs, & habebamus prohibitionem; tamen modo non est prohibitum celebrare frequenter Capitula.

4 *Minister Generalis. Cap. gen.* ¶ IDEM Leo in Bulla vnionis statuit, vt Minister Generalis, primo triennio sui officij, celebrare teneatur vnum Capitulum generale, in partibus, in quibus in suo sexennio non erit Commissarius generalis, scilicet, in partibus, vnde ipse fuerit assumptus, ad quod conueniant vocales illarum partium, a quibus assumptus fuerit. Et quod similiter aliud Capitulum in partibus, in quibus assumptus non fuerit, per se, vel per suum Commissarium (ad quod omnes vocales illarum partium accedere teneantur) celebrare debeat. Aut, quod super hoc fiat, quod Generalis Minister cum Capitulo Generali iudicauerit faciendum. B. ffo. 29. conce. 96. E

¶ IDEM

A ¶ IDEM Leo in prædicta Bulla vnionis statuit, quod Ministri Prouinciales possint infra triennium sui officii, a suis Capitulis Prouincialibus, quæ secundum Regulam, & consuetudinem celebrabuntur, si minus vtiles inuenti fuerint, ab officijs Prouincialatus absolui. Et quod idem iudicium de Custodibus per omnia habeatur. B.ffo.30.conce.97. 5 *Prouinc. & Custo.*

CAPVCCINI ADDITIO.



B *VGENIVS IV. Statuit vt in Capitulis generalibus Fratrum Minorum Obser. fierent tales ordinationes per quas omnes fratres prædicti quorumcunque locorum, & quarumcumque prouinciarum, ad vnum eum demque modum viuendi, (quantum fieri potest) reducantur, tam circa habitus gestationem, quam circa fratrum receptionem, & alia quacumque. B.fol.28.& ffo.112.concess.241.* Capitulum generale. Statuta.

IDEM Eugen. concessit Capitulo generali, facultatem ordinandi, & declarandi, in quibus locis, & prouincijs, fratres debeant, ieiunia Regulæ, in cibis Quadragesimalibus obseruare & in quibus debeant patrum consuetudines imitari, vel aliter se habere. B.fol.28.& ffo 112.conc.242.] Capitulum generale. Declarare. Ieiunium.

CASVS RESERVATI.

¶ *Distinctio materiæ casuum reseruatorum.*

C

QVANTVM ad illa, quæ circa materiam casuum reseruatorum reperiuntur in Priuilegijs Fratrum, est considerandū, quod huiusmodi casus sunt in dupliei differentia. Quidam enim respiciūt personas Fratrum solummodo, Et ij habentur supra in dictione, Absolutio ordinaria quoad Fratres, in omnibus fere paragraphis. Et in dictione, Absolutio quoad Fratres extraordinaria in omnib. §. Reliqui vero casus concernunt personas sęculares, qualiter, scilicet, possint absolui ab huiusmodi casibus per Fratres Confessores: necnon quot, & quales sint præfati casus, tā, qui reseruantur Episcopis, quam Papæ. Isti autem continentur supra in dictione, Absolutio quoad sęculares, fere in omnibus. §. præsertim in illis, in quibus positum est in margine, casus reseruati. De quo etiam vide infra in dictione Excommunicatio, vbi ponuntur casus Bullę Cenę Domini, ac nonnulli alij Papales. *Collector.*

D

¶ Resolutio materiæ præfatæ consistit in duobus. Primum, ꝙ Prouinciales, & Custodes possunt sibi reseruare casus, etiam de occultis peccatis; a quibus nullus Confessor potest absoluere, etiam prætextu cuiuscumque Bullæ Cruciatæ, vel alterius similis, absque licentia Superioris. ¶ Alterum est, quoad sęculares, scilicet, ꝙ Casus reseruati a iure Episcopis, sunt quinq;, scilicet, excommunicatio pro iniectione violenta in Clericum, quando non est atrox. Peccatum, pro quo esset sollemnis pœnitentia imponenda. Peccatum Clerici propter quod incurrit aliquam Irregularitatem. Incendiarij non denunciati, & Dispensatio votorum. Ab istis dumtaxat non possunt absoluere Confessores præsentati, secundum formam iuris. Ab alijs vero omnibus possunt absoluere, etiam si Episcopi sibi reseruent absolutionem verbo, aut Constitutione Synodali, nisi in tali casu reseruato, poneretur excommunicatio; quia ratione illius excommunicationis non possent absoluere. *Collector. Resolutio.*

E

Aliter debet nunc obseruari post Conc. Trid. cum non possint. Sess. 14.c.7.

¶ Verumtamen vtendo Concessione Carmelitanorum, quæ habetur in dictione Absolutio quoad sæculares. 1.§.19. & Concessionibus Fratrum non

Mendi-

Mendicantium suprapositis in dictione, Absolutio quoad sæculares. 2. §. 16. vsque ad 19. fol. 40. possunt absoluere ab omnibus non reseruatis Papæ. Confessores vero non præsentati, non possunt absoluere a præfatis casibus, nec ab alijs de consuetudine reseruatis Episcopis, quibus secundum diuersas patrias, sunt diuersi casus ex consuetudine reseruati. A

CAPVCCINI ANNOTATIO.

IRCA casuum reseruationem, sunt primo aduertenda ea, quæ sacrũ Concil. Trid. Sess. 14. cap. 7. declarauit.

In initio enim capituli, primo. Declarat, nullius momenti, eam absolutionem esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariã, aut subdelegatam non habet iurisdictionem. B

Secundo. Declarat, magnopere ad Christiani populi disciplinam pertinere (quod etiam Sanctissimis Patribus nostris visum est) vt atrociora quædam, & grauiora crimina, non a quibusuis, sed a Summis dumtaxat Sacerdotibus, in sua Diœcesi absoluantur.

Reseruatio casuum coram Deo.

Tertio. Declarat hanc delictorum reseruationem, consonam esse diuinæ auctoritati, & non tantum in externa politia, sed etiam coram Deo, vim habere.

Quarto. Declarat in articulo mortis, nullam esse reseruationem casuum, & quemlibet Sacerdotem absoluendi auctoritatem tunc habere; tenentur tamen postea pœnitentes, si superuixerint, Superioribus se præsentare, & ea facere, quæ iura statuunt, & decernunt; prout etiam de hoc superius dictum est. C

Quod autem Absolutio, data super casibus reseruatis a non habentibus auctoritatem sit nulla, & nullius roboris, vel momenti, habetur nedum in præallegato cap. Conc. Trid. sed etiam extra de pœn. & remiss. cap. Omnis vtriusque, & etiam in Conc. Flor. sub Eugen. 4. ibi, de Ministro pœnitentia, & in Catechismo Romano, ibi de minist. sacram. pœnit. & apud D. Thom. 4. dist. 2. q. 1. art. 3. sub art. 3. ad primum, & dist. 24. q. 3. art. 2. sub art. 3. ad primum: & communiter apud Theologos, in 4. senten. & ratio eorum est, quia confessio non solum est medicina, sed etiam est ad instar actus Iudicialis: sententia autem (cuiusmodi est absolutio a peccatis) a Iudice non suo lata; nulla est; & idcirco etiam Absolutio tradita super peccatis, aut alias super reseruatis, a non habentibus iurisdictionem, est nulla, & cassa, &c. D

Et habetur supra I verbo Absol. quoad sæcular. 2. §. 1. fol. 38.

Propter ignorãtiam aut scandalum licite suspẽditur aut tollitur potestas audiendi confessiones.

Nec obstant hodie priuilegia quorumcumque Regularium, quibus olim concedebatur facultas absoluendi a casibus reseruatis Episcopo, præter quattuor de Iure, & quinque de consuetudine (vt est videre in extrauag. Benedict. 11. Inter cunctas, de Priuileg.) Immo nec aliqua Priuilegia specialia, quibus concedebatur fatultas absoluendi ab omnibus indifferenter, etiam a censuris Ecclesiasticis, vt est videre supra in verbo, Absolutio quoad sæculares, &c. Pro quo etiam vide Armillam, in verbo Absolutio. §. 26. quia hodie, quoad hunc effectum absoluendi, sublata sunt per Concil. Trid. & per Gregor. XIII. & ratio in promptu est, quia, qui potest totum tollere, multo magis partem, Ergo multo magis potest impedire, sed Episcopi possunt ad eorum beneplacitum hodie in totum suspendere Regulares ab audientia Confessionum: (quod quidem, & si possunt, non tamen nisi ex caussa debent facere; quia potestas in ędificationem, & non in destructionem eis tradita est.) & item possunt ad tempus eos habilitare, & item pro mulieribus tantum, aut pro viris tantum, aut in loco tali, vel tali tantum; igitur etiam pro talibus peccatis absoluendis tantum. & pro alijs reseruatis, poterunt eos habilitare, & si contrarium dicti habilitati fecerint, id nullius erit roboris, vel momenti. Pro hoc vide. Do. Sot. 4. sent. 18. q. 4. art. 3. Coll. 7. 161. ibi, quo ergo: & tenetur in Catechesi Neapolitana. E

Declaratio Card. circa Absol. cas. reser.

At hodie exstat declaratio Congregationis Card. & Greg. Papæ XIII. hic ad verbum

A *bum posita, per quam quidem omnis difficultas atque disputatio sublata est, &c. quam etiam supra adduxi fol. 60.*

LITTERÆ QVOD REGVLARES NON possint absoluere confitentes, a casibus Episcopo reseruatis.

Illustrissime, & Reuerendissime Domine.

B *VM a Sacra Congreg. Cardinalium, qui propositi sunt Decretis Trid. Concil. interpretandis, Illustrissima Amplitudo tua quæsiuerit, An Regulares ex priuilegijs a Sede Apostolica impetratis, præsertim autem ex eo, quod nominant mare Magnum, possint in ijs casibus, quos sibi Episcopus reseruauerit, absoluere confitentes? Hac de re vbi Congregatio accurate egisset, deinde ad Sanctissimum D. N. retulisset, Sanctitas sua, etiam de sententia Congregationis censuit, ex facultatibus per hoc mare magnum, aliaue Priuilegia Regularibus concessis, factam eis non esse potestatem absoluendi in casibus sibi ab Episcopo reseruatis. Deus Illustrissimæ Amplitudini tuæ perpetuam vitæ trãquillitatem, & incolumitatem largiatur. Romæ die 10. Septembris 1577. Illustris. Reuerendiss. Amplitudinis tuæ, &c.* Habetur in Catechesi Neapolitana. fol. 287. De consensu Papæ respondetur.

C *Et eadem met Sacra Congregatio super sess. 14. de Sacram. pœnit. Can. 11. & in c. 7. Concil. Trid. declarauit, nec Confessores vi Priuilegiorum Rosarij, nec Patres Iesuitas, posse absoluere pœnitentes a casibus Episcopo reseruatis, nisi Priuilegia ipsa, talem tradant facultatem, vel sint obtenta, aut confirmata post Conc. Trid.*

Ac Reuerendissimo Episcopo Caietę nomine Alphonso Hispano eamdem Sacram Cardinalium Congreg. consulenti annis paucis retro elapsis, An per Bullas ordinarias, in quibus solet dari facultas absoluendi a casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, comprehendantur etiam casus quos Episcopus, & Prælatus etiam Religionis, cum suis subditis Regularibus reseruauit? fuit responsum quod non, nisi de eis fieret specialis mentio. Etiam iterum dubitanti, quid per Bullam Sanctissimi nominis Iesu, in qua specialiter habetur, quod Confessarij possint absoluere Confratres a casibus Episcopo reseruatis? Illustr. Vt habetur I Bulla 101. Pij IIII. Innctũ nob. anno 1564. edita.

D *Cardinalis Caraffa nomine totius Congregationis respondit; Neque per illam Bullam fieri posse, nisi tantum ratione Iubilæi plenissimi indicti a Summo Pontifice, cum potestate absoluendi in quibuscumque casibus, etiam in Bulla Cenæ contentis. De qua dixi supra in verbo Absolutio, in resolutionibus in materia absolutionum, in fine 4. c. & ibi etiam adest pro hoc quadam doctrina valde notabilis Nauar. [Et in Candelabro aureo tit. de Absolutione nu. 52. refertur idem a Card. S. Sixti Illustris. Card. Borrhomeo per litteras, nomine Congreg. Card. & Greg. XIII. fuisse significatum.]* Additio.

Nec obstant iterum priuilegia, quoad hunc effectum, dudum post Concil. Triden. concessa Mendicantibus a Pio V. quia Greg. XIII. postea in hunc modum reuocauit, videlicet, statuimus de prędictis, & alijs omnibus litteris & Constitutionibus, quæ ab eodẽ prædecessore, eisdem de rebus, pro quorumcumque Regularium, etiam Mendicantium Ordinibus, & Congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus, & quibuscumq; in eis contentis, eam deinceps dispositionem atq; decisionem pro subiecta materia futuram esse, quæ, siue ex iure veteri, siue ex sacris dicti Concilij Decretis, siue alias legitime ante dictarum litterarum, & Constitutionum editionem erat. & si ipsæ non emanassent, futura fuisset; ad quam dispositionem, & decisionem, suumque pristinum statum, illa omnia reducimus. In const. In tanta rerũ et negotiorum mole ann. 1572.

E (margin letter beside "Ordinibus" line)

Quin etiam abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, & quæcumque alia, nostris statuto, ordinationi, & reductioni aduersantia, &c. Sed hodie obseruanda est modificatio facta a Sixto V.

Est tamen aduertenda Declaratio illa facta a Greg. XIII. pro Patribus Societatis Iesu.

Iesu, de qua supra dixi in verbo Absolutio, in Resolutionibus Absolutionum in fine quarti capitis. Ibi enim dicitur, quod idem Greger. XIII. declarauit, in suprascripta Cardinalium Epistola, non comprehendi Patres Societatis Iesu, circa facultatem absoluendi a casibus reseruatis eis concessam quam de nouo eis concessit, ac confirmauit, vt refertur in Compendio eiusdem Societ. Iesu, Absolutio. § 1. A

An quis possit absolui prius ab excõica. et postea a peccato reseruato.

Sed circa id, quod ait hic Collector, de casu reseruato cum excommunicatione occurrit dubium. An habens casum reseruatum cum annexa excommunicatione possit absolui virtute alicuius Bullæ, ab excommunicatione, & postea a peccato? & videtur, quod sic, quia secundum veriorem, & communiorem opinionem, receptam per Durandum in 4. dist. 17 q. vnica; Can. in relectione de Pœnitentia. part. 5. Tractat. de casibus reseruatis. Et Nauar. in Manual cap. 27. num. 254. si aliquis aliquem casum habet reseruatum, cui est annexa excommunicatio reseruata, poterit Superiorem adire, & ab excommunicatione absolui, ac postea per quempiam alium Confessorem approbatum petere a peccato absolui. Nam excommunicatione sublata, reseruatum tam amplius non erit; & ita, sicut ait Cano, & refert Angel. Roma agitur, & idem pariter videtur dicendum in casu nostro; Verumtamen contrarium est verum: nec ratio iam adducta obstat; quia si Papa, vel Episcopus, aut eius Vicarius absoluunt ab excommunicatione, talis Absolutio non est sacramentalis, sed tantum iudicialis; & ideo possunt ab illa absoluere, absque quod absoluant a peccato: sed dum Confessor virtute alicuius Bullæ absoluit ab excommunicatione, absoluit sacramentaliter in Sacramento Pœnitentiæ, aliter enim illud agere minime posset, nisi illud posse facere extra sacramentum, Bulla aliqua concederet auctoritatem. In multis enim Bullis (vt est Cruciata) dicitur, quod auditis, cum diligentia, eorum confessionibus, possint illos absoluere a quibuscumque peccatis, & censuris. Ita tenet Couarruuias. Nauarr. Corduba, & declarauit Pius V. in Iubileo concesso anno 1568. quod incipit, Grauissima maximaque pericula. B C

Ang. in sũma de confess. 1. 5. fol. 174. Sequitẽ Palat. in 4. d. 17. disp. 6. fol 305.

Coar. in c. alma mater de sen exc p. 1. §. 11. nu 16 Nau. in summa ca 26 nu Cordub. in sum q 19. fol 6. Siluest. tit. Absol. 3. in prin 3. not. hoc habet sup. tit. Absol § 14

Dixi virtute alicuius Bullæ; quia si excõicatio non erit reseruata, & Confessor habuerit auctoritatẽ absoluẽdi ab illa, bene poterit absoluere in foro exteriori, sicut ordinarie Curati solent facere, sic tenet Siluest. Et Fratres Minores possunt id facere, etiã non seruata Cærimonia illa, cum qua talis Absolutio fieri solet, per Concessionem quam dam Leon. X. & hoc in foro conscientiæ tantum; quia in foro exteriori omnino debet illa Cerimonia obseruari, si commode tamen fieri poterit, aliter enim non obligaret, vt ait Nauar. in Manual c. 26 nu. 9. D

Istę ĩgrimoniæ sequisitæ reseruuntur. Naua. in Manu c. 26. n. 7. et 8.

Itaque ad propositum nostrum redeundo, dicimus, quod cum talis absolutio ab excommunicatione, oporteat fieri in Sacramento Confessionis; & Confessio ipsa debeat esse integra de iure diuino, in quo Papa dispensare non potest; sine dubio erit necesse, omnia peccata similiter audire; & sic prius ab excommunicatione, postea a peccato, in eadem Confessione erit facienda Absolutio.

Quid obseruare debeat Confessor in Absolutione reseruatorum, consulat Nauar. in Manu. c. 26. nu. 6. vbi breuis datur huius resolutio.

De casibus autem reseruatis, nunc taxatis ac præscriptis a S. D. N. Clemen. VIII. cunctis Regularibus. & de aliquibus alijs annotationibus ad illos pertinentibus, vide quæ supra dixi in verbo Absolutio quoad Fratres, in annotatione ad §. 17. fol. 21. E

CELEBRATIO DIVINORVM.

¶ *Distinctio Materiæ celebrationis diuinorum*

Collector.

CIRCA celebrationem diuinorum, sunt multa, & varia statuta, & concessa in Priuilegijs, quæ vt facilius intelligi, ac repetiri valeãt, sub sequenti ordine distinguere visum est.

Hic desunt multa pōsita in prima

¶ Primo enim aliqua istorum attinent ad celebrationem Horarum Canonicarum. Et hæc habentur infra in dictione, Officium diuinum.

¶ Se-

A ¶ Secundo alia pertinent ad celebrationem Missarum. Ista autem sunt multiplicia, & habentur sub variis dictionibus, prout infra in dictione, Missa, sunt distincta, & ad propria loca remissa. *impressione, quæ tamen ponuntur in verbo Missa.*

CENSVRA ECCLESIASTICA.

LEO Decimus in Concilio Lateranensi statuit, quod Censuras per Ordinarios latas, & promulgatas, ac in Matrice Ecclesia ciuitatum, necnon Collegiatis, & Parochialibus Ecclesijs Castrorum, & Oppidorum respectiue sollemniter publicatas, quando super hoc ab eisdem Ordinarijs Fratres requisiti fuerint, in Ecclesijs domorum suarum, publicare, ac seruare teneantur. B. ffio. 36. conc. 81. *Censuræ. Ecclesia.*

B

¶ IDEM Leo concessit Fratribus Minoribus obseruantibus, quod tempore Interdicti, possint absoluere a Censuris, in foro conscientiæ, illos qui confitebuntur peccata sua; nisi tales Censuræ essent, ex quibus huiusmodi interdictũ emanaret. O. ffio. 59. concess. 174. *Interdict.*

CLAVSVRA MONIALIVM.

C

¶ *Distinctio Materiæ Clausuræ Monialium.*

QVOAD materiam Clausuræ, duo præcipua reperiuntur a Pontificibus Summis ordinata. *Collector.*

¶ Primum concernit præcise personas ipsarum Monialium, scilicet, qualiter ipsæ tenentur manere inclusæ intra Monasteria.

¶ Alterum tangit personas aliorum fidelium, præsertim Religiosorum, videlicet, quomodo tenentur abstinere ab ingressu huiusmodi Clausuræ.

¶ Circa primum horum, primo ponetur quod tangit omnes Moniales. Deinde quod specialiter pertinet ad Moniales Sanctæ Claræ. ¶ Quantum ad alterum

D principale, dicetur in dictione, Ingredi Monasteria Monialium.

BONIFACIVS Octauus circa Clausuram Monialium fecit sequentem Constitutionem. Periculoso, & detestabili quarumdam Monialium statui, quæ honestatis laxatis habenis, & monachali modestia, sexusque verecundia impudenter abiectis, extra sua Monasteria, nonnumquam per habitacula sæcularium personarum discurrunt, & frequenter intra eadem Monasteria personas suspectas admittunt, in illius, cui suam integritatem, voluntate spontanea, deuouerunt, grauem offensam, Religionis opprobrium, & scandalum plurimorum, prouidere salubriter cupientes; præsenti Constitutione perpetuo irrefragabiliter valitura sancimus, vniuersas, & singulas Moniales præsentes, atque futuras, cuiuscumq; Religionis sint, vel Ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis Monasterijs debere de cetero permanere Clausura. Ita quod nulli earũ Religionem tacite, vel expresse professæ, sit, vel esse valeat quacumq; ratione, vel caussa (nisi forte tanto, & tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum alijs, absque graui periculo, seu scandalo commorari) Monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas. Nullique aliquatenus inhonestæ personæ, nec etiam honestæ, nisi rationabilis, & manifesta caussa existat, ac de illius ad quem pertinuerit speciali licentia, ingressus, vel accessus pateat ad easdem; vt sic a publicis, & mundanis conspectibus separatæ, omnino seruire Deo valeant

1 Ex iure communi. Prohibitio exitus. Confirmatur a Pio V. in Cõst. 8. quæ incipit. Circa pastoral. officij. edita ann. 1566.

E

Prohibitio ingressus, & accessus.

valeant liberius, & lasciuiendi opportunitate sublata, eidem corda sua, & corpora in omni sanctimonia diligentius custodire. Habetur in c. periculoso, de statu Regularium. lib. 6. A

Collector. ¶ Circa suprascriptam Concessionem aliqui obijcere præsumpserunt, dicentes, non posse quempiam arctari ad id, quod minime vouit, seu promisit, ac per consequens Moniales, quæ non vouerunt Clausuram, non teneri ad huius Constitutionis obseruantiam, prout de facto multæ in multis partibus non obseruant. Sed præfatis respondet glossa super hanc Constitutionem, in dictione, præsentes, dicens. Sed quomodo præsentibus Monialibus districtior vita imponi potuit, contra id, 15. q. 1. c. Nec is, & 22. q. 1. c. Integritas, & 20. q. 3. c. Præsens. Cum & nemo crescere compellatur. 74. di. c. Gesta, & ibi de hoc. Potest dici, quod illud verum de Regula, sed hic ad Regulam nihil adijcitur, sed modus habitandi secundum naturam rei taxatur. Idem Ioannes Monaldus. Vel dic, supradicta vera in Clericis sæcularibus. In religiosis autem, qui velle, vel nolle non habent, secus; quia illis potest strictior vita indici, etiam extra Regulam secundum Innocentium, qui hoc notat in c. Super eo de Regularibus. Et hoc probat ista Decretalis. Et Clementina eodem titulo. Ne in agro. Et per hæc iura patet, Papam circa professos multum posse in cibis, vestibus, modo manendi, & similibus, quæ plus cadunt in bonis fortunæ, reseruata tamen naturali sustentatione, & substantialibus Regulæ. Hæc glossa vbi supra. B

2 *Pro monialibus S. Claræ, ac Tertiarijs.* EVGENIVS Quartus ordinauit, quod sicut Abbatissæ, & aliæ sorores, & earum Prouisoræ, ad hoc deputatæ, tenent claues, quibus ab intra, portæ Monasteriorum clauduntur, sic per Confessores, aut alias honestas personas per Ministros Generalem, aut Prouinciales deputandas ex parte exteriori habeantur claues, & conseruentur. B. fol. 42. & ffo. 39. concess. 44. C

3 *Ex secūda Regula S. Claræ.* VRBANVS Quartus statuit, qualiter Moniales S. Claræ secundam Regulam (quam ipse ordinauit) professæ teneantur seruare Clausurã Monasteriorum suorum, sub forma sequenti. ¶ Omni namque tempore vitæ suæ, hanc vitam profitentes, clausæ manere firmiter teneantur infra murorum ambitum ad intrinsecam Clausuram Monasterij deputatum, nisi forsan (quod absit) superuenerit ineuitabilis, & periculosa necessitas, sicut exustionis ignis, vel incursus hostilis, seu alicuius huiusmodi, quæ dilationem nullo caperet modo, ad egrediendi licentiam postulandum. In quibus casibus transferant se sorores ad locum alium competentem, in quo (quantum commode fieri poterit) clausæ morentur, quousque eis de Monasterio sit prouisum. Et præter huiusmodi necessitatis euidentiam, nulla eis conceditur licentia, vel facultas, extra prædictam Clausuram vlterius exeundi, nisi forte (de mandato, aut auctoritate Cardinalis Romanæ Ecclesiæ, cui a Sede Apostolica generaliter fuerit iste Ordo commissus) ad aliquem locum aliquæ mitterentur, caussa plantandi, vel ædificandi eamdem Religionem, vel reformandi aliquod Monasteriũ eiusdem Ordinis, seu caussa regiminis, aut correctionis, aut alicuius valde euidentis, & grauis dispendij euitandi; vel nisi de eiusdem Cardinalis mandato, aut auctoritate, Monasterio primo, rationabili caussa relicto, totus Conuentus ad Monasterium aliud se trãsferret. B. fol. 284. in tractatu 3. Et ffo. 294. in 2. tractatu, rubrica 2. D E

Casus in quibus moniales possunt egredi clausuram.

4 BENEDICTVS 12. circa Decretalem Bonifacij VIII. supra positam statuit subsequenti modo. Cum vniuersæ, & singulæ Moniales secundum earum Regulas, & Constitutiones felicis recordationis Bonifacij VIII. prædecessoris nostri super hoc editas, sub perpetua, in suis Monasterijs, debeant permanere Clausura, & in nonnullis Monasterijs Monialium prædictarum, sicut accepimus, non vsquequaque seruentur, volentes Constitutiones prædictas

A ctas inuiolabiliter obseruari, districte precipimus Ministris, Visitatoribus, Abbatissis, & quibuscumq; alijs ad quos, vel quas hoc pertinuerit, vt Clausuram huiusmodi diligenter teneri faciant, & seruari; ita quod nulli earum tacite, vel expresse professę, sit, vel esse valeat, quacumque ratione, vel caussa, Clausuram huiusmodi deinceps egrediendi facultas; nisi forte, caussa plantandi, vel ędificandi eamdem Religionem, ad aliquem locum aliquę transmittantur; vel nisi forte tanto, & tali morbo euidenter earum aliquas laborare constaret, quod non possent cum alijs, absque graui periculo, seu scandalo commorari. h. Habetur in libro Ordinis Italico 3. parte fol. 210.

B ¶ IDEM Benedictus statuit, quod si Abbatissa, contra pręmissa Clausuram ipsam exire præsumpserit, vel ad exeundum aliquam licentiauerit Monialem, per Ministrum suum, de discretorum Fratrum consilio, remoueatur a regimine Abbatię. Moniales vero dictam exeuntes Clausuram, in casibus non permissis, ipso facto sint inhabiles ad quæcumq; officia, in earum Ordine obtinenda. Et nihilominus subdantur pœnis, quæ pro grauioribus culpis in ipso Ordine consueuerunt imponi. b. Habetur vbi precedens. 5

QVOAD Clausuram Monialium est notandum, quod Moniales Sanctæ Claræ, habent ampliorem obligationem ad clausuram, illa, quæ a iure communi, per Capitulum, Periculoso, superius inserto, ceteris Monialibus posita est. Hoc patet, quia in Regula suę professionis. cap. 2. sic dicitur. Omni namque tempore, &c. vt etiam superius est insertum. §. 3. Ita quod Clausura C est vnum suorum votorum principalium, prout seruare obedientiam, paupertatem, & castitatem. Super quo non est aliqua dispensatio, nisi in casibus, qui positi sunt supra. §. 3. per Vrbanum ordinatorem Regulæ. Vt autem melius intelligi valeant, ponentur hic sigillatim, addendo aliquam declarationem, vbi opus fuerit. *Collector.*

¶ Primus casus est, si superuenerit ineuitabilis, & periculosa necessitas, sicut exustionis ignis, vel incursus hostilis, seu alicuius consimilis, quæ dilationem nullo modo sustineret ad postulandum licentiam egrediendi. In quibus casibus (dicit Vrbanus) transferant se sorores ad alium locum competentem, in quo (quantum commode fieri poterit) clausæ morentur, quousq; eis de Monasterio sit prouisum. *Primus casus.*

D ¶ Circa hunc casum, dicit quidam expositor, quod adhuc in huiusmodi casu si posset absque periculo fieri, deberet prius haberi Superioris licentia, vt colligitur ex supradicta littera Regulæ. Sed quando subitum periculum adhuc non daret locum, tunc absque licentia possunt egredi. Non tamen quęlibet per se, aut separatim, sed omnes simul. Et statim vt exierint, debent se recolligere in aliqua domo honesta, & dare ordinem, vt habeant debitam Clausuram, quousque prouideatur eis de Monasterio. Et istud, non est declaratio, cum Regula expresse hoc dicat. Item si ignis intus ardens potest extingui, ipsis Monialibus intra Monasterium manentibus, non possunt egredi, etiam cum licentia Prælatorum. Nec etiam possunt ad alia Monasteria transferri, præsertim remanente sufficienti habitatione.

E ¶ Secundus casus est, quando ab habente potestatem mitterentur ad aliquem locum caussa plantandi, vel ędificandi eamdem Religionem, aut reformandi aliquod Monasterium eiusdem Ordinis. *Secundus casus.*

¶ Tertius casus est, caussa regiminis, scilicet, vt aliqua Monialis sit prælata alicuius Monasterij. *Tertius casus.*

¶ Quoad istum casum dicit pręfatus Expositor, videtur, quod non solum possit aliqua Monialis egredi Clausuram, & duci, vt sit Abbatissa alterius Monasterij, sed etiam vt sit Magistra Nouitiarum, seu vt ponatur in aliquo officio, in quo multum

multum consistit honestas Religionis, prout habere Custodiam portæ, aut rotæ, &c. Dicit etiam prædictus Expositor, quod peracto officio, pro quo aliqua Monialis ducta est ad aliud Monasterium, si vult regredi ad suum Monasterium, potest reuerti sola, si socia vult remanere. Aut socia posset reuerti sola, si principalis nollet regredi, de consensu tamen vtriusque Monasterij. A

Quartus casus. ¶ Quartus casus est, caussa correctionis. ¶ Hunc casum declarat præfatus Expositor: vt si accideret, quod aliqua Monialis non possit corrigi in Monasterio, vbi habitat, timore suorum cognatorum, quia tunc posset duci ad aliud Monasterium, &c.

Quintus casus. ¶ Quinctus casus est, caussa alicuius valde euidentis, & grauis dispendij euitandi. ¶ Dispendium, de quo in isto casu fit mentio, declaratur in c.1. de statu Regu. lib.6. scilicet, si aliqua Monialis esset infecta aliqua infirmitate, tam contagiosa, quod merito timeretur inde prouenire magnum damnum alijs Monialibus, aut non posse ibi stare sine grandi periculo, vel scandalo communitatis. Dicit tamen prædictus Expositor, quod si idem inconueniens, quod habetur in Monasterio, vbi habitat Monialis huiusmodi, erit in quocumq; alio Monasterio, forte posset poni in aliqua domo particulari: Sed licet quacumque alia infirmitate non sic contagiosa, Monialis infirmetur, & adhuc taliter, quod medici dicerent non posse euadere ibi manendo, & quod posita in aliquo alio Monasterio sui Ordinis posset sanari, non propterea posset exire Clausuram, nec inde educi. Nec ad hoc sufficit licentia Protectoris, vel alterius Prælati, sed quod ibi curetur, prout melius fieri potuerit, & habeat patientiam. Sic enim determinatum fuit per plures insignes doctores vniuersitatis Salmanticæ, prout inferius cum suis fundamentis apponitur. B C

Sextus casus. ¶ Sextus casus est, quando de mandato Prælati, habentis auctoritatem, Monasterio primo, ex caussa rationabili relicto, totus Conuentus ad Mona sterium aliud se transferret.

¶ In omnibus tamen casibus supradictis, dicit Vrbanus, in Regula, quod non debent egredi, nisi de licentia Protectoris. Et quia Prouincialibus concessum est, quod in Monasterijs Sanctæ Claræ sibi subditis, possint circa sorores, omnia, quæ Protectori, per Regulam ipsarum Monialium, concessa sunt, vt habetur. fo 213. & ffo. 72. possunt ijdem Prouinciales, in casibus supradictis, dare licentiam Monialibus egrediendi Clausuram. Aliter tamen est de potestate data Protectori in Regula ad dandum licentiam ingrediendi Clausuram; quia illa est reuocata per Martinum V. & per consequens, carent illa Prælati Ordinis, prout late declaratur infra, in dictione, Ingredi Clausuram, notabili vltimo. D

¶ Igitur Moniales S. Claræ egrediendo Clausuram, extra casus supradictos, transgrediuntur suam Regulam, & peccant mortaliter, licet non incurrant excommunicationem, nisi in vno tãtũ casu, posito in Regula sua, scilicet, si irẽt ad Curiam Romanam. Et ponitur sequentibus verbis: In virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis, quam ipso facto, transgredientes, vel non parentes incurrant, districte præcipimus, vt nulla Abbatissa, vel Soror, pro vlla necessitatis caussa, ad Sedem Apostolicam personaliter veniat, vel accedat, nisi alicui licentia specialis a Sede Apostolica concedatur. Habetur c.13. Regulæ fol. 290. tract. 3. & ffo. 298. tract. 2. E

¶ Non est opus hic dicere qualiter dimisso habitu, exeundo Clausuram, incurrerent excommunicationem, licet non irent ad Curiam Romanam; cum hoc fit de iure communi, quoad omnes personas religiosas: vt in c.2. Ne clerici, vel monachi lib.6. ¶ Et non solum Moniales Sanctæ Claræ nõ possunt exire Clausuram, vt dictum est, sed nec introducere aliquam personam, prout Regula ipsarum prohibet, dicendo. Firmiter, ac districte præcipimus, vt nulla vmquam

Abbati-

A Abbatissa, vel eius Sorores, aliquam personam religiosam, seu sæcularem, aut cuiuslibet dignitatis, in Monasterij Clausuram intrinsecam, intrare permittat. Nec omnino alicui liceat, nisi quibus concessum a Sede Apostolica fuerit. Nam, vt supradictum est, etiam Protector non potest iam hoc concedere: Ita quod in præfatis duobus consistit Clausura Religiosarum. Et si facerent contra primum, infringerent suum votum Clausuræ. Si autem contra secundum, transgrederentur præceptum Papæ. In neutro tamen eorum incurrerent excommunicationem, nisi eundo ad Curiam Romanam, aut dimittendo suum habitum, vt dictum est, licet irent alias quocumque vellent; aut introducerent quemcumque intra Clausuram Monasterij. Peccarent tamē grauissime in quolibet istorum casuum. Vnde quoad hunc casum, scilicet, ire absque licentia, B seu apostatare cum habitu; magis rigorosum est statutum Fratrum nostri Ordinis, cum eundo vbicumque sine licentia, etiam non dimittendo habitum, sint excommunicati.

¶ Et vt sciatur quid circa hoc statuta antiqua ordinauerunt, apponetur hic statutum Benedicti 12. quod sequitur.

¶ Districte præcipimus Ministris, vel Visitatoribus, Abbatissis, & quibuscumque alijs, ad quos, vel ad quas hoc pertinuerit, vt Clausuram huiusmodi diligenter teneri faciant, ita quod nulli earum tacite, vel expresse professę, sit, vel esse valeat, quacumque ratione, vel caussa, Clausuram huiusmodi deinceps egrediendi facultas, nisi caussa plantandi, vel ædificandi eamdem Religionem, C ad aliquem locum, aliquæ transmittantur; vel nisi forte, tanto & tali morbo euidenter aliquas earum laborare constaret, quod non possent cum alijs, absque graui periculo, seu scandalo commorari. Quodque nulli Regulari, vel laicæ personæ cuiuscumque præeminentiæ, dignitatis, status, vel conditionis extiterit, ingressus pateat ad easdem, sine Apostolicæ Sedis licentia speciali. Exceptis solummodo personis illis, quibus, in certis casibus, per prędictorum Prædecessorum ordinationes, idest Concessiones, & per prædictarum Monialium Regulas, noscitur esse permissum. Eisdem quoque Ministris, Custodibus, & Guardianis, tenore præsentium duximus iniungendum, vt Fratres sui Ordinis sibi subditos, arcere studeant ab accessu ad Monasteria Monialium D quarumcumque, iuxta B. Francisci Regulam, & Apostolica ipsorum Ordinis instituta, pœnas in dictis statutis prouide ordinatas, eorum transgressoribus infligendo. Et infra addit. Porro, si Abbatissa contra prēmissa, Clausuram ipsam exire præsumpserit, vel ad exeundum aliquam licentiauerit Monialem, per Ministrum suum de discretorum Fratrum consilio, remoueatur a regimine Abbatiæ. Moniales vero, dictam exeuntes Clausuram in casibus non permissis, ipso facto sint inhabiles ad quæcumque officia, in earum Ordine obtinenda. Et nihilominus subdantur pœnis, quæ pro grauioribus culpis in ipso Ordine consueuerunt poni. Hæc Benedictus 12. in Constitutionibus suis.

¶ Et notandum, quod licet istæ Constitutiones Benedicti non obligent per seipsas, quia faciunt relationem eorum, ad quæ obligamur per Regulam nostrā, E & Monialium; posui tamen hic ad insinuandum pœnas, quæ per statuta imposita sunt Abbatissis, & Monialibus, pro transgressione Clausurę, in præfatis casibus. Et vt ex hoc inferatur, non inueniri per Regulam, nec per aliqua statuta, excommunicationem eis impositam in aliquo casu propter transgressionem Clausuræ; nisi, vt dictum est, irent ad Curiam Romanam, vel apostatando dimitterent habitum; licet aliter aliqui opinati, & asserere nisi sunt.

¶ Qui vero supradicta omnia latius videre voluerit, reperiet late, ac optime in tractatu nuncupato Clypeus sacrarum Monialium, per Reuerendum Patrem bonæ memoriæ, Fratrem Ioannem de Argomanes edito.

¶ *Sequitur determinatio facta per plures Doctores famosos vniuersitatis Salmanticæ, præmissa diligenti, & exactissima discussione circa quæstionem sequentem.* A

Quæstio notabilis. QVÆRITVR vtrum Minister Generalis, aut Prouincialis, seu Visitator, vel Commissarius Ord. Fratrum Minorum, habens curam Monialium S. Claræ, valeat quamdam Monialem vnius Monasterij (secundum Regulam S. Claræ professam) ad aliud eiusdem Ordinis Monasterium, caussa alicuius grauis infirmitatis curandæ, licentiare. *Responsio.* ¶ Et licet dubia pro vtraque parte altercata lucescant clarius; redimendi tamen temporis gratia, non hinc inde altercabitur, sed negatiua, tamquam vera, apertis fundabitur iuribus, & rationibus, modo sequenti.

Prima probatio. ¶ Et primo in Rubrica secunda eiusdem Regulæ continetur, prout suprapositũ est, quòd Moniales illam vitam profitentes, firmiter teneantur manere in Clausura toto tempore vitæ suæ, præterquam si euenerint certi casus fortuiti, ibi expressi, vt incendij, belli, & huiusmodi. Postea, narratis fortuitis, excipit etiã alios non fortuitos, tenoris sequentis. Nisi forte de mandato Cardinalis Romanæ Ecclesiæ, cui generaliter iste ordo a Sede Apostolica fuerit commissus, ad aliquem locum aliquando mitteretur caussa plantandi, vel ædificandi eamdem Religionem, vel reformandi aliquod Monasterium eiusdem Ordinis, seu caussa regiminis, aut correctionis, aut alicuius valde euidentis, & grauis dispendij euitandi, &c. Cum ergo ad huiusmodi licentiam obtinendam requiratur mandatum Cardinalis, in præsentiarum Protectoris Ordinis, & dictus Reuerendus Pater Minister Prouincialis N. vel alius Frater officium Visitatoris exercens, non habeat mandatum, nisi solummodo de visitando, reformando, corrigendo, & castigando, non autem de licentiando. Igitur eam licentiare non potest. B C

Secunda probatio. ¶ Secundo, ad hoc quod dictus Cardinalis Protector possit prædictam Monialem licentiare, oportet, vt sit adhuc in casibus superioribus sibi commissis. Sed grauiter infirmari, non est de casibus sibi commissis, ergo, &c. Et quod non sit de eis, probatur; quia ibi sunt certi casus positi expressim, & nominatim, & in fine dicit; Vel alicuius valde euidentis, & grauis dispendij euitandi. Et quod non sit de expresse nominatis, patet; cum iste casus inter superiores non sit positus. Quod non veniat etiam appellatione valde euidentis, & grauis dispendij euitandi (licet quilibet sani intellectus posset comprehendere) tamen probatur sic. Si hæc Monialis esset peste vulnerata, ne corrumperetur tota domus, videretur licentiari debere, extra Clausuram curanda, quod si non fieret videretur valde euidens, & graue dispendium, quod vt euitaretur, deberet licentiari. Idem de notabili lepra, tali videlicet, quod si esset persona sæcularis, iure posset extrahi de populo, & mitti ad domos in campis separatas; Vel (quod absit) de lepra, seu morbo morum. Et sic de alijs infirmitatibus contagiosis, ex quibus toti Communitati, ex vnius infirmitate, posset venire corruptio. Sed de alijs infirmitatibus non contagiosis, quamquam dicatur, quod locus est illi infirmitati contrarius, vel quod aquæ sunt grossæ, vel similia; potest responderi, quod si locus est humidus, habitet infirma in alto; si valde siccus, in inferioribus; & si aquæ sunt grossæ, coquantur, & si non est copia Medicorum, sit contenta illis, vel illo, qui communiter sufficit ciuibus; & sic debet sufficere Religiosis, & similia. Vnde propter huiusmodi infirmitates, sic, vel sic curandas, non potest vllo pacto dici, quod admittitur, vel euitatur valde euidens, & graue dispendium. *Nota.* Ad quod, ponderanda sunt verba, scilicet valde euidentes, & graues; quia sunt duo termini, & copulatiue positi, & ponuntur diuisim, ratione illius coniunctionis, D E

&

A & iuxta ea quæ notantur in rubrica. ff. de iuris, & facti ignorantia. Et sic requiritur, quod istud dispendium, non solum sit valde euidens, sed etiam quod sit graue. Sed cum reuera, nec sit valde euidens, nec graue, dico hoc, non respectu personæ, nam respectu personæ bene potest esse valde euidens, & graue; sed dico respectu Communitatis; quod debet sic considerari, ratione illius verbi (euitandi) quod de sui natura requirit duplices personas, scilicet personam, quæ euitetur, & personam a qua euitetur, vt patet per textum, & quæ ibi trahuntur, in cap. Illud, de Cleric. excommunicati. Et in cap. Nulli de sententia excommunicationis, cum alijs multis iuribus, quæ ad præfatum pro-
B positum adduci possent, nisi ob prolixitatem vitandam omitterentur. Igitur R. P. Minister Prouincialis, seu Visitator, prædictam Monialem licentiare non potest.

¶ Tertio considerandum est, quod Papa in omnibus locis Regulæ, vbi aliquid contra Clausuram exceptauit, siue in casibus fortuitis, siue non fortuitis, numquam habuit considerationem ad aliquam personam particularem. Et est verisimile, immo iuridicum, quod si voluisset, expressisset. Vnde cum in omnibus suis exceptionibus Papa semper consuluerit, & prouiderit Communitati, bene colligitur, quod voluit commoditatem Communitatis, aliquando præferri Clausuræ. Sed cum nusquam in tota Regula reperiatur (nec etiam in
C vno tantummodo casu) commoditati personæ particularis, sicut commoditati Communitatis consulere, vel prouidere, aperte patet, quod commoditatem, seu consolationem personæ particularis, nullo pacto voluit præferri Clausuræ. Igitur Reuerendus Pater Minister Prouincialis, aut Visitator, seu Commissarius. N. nullatenus, absque speciali licentia Sedis Apostolicæ, prædictam Monialem licentiare potest. *Tertia probatio.*

¶ Præterea, & quarto, in dicta secunda Regula est quædam Rubrica, scilicet, duodecima, tenoris sequentis. De infirmis vero, cura, & diligentia maxima habeatur, & secundum quod possibile fuerit, & decuerit, tam in cibarijs, quæ earum requirit infirmitas, quam in alijs necessarijs in feruore charitatis benigne, ac sollicite eis, per omnia seruiatur: quæ infirmæ proprium habeant le-
D ctum, (si vnquam fieri potest) vbi a sanis maneant separatæ, ne illarum ordinem valeant confundere, vel turbare. Ex qua Rubrica duo clarissime colliguntur. Primum in fauorem proximi præcedentis fundamenti, scilicet, quod adeo Communitatem, in sua spirituali sanitate, Papa conseruare vult, quod præcepit, vt Moniales corporaliter infirmæ taliter curentur, quod sanas diuinis beneplacitis vacantes, nullo modo valeant confundere, vel turbare. Et ita commoditatem communem semper considerauit, numquam autem particularem. Secundum est, quod in hac Rubrica, Papa loquitur de grauibus infirmitatibus curandis, quod patet, quia dicit, quod curentur maxima cura, & maxima diligentia, cum sollicitudine, & per omnia, & similia verba. Vnde sequitur euidenter, quod Summus Pontifex intellexit de grauibus infirmitatibus.
E Aliter enim esset minus proportionatum, referri ad infirmitates leues, non ad graues, cum secundum iura, & omnimodam veritatem, maxima maximis referantur. Et si prouidetur ad infirmitates graues curandas (quod negari non potest) clare constat, quod ille casus, scilicet, valde euidentis, & grauis dispendij euitandi, non obtinet locum, nisi in infirmitatibus contagiosis, vt ante dictum est. Et sic dictus Reuerendus Pater Min. prædictam Monialem licentiare non potest. *Quarta probatio.*

¶ Quinto, & finaliter, licet omnia supradicta non militarent, quæ iuridice militant, non curemus quærere multas disputationes, cum excusari possunt; nam vbi est casus legis, non est quæstio iuris: vt in l. ancilla. C. de furtis. Textus *Quinta probatio.*

H 2 est

est expressus in propositio in cap. vnico de statu regul. lib. 6. cuius verba talia sunt. Periculoso, & detestabili quarumdam Monialium, &c. Inferius sequitur, vbi facit. Sancimus vniuersas, & singulas Moniales præsentes, atque futuras cuiuscumque Religionis sint, vel Ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis Monasterijs debere de cetero permanere Clausura. Ita quod nulli earum Religionem tacite, vel expresse professæ, sit, vel esse valeat, quacumque ratione, vel caussa (nisi forte tanto, & tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum alijs, absque graui periculo, seu scandalo commorari) Monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas. Ex quibus verbis clare constat, licentiam huiusmodi, auctoritate Apostolica esse prohibitã. Nec obstat si aliquis dicat, quod potest intelligi, de exeundo ad domos sæcularium (ne sæcularibus Moniales illecebris inuoluantur) & non ad aliud Monasterium, caussa curandi, vel huiusmodi. Nam gloss. non curat de similibus interpretationibus; sed intelligit textum istum de exitu simpliciter, & absolute, dicens, quod nec ad aliud Monasterium caussa curandi, vel huiusmodi, sed quod sit in perpetua Clausura, præterquam in duobus casibus, quos excipit, quorum noster nullus est. Igitur Reuerendus Pater Minister prædictam Monialem licentiare non potest, vt multipliciter, & euidenter probatum est per prædicta. A B

Collector. ¶ Ex prædictis infertur euidenter, quod nullatenus potest aliquis prædictorum Prælatorum, absque licentia Sedis Apostolicæ, mutare aliquam Monialem suæ curæ subiectam, de Monasterio in quo professa est, vel de alio, ad quod legitime translata est, ad aliud Monasterium, vt ibi habeat curam infirmarum, vel vt pulset organa, vel propter alias consimiles caussas; nisi solum pro caussis expressis per Vrbanum, vt supra positum est. C

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD §. 1. vbi Collector dat duas rationes, quare Ecclesia potuit obligare Moniales ad Clausuram contra ipsarum voluntatem; & inducere vitam strictiorem ipsis: notandum, quod prima ratio videtur melior, vt habetur in Summa Angel. tit. Religio. §. 29. & Silu. Religio. 6. q. 6. D

Septem notanda quoad Clausurã Tertiariarum. *Quoad hoc sunt septem notanda, præcipue quoad Clausuram Tertiariarum, in Congregatione viuentiũ secundũ Regulam Leo. X. vt hæc omnia notauit quidam pater satis in huiusmodi eruditus.*

1. Not. *Primo notandũ, quod illud ius commune in cap. periculoso, de statu regul. lib. 6. non comprehendit Tertiarias, in communi viuentes, tria vota sollemniter emittentes. Ratio, quia Regula sua per Leo. X. edita, et confirmata, post illud c. concessit eis, quod non teneantur ad Clausurã, nisi illæ, quæ Clausurã vouere voluerint, vt patet in earum dicta Regula, c. vlt. & similiter multæ aliæ Moniales aliorum Ordinum, vtpote, Beati Bernardi, & Beati Benedicti, & alia huiusmodi, in his temporibus neque vouent Clausuram, neq; ad eam vouendam tenentur, neq; per Ecclesiam, aut per Prælatos ad eam astringuntur vniuersaliter.* E

2. Not. *Secundo notandum, quod illæ Tertiariæ, quæ Clausurã vouere voluerint, tunc solum tenebuntur eã seruare, eo modo, quo se obligare intendebant, quando vouerunt absolute, vel limitate, vel in toto, vel in parte, & non aliter, nec amplius. Ratio, quia Votum non obligat vltra intentionem vouentis, ex quo est libera, & voluntaria promissio Deo facta, secundum communiter doct. in 4. dist. 38. Videatur, si placet, Bonauent. ibidem art. 1. q. 1. & Rich. art. 2. q. 2. &c. Et ad id facit, capit. exiji de verb. sign. lib. 6. §. nos obscuritatẽ in vers. nisi professor huiusmodi, &c, & c. licet, extra de voto, & ad id facit l. obligationum. l. 1. ff. de actionibus.*

A *& obligat, vbi dicitur quod non satis est dantis esse nummos, & fieri accipientis, vt obli-*
gatio nascatur; sed etiam hoc animo dari, & accipi, vt obligatio constituatur. Ideo ter- 3. Noti
tio notandum, quod si in vouendo Clausuram, eam absolute vouerunt, nihil excipere in-
tendentes, neque exprimentes vllam limitationem, sed absolute, sicut aliæ Moniales vo-
uentes Clausuram, eam vouerunt, tunc intelligitur, quod eam vouerunt; & tenentur
seruare absolute, sine exceptione alia, sicut & aliæ Moniales communiter Clausuram vo-
uentes, & seruantes ex Regula (excepto casu, ad curandum infirmos, vt ipsis Tertia-
rijs vouentibus Clausuram specialiter Regula concedit; de quo latius, infra in quincto
notabili dicetur.) Et ratio huius tertij notabilis est duplex. Prima, quia verba abso-
B *luta sine exceptione intenta specialiter, aut expressa, sunt absolute, & generaliter intel-*
ligenda, vt in cap. quoniam de coniugio leprosorum; & vbi ius non distinguit, nos distin-
guere non debemus, de maiori. & obedientia cap. Solitæ, & vt habetur extra, de decimis
cap. ad audientiam. Item secunda ratio est quia vt ait Vlpianus in l. semper in stipula-
tionibus. ff. de reg. iur. si non apparet quid actum est, consequẽs est, vt id sequamur, quod
in regione, in qua id actum est, frequentatur. Ex quibus verbis videtur, quod votum
clausuræ absolute factum a prædictis Tertiarijs, debet intelligi, & seruari secundum ius
commune, in d. c. periculoso; vel vt cõmuniter seruatur ab alijs Monialibus, vouentibus
clausuram in eadem regione, maxime ab illis, quæ sub eadem obedientia viuunt: quales
sunt Moniales S. Claræ, aut immaculatæ Cõceptionis, in his partibus Hispaniæ, vbi sunt
omnes prædictæ Religiosæ, de quibus tactum est.

C *Quarto notandum quod si aliqua Tertiaria nollet vouere Clausuram, & vellet esse*
religiosa, profitendo alia vota tantum in Monasterio Tertiariarum vouentium Clau-
suram, non solum potest non admitti, & non recipi, sed, & iam recepta potest, & debet
expelli, si nollet expresse, & vere promittere Clausuram, sicut aliæ omnes communiter
eiusdem Monasterij vouent: & si in professione, quando cum alijs tribus votis, vouit
quidem expresse clausuram, sed fraudulenter, quia, scilicet, non intendebat vere, ad
Clausuram, quam verbo tantum vouebat, se obligare: tunc in foro conscientiæ, licet ra-
tione voti, quod non est, non teneatur ad Clausuram; tenetur tamen ratione scandali vi-
tandi; & in foro exteriori ecclesiastico non creditur ei, quod talem intentionem fraudu-
lenter habuit contra verba expressa liberæ voluntatis, & cogetur ibi stare, & seruare
D *Clausuram, quia in voto communi, intentio cuiuscumque debet interpretari secundum*
communiter vouentes, & secundum statuentes, aut secundum communitatem illam, vt
cõmuniter dicitur a Doctoribus, de Religiose vouente alia tria vota communia religiosis.

Quod si omnino pertinaciter, noluerit seruare cum alijs Clausuram, quam ipsa spe-
cialiter noluit, neq; intendit vouere expresse, aut in animo suo; tunc propter scandalum,
& difformitatem vitandam, est repellenda, & eijcienda talis Tertiaria: nam eo ipso ostẽ-
dit se nolle cum alijs religiose viuere eodem modo, sed vult esse singularis, & eamdem ter-
ram eiusdem Monasterij seminare vult diuersis seminibus, & veste lanea, & lino con-
texta indui, contra illud quod mystice prohibetur Deut. 22. & tali potest dici illud Ge-
nes. 19. ingressus es vt aduena, numquid vt iudices? Ergo.

Quincto notandum, quod prædictę Tertiarię absolute vouentes Clausuram, quam-
E *uis ea teneantur seruare sicut alię, vt dictum est in tertio notabili, tamen hoc non obstan-*
te possunt egredi ad curandum infirmos, sicut moris est in eadem regione talibus Tertia-
rijs visitare, & curare infirmos. Ratio huius est, quia sua Regula per Leo X. cap. vl-
timo, id eis concedit specialiter, & expresse: ergo secundum hanc exceptionem iuris,
intelligitur suum votum etiam absolute factum: Notanter dictum est, (Sicut moris
est ipsis in tali regione, &c.) nam vbi non solent tales Tertiariæ visitare, & curare in-
firmos, quando non vouebant Clausuram, aut quando eam vouebant, iam non possent
egredi ad talem visitationem, & curationem; quia Regula solum id concedit pro il-
lis partibus, vbi est talis consuetudo ipsis Tertiarijs. Notandum etiã, quod adhuc in par-
tibus vbi esset talis consuetudo, non possunt prædictæ Tertiariæ vouentes Clausuram,

egredi ad alia negotia principaliter, sub prætextu egrediendi ad curandum infirmos; quia A
fraus, & dolus nemini patrocinatur, neque in foro Dei, nec Ecclesiæ, vt est regula iu-
6\. Not. *ris. Notandum etiam sexto, quod adhuc in partibus, vbi esset talis consuetudo egredien-*
di ad visitandum infirmos, &c. posset Prælatus talem egressum eis prohibere, etiam si
non vouissent Clausuram; & hoc, quando ipsi Prælato videretur, quod talis egressus
non expediret earum honestati, & Religionis reformationi, & alia caussa rationabili
suadente: sicut & eadem ratione, scilicet, Religionis, & honestatis debitæ obseruandæ,
Papa imposuit Clausuram obligatorie omnibus Monialibus, in dicto capitulo, periculoso,
de statu Regul. vt dicunt communiter Doctores ibidem, & sup. Collector tetigit post. §.
primum.

7\. Not. *Notandum septimo, & finaliter, quoad famulos, seu alios seculares intrantes prædi-*
cta Monasteria Tertiariarum vouentium absolute Clausuram, quod tales sæculares B
non possunt ingredi, nec admitti intra prædicta Monasteria, nisi in casibus licitis, & ne-
Pro famulis. *cessarijs; quomodo & in quibus de Iure communi, & Consuetudine approbata possunt*
ingredi, & admitti ad alia Monasteria eiusdem regionis seruantia Clausuram; vt in
tertio notabili dictum est per easdem rationes. Maxime quia Moniales prædictæ per suũ
votũ Clausuræ non possunt deobligare alios ab eo, ad quod ex iure, seu aliunde obligan-
tur: & secundum Regulam iuris, Accessorium, naturam sequitur principalis, & qui
vult principale, ex consequenti vult, aut velle tenetur accessorium, de offic. deleg. c. præ-
terea in textu, & glossa, & Bonauent. in 4. d. 38. art. 1. & q. 1.

Nunc autem a iure prohibetur, ne ad Monasteria religiosarum quarumcumque vo-
uentium Clausuram, ingrediantur, aut admittantur aliæ personæ, nisi in casibus conces- C
sis vt dictum est, & patet in dicto capitulo, periculoso Et aliquando imponitur excom-
municatio synodalis aliter intrantibus: vt patet de hoc in Siluestr. Titulo, Excommu-
nicatio secundo, dub. primo. post notabilia, quomodo quis incidat excommunicationem
per Statuta synodalia, quoad prædictum ingressum Monasteriorum exemptorum; & in-
super alia pœna pecuniaria imponitur, & corporalis. Ergo famuli, & alij non possunt
intrare, nec admitti ad prædicta Monasteria, nisi vt dictum est.

Quoad cetera fol. 111. vbi Collector ponit casus, in quibus licitum est Monialibus
S. Claræ egredi Clausuram; & tandem dicit quod in nullo casu incurrunt præfatæ Mo-
niales Sanctæ Claræ excommunicationem exeundo Clausuram nisi quando irent ad Cu-
Quando exeundo Moniales incurrent excommunicationem. *riam Romanam vt habetur in 13 capitulo Regulæ ipsarum; vel quando apostatando di-*
mitterent habitum, secundum Ius commune. Notandum, quod ibi solum loquitur & est D
verum de Monialibus S. Claræ, non de alijs, nam Bonifac. IX. ff. 120. statuit, quod Mo-
niales S. Dominici exeuntes Clausuram, nisi secundum formam suarum Constitutionũ,
incurrerent excommunicationem ipso facto. & similiter quoad alias potest statui, & for-
te alicubi particulariter statutum est per Papam. aut per Statuta Synodalia, aut Pro-
uinc. aut per Cap. Gen. vel Prou. aut per Prælatos, de quibus omnibus, quia particularia
sunt, nõ põt haberi plena certitudo, nisi ab ipsis, ad quos ista pertinent, seu quos tangunt.

Quoad fol. 112. vbi ponitur determinatio in casu infirmitatis curandæ Monialis, an
de licentia Prouinc. possit egredi Clausuram, &c.

Notandum, quod determinatio Collectoris ibi posita, quæ etiam habetur. ff. 2. dub. 2.
in decisionibus dubiorum, in Supplemento Ordinis, est tenenda. Quod si contra eam ar- E
Voti quando obligat. *guatur quodcum votum venit ad casum, seu statum. in quo a principio voueri valide,*
aut licite non poterat, iam ipsum Votum factum non obligat pro tunc, stante tali casu,
vt est communis Regula Doctorum ex B. Thoma in 4. dist. 38. q. 3. in respons. ad primũ;
& concordat ratio aperta ad id vt communiter adducitur a Doctoribus, quę pro nunc
supponatur: & concordat Regula Iuris, quod lex. seu dispositio. seu votum, cum venit
ad casum in quo incipi non poterat, non tenet. Sed votum Clausuræ non valeret in casu
grauis infirmitatis imminentis ex talis voti obseruantia, seu emissione; vt probatur in-
fra in fine, ergo ipsum votum iam factum de Clausura, non tenet, vel saltem, non obli-

gat

A gat inuitam Monialem,in casu quo ex infirmitate diceretur a Medicis , quod probabili-
ter speratur mors de longinquo,aut imminet incurabili: ac illius infirmitatis,si non exit
indes ergo etiam de licentia petita,licet non obtenta a Ministro Prouinciali,possunt Mo
niales in tali casu exire Clausuram.pro curanda infirmitate,&c.

Respondeo dupliciter, vno modo, ad maiorem dico. quod illa maxima solum est vera,
in votis proprie dictis,in quibus,scilicet,soli Deo acquiritur obligatio . Nunc autem in
professione, seu voto sollemni fit obligatio non solum Deo,sed homini,scilicet, Prælatis,
seu Ecclesiæ : ergo non procedit ratio,vt sup.cap 2.q.6.in Respon. ad tertium argumen-
tum habetur.

Item, secundo modo respondeo (etiam si concedatur illa maior) negando illam mi-
norem; & ratio est. quia supposito (secundum communiter Doct.) quod licitum est .
B licet non necessarium,obseruare rigorem abstinentiæ,seu continentiæ,seu virtutem quam-
libet heroicam procurare,per aliqua exercitia alias licita ; quamuis ex tali obseruantia,
seu exercitio rigorose incurratur aliqua pęna, egritudo, seu continuetur infirmitas , &
abbreuietur vitas non tamen notabiliter , & sensibiliter : & dummodo per ea exercitia
non retrahatur, seu impediatur notabiliter ab alijs, quę sibi necessario , secundum suum
statum,incumbunt facienda vt de his late Gerson Alphab.39.littera R.m.&c.in tract.
An Carthusien.licite abstineant a carnibus;& latius Mart.de temperantia,q.39. Quo
supposito,iam eadem ratione patet,licitum esse,ante votum factum seruare Clausuram,
tamquam abstinentiam quamdam, seu exercitium ex Zelo virtutis , & propter cauen-
dam occasionem peccati, &c. etiam in casu, quo , ex tali obseruantia , incurritur infir-
C mitas, seu infirmitatis incurabilitas, & vitæ abbreuiatio , ex quo talis abbreuiatio non
est notabilis,nec sensibilis , nec per talem infirmitatem ex Clausuræ obseruantia proue-
nientem,tollitur,aut impeditur puritas animæ,aut debita obedientia ad Deum ; nec im-
peditur,quin possit virtuose agere contemplando.orando,vel alias vt possit , & vt tene-
tur cum tali dispositione corporalis infirmitatis existen.vel saltem virtuose pati. Virtus
enim in infirmitate perficitur.1.Corinth.11.& quidem si talis vult , potest sic virtuose
agere,vt potest orando &c. & patienter ferre infirmitatem , & alia , ad verba inde se-
quentia. Iam ex his patet ratio negandi minorem suprapositā in argumento;& similiter
patet ratio probati intenti, determinati a Collectore. Nam votum bene cadit, immo &
proprie cadit, & specialiter super id, quod est licitum,& super erogatoriū, aut heroicum
quomodocumq;. Patet secundū B. Tho.vbi sup.secūdum communiter Doct.& tale votū
D iam factum erit obligatorium,vt patet. Sed votum de Clausura , etiam in casu supra-
dicto,est huiusmodi.quia,scilicet,est de re licita & super erogatoria &c. vt patet ex di-
ctis: ergo potest licite fieri in tali casu, iam factum obligatorium : ergo & determinat o
Collectoris vera. Nec obstat dicere pro probatione minoris suprapositæ , quod talis Mo-
nialis infirma propter Clausuram,iam nil boni agere potest,& est omnibus Monialibus
sua domus onerosa, odiosa, &c. sicque videtur contra virtutem manere ibi cum tali
infirmitate propter Clausuram,& per consequens,Clausura talis videtur contra virtu-
tem in tali casu,& illicita: quia respondeo, quod si ipsa Monialis infirma in casu prę-
dicto vult, potest virtuose agere orando, contemplando , & alio modo , vt commode po-
test in tali infirmitate: nec ad aliud tenetur : potest etiam virtuose operari per patien-
tiam,vt dictum est, & ex quo iam fecit votum de Clausura seruanda,tenetur eam ser-
E uare. sicut dictum est,vt ius disponit; & tenetur se disponere ad virtuose agendum &
patiendum vt oportet , & vt diximus : secus si ex tali obseruantia Clausuræ imminet
notabilis, & sensibilis vitæ abbreuiatio, seu mors.aut rationis lęsio, aut indispositio ad
animæ puritatem habendam , ita quod non nisi per exitum Clausuræ posset remediari ;
tunc enim non teneretur ad Clausuram.vt dictum est. & hoc tantum probat argumen-
tum.& nil aliud, vt etiam habet Gers.vbi supra littera F.Alph.39.& Martinus, vbi
supra.quęst.38.39.

CAPVCCINI ANNOTATIO. A

In §. 1. Verba Concil. ONC. Trid. sess. 25. c. 5. tit. de Regul. confirmando Cõstit. Bon. VIII. sup. §. 1. positam, vniuersis Episcopis, sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis ęternę, pręcipit, vt in omnibus monasterijs sibi subiectis, ordinaria, in alijs vero, Sedis Apostolicę auctoritate, Clausuram sanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter restitui, & vbi inuiolata est, conseruari, maxime procurent, inobedientes, atque contradictores, per Censuras ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacumque appellatione postposita compescentes, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sęcularis: quod auxilium vt prębeatur, omnes Christianos Principes, hortatur Sancta Synodus, & sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda, omnibus magistratibus sęcularibus iniungit. Nemini autem sanctimonialium liceat, post professionem, exire a monasterio, etiã ad breue tempus, quocumque prętextu, nisi ex aliqua legitima caussa, ab Episcopo approbanda, indultis quibuscumq; & priuilegijs non obstantibus. B

Et Pius V. in Constit. 8. Circa pastoralis, ann. 1566. edita, confirmando, & innouando etiam pręfatam Const. Bonif. VIII. & Conc. Triden. Decretum, statuit quod si aliquę Moniales forsan reperiantur, quę consuetudine etiam immemorabili, aut institute, vel fundatione Regulę suę fretę, animo obstinato huic Clausurę resistant; Ordinarij, vna cum Superioribus earum, omnibus iuris, & facti remedijs, compellant easdem, tãquam rebelles, & incorrigibiles, ad pręcise subeundum dictam Clausuram, & perpetuo

Tertiariæ. obseruandum. Mulieres quoque, quę Tertiarię, seu de pœnitentia dicuntur, cuiuscumq; fuerint Ordinis in Congregatione viuentes, si & ipsę professę fuerint, ita vt sollemne votum emiserint, ad Clausuram eamdem, & ipsę teneantur; quod si votum sollemne non emiserint, Ordinarij, vna cum Superioribus persuadere studeant, vt illud emittant, ac post emissionem, eidem Clausurę se subijciant: alias autem omnino minime recipiantur.

Idem Pius V. in Const. 10 c. Decori, & honestati, &c. ann. 1569. edita, ait. Vnde nos inhęrentes Decreto Sacri Conc. Trid. de Clausura Monial. disponenti, ac alijs nostris litteris super huiusmodi Clausura editis adijciẽtes, volumus, sancimus, & ordinamus, nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarumve Monialium quorumcumq; Ordinum, de cetero, etiam infirmitatis, seu aliorum Monasteriorum etiam eis subiectorum, aut domorum, parentum, aliorumve consanguineorum, visitandorum, aliaue occasione, nisi ex caussa magni incendij, vel infirmitatis leprę, aut epidimię quę tamen infirmitas, pręter alios Ordinum Superiores, quibus cura Monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seu D alium loci Ordinarium, etiam si prędicta Monasteria ab Episcoporum, & Ordinariorũ iurisdictione exempta esse reperiantur, cognita, & expresse in scriptis approbata sit, a Monasterijs prefatis exire sed nec in prędictis casibus, extra illa, nisi ad necessarium tempus stare liceret: aliter autem, quam vt prefertur egredientes, seu licentiam exeundi quomodocumq; concedentes, nec non comitantes, ac illarum receptatrices personas, siue laicas, vel sęculares, aut ecclesiasticas, consanguineas, vel non; excommunicationis ma-

Excommunicatio latę sententiæ. ioris latę sententię vinculo, statim eo ipso, absq; aliqua declaratione subiacere; a quo pręter quam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolui nequeant: & insuper tã egressas, quam Pręsidentes, & alios Superiores prędictos, ois licentiam huiusmodi concedentes, dignitatibus, officijs, & administrationibus per eas, & eos, tunc obtentis, priuamus, & ad obtenta & alia in posterum obtinenda inhabiles fore, decernimus, &c. E

Notandum 1. quod Greg. XIII. in Const. 13. Deo Sacris, ann. 1572. declarauit nullis Monialibus, etiam Tertiarijs licere habere ostium, per quod ex Monasterio insroiri possit ipsarum Monialium Ecclesiam exteriorem, in quam sęcularibus ad Missas, & diuina officia patere solet accessus, sed omnino muro obstruendum.

Neque itidem licere eisdem egredi a ianua Monasterij, quę est pro Clausura ipsius Monasterij, etiam ad claudendum aliam vlteriorem Ianuam, quę patere solet aditus sęcularibus venientibus, vel ad rotam, vel ad crates, seu loca colloquijs destinata, quę

vulgo

A *vulgo parlatoria vocantur, vel ad pulsandum ipsam ianuam Clausuræ quæ loca, cum saltem pro caussis prædictis patere soleant sæcularibus, extra Clausuram Monasterij censeri debent, etiam quo tempore clausa sunt.*

Notandum 2. quod secundum dispositionem Pij V. in const. 100. supra posita adhoc, vt aliqua Monialis possit Monasterij Clausuram, propter infirmitatem aliquam illarum exire, oportet, vt Superiorum earū & Episcopi cognitio, ac approbatio in scriptis simul concurrant, adeo quod vna sine alia non sufficeret. vt ex verbis ipsis clare constat. Ex Conc. autem Trid. sufficiebat Episcopi tantùm approbatio, dum dicitur ibi Nisi ex aliqua legitima caussa ab Episcopo approbata.

De excommunicatione autem quam ipso facto incurrerent, tam ingredientes Clau-
B *suram Monialium, quam Moniales id permittentes; plenius infra dicemus in verbo, Ingredi Monasteria.*

COMMISSARIVS.

LEO x. statuit, vt quando Generalis Minister electus fuerit de Cismontanis, instituat in partibus Vltramontanis, vnum Generalem Commissarium, ab eisdem vltramontanis Fratribus eligendum; cui Minister Generalis, super præfatos Fratres vltramontanos, vices suas committat, prout Capitulo Generali expedire videbitur. Ita tamen, quod Commissarius præfato Ministro Generali omnimode subijciatur, vt ceteri dicti Ordinis Prælati subijciuntur; ac illi per omnia, secundum Regulam, obedire teneatur. Dum vero Minister Generalis fuerit ex vltramontanis Fratribus 1 *De Commissario Generali.*
C electus, tunc pariformiter Commissarium Generalem cismontanum instituere debet; pari modo, quo de vltramontano Commissario superius dictum & statutum est. Qui quidem Commissarius Generalis per triennium solum, Generalis commissionis fungetur officio. Quo triennio elapso, nouus Commissarius, per Ministrum Generalem, in Capitulo generali vt supra eligendus (secundum quod vltramontanis, vel cismontanis, de Commissario fuerit prouidendum) institui debeat. B. ffo. 29. conce. 95.

¶ IDEM Leo statuit, quod Minister Generalis, in partibus, in quibus, suis sex annis fuerit, cum ad alias partes se conferre voluerit, pro eo tempore, quo absens fuerit, Commissarium, loco sui, de consilio, & assensu Diffinitorum Capituli Generalis dumtaxat, relinquere possit. B. ffo. 29. conce. 95. 2

D ¶ IDEM Leo statuit, quod Visitatores Monialium Sanctæ Claræ antea appellati, nuncupentur Commissarij, prout habetur infra, Moniales. §. vltimo. 3

¶ IDEM Leo fecit quoddam decretum aduersus Commissarios Cruciatæ, prout habetur in dictione Cruciata. §. 4. *Collector.*

¶ Quia circa auctoritatem Commissarij Generalis præfati, nonnulla orta sunt dubia scitu digna, quæ in vniuersitate Salmantina per plures iurisperitos discussa, & decisa sunt, idcirco huiusmodi dubia, cum suis decisionibus, hic inserere visum est.

PRIMVM dubium, vtrum præfata Bulla vnionis stante, sit censendum, quod Commissarius Generalis sit Ordinarius iudex, & Prælatus Fratrum *Primū dubium.*
E Minorum cismontanorum, aut delegatus? Ad hoc respondetur, quòd Commissarius Generalis (de quo in Bulla prædicta) habet potestatem delegatam, & non ordinariam; quia Delegatus dicitur, qui gerit vices alterius, vt notatur in Rubrica. de offic. deleg. & in l. 1. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. Sed talis est hic Commissarius, vt patet ex prędicta Bulla. §. Verum, ibi, Minister Generalis instituet vnum Generalem Commissarium, cui vices suas committat.

¶ Nec obstat Regula tradita per glos. & Doctores in c. Cum ab Ecclesiarum Prælatis. de offi. ord. cum sua materia, & cū multis theoricis Doctorum, quæ in

contra-

contrarium videntur facere; quia illæ applicari ad hunc casum nequeunt. A
Quod patet ex duplici capite.

¶ Primum, quia illa Regula, cum omnibus pro ea adductis, loquitur in electo ab vniuersitate, vt ibi dicitur. Sed hoc non est in casu nostro, quia omnes Fratres Minores, tam cismontani, quam vltramontani simul, faciunt vnum collegium, seu vniuersitatem. Cismontani autem tantum, vel vltramontani tantum, nec faciunt collegium, nec vniuersitatem, post præfatam Bullam vnionis, quæ eos oés facit vnum corpus. Ergo sequitur, quod Regula prædicta non habet locum in hoc casu. Vnde resultat quod cum in Bulla dicitur, quod iste Commissarius eligatur: non potest dici vera, & propria electio, cum non fiat a Collegio, vel ab Vniuersitate; sed a parte Collegij, seu a quibusdam particularibus, pro vtilitate, & commodo, eos particulariter tangente. Ideo verbum B (eligendum) positum in dicto §. Verum, non sapit electionem iuridicam, & Canonicam, vt in Titulo, de electione; sed sapit quemdam consensum, aut approbationem illorum, quibus præponitur, Fuit enim visum vtile concedere prædictum Commissarium, propter latitudinem Ordinis. Fuit etiam visum vtile, quod talis Commissarius daretur ad beneplacitum, & consolationem eorum, quibus dabatur. Ideo fuit illis concessum, vt eligerent, idest, pro voluntate, & consolatione sua, in illum consentirent. Argumento. c. Super quæstionum. §. Verum de offi. dele. Quinimmo posito, quod esset electio vera, non sequitur conclusio, scilicet, quod iste Commissarius sit Ordinarius, vt patet ex eo, quod hic statim sequitur, scilicet, secundum caput. C

¶ Secundo, in casu Regulæ supradictæ, duo tantum requiruntur ad consequendam potestatem ordinariam, scilicet, electio Collegij, & confirmatio Superioris. Et statim electus, & confirmatus consequitur iurisdictionem, legis ministerio, & operatione. Nec est opus alia commissione hominis, vt in c. Transmissam, de electione. Vnde hæc iurisdictio dicitur ordinaria, quia conceditur a lege. Tamen in casu nostro, hic Commissarius non consequitur iurisdictionē, ex duobus supradictis, scilicet, electione, & confirmatione; sed necessarium est tertium, scilicet, quod Minister Generalis committat illi vices suas, vt Bulla ipsa disponit. Itaq; iurisdictionem recipit ab homine, vices suas committente, & non a lege ministrante, seu operante. Ergo sequitur, quod est Delegatus, D & non Ordinarius. ¶ Sed adhuc posset aliquis opponere dicendo, quod sit Ordinarius, sicut Vicarius generalis Episcopi, qui licet recipiat iurisdictionem ex commissione; tamen dicitur Ordinariam habere iurisdictionem, per glo. in c. 2. de officio vicarij. lib. 6. cum similibus. Sic iste Generalis Commissarius, quamuis recipiat commissionem Generalis Ministri, videtur, quod eius iurisdictio sit Ordinaria. Ad hoc respondetur, quod illud est verum in Vicario Generali, non autem in eo, qui ponitur in certa parte Diœcesis, qui dicitur Foraneus; qui non habet ordinariam, sed delegatam: per glo. & Doctores in Clementina, Et si principalis, de Rescriptis, cum similibus. Cui videtur similis iste Commissarius, qui non generaliter in toto Generalatu, sed in parte constituitur. Videmus etiam insuper, quod illum iura vocant Officialem, hunc vero E Papa, in Bulla vnionis, Commissarium appellat. Ergo iurisdictio huius, non debet dici Ordinaria, sed delegata.

¶ Nec videtur obstare capitulum, Qui in plerisque de offic. ordin. quia gloss. ibi dicit, & Doctores, quod vterq;, tam maior, quam minor debet esse Episcopus, & consecratus, & sic quoad dignitatem æqualis. Hic vero primus est Minister, secundus vero non, sed Commissarius, quod forte non vacat mysterio, vt, scilicet, sit eadem æqualitas iurisdictionis in vtroq;, scilicet, Ordinaria, vbi est eadem æqualitas dignitatis in vtroq;, scilicet, Episcopalis. In hoc vero si-

A ro similiter, cum non sit eadem æqualitas in dignitate, quia vnus est Minister, & alter Commissarius; quid mirum, quod non sit eadem æqualitas in iurisdictione, immo quod vna sit Ordinaria, & altera delegata? Vnde glo. ibi dicit, quod ille minor Episcopus, erit suffraganeus alterius: quæ suffraganeitas, si vere & proprie accipiatur; vt est in Episcopis suffraganeis Archiepiscoporum, necessario sequitur, quod ille debet habere Ordinariam iurisdictionem, cum secundum hoc, alter Episcopus de prima instantia se intromittere non possit, in tangentibus subditos istius minoris Episcopi. Vnde oportet, quod hic minor Episcopus habeat immediate Ordinariam iurisdictionem. Nec videtur vacare mysterio, quod Papa in Bulla sua, eum appellat Commissarium, quod de
B sui natura, & propria significatione sapit delegationem. In prædicta vero Decretali, Quoniam in plerisq; vocat illum Præsulem, quod sapit dignitatem, & Ordinariam iurisdictionem, vt de Vicario Episcopi dictum est.

SECVNDVM dubium, an Minister Generalis possit amouere hunc Commissarium sine crimine, vel caussa? Ad quod respondetur, quod non; quia Bulla vult esse prædictum Commissarium per triennium, vnde oportet quod sit. Sed alius substitui non potest, nisi in Capitulo Generali. Nec Minister potest aliter ponere alium. Vnde cum oporteat, quod sit Commissarius, & isto amoto, non potest alius poni; sequitur quod iste non potest remoueri. Et ex prædictis in prima quæstione, videntur exclusa omnia fundamenta, quę in contrarium adduci possent. *Secundum dubium.*

C TERTIVM dubium, vtrum Minister Generalis possit diminuere, seu limitare potestatem dicti Commissarij, vel in aliquo alterare? Ad hoc videtur dicendum, quod Minister Generalis libere potest limitare, ac restringere potestatem sui Commissarij. Ad quod probandum, fiat fundamentum ex tribus considerationibus. *Tertium dubium.*

¶ Prima consideratio, quod Minister Generalis, cum sit Iudex Ordinarius omnium Fratrum Minorum, iure suo, & ex iure communi, poterat facere Commissarium, & Commissarios Generales, & speciales, cum commissione plenaria, vel limitata, vt sibi placuisset. Sed post hoc ius commune, superuenit Bulla Leonis, exorbitans ab illo iure communi, & restringens hanc potestatem in
D modo constituendi, scilicet, quod fiat per electionem. Et hæc sit prima consideratio.

¶ Secunda consideratio sit, quod licet fateamur, quod indefinita legis, æquipolleat vniuersali, in propria, seu in stricta significatione: & sic verbum, Vices, indefinite prolatum, proprie intelligendo, vel stricte, significat omnes vices; non potest tamen negari, quod verificetur in aliquibus vicibus: licet aliquibus detractis, saltem in larga significatione: cum pluralis locutio duorum numero sit contenta, vt dicit Regula iuris.

¶ Tertia consideratio est, quod dispositio odiosa, & de sui natura restringibi-
E lis, vt est statutum, extenditur ad latam significationem, ad euitandum correctionem iuris communis. Textus valde singularis est, & ibi Abbas, in c. Cum dilectus, de consuetudine. Ex quibus considerationibus concludi videtur necessario, quod cum dicta Bulla sit exorbitans, & odiosa, debet extendi ad latam significationem, vt minus deroget prædicto iuri communi. Et sic verificatur in vicibus, licet non vniuersaliter. Præterea in commissionibus iurisdictionis factis per Ordinarium, reperimus expressum, quod indefinita verificetur detractis aliquibus. tex. est in capitulo secundo, & vltimo de Officio Vicarij lib. 6. Sed talis est hic, quia committens, est Ordinarius, scilicet, Minister Generalis. Immo, & fortius tenendo, quod iste Commissarius habeat potestatem delegatam, vt supra probatum est, quę odiosa est; & Officialis seu Vicarius Episcopi habeat

habeat Ordinariam, quæ fauorabilis est. De quo Vicario, & Officiali loquuntur illa iura de Officio Vicarii, supra allegata. Vnde si in Vicario, seu Officiali Episcopi, in quem transit Ordinaria inrisdictio, quæ est fauorabilis, habet locum, quod indefinita verificatur detractis aliquibus, multo fortius verificabitur in eo, in quem transit iurisdictio delegata, quæ est odiosa. Et quod iurisdictio Ordinaria sit fauorabilis, & delegata odiosa, dicit hoc glo. in cap. 1. de rescriptis, lib. 6. A

¶ Et non videtur obstare supradictis, quod in contrarium dicitur, scilicet, quod indefinita æquipollet vniuersali, nam huic, iam ex supradictis, patet responsio. B

¶ Nec etiam videtur obstare quod dicitur, quod Minister Generalis committit coactus; quia similiter Episcopus ponit coactus Vicarium Generalem in Episcopatu, vt patet per Abbatem in cap. Quoniam in plerisque, de offic. ordin. & in iuribus per eum ibi allegatis. Sed quis dubitat, quod possit Episcopus sibi retinere aliquos casus? Vnde ibi habemus instantiam, præsertim, quia ille Episcopus cogitur a iure communi, hic vero, scilicet, Minister Generalis, cogitur per Bullam exorbitantem a iure communi.

¶ Non videtur etiam obstare. cap. Quoniam in plerisque, de offic. ordi. etiam præsupposito dicto Cardinalatu, qui ibi allegatur in contrarium, si, vt supradixi, ille est proprie suffraganeus maioris Episcopi. Quo casu (vt iam dixi) est necessario concludendum, quod maior Episcopus, non potest se intromittere de prima instantia inter subditos minoris Episcopi. Præterea, ille casus videtur valde alienus, & diuersus ab isto nostro; quia ibi non solum lingua erat diuersa, sed etiam sub vna fide, ritus, & mores erant diuersi in sacramentis, & diuinis; vnde facile posset scandalum generari, si in aliquibus oporteret eos recurrere ad alium, in tam grauibus, & ponderosis, contra suos mores & ritus. In casu vero nostro, in sacramentorum, & diuinorum celebratione, & huiusmodi grauibus, nulla est differentia inter cismontanos, & vltramontanos; cum ex regula, & voto, vniformiter omnes teneantur sequi Romanam Ecclesiam, & Priuilegia eadem sint vtrisque concessa. Itaque differentia potest remanere, non in votis, non in regula, non in diuinis officijs, non in sacramentis, non in ritibus, & moribus eorum, nec in aliquibus essentialibus, & grauibus, aut ponderosis, sed in aliquibus leuibus cærimonijs. Vnde ex reseruatione aliquorum, non est de quo timeatur scandalum, vel repugnantia. Data ergo dissimilitudine, videtur cessare argumentum. Hanc differentiam, vel casus diuersitatem confirmat prædicta Bulla in prællegato. §. Verum. vbi expresse dicitur, quod hic Commissarius datur propter latitudinem Ordinis, quia vnus non videbatur posse sufficere; non autem propter varietatem morum, vel rituum circa diuina, & sacramenta. In prædicta vero Decretali, Quoniam in plerisque, totum econtra, quia ibi non erat latitudo, sed propter rituum, & morum varietatem in essentialibus, ex quorum non obseruatione possent facile illi scandalizari. C D E

¶ Supradictis tamen omnibus, & alijs plnribus, quæ dici possent, omissis, huic quæstioni finem ponit eadem Bulla in dicto §. Verum, cuius talia sunt verba. Cui Minister Generalis vices suas committat, prout Capitulo Generali expedire videbitur. In quibus verbis tria videntur ponderanda. Primum hoc verbum, Videbitur, quod sapit arbitrium rationabiliter regulatum, sic iura, & doctores sæpe dicunt. Vnde patet, quod hæc potestas committenda Generali Commissario, debet prius moderari per Capitulum Generale, secundum arbitrium rationabiliter, & iuridice regulatum. Secundum ponderandū est, quod hoc Decretum, seu arbitrium, debet præcedere commissionem de necessitate,

A ad sui validitatem. Tertium est, quod hæc verba vel important ampliationem, vel diminutionem: ampliationem non important, quia vltra totum, nihil possunt ampliare: ergo sequitur, quod important diminutionem: ex primo, & vltimo istorum resultat, quod Commissio, quæ fit prædicto Commissario Generali, potest esse limitata, & restricta: ex secundo resultat, quod prædictum Arbitrium, vel determinatio, debet præcedere Commissionem, alias est inutilis, saltem quatenus assumit vires a Bulla.

¶ Concluditur itaque, quod aut Commissionem factam huic Commissario Generali præcedit prædicta modificatio, decretum, vel arbitrium Capituli Generalis, aut non. Si præcedit, valet Commissio cum suis limitationibus, & B restrictionibus ibi factis. Si non præcedit, non valet Commissio, quatenus assumit vires a Bulla. Si autem assumit vires extra Bullam, puta ex iure communi, quo iure (vt supra dictum est) prius poterat Generalis Minister facere Commissarium, tunc nulli dubium, quod posset mutare, & restringere ad libitum, cum & posset totaliter reuocare. Et sic manet tertium dubium luculenter discussum.

QVARTVM dubium est, an Generalis Minister possit mittere Commissarium Generalem, sicut primum, qui erat per electionem? Respondetur, quod non potest mittere talem secundum Commissarium, qui concurrat cum primo, quia stante Bulla præfata, vnus tantum debet esse Commissarius Generalis, & sub certo modo, & forma positus. Ergo nec po- C test dari secundus, nec nisi sub illo modo, & in Capitulo Generali, vt prædictum est. *Quartum dubium.*

QVINCTVM dubium, vtrum saltem possit Minister Generalis mittere aliquos Commissarios speciales, ad aliquas speciales Prouincias, vel pro particulari negocio? Respondetur, quod hæc quæstio potest capi dupliciter; aut enim Commissarius specialis mittitur, pro aliqua Prouincia, aut Custodia, vel Conuentu, exclusa omnino potestate Commissarij Generalis, quo ad illam Prouinciam, vel Custodiam, vel Conuentum: aut mittitur specialiter ad aliquam caussam, seu caussas, in cæteris tamen remanente potestate Commissarij Generalis, in eadem Prouincia, Custodia, vel D Conuentu. In primo casu, vel primo modo, videtur quod non posset facere, præsupposito, quod Commissarius Generalis fuit institutus auctoritate Bullę, & præcedente arbitrio, & determinatione Capituli Generalis, vt superius dictum est. *Quinctum dubium.*

¶ Ratio huius est, quia tot tales speciales Commissarios posset facere, quod subtraheret Commissario Generali paullatim totam Commissionem, vel magnam eius partem; vnde posset fieri fraus legi. Hoc tamen est intelligendum verum, præterquam si tali Prouincię, Custodiæ, vel Conuentui esset vtile prouidere de tali Commissario speciali; vt quia Commissarius Generalis es- E set negligens, aut suspectus, aut alias insufficiens illi Prouinciæ, Custodię, vel Conuentui.

¶ Fundamentum huius est, quia lex extenditur, & restringitur ad terminos suæ rationis, vt est notissimum in iure. Ratio autem, quia fuit in Bulla prouisum de isto Generali Commissario, nec fuit fauor istius Ministri, nec Generalis Commissarij, sed subditorum; vt patet in Bulla, scilicet, propter vtilitatem eorum, ne debito regimine fraudarentur. Ergo in tantum impeditur Minister Generalis dare specialem Commissarium, inquantum maior vtilitas non postulauerit; quia lex vltra non trahitur, cum ista fuerit ratio eius; præsertim in derogatione iuris alterius, scilicet, Ministri Generalis, cui per Bullam aufertur libera potestas dandi Commissarium ad libitum suum, vt proprio

iure

iure facere poterat. Et quod in fauorem Fratrum inductum est, non debet retor queri in eorum damnum, & odium, vt dicit Regula iuris. Cum ergo in fauoré Fratrum, & propter eorum vtilitatem sit inducta institutio huius Commissarij Generalis, non debet per eam impediri specialis datio, vel institutio Commissarij, vbi, & quando fuerit vtilius. ¶ Præterea, si Legatus generalis, ex caussa nouiter orta, vel antiqua nouiter reuelata, potest prohibere Delegatum specialem, datum non a se, sed a Papa, vt in l. Si hominem. ff. mandati, & ibi Barto. & Abbas in cap. Studuisti. de offic. lega. & in alijs locis, quamuis prædictus Delegatus est maior illo, in caussa sibi commissa, quanto ergo fortius poterit Generalis Minister ex aliqua ex supradictis caussis, vel alia iusta nouiter orta, prohibere prædictum Commissarium quoad vnam Prouinciam, Custodiam, vel Conuentum, cum sit eius Superior? A

B ¶ In secundo vero casu, quando, scilicet, Commissarius specialis mittitur ad caussam, vel caussas speciales in certis rebus, remanente potestate eiusdem Cómissarij Generalis in eadem Prouincia, Custodia, vel Conuentu, videtur, quod possit mittere Commissarios speciales, etiam sine aliqua caussa de prædictis, vel necessitate. Ratio huius est, quia Minister Generalis, eo ipso, quod eligitur ab vniuersitate Fratrum, & confirmatur, consequitur ordinariam iurisdictionem, per notata. in c. Cum ab Ecclesiarum. de offic. ord. ratione cuius ordinariæ iurisdictionis, potest dare Commissarios tam Generales, quam particulares: vt C. Qui pro sua iurisdictione. l. vna cum similibus. Hæc autem potestas dandi Commissarios, fuit ei limitata in vna specie Commissariorum, scilicet, in Generalibus, quod non posset dare nisi vnum, & sub certa forma, vt patet in Bulla. C De alia vero specie, scilicet, specialium Commissariorum, nihil Bulla disponit; vnde relinquit dispositioni iuris. iuxta. l. Commodissime. ff. de liberis, & posthumis. cum similibus. Et a iure antiquo eatenus intelligitur esse recessum per ius nouum, quatenus in iure nouo exprimitur, & non amplius. vt in l. Sancimus. C. de testamentis, cum similibus: immo amplius, secundum intellectum Bullæ, qui videtur magis licere, & rationi consonum, recte intuenti. Non enim tam voluit Bulla ponere frenum Generali Ministro super institutionem Commissarij, quam eum ad instituendum, & ponendum illum, calcaribus stimulare, & compellere. Declaratur sic. Quia forte Generalis nimis confidens de se, vellet solus portare totum onus regiminis, & gubernationis, & nollet secum sumere alium adiutorem, scilicet, facere Commissarium, cú esset in sua libertate ponere, vel non ponere; quod fuisset in magnum detrimentum Religionis, propter ipsius latitudinem: ideo Papa videns commodum, & incommodum Ordinis, voluit imponere necessitatem ponendi saltem vnum Commissarium Generalem. Vt autem esset magis aptus, & acceptus nationi, voluit, quod de consensu, & beneplacito eorum poneretur. Quod autem hic sit verus, & rectus intellectus Bullæ, facile videbitur intuenti §. Verum, dictę Bullæ, cuius verba sunt hęc. Verum quia conspicimus ipsum Ordinem per vniuersam Christianitatem, mirum in modum dilatatum esse; ne, ob huiusmodi amplitudinem, debito pastoralis regiminis careat beneficio, &c. Ecce motiuum Papæ, scilicet, vtilitas propter latitudinem. Sequitur vlterius in Bulla. Decernimus, quod Minister Generalis instituat vnum Generalem Commissariú, &c. Quæ verba non possunt sonare, quod Papa dat facultatem de nouo, Ministro Generali, cum ipse hanc potestatem prius haberet a iure. Sed illam potestatem, quam habet ponendi Commissarium, voluit Papa facere necessitatem, vt saltem ponat vnum Generalem Commissarium, velit nolit. Vnde cum essent duæ species Commissariorum, scilicet, generalis, & specialis, & ambæ in potestate, & libertate Ministri Generalis, ponere, vel non ponere; & ambæ fuerint a D E

A iure inuentæ, propter vtilitatem subditorum, & in adiutorium regiminis; propter maiorem vtilitatem, voluit Papa imponere necessitatem Ministro Generali saltem in altera earum magis vtili, scilicet, in Generali, aliam speciem non tangens; quia in hoc solum voluit imponere necessitatem. Aliam autem speciem non tam necessariam, voluit relinquere in potestate Ministri Generalis, sicut erat a iure communi.

¶ Præterea si verum est, quod prædictæ commissiones tam generales, quam speciales, inuentæ fuerunt, & inductæ propter vtilitatem subditorum, in adiutorium regiminis, & gubernationis: si, pro quia; quia sic verum est, & propter huius vtilitatis augmentum Papa voluit imponere necessitatem faciendi B hunc Commissarium: quomodo, aut quo pacto dici potest, quod voluit impedire alios Commissarios, & vtilitatem eorum? Et sic intendens augere vtilitatem per vnam viam, per aliam diminueret; cum sit in iure vulgatum, quod ea, quæ inducta sunt ad augmentum, non debent operari diminutionem: quod tamen hic esset.

¶ Præterea, absurdum videretur, dare casum, in quo posset inferior, scilicet, Commissarius, quod non posset Superior committens, scilicet, Minister. Sed ipse idem Commissarius Generalis potest facere istas particulares, & speciales commissiones; ergo multo fortius Minister, apud quem remansit maior potestas, immo fons ipsius iurisdictionis, & potestatis.

C ¶ Præterea, si verum esset, quod dato prædicto Generali Commissario in natione illa, Minister Generalis nihil posset, nisi personaliter ipse veniret ad illam nationem; non Bulla vnionis, sed diuisionis illa diceretur conuenienter: hoc patet aperte, quia essent duo Generalatus, vt prius; & duo capita in effectu, & vnio illa esset de vento, & non de effectu, contra mentem iurium, & Papæ in Bulla prædicta. Non obstat dicere, quod quando Minister personaliter venerit, non prohibetur exercere officium; quia hoc rarissime continget in toto suo tempore, vel numquam. Et ad rara, iura non adaptantur, nec propter illa facta fuerunt. ff. de legibus. l. Nam ad ea. Ex quibus videtur concludi, quod Minister Generalis potest mittere Commissarios speciales, quotiescumq; D voluerit, ad aliquas speciales Prouincias, vel caussas, quando in ceteris remanet potestas Generalis Commissarij in Prouincia, Custodia, vel Conuentu; quamquam non subsit aliqua de iustis caussis supradictis, vel alia similis.

¶ Nec obstant, quæ in contrarium adduci possent.

¶ Primo non obstat, quod hæc Commissaria Generalis, sit dignitas, vel officium, quod non potest diuidi; quia quamuis hoc fateatur, nulla ex hoc sequitur diuisio. Patet in Officiali Generali Episcopi, quia non definit esse Generalis, quamuis aliqui casus a iure referuentur Episcopo, vt in c. 1. & 2. de Officio Vicarij, lib. 6. Et Episcopus committit alijs specialiter aliquas caussas, & ponit aliquos Vicarios foraneos in aliquibus partibus Diœcesis, vt in Clemen E tina. Et si principalis. de Rescriptis. Nec legatus definit esse Generalis in Prouincia, licet ibidem aliquæ caussæ specialiter alijs committantur: vt in c. Studuisti, de officio legati, cum similibus. Præsertim, quia si hoc Ministro Generali competit a iure, per ea quæ dicta sunt, nemini facit iniuriam, qui vtitur iure suo, secundum iuris regulam.

¶ Nec etiam obstat dicere, quod Commissarius Generalis est Prælatus immediatus, quia hoc supra improbatum est, cum fungatur vice, & commissione alterius.

¶ Nec obstat similiter, quod dicitur, quod est data certa forma, &c. quia illa est pro Commissario Generali, & non pro speciali, qui relictus est iuris dispositioni, ex quo de ipso non est facta mentio, vt supra dictum est.

¶ Non

¶ Non obstat etiam, quod essent duo capita, scilicet, Commissarius Generalis, & specialis, quia immo nullus eorum est caput, sed ambo sunt membra capitis vnius, scilicet, Ministri Generalis. A

¶ Nec obstat dicere, quod debet esse vnus solus; quia hoc verum est precise in Commissario Generali, in quo Bulla disponit, vt dictum est, & non in specialibus, qui iuris dispositioni relicti sunt.

¶ Posset tamen aliquis dicere, quod superflua est hæc differentia superius facta inter Commissarium specialem ad Prouinciam, vel Custodiam, &c. & Cõmissarium specialem ad aliquam caussam, vt in primo requiratur iusta caussa, & non in secundo. Videtur enim superflua hæc differentia, cum rationes superius positæ pro secundo, videantur æqualiter concludere, & locum sibi vendicare pro primo. Vnde videtur, quod non magis requiratur caussa in primo, quam in secundo. Ad hoc respondetur, quod non est omnimoda æqualitas, quoniam vt supra dictum est, si tantam libertatem haberet in primo casu, sicut in secundo; tunc esset in potestate Ministri priuare Commissarium tota commissione, vel magna eius parte, per viam indirectam, quod non est faciendum, vt, scilicet, concedatur vna via, quod alia prohibetur. B

COMMVNICATIO PRIVILEGIORVM.

¶ *Distinctio materiæ communicationis Priuilegiorum Fratrum Mendicantium.* C

Collector. RESPECTV communicationis Priuilegiorum, factæ sunt multæ, ac variæ Concessiones omnibus Ordinibus Fratrum Mendicantium, quæ inferius annotantur.

¶ Sed attendere oportet, quod illæ, quæ specialiter concernunt Fratres Minores, & Moniales, ac Tertiarios, eorum Curæ subiectos, ponuntur primo.

¶ Illæ autem Concessiones, quæ tangunt Fratres Ordinis Prædicatorum, ponuntur secundo loco.

Illæ vero Concessiones, quæ spectant ad Fratres Augustinienses, necnon ad suos Tertiarios, ponuntur consequenter in tertio loco.

¶ Quædam autem Concessio quæ pertinet ad Fratres Carmelitanos, ponitur quarto loco. D

¶ Alia etiam insuper Concessio attinens ad Fratres Ordinis Minimorum, ponitur quincto loco.

¶ Sed pro omnibus Mendicantibus simul, habetur quædam alia Concessio, quæ ponitur in fine omnium prædictarum.

¶ Deinde adduntur alia ex priuilegijs Fratrum non Mendicantium, nobis denuo communicatis.

¶ *Pro Fratribus Minoribus, ac etiam Prædicatoribus.*

1 IXTVS IV. concessit professoribus Ordinis Min. vt concessis Fratribus Prædicatoribus, & eiusdem Prædicatorum Ordinis Fratribus, vt concessis prædictis Fratribus Minoribus, Priuilegijs, Indulgentijs, gratijs, fauoribus, & indultis, tam spiritualibus, quam temporalibus, a Romanis Pontificibus prædecessoribus suis, & alijs auctoritatem habentibus (quæ omnia, ac si nominatim exprimerentur, haberi voluit pro expressis) potiri, & gaudere possint, & debeant, perpetuis futuris temporibus, in omnibus, & per omnia, E

A nia, prorsus, & sine vlla differentia, perinde ac si quæ vni, & Ordinibus prædictis sunt concessa, vtrique simul nominatim concessa fuissent, aut concederentur in posterum. Et voluit, quod ea, quæ de Magistro Generali, & Prouincialibus Prioribus dicti Ordinis Prædicatorum, ac Monasterijs Monialium, sub eorumdem Fratrum Prædicatorum cura, & secundum ipsius Ordinis instituta viuentium, sunt statuta: in Generali, & Prouincialibus Ministris, & Vicarijs dicti Ordinis Minorum, & Monasterijs Monialium Sanctæ Claræ, & econtra, censeantur esse statuta. B. fo. 61. Et ffo. 144. conce. 354.

¶ IDEM Sixtus statuit, quod Monasteria, & loca Monialium Sanctæ Claræ, & Sancti Dominici, eorumq; Abbatissæ, Priorissæ, Procuratores, Syndici, Oblati, & vtriusq; sexus tertij Ordinis, de pœnitentia nuncupatæ personę prædictæ, eisdem Priuilegijs, & immunitatibus, gratijs, & fauoribus, concessionibus, indultis spiritualibus, & temporalibus Fratrum Prædicatorum, & Minorum Ordinibus, & illorum professoribus, domibus, & locis, ac Procuratoribus, & Syndicis, Oblatis, & Conuersis, seu alijs quomodolibet, per prædecessores suos, aut per ipsummet Sixtum hactenus concessis, & in posterum concedendis, quauis auctoritate (quatenus earum sexui, & statui non contradicant) libere, & licite vti possint, & debeant, in omnibus, & per omnia, prorsus, & sine vlla differentia, ac si eisdem Monasterijs, locis, & personis prædictis, nominatim concessa forent, & concederentur exprese. B. fol. 66. Et fol. 148. concess. 362. 2 *Pro Monialibus S. Claræ.*

B

C ¶ IDEM Sixtus in Bulla Aurea, omnes, & singulas gratias, Concessiones, & peccatorum remissiones, immunitates, exemptiones, facultates, priuilegia, & indulta spiritualia, & temporalia, qualiacumq; sint, Eremitarum Sancti Augustini, & Carmelitarum, & Seruorum Sanctæ Mariæ, Fratrum Ordinibus, & eorum Ecclesijs, & Oratorijs, ac domibus, Prioribus, Fratribus, & Sororibus, Conuersis, & Oblatis, & vtriusque sexus personis de pœnitentia nuncupatis; a prædecessoribus suis Romanis Pontificibus, & ab eodem Sixto, aut alijs auctoritatem habentibus (quæ omnia, ac si nominatim exprimerentur, haberi voluit pro sufficienter expressis) coniunctim, vel diuisim, in genere, vel in communi concessa; eisdem, vel eorum cuilibet Prædicatorum, & Minorum Fratrum Ordinibus, domibus, Ecclesijs, & Oratorijs, generali Ministro, Magistro, Prioribus, & Ministris Prouincialibus, Conuentualibus, Prioribus, & Guardianis, Sororibus, Oblatis, Conuersis, & vtriusque sexus Tertij Ordinis, seu de pœnitentia nuncupatis, & alijs eorumdem Ordinum personis, de nouo concessit, & in eis locum habere voluit, ac si eisdem nominatim, directe, & expresse concessa fuissent. B. fol. 66. Et ffo. 149. concess. 367. 3 *Pro Fratribus Minorib. & Prædicatorib. & eis subiectis.*

D

¶ IDEM Sixtus concessit, seu communicauit Fratribus, & Sororibus trium Ordinum Beati Francisci, omnia Priuilegia, tam spiritualia, quam temporalia, omnesq; Indulgentias ceteris Mendicantium Ordinibus concessas; tam in communi, quam in particulari, eorumq; Ecclesijs, & locis quibuscumque B. ffo. 109. concess. 464. 4 *Pro tribus ordinibus S. Fräcisci.*

E

¶ IDEM Sixtus concessit, quod Sorores Sanctæ Claræ, sub obedientia Fratrum Min. obser. existentes, gaudeant omnibus Priuilegijs, exemptionibus, & gratijs concesis, in genere, Sororibus reformatis Sororis Coletæ. o. ffo. 261. conc. 677. & fffo. 96. concess. 338. 5 *Pro monialibus Sanctæ Claræ.*

BONIFACIVS octauus statuit, ad instar Innocentij iv. quod quæcumque Moniales commissæ fuerint gubernationi Fratrum Minorum, virtute alicuius Indulti Apostolici, Moniales sic commissæ gaudeant Priuilegijs concessis, & concedendis prædictis Fratribus. b. fol. 32. & ffo. 33. concess. 35. 6 *Nota.*

I INNO-

7 INNOCENTIVS octauus concessit, quod omnia Indulta, gratiæ, ac Priuilegia concessa, & concedenda Fratribus familiæ cismontanæ, censeantur etiam concessa Vltramontanis, & econuerso. o. fol. 64. Et ffo. 68. concess. 135. Et fffo. 69. concess. 145. A

8 *Pro tertiarijs in particulari viuentibus. Collector.* ¶ IDEM Innocentius extendit, seu communicauit gratias, & Indulta concessa Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis, in communi viuentibus, etiam illis, qui viuunt in particulari. o. fol. 64. Et ffo. 69. concess. 146. Et fffo. 100. concess. 375.

¶ Qualiter præfata Concessio sit intelligenda, ponitur in dictione, Tertiarij, post omnes concessiones. Vide ibi. B

9 *Ampla cõmunicatio priuileg.* ALEXANDER Sextus concessit Fratribus Minor. regularis obseruantię, vt omnibus, & singulis gratijs, & Priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, & indultis spiritualibus, & temporalibus, tam Fratrum Prædicatorum, quam Eremitarum Sancti Augustini, Beatæ Mariæ de monte Carmeli, omnibusq; alijs Mendicantibus, per Sedem Apostolicam, vel Legatos eiusdem, etiam per litteras Apostolicas, Mare Magnum nuncupatas, hactenus concessis (quorum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur, haberi voluit pro sufficienter expressis) vti, potiri, & gaudere, libere & licite possint, & debeant, in omnibus, & per omnia; perinde ac si prædictis Fratribus Minoribus specifice concessa fuissent. B. fol. 76. Et ffo. 159. concess. 378.

10 IVLIVS Secundus concessit Fratribus Minor. consimilem communicationem Priuilegiorum aliorum Ordinum Mendicantium, ad litteram ponendo verba, quæ Alexander 6. posuerat in Concessione communicationis. §. 9. immediate præcedenti annotata. B. ffo. 12. conc. 49. C

11 *Pro fratribus citra, & vltramontanis.* ¶ IDEM Iulius concessit Fratribus Mino. obseruantiæ Vltramontanis, hoc est Hispanis, Gallis, Alemanis, quod omnibus Indultis, & Priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, gratijs, Indulgentijs, & libertatibus familiæ cismontanæ concessis, & in posterum concedendis, vti, potiri, & gaudere libere, & licite, prorsus, & absq; vlla differentia, in omnibus, & per omnia valeant; perinde ac si illa omnia eidem familiæ Vltramontanæ nominatim, ac specialiter, & expresse concessa fuissent. B. ffo. 57. concess. 69. Et fffo. 3. concess. 5. D

12 *Particularis pro fratrib. Min. regnorum castellę.* ¶ IDEM Iulius concessit Fratribus Minoribus, eorumq; domibus, omnia, & singula Priuilegia, immunitates, exemptiones, concessiones, Indulgentias, & Indulta, tam viuæ vocis Oraculo, quam alias sub quibuscumque tenoribus, & formis, Fratribus Ordinis Prædicatorum regularis Obseruantiæ regnorum Castellæ, & Legionis, ac illorum domibus, per ipsum Iulium, & prædecessores suos Romanos Pontifices, aut Sedem Apostolicam concessa, ac si prædictis Fratribus Ordinis Mino. eorumq; domibus concessa forent. B. fo. 60. Et ffo. 127. concess. 284.

13 *Declaratio, & noua concess. cõmunicationis priuilegiorum fratrũ Prędicatorũ fact. fratrib. Minorib.* ¶ IDEM Iulius postea declarauit, & concessit, quod in prædicta Priuilegiorum, gratiarum, & Indultorum præfatorum communicatione (scilicet, Ordinis Prædicatorum) tam vniuersaliter per prædecessores suos toti Ord. Minor. quam etiam per ipsum particulariter prędictorum Regnorum prius facta, vt ea, quæ, quoad absolutionem, & dispensationem, vel alias, ad Priorem generalem, seu Magistrum Ordinis præfatorũ Fratrum Prædicatorum spectãt; ad Ministrum, vel Vicarium generalem Fratrum Minorum pertineant. Et ea, quæ, ad Priores Conuentuales, idest, Prælatos singularum domorum Ordinis Prædicatorum, & eorum Vicarios similiter spectant; ad Guardianos, & eorum Vicarios Ordinis Minorum etiam pertineant. Et ea, quæ, ad Priores, seu Vicarios, vel Subpriores prouinciales, idest, Prçlatos, qui medij sunt E

quocumq;

A (quocumq; nomine censeantur, & vocentur) inter prædictum Generalem, vel Magistrum Ordinis, Priores Conuentuales, eorumq; Vicarios, simili modo spectant; ad Ministros, & Vicarios Prouinciales, ac Custodes, qui etiam medij sunt inter Ministrum, & Vicarium generalem, & Guardianos, eorumq; Vicarios similiter pertineant. *Pro quibus est prælatis ordinis.*

¶ Et quod, sicut de potestate Prælatorum, scilicet, de Prælatis ad Prælatos dictum est; ita de Congregationibus vnius ad Congregationem alterius Ordinis; & de Fratribus priuatis, idest, sine Prælatura, ad Fratres priuatos; & de festiuitatibus ad festiuitates, in ijs casibus, in quibus, Congregationibus, vel Fratribus priuatis, ac festiuitatibus alterius Ordinis, aliquid concessum est; B nunc, & pro tempore respectiue concessa intelligantur. Ita quod, ea, quę in honorem Sanctorum Dominici, Petri Martyris, Thomæ de Aquino, Catharinæ de Senis, Fratribus, vel locis Prædicatorum sunt concessa: omnia illa Fratribus Minor. præfatis, eorumq; locis, ac festiuitatibus Sanctorum Francisci, Antonij, Ludouici, Bernardini, Bonauenturæ, Quinq; martyrum dicti Ordinis, qui apud Marrochium martyrij coronam adepti sunt; & Sanctæ Claræ, ac in alijs festiuitatibus dicti Ordinis Minorum; licet sint in maiori numero, quam festa ipsorum Fratrum Prædicatorum, sint, & intelligantur concessa. B. fflo. 74. conc. 222. Et fflo. 81. concess. 263. *Pro Sāctis Ordinis.*

LEO x. concessit, quod sicut Moniales S. Claræ gaudent Priuilegijs Fratrum Minorum, ita & ipsi Fratres gaudeant, & vti possint Priuilegijs ipsarum Monialium, quæ sub cura ipsorum sunt dumtaxat, & in spiritualibus tantum. O. fflo. 62. concess. 195. 14 *De priuil. Monial. S. Claræ.*

C

¶ IDEM Leo concessit, vt omnia, & singula Priuilegia, & Indulta Ordini Fratrum Mino. tam per ipsum Leonem, quam per alios quoscumq; Romanos Pontifices concessa; Fratribus regularis Obseruantiæ, ac Conuentualibus prædicti Ordinis, inuicem perpetuo sint communicata, eisq; suffragentur: inquantum concordiæ per eumdem Leonem factæ, non sunt contraria. B. fflo. 32. concess. 114. 15 *Pro Obseruātibus, & Conuent.*

¶ IDEM Leo declarauit, & concessit, quod illud, quod conceditur omnibus Sanctis Ordinis Prædicatorum, iunctim, & cuilibet, seu aliquibus eorum, intelligatur concessum omnibus Sanctis Ordinis Mino. etiam iunctim, & cuilibet eorum, etiam si sint in maiori numero. O. fflo. 58. concess. 164. 16 *Pro Sāctis Ordinis.*

D

¶ IDEM Leo concessit Sororibus Tertij Ordinis, quod possint gaudere, & potiri omnibus, & singulis Priuilegijs, gratijs, prærogatiuis, exemptionibus, & Indultis, sub quibusuis verborum formis concessis, & concedendis Monialibus S. Claræ. Super quo dat Conseruatores. B. fflo. 46. concess. 141. 17 *Pro Tertiarijs.*

¶ *Pro Monialibus Conceptionis.*

LEO x. Motu proprio, & ex certa scientia, concessit Monialibus Sanctæ, & immaculatę Conceptionis gloriosæ Virginis Marię, sub Obedientia Fratrum Minorum degentibus, vt omnibus, & singulis Priuilegijs, concessionibus, prærogatiuis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, fauoribus, gratijs, & indultis spiritualibus, & temporalibus, per ipsum Leonem, & Sedem Apostolicam, Fratribus dicti Ordinis, ac Monialibus Sanctæ Claræ, & Sororibus Tertij Ordinis Sancti Francisci quomodolibet concessis, & concedendis, & quibus Fratres, Moniales, & Sorores huiusmodi de iure, vel Priuilegio, aut consuetudine patriæ vtuntur, potiuntur, & gaudent; seu vti, potiri, & gaudere quomodolibet poterunt in futurũ (quæ omnia pro expressis, & indiuidue enarratis haberi voluit) prædictæ Moniales, in supradicta obe- 18

E

dientia permanentes, vtantur, potiantur, & gaudeant; ac vti, potiri, & gaudere A
possint in omnibus, & per omnia, perinde ac si ipsis concessa fuissent. Sicq; per quoscumq; iudices Ordinarios, seu Delegatos, in foro contentioso, ac per quoscumque Confessores suos, in foro conscientiæ, dum, & quoties opus fuerit interpretari, iudicari, & definiri debere. B.

¶ *Pro tribus Ordinibus sanctissimi Patris nostri Francisci.*

19 CLEMENS Septimus Motu proprio, & ex certa scientia, omnia, & singula Priuilegia, immunitates, exemptiones, indulgentias, peccatorum B
remissiones, & gratias; ac omnia, & singula Indulta Ordini Fratrum Mino. regularis Obseruantiæ, & Sanctæ Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato Ordinibus, illorumq; Fratribus Monialibus, Sororibus, vtriusq; sexus personis, ac Monasterijs, Domibus, Ecclesijs, & locis quibuscumq;, etiam per modum extensionis, seu communicationis, & alias quomodolibet, per quoscumque Romanos Pontifices, prædecessores suos, ac per ipsum, & Sedem Apostolicam concessa, auctoritate Apostolica approbauit, & innouauit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere decreuit. Ipsosq; Fratres, Moniales, Sorores, personas, Monasteria, Domos, Ecclesias, & alia loca huiusmodi, omnibus, & singulis Priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, concessionibus, indultis, indulgentijs, peccatorum remissionibus, & C
gratijs quibusuis, Congregationibus dictorum Ordinum, aliorumque Ordinum Mendicantium, quomodolibet concessis, & concedendis. Necnon etiam quibusuis facultatibus, & gratijs (Fratrum professioni regularis Obseruantię non contrarijs) alijs Ordinibus quibuscumque, non Mendicantibus, quomodolibet concessis, & concedendis, vti, frui, & gaudere posse, atque debere, in omnibus, & per omnia, per inde ac si eis specialiter concessa fuissent. B.

Nota.

¶ *Pro Fratribus Prædicatoribus sigillatim.*

D

20 LEO x. Motu proprio communicauit, & de nouo concessit Ordini Prędicatorum, omnes, & singulas gratias, Concessiones, Indulgentias, peccatorum remissiones, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, facultates, Priuilegia, & Indulta, tam spiritualia, quam temporalia, qualiacumque illa sint, quę Minorum, Eremitarum Sancti Augustini, Carmelitarum, Seruorum Beatę Marię, ac Minimorum Fratrum Ordinibus, & eorum Ecclesijs, & Oratorijs, ac Ecclesias ipsas, & Oratoria visitantibus, cuiuscumque status, aut sexus existant, seu pro eorum manutentione, & ornatu contribuentibus; necnon Domibus, & Pręsidentibus, non solum Generalibus, sed etiam Prouincialibus, & Conuentualibus, Fratribusq;, & Sororibus; necnon Monialibus, & Conuersis, & Oblatis, ac vtriusq; sexus personis de pęnitentia, seu Tertij habitus nuncupatis, a prędecessoribus ipsius Leonis, aut ab ipso, eiusq; successoribus, aut alijs auctoritatem habentibus, coniunctim, vel diuisim, in genere, vel in specie concessa fuit, aut in posterum concedentur; ac si omnia, & singula nominatim exprimerentur, dicto Ordini Prędicatorum, & illius Ecclesijs, Oratorijs, & Ecclesias ipsas, & Oratoria visitantibus, seu pro earum manutentione, & ornatu contribuentibus; necnon Domibus, Magistroque Generali, Prouincialibus, & Conuentualibus Fratribus, etiam & Sororibus, siue Monialibus, Conuersis quoque, & Oblatis, ac vtriusque sexus personis de pœnitentia nominatis, & alijs eiusdem Ordinis personis.

Pro fratribus Pred.

Nota. *Affirmat etiā hoc Armil. tit. ab- sol. nu. 27.*

E

A personis. Et in fine ponit latissimas, & fortissimas non obstantias; ita quod in omnibus communicationibus Priuilegiorum, non reperitur alia melior Concessio, nec adhuc æqualis; vt patebit bene intuenti. B. ffo. 69. concessione 216.

¶ *Pro Fratribus Augustiniensibus specialiter.*

ALEXANDER Sextus Motu proprio concessit Fratribus Augustiniensibus, vt omnium, & singulorum Religiosorum, cuiuscumq; Obseruantiæ fuerint, & Domorum, locorum, personarumq; in illis degentium, quibus, vt Priuilegijs dicti Ordinis Augustiniensium vti possint, per eamdem Sedem concessum est, possint, & valeant huiusmodi Augustinienses, ipsorum locorum, domorum, & personarum, in illis habitantium, Priuilegijs, Indultis, immunitatibus, concessionibus, exemptionibus, indulgentijs, & libertatibus eis in genere, quacumq; Apostolica auctoritate concessis (quorum tenores haberi voluit pro expressis, & specificatis) vti, potiri, & gaudere perpetuis futuris temporibus, libere, & licite. B, ffo. 78. concess. 235. 21 *Nota.*

B

¶ Hec est magna Concessio, & cui nullibi aliam similem reperi. Virtute autem huius videntur etiam Fratres Minores, ratione communicationis Priuilegiorum, posse vti Priuilegijs illorum, quibus sua Priuilegia sunt communicata, vsque ad datam prædictæ concessionis Augustiniensium, sed non de in posterum concessis, aut concedendis; quia de illis non est facta mentio. *Collector.*

C

IVLIVS Secundus omnia, & singula Priuilegia, immunitates, exemptiones, concessiones, Indulgentias, ac peccatorum remissiones, & indulta quæcumque, quibusuis Congregationibus, seu Societatibus, aut alijs locis, & illorum personis, Ordinis Fratrum Eremitarum regularis Obseruantiæ nuncupatis, generaliter concessa, ad ipsum Ordinem Fratrum Eremitarum, & illius personas, ac si illis specialiter concessa fuissent, auctoritate Apostolica extendit, & illis communicauit. b. ffo. 265. conc. 648. Et B. ffo. 66. conc. 206. 22

D ¶ Virtute huius concessionis, credebant aliqui Fratres prædicti Ordinis, posse gaudere Priuilegijs, & Indulgentijs particularibus, Domibus sui Ordinis concessis; vt Sanctæ Mariæ de Populo Vrbis Romæ, & similibus. Et alij Fratres aliorum Ordinum Mendicantium credebant, quod virtute communicationis Priuilegiorum, similiter esset eis concessum. Sed Leo x. declarauit, debere intelligi, quod gaudeant prædicti Fratres Priuilegijs generaliter concessis Congregationibus, & personis, & locis Congregationum, & non Domibus, vel personis particularibus Congregationum, vel Ordinis, concessis, vt habetur. B. ffo. 56. concess. 157. *Collector.*

E ¶ IDEM Iulius, Priuilegia, immunitates, exemptiones, concessiones, indulgentias, remissiones, & indulta Ordini Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, & illius personis concessa, & ad illum, & ad illas extensa, seu communicata, Monialibus dicti Ordinis Sancti Augustini, vel sub cura dictorum Fratrum viuentibus, & quæ mantellum nigrum, & corrigiam, ad instar Fratrum dicti Ordinis deferunt, mantellatis, & corrigiatis nuncupatis mulieribus, quo ad ea, quæ ad salutem animarum ipsarum mantellatarum, & corrigiatarum dumtaxat concernunt, & earum sexui conueniunt, suffragari debere decreuit. B. ffo. 67. concess. 207. 23

¶ Circa nonnulla hic contenta, respectu mantellatorum, & corrigiatorum, vide infra post. §. 28. *Collector.*

24 ¶ IDEM Iulius statuit, vt quidquid Indulgentiarum, & gratiæ Fratribus, & Monialibus, mantellatis, & corrigiatis, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini concessum est, id omne vtriq; sexui concessum intelligatur, viris, scilicet, atq; mulieribus, dummodo a Generali, vel Priore, aut Rectore alicuius loci dicti Ordinis, auctoritatem habente, gratiæ assequendæ facultatem obtinuerint. B. ffo.76. concess.227. A

¶ Vide in dictione Tertiarij, prope finem.

25 *Oracula.* ¶ IDEM Iulius decreuit, communicationem Priuilegiorum aliorũ Ordinum Mendicantium, Fratribus Augustiniensibus factã, ad ea etiã extendi, quæ viuæ vocis oraculo ab eis impetrata, aut in genere donata sunt. Et voluit vt quidquid alicui eorumdem, hoc modo, aut quouis alio concessum est hactenus, aut in posterum concedetur, siue Conuentualibus, siue Obseruantibus nuncupatis, id omne Motu proprio, & ex certa scientia, eisdem Augustiniensibus sit concessum. b. ffo.95. concess.309. B

26 ¶ IDEM Iulius, in alio Breui, prædictis Augustiniensibus directo, posuit sequentem clausulam. Communicationem quoque Priuilegiorum cum alijs Ordinibus omnibus, firmamus, & roboramus; volentes Priuilegia nostra omnia integre, & ad verbum, vt sonant, plenissime, atq; inuiolabiliter, vbiq; gentium obseruari. b. ffo. 95. concess. 311.

27 ¶ IDEM Iulius confirmauit communicationem Priuilegiorum, quam Sixtus IV. fecerat inter Fratres Augustinienses, & alios Mendicantes. Et insuper decreuit, ac voluit, vt quidquid vsque tunc Ordini Minorum, aut Prædicatorum, aut Carmelitarum, aut Seruorum Beatæ Mariæ concessum ab Apostolica Sede est; & quidquid in futurum concedetur, eisdem Fratribus Augustiniensibus concessum sit. Ita quod Fratres huiusmodi, eisdem Concessionibus perpetuo vti possint, perinde ac si eis nominatim concessæ essent. B. ffo. 67. conc. 212. C

28 *Pro tribus ord. Augustinien. Nota.* LEO X. declarauit, & concessit, quod personæ trium Ordinum Sancti Augustini, videlicet, Fratres, Moniales, & Mantellati, omnibus, & singulis Priuilegijs, gratijs, & indultis, quæ in Mari magno, seu in alijs Concessionibus, tam per ipsum, quam per alios Romanos Pontifices prædecessores suos, Ordini ante dicto concessis, continentur, plene, & largiter perfrui possint, & debeant. Sed voluit, quod quarti gradus vtriusq; sexus personæ, Indulgentijs tantummodo gaudeant. b. ffo. 122. concess. 556. D

Collector. ¶ Istæ personæ quarti gradus videntur esse illæ, quæ in aliquibus litteris Apostolicis, vocantur Corrigiatæ, idest, quæ solum deferunt corrigiam Sancti Augustini, de quibus supra in §. 24. Attamen vtrum huiusmodi Corrigiati possint gaudere omnibus gratijs, & concessionibus spiritualibus (virtute illius dictionis, Indulgentijs) quibus alij prædicti tres gradus, seu personæ triũ Ordinum prædictorum gaudent? Aliqui voluerunt asserere; sed oppositum est verum, & certissimum, quod, scilicet, solum gaudent Indulgentijs post istam prouisionem. Nam antea gaudebant sicut Fratres, & admittebantur tempore Interdicti ad diuina. E

29 ¶ IDEM Leo concessit Generali Priori Augustiniensi, vt quidquid Indulgentiarum, & gratiæ, Fratribus, Monialibus, & Mantellatis, ac Corrigiatis concessum est, id omne vtriq; sexui concessum intelligatur, sicut supra. §. 24. concesserat Iulius. b. ffo. 122. concess. 557.

¶ *Pro Fratribus Carmelitis specialiter.*

30 *Pro Fratri* SIXTUS IV. concessit Fratribus Ordinis Carmelitarum, vt gaudere, & potiri possint, & debeant Priuilegijs, Indulgentijs, gratijs, & fauoribus, ac in-

A ac indultis, tam spiritualibus, quam temporalibus, concessis Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, ac Eremitanis S. Augustini; velut si prædicto Ordini Carmelitarum nominatim concessa fuissent, aut concederentur in futurum. Et circa huiusmodi communicationem, facit copiosam specificationem de concessis, respectu Prælatorum prædictorum Ordinum. B. fol. 105. Et ffo. 188. concess. 483. *bus Carmelitanis.*

¶ *Pro Fratribus Minimis specialiter.*

IVLIVS Secundus concessit, ac indulsit Cultricibus, ac Fundatricibus B Ordinis Minimorum, & earum vtriusq; sexus liberis procreatis, & procreandis, vt omnibus, & singulis eiusdem Ordinis Minimorum Priuilegijs, gratijs, immunitatibus, & libertatibus, exemptionibus, indultis, concessionibus, & indulgentijs, vti, potiri, & gaudere, libere, ac licite valeant. B. fffo. 9. concess. 31. 31 *Pro Fratribus Minimis.*

LEO x. Motu proprio, & ex certa scientia approbauit, & innouauit, & confirmauit, ac plenum firmitatis robur obtinere, & firmiter obseruari voluit, ac de nouo concessit communicationem Priuilegiorum omnium Ordinum Mendicantium, quam fecerat Iulius 2. Fratribus Min. obseruant. dando super hoc iudices. B. ffo. 17. concess. 57. 32 *Pro omnib. Mend.*

C ¶ IDEM Leo concessit, vt mulieres virginalem, seu vidualem, aut cælibem vitam sollemniter vouentes, etiam in consanguineorum, vel affinium suorum, vel in proprijs Domibus, aut seorsum habitantes, Priuilegijs, & immunitatibus, quibus Fratres Ordinis, cuius Tertię Regulæ habitum gestant, in omnibus, & per omnia, frui, & gaudere debeant. B. fff. 28. concess. 33

¶ *Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.*

EVGENIVS quartus concessit, quod omnia, & singula indulta, concessiones, exemptiones, & Indulgentię, ac quęcumq; alia, Monasterio D Sancti Benedicti Vallis Oleti, siue illius Monachis, quomodolibet concessa, ad omnia, & singula Monasteria reformata in Hispania per dictum Monasterium, ac alia, quę in posterum reformabuntur, & de nouo construentur, eisq; aggregabuntur, vel subijcientur Monasteria, & eorum membra, illorumque Pręlatos, & personas, ac visitantes, integre, & plenarie se extendant: Ipsaque supradicta Monasteria, Pręlati, personæ, & visitantes, illis omnibus, & singulis, vti, frui, & gaudere possint, & debeant iuxta omnem eorum formam. Ac concessiones, exemptiones, indulta, & indulgentię sint, & censeantur, & habeantur perinde in omnibus, & per omnia, ac si pro ipsis omnibus, & singulis, aut quolibet eorum specifice, singulariter, & indiuidue concessa fuissent; E & pro eis, aut pro qnolibet ipsorum, originaliter emanassent. Voluit tamen, quod in confluentium ad ipsos, pro tempore, personarum Confessionibus audiendis, & Absolutionibus impendendis, licentia, seu consensus Ordinariorum locorum interueniat. Quodque pręsentes litterę ad illa ex Monasterijs, Prioratibus, atque locis pręfatis se extendant, & de illis intelligantur, necnon extendi, & intelligi debeant; in quibus, pro tempore, fuerit numerus duodecim Monachorum, ad minus, & quamdiu vixerint in obseruantia regulari. B. 34

IVLIVS ij. vniuersis Abbatibus, Prioribus, Præsidentibus, & Conuentibus Monachorum, alijsq; Religiosarum personarum, Monasterijs Congregationis Hispanię Ordinis S. Benedicti concessit, quod omnibus, & singulis Pri- 35

 uilegijs,

uilegijs, immunitatibus, indulgentijs, prærogatiuis, gratijs, exemptionibus, libertatibus, & indultis Congregationi Cassinensi, seu Sanctæ Iustinæ, eorumq; Monasterijs, Abbatibus, Prioribus, Præsidentibus, Conuentibus, Monachis, Oblatis, & alijs Religiosis personis, per Sedem Apostolicam, in genere concessis, quorum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, & exprimerentur, pro sufficienter expressis, & insertis habendo, vtantur, potiantur, & gaudeant, ac vti potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant, in omnibus, & per omnia, perinde, ac si omnia, & singula Priuilegia præfata, huiusmodi Congregationi Sancti Benedicti Hispaniæ, illiusque Monasterijs, Abbatibus, Prioribus, Præsidentibus, Monachis, & alijs personis Religiosis præfatis, specialiter, & expressè concessa fuissent. B. A

B

¶ *Ex Priuilegijs Carthusiensium.*

36 GREGORIVS XI. concessit Carthusiensibus, vt omnia Priuilegia domui Carthusiæ Gratianopolitanæ, & alijs domibus Carthusiensis Ordinis concessa, ad omnes, & singulas domos dicti Ordinis, etiam in posterum ędificandas se extendant, cum canonice fundatæ, & ędificatę extiterint. Et quod domus ipsæ, ac personæ, quæ in ipsis pro tempore, morabuntur, omnibus, & singulis Priuilegijs huiusmodi gaudeant, sicut gaudent domus Carthusiæ, & aliæ domus, ac personæ in eis degentes. B.

37 PIVS Secundus concessit præfatis Carthusiensibus, vt Priuilegia, concessiones, Indulgentiæ, libertates, exemptiones, immunitates, gratiæ, & indulta prædicto Ordini, & domibus, ac personis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia quouis modo, respectu, singularitate, seu caussa, communiter, vel diuisim concessa, quæ, quot, & qualia sint, etiam si expressionem requirerent indiuiduam, siue alias specialem, eorumque omnium, & singulorum tenores, & effectus, ac si de verbo ad verbum inserta forent, & specifice narrata, ad omnes, & singulas eiusdem Ordinis Domos, etiam in posterum ædificandas, nec nō ad singulares earumdem domorum pro tempore personas, pariformiter extendantur, tam in iudicio, quam extra. Non obstantibus, &c. B. C

¶ *Ex Priuilegijs Fratrum Ordinis Sanctæ Trinitatis.*

D

38 LEO X. & Hadrianus 6. concesserunt Ordini Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum, ac illius Monasterijs, Ministris, Superioribus, Fratribus, ac alijs quibuscumque in eisdem Monasterijs, pro tempore degentibus personis, Prouinciæ Castellæ, Legionis, & Granatę regnorum, in obseruantia regulari degentibus, vt omnibus, & singulis Priuilegijs, prærogatiuis, concessionibus, autelationibus, immunitatibus, exemptionibus, fauoribus, & indultis, ac peccatorum remissionibus, & Indulgentijs, etiam Mare magnum nuncupatis, & alijs quibusuis litteris Apostolicis, & gratijs quibuscumque, etiam viuæ vocis Oraculo, quattuor Ordinibus Mendicantium, & eorum singulis, etiam quoad Interdicti relaxationem, & Missarum, in eorum Festiuitatibus, commemorationibus, & sollemnitatibus celebrationem, & alias quouis modo, per quoscumque Romanos Pontifices, ac Sedem Apostolicam, in genere, vel in specie, tunc, & pro tempore concessis, & confirmatis, & innouatis; quorum omnium tenores haberi voluerunt præfati Leo, & Hadrianus, pro expressis; & quibus Domus, Priores, & Fratres Ord. Mendicantium huiusmodi, de iure, vel de consuetudine, & iuxta Priuilegia, & indulta prædicta vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, & potiri, & gaudere possent quomodolibet E

Particularis pro existentibus in regnis Castella, Legionis, & Granata.

Interdictū.

A dolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere in omnibus,& per omnia, perinde ac si singula Priuilegia huiusmodi,Ordini Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum,ac illius Monasterijs,Ministris, Superioribus, Fratribus, & personis præfatis,specialiter concessa fuissent. B.

¶ IIDEM Leo, & Hadrianus concesserũt omnibus, & singulis Christi fidelibus vere pœnitentibus, & confessis, qui dicti Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum, tam virorum, quam mulierum, existentes in regnis Castellæ, ac Legionis, & Granatæ, Ecclesias, illis anni diebus, quibus peccatorum remissiones, & indulgentias ijdem Fratres consequebantur, visitauerint; ac qui deuotionis feruore ducti, in habitu Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum huiusmodi decesserint; aut eorum corpora, seu cadauera, dum ab hoc sæculo migrauerint, in Ecclesijs Monasteriorum Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum huiusmodi sepeliri ordinauerint; seu de proprijs eorum bonis, pro Redemptione Captiuorum aliquam pecuniæ quantitatem, per Ministrum Prouincialem dicti Ordinis pro tempore existentem, designandam erogauerint; aut etiam qui scapularium eiusdem Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum de manu alicuius illius Prælati,etiam absque alicuius voti emissione, susceptum detulerint; Necnon vtriusque sexus eiusdem Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum Fratribus Germanis nuncupatis: vt C omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones Fratribus Ordinis Sanctissimæ Trinitatis huiusmodi concessas,consequantur,ac suffragiorum ipsius Monasterij, pro tempore factorum, participes fiant: Nec non Priuilegijs, indultis, prærogatiuis,exemptionibus, concessionibus, antelationibus,& gratijs, Monasterijs, & Ordini Sanctissimæ Trinitatis huiusmodi, in genere, vel in specie concessis, & quibus Fratres Ordinis prædicti vtuntur, potiuntur, & gaudent, seu vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere perinde possint, ac si illa eisdem fidelibus, Fratribus,seu Germanis nuncupatis, specialiter,& expresse concessa fuissent. B.

39 Particularis pro regnis Castella Legionis, & Granata. Sepultura. Eleemosyna. Habitus. Pro germanis Fratrũ seu hospitãtibus fratres propter Deum.

D

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD §. 1. Notandum, quodidem Sixt. 4 fol. 64. & fff. 96. viua vocis Oraculo, concessit nobis Cismontanis gaudere omnibus Gratijs, Indulgentijs & Priuilegijs quomodocumque concessis Fratribus Vltramontanis & econtra, ac si nobis specialiter concessa fuissent. Itemidem Sixt. 4. excommunicauit Fratres Minores & Prædicatores admittentes ad Communicationem Priuilegiorum suorum, & Immunitatum sui Ordinis, quoscumque laicos vtriusque sexus, nisi eo modo quo infra titu. Excommunicatio. §. 14. habetur, ibi vide annotationem factam super hoc.

E *¶ Quoad. §. 13. vbi ponitur Communicatio Iulij II. ffff. 74. ff. 128. concess. 533. de Vicarijs Conuentuum Ordinis Prædicatorum, ad Vicarios Conuentuum nostri Ordinis. Notandum, quod nomine Vicariorũ debent intelligi illi, quos nos vocamus Præsidentes Conuentuum. vt sup. titu. Absolutio ordinaria quoad Fratres. §. 7. fol. 3. ait idem Collector in Comp. & tit. Vicar §. 1.*

¶ Quoad. §. 14. vbi ponitur Concessio Leo. X Notandum, quodidem Leo. X. fff. 41. 42. extendit omnes nostras Indulgentias, Indulta, &c. ad Moniales Sanctæ Claræ nostra cura subiectas, & ad Ancillas B. Mariæ, nostra curæ commissas.

¶ Quoad. §. 39. vbi ponitur Concessio Leo. X. & Hadriani 6. facta Germanis Ordinis Sanctiss. Trinitatis, vide in eodem Compendio, tit. Indulgentia, quoad seculares 4. post

Excommunicatio cõtra admittentes ad Communicationem Priuil. quoscunq; Laicos.

Vicarij conuentuum qui dicãtur

post. §. 16. de quibus Germanis id intelligatur; & in eodem tit. §.23. de quibus Indulgentijs hoc intelligatur; quia non intelligitur de plenarijs, vt ibi ait Collector. A

Nota. Participantes Priuil. possunt illis vti contra illos quorū contemplatione participant.

¶ *Tandem quoad hanc materiam Communicationis Priuilegiorum, Notandū, quod illi, quibus communicantur Priuileg. aliorum Ord. ac si ipsis specialiter concessa fuissent, quales sunt omnes Mendicantes, & etiam alij Religiosi supradicti in hoc tit. Communicatio Priuilegior. possent aequaliter, & ex ęquo gaudere prędictis omnibus Priuileg. sibi communicatis, etiam contra illos, quibus concessa fuerant, per quorum communicationem ipsi gaudent prędictis Priuilegijs: ratio est, quia iam facta sunt sibi propria, & non habent ea dependenter ab alijs, sed independenter, ac si ipsis specialiter concessa fuissent, quomodocumq; illi se habeant circa illa Priuilegia, vtendo, vel non vtendo eis. Sicq; in tali communicatione independenti, omnes qui dictis Priuilegijs possunt vti, adaequantur ex ęquo. Secus dicendum est de illis, quibus non sic specialiter, & independenter cōicantur, vt sunt familiares, & donati fratrum, & alij eiusmodi, quia non possent vti Priuilegijs Fratrum, contra ipsos Fratres, quorum Priuilegia illis cōicantur; quia quod in fauorem ipsorum Fratrum principaliter concessum est (quod, scilicet, eorum familiares vtantur ipsorum Priuilegijs) non debet contra ipsos Fratres, seu eorum dispendium retorqueri, de reg. iur. lib.6. de verb. sig. quid per nouale, iuncta gl. quia non ex aequo gaudent sicut Fratres prędicti. Similiter, si Fratres perdiderint tale Priuilegium, seu si eo non vtantur: similiter perderent, & non possent eo vti prędicti familiares eorumdem Fratrum, quia tales familiares, &c. habent prędictum Priuilegium cōicatum sibi dependenter a prędictis suis Fratribus, & minus principaliter. Ideo cessante principali, & Fratrum fauore, quorum intuitu, principaliter tale Priuilegium valebat, cessat, & minus principale, & accessorium: & ad hoc sunt multa iura pariter cum ratione supradicta, vt patet per Bart. l. c. de legatis primo, per omnia exęquata, &c. & l. amicissimus. §. Lucius, & Pan. in cap. ex parte, de foro comp. ad finem, & Bal. in l. omnia. C. de Episcopis, & Clericis. Et notandum, quia valet ad multa, & ad hoc, quod secundum Priuilegia nostra, & nobis communicata ab alijs Religiosis, vt dictū est, possimus non seruare interdictum in nostris festiuitatibus, etiam si sit interdictū positum ab illis alijs Religiosis, licet talis non obseruatio interdicti, sit in eorū praeiudicium, quia ex aequo, ac si nobis specialiter concessa fuissent, communicata sunt, & facta nostra independenter talia Priuilegia, vt dictum est, pro concordantia Priuileg. vide etiam supra Absol quoad saeculares. §. 19. fol.34. & super tit. Ingredi. §.34.* B C D

CAPVCCINI ANNOTATIO.

EST notandum quod concessa vni Ordini etiam in specie, intelliguntur concessa alijs Ordinibus, ac si nominatim eis concederentur, sicut expresse declarauit Leo. 10. inter non Mendicantes: tam actiue quā passiue sicut declarauit Pius V. etiam inter Sorores, & Moniales eiusdem Ordinis; etiam de Tertio Ordine sicut declarauit idem Pius V. & ante eū idem Leo, et Iulius 2. & 3. & Paullus 4. quae Bullę habentur in Collectione Priuileg. Ord. Prędicatorū, facta a Reuerēdiss. P. Stephano Vsus maris. fol. 156. & in alijs folijs, vt reperies in Tabula, in verbo Priuilegia cōmunia. Ideo in Mari Magno Ord. Minim. dicitur, vt possint trāsumptare quęcumq; Priuilegia, & Bullas concessas alijs Ordinibus, ac si illa, mutatis in eis nominibus, sub nomine Minimorum specialiter, & principaliter, pro eo Ordine emanassent. Vnde ex Priuil. tam Mendic. quam non Mend. multa extraxerūt, quę eis accōmoda videbantur Reuerendiss. PP. Stephanus Vsus maris supradictus, & Gaspar Passar. Ord. Minim. Generales; & in Collectionibus Priuil. ab ipsis factis, inseruerunt, vt ibi est videre. Pro cuius communionis intellectu, vt quis cognoscere valeat, quonā modo, & forma sit vtenda prefata communio, vide quā, propter discordiam inter Fratres Pradic. & Minores de obseruant. exortam in Hispania, occasione premissorum, declarauit Iu- E

Et habētur etiam sup. §.20.21.22. &c. Cōicatio Minimor. Nunc Archiepiscopus benemeritus. Adducitur à Passarel. fol.49.

A uit Iulius 2. ann. 1509.

Et sic, licet nobis Capuccinis eodem supradicto modo sint talium Priuilegia communicata; in specie tamen, per Const. Pij 4. editã ann. 1560. vt in Historia Franciscana, registrata a Reuerendiss. P. Tusignano, Ord. Conuentualium S. Francisci, & nunc Episcopo benemerito, sunt communicata omnia Priuilegia, & gratię, quæ reperiuntur concessa, vel in futurum concedentur Fratribus Minoribus, & Camaldulensibus, & alijs. Pater Tusignanus.

Tandem, Congregationi Fratrum Crucigerorum, ac Religioni Clericorum ministrantium infirmis a Greg. 14. ann. 1591. fuerunt communicata omnia Priuilegia, exemptiones, immunitates, indulgentię, facultates, libertates, indulta, concessiones, & gratiæ, quorumuis, etiam Cistercien. Cluniacens. ac Sancti Benedicti Monachis, Clericis Regularibus, & Presbyteris Collegialibus Societatis Iesu, & Canonicis, Congregationis Pro Crucigeris, & pro Clericis ministrãtibus infirmis. Cõmunicatio Priuil. societ. Iesu.

B *Lateranensis, ac quibuscumq; alijs Clericis Regularibus, & aliorum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium Ordinum, & Congregationum, Fratribus, & personis, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, in specie, vel in genere, etiam communicatiue, per quoscumque Romanos Pontifices quomodolibet concessis; quæ tamen sint in vsu, nec sub vllis reuocationibus comprehensa, neq; Decretis dicti Concilij contraria: Ac illorum omnium participes esse possunt, & debent pariformiter, & ęque principaliter, absque vlla prorsus differentia, perinde, ac si Congregationi, Ecclesijs, & Domibus ipsorum, nominatim, & specialiter, ac generaliter concessa fuissent: vt latissime habetur in Const. ipsius Greg. 14. quæ incipit, Illius qui pro gregis, &c & est confirmatiua huius Religionis; ibique, innumera ei alia tribuuntur Priuilegia, de qua etiam mentionem fecimus supra in verbo Absolutio. Quo ad fratres primo. fol. 20.*

C

Ex Priuilegijs Congregationis S. Hieronymi Fesulani.

[*ALEXANDER vi. Pontif. Max. Congregationi Fesulanę, & Confraternitatibus in eiusdem Ecclesijs erectis, seu in posterum erigendis, concessit participationem, & communicationem omnium & singulorum priuilegiorum, prærogatiuarum, immunitatum, & gratiarum, quibus fratres, & Religiosi Conuentuum, quorumcumque Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium vbique existentium, vtebantur, potiebantur, & gaudebant; seu vti, potiri, & gaudere in futurum possent.* Additio.

D *Vt est videre in litteris Apostolicis, datis Romę die 30. Aprilis, 1496.*

Et Gregorius xiij. die viij. Septemb. 1573. eamdem communicationem & participationem, dictæ Congregationi confirmauit & approbauit.]

Ex Priuilegijs Societatis IESV.

OMNIA Priuilegia, etiam speciali nota digna, immunitates, exemptiones, facultates, concessiones, indulta, Indulgentię, peccatorum remissiones, gratiæ, tam spirituales, quam temporales, litteraq; Apostolicę, etiam per modum extensionis, aut communicationis, aut alias concessa, seu concedenda, quibusuis Ordinibus, Fratrum,

E *& Sororum Mendicantium, illorumq; Congregationibus, Conuentibus, Ecclesijs, Hospitalibus, & alijs pijs locis; conceduntur Præposito, ac omnibus Societatis Iesu, Personis, Domibus, ac Collegijs, non solum ad instar illorum; sed pariformiter, & ęque principaliter a Pio Quinto.*

Et Greg. xiij. declarauit, quod omnia eis concessa, siue communicata, vt supra, seu in posterum concedenda, Præposito Generali concessa intelligantur; qui illa per seipsum, vel alium, seu alios, de eius commissione electos, seu eligendos quibuscumq; personis de eadem societate, sub eius sibi obedientibus a degentibus, communicare libere poterit: Nec aliter, extera persona Societatis, prędictis Priuilegijs, facultatibus, & alijs pręmissis, vti, aut gaudere

gaudere possunt, illorumq; vsus iuxta Societatis vsum, & institutum, Constitutiones & morem esse debet, vt habetur in eius Compend. Priuil. g. Verbo Communicatio. §. 1. & 5. A

Sed Greg. xiv. concessit Clericis Ministris infirmorum, posse illorum Priuilegia participare, vt supra est iam dictum.

Communicatio Confraternitatibus Charitatis, & Sancti Spiritus hospitali.

OMNIUM ieiuniorum, & aliorum quorumcumque spiritualium bonorum, & piorum operum, quæ in omnibus Religionibus, ac vbicumque in toto Orbe, pro tempore fiunt, participes sunt personæ Confraternitatis Charitatis de Vrbe, & personæ Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia. vt in Priuilegijs impressis. fol. 135. & 140. legitur. B

Item. omnibus gratijs, & Priuilegijs Archiconfraternitati Charitatis de Vrbe, directo, vel per communicationem concessis, ab anno 3. Leon. x. 4. Kalend. Augusti, anno Domini 1516. vsque ad annum primum Pij iv. anni 1560. 4. Idus Decemb. vti potest prædicta Confraternitas, etiam, si illa tunc non essent in vsu; aut si Priuilegia communicata, reuocari contingeret. Ita Pius iv. vt in Priuileg. eius manuscrip. fol. 81, Et recensetur in Compend. prædicto Priuileg. Soc. Iesu. Verbo Communicatio. §. 7. & 8.

Notandum autem hic est, quod cum omnes Ordines Mendicantium, simul communicent, in omnibus Priuilegijs, perinde, ac si de verbo ad verbum cuilibet eorum dicta Priuilegia concessa forent, prout supra satis clare patet; Idcirco posset occurrere dubium num etiam in pœnis, & censuris, ipsis Ordinibus concessis, adsit necne communicatio? & ad hoc breuiter respondere potest, quod in illis pœnis, & Censuris latis contra aliquem Ordinem ipsorum Mendicantium, nullo pacto inter eos fiet communicatio, cum secundum Regulam Iuris, Odia restringi, & fauores conueniat ampliari; de regul. iuris in 6. & præterea, quia infinita inde absurda sequerentur, prout facillime posset demonstrari; sed in illis, quæ in fauorem eorum sunt latæ, quamuis in pœnam laicorum ex altera parte redundant, dicerem, per eamdem Regulam Iuris prænotatam, quod fieret inter eos Communicatio: & hoc bene notandum: & quando succederet casus, saltem, periti essent consulendi. C

Dubium.

An autem in Communicatione Priuilegiorum censeatur communicari vsus, vel non vsus illorum, & quid de clausula illa, quæ nunc solet apponi in confirmatione, & communicatione Priuilegiorum. Dummodo sint in vsu &c. Vide sup. fol. 35. & fol. 50. Et vide etiam infra in verbo Priuilegia Fratrum, in fine nostræ Annotationis. D

Et an Priuilegium possit perdi per non vsum, vel per vnam, vel per plures contrauentiones? Vide ibidem. fol. 35. D.

Et an Statuentes possint recedere a Statuto confirmato per Sedem Apostolicam? Vide in Verbo Priuilegia; in nostra Annotatione in fine.

Tandem, pro fine huius materiæ Communicationum Priuilegiorum, est notandum, quod possunt omnes Mendicantes, & participantes eorum Priuilegia, in foro conscientiæ, vti omnibus gratijs, & Priuilegijs per Pontifices antecessores Pij v. concessis, etiam illis, ex eis quæ sunt restricta, seu derogata per Concil. Trid. Ita Minoribus concessit Pius v. viuæ vocis Oraculo, die 13. Mart. Anno Domini 1566. vt refertur in Compend. Priuil. Societatis Iesu. Verbo, Conc. §. 3. E

A COMMVNICARE.

¶ *Distinctio materiæ Communicationis corporis Christi.*

SCIENDVM, quod circa communionem Eucharistię, seu Corporis Christi, inueniuntur complura in Priuilegijs Fratrū. *Collector.*

¶ Et istorum, quædam tangunt præcise personas Fratrum, & Monialium eorum curæ subiectarum. Hæc autē habentur infra, in §. 7. & remissionibus ibi additis, ac etiam infra in §. 12.

B ¶ Alia vero concernunt personas sęcularium. Et ista continentur infra in omnibus. §. exceptis supra nominatis.

EVGENIVS iij. declarauit, optime Iuri satisfactum esse, & Canoni, seu Decretali Omnis vtriusq; sexus, si in hebdomada sancta, vel infra Octauas Paschæ Resurrectionis Dominicæ (secundum meliorem dispositionem conscientiæ, & aptiorem mentis deuotionem) Fideles sacrosanctum sacramentum Eucharistiæ accipiant. B. ffo. 114. concess. 248. Et idem concessit oraculo viuæ vocis. o. fol. 61. Et ffo. 64. conce. 81. Et fffo. 95. conce. 316. 1 *Pro oibus christianis. Vt ait etiā Nauar. in Manual. c. 21. nu. 45.*

¶ IDEM Eugenius concessit, quod quando quis, tempore paschali, se repererit in aliena diœcesi, semper ibi intelligitur adeptus incolatum, vt ibi confiteri, & communicare valeat, quantumcumque ibi paruo tempore steterit. C o. fo. 61. Et ffo. 64. concess. 80. Et fffo. 95. conce. 315. & sup. fol. 51. 2 *Pro forensibus.*

¶ Aduerte, quod, quoad Rectorem parochialem, vbi consistit hospitium, intelligitur hoc. Nam sine licentia ipsius, non poterit recurrere ad alium. Verumtamen, per concessionem Minimorum potest recurrere ad Fratres, prout habetur infra. §. 13. *Collector.*

¶ IDEM Eugenius declarauit, quod quando Sacerdos Parochialis dat licentiam suo subdito, vt a quocumq; possit recipere Eucharistiam, eo casu, posit recipere eam a Religiosis. o. fffo. 101. concess. 401. 3 *Pro oibus christianis.*

¶ Aduerte, quod dubitatum fuit hoc, quia vltra prohibitionem communem, est particulariter prohibitum Religiosis, per Clementinam Religiosi, de D Priuilegijs. *Collector.*

NICOLAVS v. concessit Generalibus, & Prouincialibus Ministris, & omnibus Confessoribus Ordinis Min. deputatis ad audiendas confessiones sæcularium, vt possint omnibus, quarumcumque diœcesium, quorum Confessiones audierint, sacratissimi Corporis Dominici communionem dare, omni tempore, præterquam in die Resurrectionis dominicæ. B. fo. 30. Et ffo. 114. concess. 249. Et fffo. 58. concess. 159. 4 *Pro oibus etiam forensibus.*

¶ Aduerte ad ampliationem, & declarationem huius Concessionis infra positam. §. 9. *Collector.*

SIXTVS iv. fecit consimilem Concessionem ad litteram, sicut Nicolaus v. immediate supra positam. B. fo. 30. Et ffo. 114. concess. 250. Et ffo. 58. E concess. 159. 5

¶ IDEM Sixtus concessit Fratribus Min. vt possint administrare sacramenta Eucharistiæ, & Extremæ vnctionis, illis, quorum Confessiones audierint; quando Rectores, seu Curati eorum malitiose, aut sine rationabili caussa denegauerint, seu distulerint illa administrare. Et voluit, quod super hoc stetur assertioni eorumdem Confessorum, vel pœnitentium. B. fo. 60. Et ffo. 144. concess. 348. 6 *Sacramenta.*

¶ Huiusmodi Concessio fuit modificata per Leonem x. prout habetur infra. §. 10. Vide ibi cum sua declaratione. *Collector.*

INNO-

7 *Indulgẽtia plenaria.* INNOCENTIVS viij. ac etiam Leo x. concesserunt Fratribus Min. ac Monialibus eorum curæ subiectis, communicantibus in multis Festiuitatibus, & diebus Dominicis, Indulgentiam plenariam, prout habetur infra in dictione, Indulgentiæ plenariæ quo ad Fratres. §. 6. & 7. & 11. & 18. A

8 *Particularis pro Regnis Castellæ. Interdictũ.* IVLIVS ij. concessit, quod absq; aliquo conscientiæ scrupulo, possint Fratres Min. obser. Prouinciarum Regnorum Castellæ, & Legionis, sacramentum Eucharistiæ tempore Interdicti, coram quibusuis personis sæcularibus, vel regularibus (facultatem audiendi diuina officia habentibus) recipere. Quodq; personæ prædictæ, facultatem audiendi diuina officia huiusmodi habentes, dicto tempore Interdicti, sacramentum huiusmodi recipere possint, & valeant, licentiam concessit: Ita tamen, quod hæc communicatio sæcularium, intelligatur iuxta facultates concessas illis sæcularibus, de interessendo diuinis. o. ffo. 71. concess. 179. Et ffo. 101. concess. 391. B

9 *Pro omnibus Fratribus Sacerdotib. Eucharistia.* LEO x. concessit de nouo idem, quod Nicolaus v. & Sixtus iv. concesserant, vt patet supra. §. 4. & 5. Ac declarauit, quod licet audire confessiones sæcularium non possint, nisi in supradictis Breuibus nominati; ministrare tamen, sacramentum Eucharistiæ, tempore concesso, possit quilibet, sacerdos Religionis. Et in eo quod dicitur (vbi supra) de die Resurrectionis, declarauit, quod non possint ministrare sacramentum Eucharistiæ in die, quo celebratur Festum Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi dumtaxat, sine Rectoris Parochialis, aut Diœcesani licentia. O. ffo. 58. conc. 160.

10 *Concilium. Sacramenta.* ¶ IDEM Leo, postea in Concilio Lateranensi statuit, quod Eucharistię, Extremæ vnctionis, aliaq; Ecclesiastica sacramenta, nequeaut dare Fratres, illis, quorum (etiam infirmorum) confessiones audierint, dicentibus proprium sacerdotem illa sibi dare denegasse; nisi denegatio sine legitima caussa facta, vicinorum testimonio probata; aut requisitio coram Notario publico facta, doceretur. B. ffo 25. concess. 73. C

Collector. ¶ Non obstante hoc Statuto immediate antepositο, possunt Fratres vti in foro conscientiæ, omnibus Concessionibus superius positis, quia idem Leo viuæ vocis Oraculo reualidauit, & de nouo concessit, omnia quæ per huiusmodi Concilium fuerant de nostris Priuilegijs reuocata, seu restricta, vt ponitur infra in dictione, Concilium, §. 7.

11 *Pro Monialibus. Dispensatio.* ¶ IDEM Leo, dispensauit cum Monialibus Sanctæ Claræ, & Conceptionis Beatæ Mariæ, atque Tertij Ordinis; vt præcepto Regulæ, de percipiendo sanctissimum Sacramentum, satisfaciant, per aliquos dies anteponendo, vel postponendo; dum tamen illud in fraudem non faciant. O. ffo. 61. conce. 191. D

12 *Indul. plen.* ¶ IDEM Leo concessit plures Indulgentias Fratribus, & Monialibus, communionem Corporis Christi sumentibus; prout habetur infra in dictione, Indulgentiæ plenariæ quoad Fratres. §. 5. & 6. & 12. ac. 18.

¶ *Ex Priuilegijs Fratrum Minimorum.*

13 *Pro forensibus, et etiã alijs.* IVLIVS ij. concessit Fratribus Ordinis Minimorum, vt in Ecclesijs suis, quoties opus fuerit, possint ministrare, & ministrari facere sacramentum Eucharistię, curialibus, mercatoribus, peregrinis, & transeuntibus, ac alijs quibuscumq; personis. B. ffo. 11. conce. 43. E

Collector. ¶ Aduerte circa huiusmodi Concessionem pro foro exteriori, qualiter modificata est per Leonem decimum in Concilio Lateranen. prout habetur supra. §. 10.

A ANNOTATIO CORDVBÆ.

¶ QVOAD §. 8. vbi Iul. 2. concessit nobis, quod tempore Interdicti, possint saculares habente facultatem audiendi diuina, recipere sacramentum Eucharistiæ, iuxta facultates illis concessas, &c. intellige sic, scilicet, si habuerint alias facultates etiam ad hoc, scilicet, ad recipiendum, tali tempore Interdicti, sacramentum Eucharistiæ. &c. non autem illis hoc conceditur per hanc Concessionem nobis factam, quamuis per hanc Concessionem, nos coram ipsis sacularibus habentibus alias
B tantum facultatem audiendi diuina tempore Interdicti, bene possimus recipere sacramentum Eucharistiæ, & ipsi saculares possint esse præsentes (vt ait præfata Concessio) & hoc clarius sic declaratum habetur. ffff. 101.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

NOTANDVM, quod hoc idem obseruari nunc ait Nauar in Manual. cap. 21. num. 45. Addens insuper, quod vbi adest consuetudo legitima, & præscripta satisfaciendi huic præcepto, communicando quolibet die quadragesimæ (vt est in multis locis Hispaniæ) sufficeret se illi conformare; Pro quo est sciendum quod Clem. 7.
C (vt testatur Laurentius Episcopus Prænestinus Cardinalis quatuor coronatorum) declarauit, quod, In quolibet die quadragesimæ possint fideles in Hispaniæ partibus communicare, vt præcepto Ecclesiæ satisfaciant; & ideo in multis partibus talis consuetudo ita præualuit, vt iam veluti lex obseruetur, & ideo sic, vt supra dixisse Nauar. puto. In §. 2. Hæc Bulla ponitur infra in fine compen.

Et an aliquis possit in die Paschæ communicare extra parochiam pro sua deuotione, postquam compleuerit præceptum Ecclesiæ, in aliqua die ex suprascriptis, etiam in Ecclesijs Fratrum Minorum?

Respondetur, quod non, nam sua Sanctitas vult, vt quilibet volens in die Resurrectionis communicare, siue pro deuotione sua, siue vt satisfaciat Ecclesiæ præcepto, communicet in propria Parochia, nisi tamen licentiam haberet a suo Parocho. Et hoc
D obseruandum ait Nauar. non solum pro die Pascha, sed etiam in omnibus alijs diebus, etiam extra quadragesimam, & etiam in articulo mortis; verum Leo. x. concessit cuilibet sacerdoti Fratrum Minorum, vt quouis anni die, sacrosanctum Domini Corpus secularibus ministrare possit, excepto solo die Paschatis; & est communicatum alijs Mendicantibus. & particulariter est etiam concessum Patribus Societatis Iesu; vt refert, & tenet Nauarr. in loco suprascripto. Nauarr. in Man. c. 21. nu. 52.

Notandum, quod Papa Pius V. in Const. 78. in secunda parte num. 4. idem confirmat dicens, Ipsiq; Christi fideles sacramentum Eucharistiæ (Resurrectionis Dominicæ festiuitate dumtaxat excepta) sumere, eiq; illud per Fratres huiusmodi, scilicet, Mendicantes, administrari valeat: nec ad illud faciendum per locorum Ordinarios, aut Ecclesiarum Rectores, seu alios quoscumque (illorum, licentia minime requisita),
E etiam sub censuris Ecclesiasticis, & alijs pœnis cogi vel compelli possint, seu debeant, etiam decernimus, & declaramus. & licet, Papa Greg. xiij. in const. sua 15. reduxerit illam Pij v. ad ius commune, in quantum Sacro Concilio Trid. obstat, in hoc tamen particulari non obstat Concilio, cum nullibi in hac materia contrarium iubere reperiatur nam tantum in sess. 13. c. 8. hortatur fideles ad frequenter communicandum; & non præcipit, vt in hac potius; quam in illa Ecclesia communicare debeant; & idem decreuit Papa Paullus iv. in const. 4. vt in Bullar. o. vt possint, videlicet, Fratres suprascripti Mendicantes quotidie sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum ministrare (Dominica tantum Resurrectionis excepta.) etiam concordat Nauar. in suo Manuali c. 21. nu. 52. & si Episcopus facta admonitione (vt in cap. Sac. de sent. excommun.) In §. 4. & 9.

vellet omnes illos, qui in Pascha non fuerint confessi, vel non communicauerint, denuntiare, tunc illi qui a suprascriptis Fratribus recepissent communionem, vel confessionem, ab eis opus esset habere fidem, & Episcopo præsentare: itaque, si aliquis sæcularis confessus fuerit, vel communionem receperit in aliqua Mendicantium Ecclesia, cum animo satisfaciendi Ecclesiæ præcepto, in vno dierum prædictorum octo, ante, vel post Pascha, satisfacit, & non oportet, vt iterum in die Paschatis communicet in Ecclesia parochiali. A

Vide etiam supra in tit. Absolutio quoad sæculares; fol. 33. §. 17. in fine, concessionem factam Fratribus Dominicanis a Sixto iv.

Idem tenent summistæ, quod satisfaciant Ecclesiæ præcepto de audienda missa in festiuis diebus, si in illis, vel in alijs Ecclesijs huiusmodi fratrum audierint, & non in propria parochia, vt Nauar. in Manu. tit. De quinque præceptis Ecclesiæ, num. 3. & B
Pius V. in supradicta Const. 38. num. 8. idem declarauit.

COMMVTARE.

1 *Prælati. Legata.*

SIXTVS iv. concessit, quod Prælati Ordinis Minorum possint commutare legata facta locis nostris ad vnum vsum, in alium; sine scandalo tamen illorum, ad quos solutio talium legatorum pertinet. o. fo. 62. Et ffo. 66. conce. 95. Et ffo. 95. conce. 317.

2 *Prælati. Eleemosynæ.*

LEO x. ampliando dictam gratiam Sixti, concessit, quod simili modo possint dicti Prelati facere in rebus donatis per viuentes; si tamen (vt C dictum est) non sequatur scandalum. o. ffo. 93. conc. 293.

3 *Vendere.*

¶ IDEM Leo concessit, quod Fratres Mino. possint recipere triticum, ac alias res superabundantes (scilicet, quibus in propria specie Fratres non habent necesse vti, aut non in tanta quantitate) vt pro vino, carnibus, ac alijs rebus victui necessarijs, per Syndicum Romanę Ecclesię eisdem Fratribus datum, commutentur, & permutentur; seu vt triticum, & alia huiusmodi vendantur; & ex pecunia inde proueniente, vinum, & carnes, ac alię res necessarię emantur. B. ffo. 23. conc. 66.

Collector.

¶ Cauendum est omnino ab ista Concessione, quia est expresse contra declarationem Nicolai 3. & sic relaxatiua, & destructiua nostrę strictę paupertatis, D quam in Regula promisimus; cum talia recepta sint manifeste pecunia, cuius receptio, quam prohibita sit in Regula nostra, notorium est. Nec sufficit dicere, quod Papa dispensat in hoc; nam per similes dispensationes, vel potius dissipationes, dissiparetur Religio nostra, in altissima paupertate fundata, vt patet euidenter in nostris Conuentualibus.

¶ Aduertendum est etiam circa prędicta, quod in Capitulo Generali Meclinensi, vbi tertio fuit electus Reuerendus Pater, clarę memorię, Oliuerius Mallardi, facta est sequens Ordinatio.

Statutum Generale.

¶ Capitulum Generale declarauit, quod si aliqui Conuentus aliquarum E Prouinciarum habeant copiam alicuius rei (vt pote vini, vel olei) & deficiant carnibus, vel piscibus, Prouincialis talium Prouinciarum, vel Custos talis Custodię, potest prouidere, & commutationem in talibus facere, mandando, quod vnus alteri det de ijs, in quibus abundat, & econuerso. 227. tract. 3. Et ffo. 246. tractat. 2.

ANNO.

A ## ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD §. 3. vbi Collector dicit, cauendum esse ab illa dispensatione Leo. x. quia est relaxatiua ordinis, concedens, quod Fratres accipiant pecuniam. &c. Notandum, quod Papa id concedit cum duabus limitationibus, scilicet, pro rebus necessarijs, quæ alias sine pecunia commode haberi non possunt, quod possit pets & accipi triticum, &c. ad commutandum. Secunda limitatio, quod per Syndicum tales res distrahantur pro alijs necessarijs: his ergo suppositis, constat, quod ibi non est maior dispensatio, neque conceditur alia relaxatio maior, quam quod per Syndicum procurentur seu accipiantur pecunia, sicut habent Patres vltramontani, secundum Const. Mart. 5. quæ Dispensatio, an sit nobis licita, & secura? & An nos eisdem possimus ea vti? latius habetur in expositione nostra, regula. cap. 4. q. 16.

B

CAPVCCINI ANNOTATIO.

OC etiam possunt de lege cõmun. vt in cap. exijt. quæ tamen commutatio, Concil. Trid. ordinat, vt tunc fiat, quando erit necessaria, dicens, In commutationibus vltimarum voluntatum, quæ non nisi ex iusta, & necessaria caussa fieri debent, Episcopi, tamquam delegati Sedis Apostolicæ, summarie, & extraiudicialiter cognoscant, nihil in precibus tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum, priusquam commutationes prędictę executioni demandentur. Vide etiam pro hac materia, supra quę dixi in verbo Alienatio bonorum, fol. 80.

In §. 1. Cõc. Trid. Sess. 22. c. 6. de reformatione.

C

CONCEPTIO VIRGINIS.

1



ACROSANCTA Generalis Basileensis Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, diligenter inspectis auctoritatibus, & rationibus, quæ a diuersis partibus coram eadem sancta Synodo fuerunt allegatę, alijsq; etiã plurimis super eadem materia visis, & matura consideratione pensatis, determinauit, doctrinam illã differentem, gloriosam Dei genitricem Mariam (pręueniente, & cooperante diuini muneris gratia singulari) numquam actualiter subiacuisse peccato originali, sed immunem semper fuisse ab omni originali, & actuali culpa, sanctamq;, & immaculatam, tamquam piam, & consonam cultui Ecclesiastico, fidei Catholicæ, rectæ rationi, & sacræ Scripturæ, ab omnibus Catholicis approbandam fore, tenendam, & amplectendam, diffiniuit, & declarauit. Ac decreuit, nulli de cetero licitum esse in contrarium prædicare, seu docere. b. fo. 42. Et ffo. 40. concess. 45.

D

Determinatio veritatis Conceptionis Virginis Mar.

Prędicare.

¶ EADEM sacrosancta Synodus statuit, quando, & qualiter sit huiusmodi festiuitas celebranda, prout habetur infra in dictione Festiuitas. §. 6. Attamen modo debemus sequi ordinatum per Sixtum. 2

E ¶ EADEM sancta Synodus concessit, nonnullas Indulgentias, interessentibus diuinis in præfata Festiuitate Conceptionis, sicut ponitur infra in dictione, Indulgentiæ quoad sæculares. 7. in §. 1. 3

Indulg.

NICOLAVS v. fecit copiosissimam confirmationem Ordinatorum in prædicto Concilio Basileensi. Ac per consequens confirmauit determinationem ibidem factam in fauorem immaculatæ Conceptionis Virginis Deiparæ. b. ffo. 44. concess. 49. 4

Confirmationes Concilij.

SIXTVS iv. statuit, quod fiat Octaua sollemnis de Festo Conceptionis Virginis Mariæ, & quod de Festiuitatibus, quę venerint infra Octauam, nihil tunc agatur; sed post Octauam celebrentur. Quodq; si festum Conceptionis 5

Officium diuinum.

Hodie tamen sunt obseruandæ Rubricæ Breuiarij Noui Pij V. ceptionis in Dominica venerit, fiat de Festo, quia specialis effectus Dei fuit in illa die, & ideo Dominica transferatur in sequentem diem. Et voluit, quod tunc in secunda feria dicantur Psalmi nocturnorum de Dominica, cum nouem lectionibus, & responsorijs, sine precibus, & Missa sine Gloria in Excelsis Deo, quia Te Deum laudamus, non dicitur. Sed in prædicto casu, in Octaua fiet de Dominica, & Festum Octauæ transferetur ad diem sequentem. Si vero venerit infra Octauam, fiet de Dominica cum commemoratione Festi. o. fo.64. Et flo.68. concessio. 133. A

Collector. ¶ Aduerte, quod postea concessum est, quod fiat Festum Sanctæ Luciæ infra Octauam.

6 *Reprobatio errorum.* ¶ IDEM Sixtus motu proprio, auctoritate Apostolica reprobauit, & damnauit assertiones Prædicatorum, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præsumerent, sanctam Romanam Ecclesiam, de spirituali dumtaxat Conceptione, & sanctificatione Virginis gloriosæ, Festum celebrare, ac illorum, qui crederent, & tenerent, quod asserentes eamdem genitricem Dei, ab originalis peccati macula, in sua Conceptione præseruatam fuisse, propterea alicuius hæresis labe pollutos fore. Istas namque assertiones, vt pote falsas, & erroneas, ac a veritate alienas, editosque libros id continentes, similiter reprobauit, & damnauit. B

Prohibitio. Ac motu, & auctoritate prædictis statuit, & ordinauit, quod Prædicatores verbi Dei, & quicumque alij cuiuscumque gradus, ordinis, & conditionis fuerint, qui de cetero, ausu temerario præsumpserint, in eorum Prædicationibus ad populum, seu alias quomodolibet affirmare huiusmodi sic reprobatas, & damnatas assertiones, & opiniones, veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere; postquam de præsentibus litteris scientiam habuerint, excommunicationis sententiam, & æternæ maledictionis pœnam, eo ipso incurrant, a qua, ab alio, quam a Romano Pontifice, & illius proprio ore expressa caussa huiusmodi, propter quam censuras prædictas incurrerint (nisi in articulo mortis constituti) nequeant absolutionis beneficium obtinere; non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus. C

Excommunicatio. Item pari damnationi, & Censuræ subiecit illos, qui prædicare, docere, aut alias verbo, vel scriptura affirmare præsumerent, hæreticum fore, credere eamdem Virginem gloriosam a peccati originalis macula præseruatam non fuisse. B. fol. 34. Et flo. 117. concessione. 257. D

7 *Officium di Busto.* ¶ IDEM Sixtus concessit, vt omnes, qui officium Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, compilatum, & ordinatum per Fratrem Bernardinum de Busto, pro sua deuotione dicere, & recitare voluerint, libere, & licite hoc possint, & valeant. B. fo.40. Et flo.124. conc.272.

8 *Reprobatio.* ¶ IDEM Sixtus Motu proprio, & ex certa scientia reprobauit, & damnauit assertiones Fratrum Prædicatorum, & quorumlibet aliorum, qui affirmare præsumerent, eos, qui crederent, aut tenerent, Dei genitricem, ab originalis peccati macula, in sua Conceptione præseruatam fuisse; propterea alicuius hæresis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare: aut huiusmodi officium Conceptionis celebrantes, seu sermones audientes, alicuius peccati reatum incurrere; vt pote falsas, & erroneas, & a veritate penitus alienas: editosque desuper libros id continentes, similiter reprobauit, & damnauit. E

Prohibitio. ¶ Statuit etiam, & ordinauit, ne Prædicatores verbi Dei, & quicumque alij, cuiuscumque status, gradus, aut ordinis, & conditionis fuerint, qui ausu temerario præsumpserint in sermonibus ad populum, seu alias quomodolibet approbare superius improbatas, & damnatas assertiones, asserendo

veras

A veras esse, aut dictos libros pro veris legendo, tenendo, vel habendo; postquam de præsentibus notitiam habuerint, excommunicationis sententiam, & æternæ maledictionis pœnam, eo ipso incurrant: a qua ab alio, quam a Romano Pontifice, & illius proprio ore, expressa caussa huiusmodi, propter quam Censuras prædictas incurrerint (nisi in mortis articulo constituti) nequeant absolutionis beneficium obtinere. *Excommunicatio.*

¶ Item motu, scientia, & auctoritate similibus, simili pœnæ, ac Censuræ subiecit eos, qui ausi fuerint asserere contrariam opinionem tenentes; videlicet, gloriosam Virginem Mariam, cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, vel peccatum incurrere mortale; cum nondum fit a Romana Ecclesia, vel Apostolica Sede decisum. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. B. fol. 74. Et ffo. 158. concessione. 376.

B ALEXANDER Sextus, confirmauit Bullam supradictam Sixti in. §. 8. inferendo illam de verbo ad verbum; ac dando desuper iudices: cum magnis clausulis, & non obstantijs. B. fo. 74. Et ffo. 158. conce. 336. 9

IVLIVS secundus concessit plures Indulgentias in fauorem Conceptionis Beatæ Virginis, prout habentur in dictione, Indulgentiæ quoad sæculares. 7. §. 3. 10 *Indulg.*

¶ IDEM Iulius edidit Regulam Monialium Conceptionis Beatæ Virginis, prout late in fine libri huius ponitur; quia nullibi reperi eam impressam.

C LEO decimus, concessit, quod tempore interdicti, quauis auctoritate, & ex quibusuis caussis, pro tempore appositi, in quibusuis Hispaniæ Ecclesijs, ac locis, a primis Vesperis diei Festi Conceptionis, vsque ad illius totalem Octauam inclusiue, Missas, & alia diuina officia, apertis ianuis, & pulsatis campanis, atque alta voce (excommunicatis dumtaxat, & nominatim interdictis expulsis) celebrare possint. Et quod singuli Christi fideles non excommunicati, nec nominatim interdicti, ad Missas, & alia diuina officia audienda, præfato tempore admitti libere, & licite possint. B. ffo. 24. conc. 67. 11 *Particularis pro Hispania. Interdictũ.*

D ¶ IDEM Leo concessit multas, & magnas Indulgentias, intuitu Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ, tam Fratribus, quam Sæcularibus; quas reperies vna cum multis alijs Indulgentijs, infra in dictione, Indulgentiæ plenariæ quoad Fratres. §. 18. & 19. Et in dictione, Indulgentiæ quoad sæculares. 7. in omnibus. §. 12 *Indulg.*

CAPVCCINI ANNOTATIO.

E *CONCIL. Trid. Sess. 5. in Decreto de peccato originali, in fine, postquam tractauit materiam peccati originalis, concludit dicens. Declarat tamen hac ipsa sancta Synodus, non esse suæ intentionis comprehendere in hoc Decreto, ubi de peccato originali agitur, Beatam, & Immaculatam Virginem Mariam Dei Genitricem: sed obseruandas esse Constitutiones felicis recordationis Sixti Papæ iiij. sub pœnis in eis Constitutionibus contentis, quas innouat.* Cõc. Trid.

Nota verba Concilij, quomodo videtur inclinare ad tenẽdam Conceptionem: ait enim Non esse intentionis suæ comprehendere in hoc Decreto, &c. etiam illud verbum (Immaculatam.) Et Ecclesia facit de ea officium: Et iam Festum, in Kalendario Romano sanctorum, apponitur mense Decembri die octaua. Et quamplurima Confraternitates sub Conceptionis titulo per vniuersum orbem erecta sunt: Et innumerabiles Indulgentia illis Confraternitatibus per plures summos Pontifices concessa sunt. &c. Nota rationes pro Cõceptione.

Const. 119. Bulla Pij V. pro Cōcep. *Et Pius V. in Const. Super Speculam Domini, anno Domini 1570. edita, statuit dicens. Motu proprio, Statutum felicis recordationis Sixti IV. prædecessoris nostri, super ea re a præfata Synodo innouatum, Apostolica auctoritate, tenore præsentium confirmamus, & approbamus; atque vt deinceps efficaciùs a cunctis obseruetur, perpetuo Statuimus, & Ordinamus, ac per Apostolica scripta Mandamus, quatenus nemo cuiuscumque ordinis, gradus, conditionis, vel dignitatis existat, in popularibus concionibus, vel vbicumque promiscua virorum, & mulierum multitudo conuenire solet, de huius controuersia alterutra parte disputare, rationibus, vel Doctorum auctoritate; asserendo propriam sententiam, & contrariam refellendo, aut impugnando, vel de hac ipsa quæstione cuiusuis pietatis, aut necessitatis prætextu, vulgari sermone scribere, vel dictare præsumat. Qui contrafecerit, suspensionis pœnam a diuinis, absque noua* A

Pœna suspēsionis, et priuationis. *declaratione ipso facto incurrat, si modo fuerit in sacris constitutus; & quocumque præterea gradu, siue dignitate, vel administratione fungatur, illis omnibus sit ipso Iure priuatus, & ad eadem, vel similia munera obtinenda, obeunda, perpetuo inhabilitatis censura etiam ipso facto sit obnoxius; super quibus, nisi a Romano Pontifice pro tempore existente, dispensari, siue absolui non possit. Et nihilominus, alijs pœnis, si opus fuerit, a proprio Prælato, pro delicti mensura infligendis, subijciatur, prout subijcimus.* B

Ceterum, quamdiu per Apostolicam Sedem altera pars diffinita non fuerit, oppositaque sententia condemnata, liceat viris doctis in publicis Academiæ disputationibus, siue Generalium, aut Prouincialium Capitulorum, vel vbi alias interfunt, qui rem capere possunt, nec scandali vlla subest occasio, de illa quæstione differere, & argumentis, vtramlibet partem, vel asserere, vel impugnare; dum tamen, neutra, veluti erronea prædicetur: seruenturque illa omnia, quæ a prædicto Sixto Prædecessore nostro statuta sunt, &c. C

Indul. plen. Monial. Concep. et sæcularib. *Sixtus V. omnibus, & singulis Monialibus Conceptionis B.M. Virginis, ac omnibus, & singulis alijs vtriusque sexus Christi fidelibus, vere pœnitentibus, & confessis, qui singulas, seu quamlibet Ecclesiarum Monasteriorum Monialium huiusmodi, in festo Conceptionis eiusdem Beatæ Mariæ a primis vesperis, vsque ad occasum solis eiusdem festi, annis singulis deuote visitauerint, & ibi pro pace inter Christianos Principes conseruanda, ac Sanctę Matris Ecclesiæ exaltatione, Hæresumque extirpatione, pias ad Deum preces fuderint, si eo die sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, Indulgentiam plenariam, & omnium peccatorum suorum remissionem, quoad eos omnes, perpetuo illis omnibus concedit, & largitur, vt in Const. 42. Expositum nobis. anno 1586. edita.* D

¶ CONCILIVM.

1 Obseruantia. ONCILII Constantiensis decretum, circa obseruantiam Fratrum Min. quo tempore, & quomodo emanauit, consulte, salubriterq; separans Fratres Obseruantes a Conuentualibus, habetur sub autentico. B. fo. 25. Et ffo. 109. conce. 236.

2 MARTINVS V. approbauit Decretum prędicti Concilij Constantiensis, quoad separationem Fratrum Minorum Obseruantię. B. fo. 36. Et ffo. 120. concess. 260. E

3 SACROSANCTA Generalis Synodus Basileensis confirmauit decretum Concilij Constantiensis, super obseruantia Fratrum Minorum. B. fol. 39. Et ffo. 123. concess. 270.

4 Conceptio Virginis. ¶ Prędicta Synodus, seu Concilium Basileense determinauit veritatem immaculatæ Conceptionis Beatę Virginis, vt habetur supra in dictione, Conceptio. §. 1. Et ffo. 40. concessione 45.

NICO-

A NICOLAVS v. fecit confirmationem copiosissimam Concilij Basileensis; vt habetur latissime. b. ffo. 44. concessione. 49. 5

LEO x. in Concilio Lateranensi, edidit quamdam Bullam magnam, super moderationem Priuilegiorum, per Sedem Apostolicam Fratribus Mendicantibus, & alijs Religiosis concessorum. 6

¶ Sed quia huiusmodi modificationes, seu restrictiones, aut reuocationes, ponuntur sparsim in hoc Compendio, sub diuersis dictionibus, iuxta diuersitatem materiarum, quas praefatae modificationes, tangunt; ideo non ponuntur hic insimul. Attamen qui voluerit dictam Bullam ad longum videre, reperiet eam in Supplemento. ffo. 25. *Collector.*

¶ IDEM Leo postea reualidauit, & in pristinum statum restituit, omnia B Priuilegia Fratrum Minorum Obseru. quoad forum conscientiae tantum, & hoc solum Oraculo viuae vocis. 7 *Priuilegia.*

¶ Sed quia huiusmodi Oraculum non potuit haberi tempore impressionis Supplementi Priuilegiorum; ideo hic ad litteram ponetur, prout continetur in registro Ordinis, facto tempore Reuerendissimi Patris Fratris Francisci Licheti Ministri Generalis, ex cuius persona, sic ibidem habetur. *Collector.*

¶ Anno Domini 1519. in Vigilia Visitationis Beatae Mariae Virginis, dum essem in praesentia, & conspectu Sanctissimi Domini nostri, domini Leonis Papae decimi, ipse Pontifex liberaliter confirmauit omnia Priuilegia Ordinis, in foro conscientiae tantum: ita quod in foro conscientiae eisC dem vti possumus; sicut ante Concilium Lateranense vltimate celebratum. Non obstantibus quibuscumque in dicto Concilio ordinatis, vel determinatis, aliter, vel in contrarium disponentibus. Haec in Registro Ordinis habentur, in actis praefati Reuerendiss. P. Fr. Francisci Licheti Gener. Ministri, ad litteram.

¶ Ad ampliorem etiam certitudinem praefatae reualidationis Priuilegiorum nostrorum, facit, quod praedictus Reuerendissimus Pater Generalis Minister testatus est alias suis litteris autenticis; se impetrasse a praedicto Sanctissimo Domino Leone decimo, viuae vocis oraculo, quod Fratres vtantur omnibus Priuilegijs (etiam viuae vocis oraculo Ordini concessis) in foro conscientiae dumtaxat, etiam non obstante vndecima SesD sione Concilij vltimi Lateranensis. Et in fine Litterarum testimonialium, vbi continebatur praedicta Concessio, erat positum. Datum in loco Araceli. 20. Iulij. 1519. Frater Franciscus Lichetus de Brixia, Generalis Minister totius Ordinis Sancti Francisci, manu propria subscripsi, & sigillo maiori officij mei corroboraui.

¶ Notandum est etiam, quod adhuc pro foro exteriori videntur reualidata nostra Priuilegia, prout determinauit quidam iuris Doctor insignis, super hoc consultus, & plene informatus. Et hoc virtute cuiusdam Breuis per eumdem Leonem decimum concessi Fratribus Ordinis Praedicatorum: E post praefatum Concilium, vbi fecit eis amplissimam communicationem omnium Priuilegiorum concessorum, & concedendorum alijs Fratribus Mendicantibus; & Motu proprio illa de nouo concessit, cum magnis non obstantijs, prout sequuntur. Non obstantibus quibuscumque Apostolicis suspensionibus, reuocationibus, & restrictionibus, siue constitutionibus, ordinationibus, necnon in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis, specialibus, vel generalibus, &c. B. ffo. 69. conce. 219. *Collector.*

¶ Circa quas derogationes est aduertendum, & notandum, quod cum secundum iura, verba posita in litteris Apostolicis debeant aliquid

operari, sequitur, quòd per præfata verba est derogatum Concilio Lateranẽsi, A
quoad ea quæ tangunt reuocationem Priuilegiorum dictorum Fratrum. Aliter enim nihil penitus operarentur dicta verba. Vide etiam ad idem, in principio summarij Bullæ Aureæ. ffo. 135. Ad hoc etiam facit, quod infra ponitur in dictione, Interdictum, in fine. Et in dictione Priuilegia, in quæstionibus prope finem positis.

¶ Insuper, ad ampliorem certitudinem præmissæ reualidationis, confert Confirmatio, & noua Concessio Priuilegiorum, per Clementem vij. nuper facta cum derogatione quorumcumq; reuocationum, aut cassationum, in quibus suis litteris Apostolicis contentarum, prout in dictione Communicatio Priuilegiorum. §. 19. positum est.

B

ANNOTATIO CORDVBÆ.

QVOAD §. 7. circa ea quæ ibi Collector notat, vide ea quæ habentur notata infra sit. Priuilegia, §. 15. & §. 32. &c.

¶ CONCORDIA.

1 *Ex iure cõ* *Sepultura.* BONIFACIVS viij. statuit, quod pactum cum Rectore Parochialis Ecclesiæ, sic factum a Monachis, seu Fratribus, ne aliquos, vel certos ipsius Ecclesiæ Parochianos recipiant ad Ecclesiasticam sepulturam, omnino seruare debeant; quamquam sepultura libera in Monasterijs huiusmodi, ab Apostolica Sede indulta sit, & illi apud Monachos, seu Fratres elegerint sepeliri; cum per dictum pactum, Indulto huiusmodi derogetur. Habetur in iure communi. c. pactum. lib. 6. C

2 ¶ IDEM Bonifacius statuit, compositiones, & pacta cum Prælatis, Capitulis, Rectoribus, & personis Ecclesiarum, Ciuitatum, Castrorum, vel Villarum, & locorum, in quibus domus, seu habitationes eorum existunt, super iuribus Parochialibus, vel alijs quibuscumq; articulis, a Prioribus Conuentualibus, seu Guardianis Fratrum Prædicatorum, & Minorum, aliorumq; Mendicantium facta, vel approbata, de suorum Conuentuum consilio, & assensu (dum tamen alias sint licita, & honesta) debere ab ipsis Fratribus, in locis, in quibus fuerint facta, inuiolabiliter obseruari; non obstante, quòd Magistri, vel Ministri, aut Prioris Generalium, seu Prouincialium prædictorum nõ interuenerit in eisdem assensus; nec ab ipsorum Generalibus, vel Prouincialibus Capitulis extiterint approbata; seu quod Sedes Apostolica, in his, quæ per prædictos Fratres facta fuerint, auctoritatem suam non præstiterit, vel assensum. Habetur hoc in. c. Quia ex eo. de pactis. lib. 6. D

3 LEO x. fecit concordiam nouissimam inter Fratres Minores Obseruantes, & Conuentuales eiusdem Ordinis, in Capitulo generalissimo, in Vrbe Roma celebrato, quam stricte præcepit obseruari, dando super hoc Conseruatores, omnes Ecclesiarum Prælatos, cum magnis clausulis, & non obstantijs fortissimis. B. ffo. 32. concess. 114. E

4 ¶ IDEM Leo præcepit cunctis Ecclesiarum Prælatis, vt compellant Fratres Minores Conuentuales, ad seruandum Bullam dictæ Concordiæ vltimæ, quoties a Fratribus regularis Obseruantiæ fuerint requisiti. Super quo ponit grauissimas Censuras, & pœnas, tam Prælatis Ecclesiarum, quam Fratribus Conuentualibus. B. ffo. 39. concess. 127.

Collector. ¶ Aduerte, quod contenta in huiusmodi Concordia, quia sunt multa, & varia,

A varia, ponuntur sparsim in varijs dictionibus, iuxta materias, ad quas pertinent, & ideo hic non ponitur aliquid in particulari de ipsa Concordia. Ponũtur autem cõplura ex ibidẽ cõtentis, in dictione, Conuẽtuales Fratres, in multis. §.

¶ De alijs Concordijs, & Conuentionibus antiquis, inter præfatos Fratres, diuersis temporibus, a diuersis Pontificibus factis, nullam hic facimus mentionem, quia iam nullius sunt momenti. Aliquibus tamen videtur dubium, vtrũ pœnæ circa receptionem Fratrum nostrorũ a Conuentualibus, & econtra, maneant, quia sunt formidabiles. Sed circa reformationem Conuentuum, bene videtur quod non maneant.

¶ Reliqua circa materiam Concordiæ, vide infra in dictione, Conuentiones; & in dictione Pacta, quia sub ijs nominibus loquuntur Concessiones, B quæ ad hunc propositum attinent. *Collector.*

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD. §. 3. & 4. Notandum, quod Leo x. statuit sub censuris, quod nulli Fratres nostri Ordinis, Obseruantes, seu Conuentuales, quemcumque appellent bullistam, &c. vel alio nomine irrisorio, seu irrisorie, vt habetur in Compendio tit. Obseruantes. §. 7. &c.

CONFESSIONES, ET CONFESSORES.

C

¶ *Distinctio materiæ Confessionum, & Confessorum.*

TTENDAT prudens lector, quod circa materiam Confessionum, & Fratrum Confessorum, reperiuntur complura, & diuersa in Priuilegijs Fratrum Minorum, & aliorum mendicantium, quæ in duas partes principales diuidi possunt. Nam quædam pertinent precise ad personas prædictorum Fratrum; & alia tangunt personas sæcularium. ¶ Et primo illa, quæ spectant præcise ad personas Fratrum, subdiuiduntur. Quædam enim concernunt personas, quibus præfati Fratres possunt, & debent confiteri ordinarie. Et hæc D habentur supra in dictione, Absolutio ordinaria quo ad Fratres, in omnibus. §. Et hic infra. §. 1. & 5. & 7. Alia respiciunt eorumdem Fratrum Confessiones, & Absolutiones extraordinarias, quæ, scilicet, solum in aliquibus Festiuitatibus, & nonnullis alijs diebus fieri possunt. Et ista continentur supra, in dictione, Absolutio quoad Fratres extraordinaria. *Collector.*

¶ Secundo, illa quæ tangunt personas secularium, etiam subdistinguuntur. Quædam namq; istorum attinent ad institutionem Fratrum, qui Confessiones sæcularium audire debent. Hæc autem ponuntur infra. §. 4. & 6. & supra in dictione, Absolutio quoad sæculares primo, habentur aliqua, quæ ad præfatam institutionem pertinent in. §. 6. & in sequentibus vsque ad. §. 12. & in 17. ac. 19. Alia autem pertinent ad huiusmodi Fratrum Confessorum præsenta-E tionem, Episcopis seu Ordinarijs faciendam; & ad auctoritatem, quam sic instituti, & præsentati habent ad absoluendum, etiam a casibus reseruatis. Et de ijs habetur late supra, in dictione, Absolutio quoad sæculares. 1. & 2. in multis. §. immo fere in omnibus. Ac similiter habetur circa hoc, infra §. 2.

¶ Nonnulla insuper attinent ad huiusmodi Fratres Confessores, existentes in terris infidelium, prout ponitur infra. §. 9. & 10.

CLEMENS Quartus inhibuit vniuersis Ecclesiarum prælatis, & alijs quibuscumque, ne confessiones Fratrum Min. præsumant, eorum Prælatis inuitis, audire. B. fo. 58. Et ffo. 142. concess. 338. Et ibidem habetur quo- *Prohibitio pro Fratribus Mend.*

 ad Car-

ad Carmelitas. B. ffo. 186. concessio. 475. Et quo ad Fratres Prædicatores. B. A ffo. 238. concessione 563.

2 *Ex iure cõmuni.* BONIFACIVS Octauus, & Clemens v. circa Fratres Confessores, fecerunt sequentem Constitutionem. Statuimus, & ordinamus, vt in singulis Ciuitatibus, & Diœcesibus, in quibus loca Fratrum Prædicatorum, & Minorum consistere dignoscuntur, vel in Ciuitatibus, & Diœcesum locis, ipsis vicinis, in quibus loca huiusmodi non habentur: Magistri, Priores, Prouinciales Prædicatorum, aut eorum Vicarij, & Generales, & Prouinciales Ministri, & Custodes Minorum Ordinum prædictorum, ad præsentiam Prælatorum Ecclesiæ eorumdem locorum se conferant, per se, vel Fratres, quos ad hoc idoneos fore putauerint; humiliter petituri, vt Fratres, qui ad hoc B electi fuerint, in eorum Ciuitatibus, & Diœcesibus, confessiones subditorum suorum, confiteri sibi volentium, audire libere valeant, & huiusmodi confitentibus (prout secundum Deum expedire cognouerint) pœnitentias imponere salutares, atque eisdem beneficium Absolutionis impendere, de licentia, gratia, & beneplacito eorumdem. Ac deinde præfati Magistri, Priores, Prouinciales, & Ministri Ordinum prædictorum, eligere studeant personas sufficientes, idoneas, vita probatas, discretas, modestas, atque peritas ad tam salubre ministerium, & officium exequendum. Quas sic ab ipsis electas, repræsentent, vel faciant repræsentari Prælatis, vt de eorum licentia, gratia, & beneplacito, in Ciuitatibus, & Diœcesibus eorumdem, huiusmodi personæ sic electæ, confessiones confiteri sibi volentium audiant, imponant C pœnitentias salutares, & beneficium absolutionis impendant, prout superius est expressum: extra Ciuitates, & Diœceses, in quibus fuerint deputati (per quas eos volumus, & non per Prouincias deputari) confessiones nullatenus audituri. Numerus autem personarum assumendarum ad huiusmodi officium exercendum, esse debet, prout vniuersitas Cleri, & Populi, ac multitudo, vel paucitas exigit eorumdem. Et si ijdem Prælati petitam licentiam confessionum huiusmodi audiendarum concesserint; illam, præfati Magistri, & Ministri, & alij cum gratiarum recipient actione: dictæque personæ sic electæ commissum sibi officium exequantur. Quod si forte iam dicti Prælati, quemquam ex dictis Fratribus præsentatis eisdem, ad huiusmodi officium nollent habere, vel non ducerent admittendum, eo amoto; vel subtracto, loco D ipsius, similiter eisdem præsentandus Prælatis, possit, & debeat alius subrogari. Si vero ijdem Prælati, præfatis Fratribus ad confessiones (vt præmittitur) audiendas electis, huiusmodi exhibere licentiam recusauerint, Nos ex nunc, ipsis, vt confessiones sibi confiteri volentium libere, liciteque audire valeant, & eisdem pœnitentias imponere salutares, atq; eisdem beneficium absolutionis impartiri, gratiose concedimus, de plenitudine Apostolicæ potestatis. Per huiusmodi autem Concessionem, nequaquam intendimus, personis, seu Fratribus ipsis, ad id taliter deputatis, potestatem in hoc impendere ampliorẽ, quam in eo, Curatis, vel Parochialibus Sacerdotibus, est a iure concessa, nisi forsan eis Ecclesiarum Prælati, vberiorem in hac parte gratiam specialem du- E cerent faciendam. Habetur in Clementina, Dudum. de sepulturis.

3 *Pro Fratribus Mi. & Prædicat. Eucharist. Vnctio extrema.* BENEDICTVS j. statuit, seu concessit sequentia circa confessiones, scilicet, quod Fideles confessi Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, non teneantur eadem peccata proprijs Sacerdotibus confiteri. Et quod Sacerdotes ipsi, taliter confessis, & absolutis, astricti sint, ministrare Eucharistiæ, & extremæ vnctionis sacramenta. Et quod super confessione facta Fratribus memoratis (cum hic de confitentis solius præiudicio, si falsum dicat, agatur) in iudicio animæ, seu pœnitentiali foro, stetur simplici verbo illius, qui sacramen-

A tramenta prædicta petit, & dicit dictis Fratribus se confessum. Sed hoc, duobus casibus exceptis, scilicet, si Sacerdos asserat illum esse excommunicatum, aut notorie peccatorem. B. fo. 126. Et ffo. 203. conc. 502.

¶ Aduertendũ est, qđ secundũ quosdã, prædicta Bulla Benedicti xi. quæ incipit. Inter cũctas, in nullo fuit reuocata per Clementinã, Dudũ, de sepulturis; nisi quoad pſentationẽ Confessorũ Episcopis faciendã, & declarationẽ casuum Episcopis reseruatorũ. Primũ istorũ, scilicet, præsentatio seruari debet, prout in prædicta Clemẽtina cõtinetur, aut saltẽ forma per Innocen. viij. cõcessa. Secundũ vero, scilicet, casuũ determinatio, manet in suo vigore, propter reualidationẽ Sixti iiij. suprapositã, in dictione Absolutio, quoad sęculares. 2. §. 7. fo. 59. *Collector.*

Alijs tamen, & forte melius videtur, quod in totum fuit reuocata, vt clare patet, per Clementinam, Dudum; & ideo quoad casus, fecit nouam Concessionem Sixtus.

B SIXTVS iiij. concessit Ordini Carmelitarum, vt Generalis per se, & Prouinciales, in suis Capitulis Prouincialibus, cum Diffinitoribus ipsorum Capitulorum, possint, auctoritate Apostolica, Fratribus eiusdem Ordinis Sacerdotibus, in sacra pagina eruditis, examinatis, & approbatis ab eis, officium Prædicationis committere. Necnon tam ipsis, quam alijs Fratribus dicti Ordinis, ad id idoneis, audiendi confessiones, & absoluendi confitentes, ac iniungendi eis pœnitentias salutares, similiter officium committere. B. fo. 101. Et ffo. 185. concess. 463. Simili modo continetur in Mari magno Augustinensium. B. fo. 244. concess. 589. 4 *Ex Priuil. Carmelitarum. Institutio Confessorũ.*

C ¶ Nota, quod in Priuilegijs aliorum Fratrum Mendicantium, non reperitur similis concessio, quoad institutionem Confessorum, vt credo. Et ideo, virtute communicationis Priuilegiorum, solummodo poterunt Ministri prouinciales Fratrum Mino. & Priores prouinciales Fratrum Prædicatorum, in suis Capitulis prouincialibus, committere Fratribus suis officia prædicandi, & confessiones audiendi, nisi aliud Priuilegium habeant. *Collector.*

¶ Verum est tamen, quod de iure cõmuni, Prouinciales possunt instituere Confessores, per Clementinam, Dudum. Quod autem nõ faciant nisi in Capitulis Prouincialibus, hoc est, propter prohibitionem Statutorum suorum.

D ¶ IDEM Sixtus fecit quamdam concessionem pro Fratribus itinerantibus, vt possint confiteri quibuslibet Sacerdotibus, etiam sæcularibus, de licentia suorum Prælatorum, prout habetur supra in dictione, Absolutio ordinaria quoad Fratres in. §. 35. fol. 12. 5

INNOCENTIVS viij. statuit, sub grauibus Censuris, & pœnis, ne quisquam Fratrum Min. Obseruantiæ, sine suorum Superiorum licentia, ac deputatione, & institutione, officium Confessoris Monialium, vel Sororum Tertij Ordinis, aut aliarum quarumlibet consimilium, seu temporalium dominorum, & aliarum personarum sæcularium, & regularium vtriusque sexus, assumere, & exercere præsumant, & si ad id Apostolica auctoritate deputarentur. B. ffo. 157. conc. 375. 6 *Prohibitio pro Fratribus subditis.*

E ¶ IDEM Innocentius statuit, quod de cetero perpetuis futuris temporibus, quæcumq; personæ Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, Congregationis regularis Obseruantiæ, Prouinciæ Hispaniæ, qui nunc sunt, & pro tempore erunt, prætextu Bullæ Cruciatæ, aut cuiusuis alterius facultatis, eis, & cuilibet earum, per Sedem Apostolicam, seu eius Legatos, sub quibusuis verborum formis concessæ, & quæ forsan concedi contigerit in futurum, alium quam Priorem, vel Superiorem suum, aut aliquem ab eodem Priore, vel Superiore, ex eis deputatis, pro tempore, Confessoribus, in suum Confessorem eligere nequeant. b. ffo. 264. concess. 683. 7 *Pro Augustiniensib.*

¶ Ad-

Collector. ¶ Aduerte, quod huiusmodi Concessio, est iam communicata toti Ordini per Iulium. Vide supra, in dictione, Communicatio Priuilegiorum. §. 22. A

8 *De Tertiarijs. Sacramēta* ALEXANDER vj. concessit Generali, & Prouincialibus, ac Custodibus Ordinis Minorum de Obseruantia, vt in locis, in quibus Fratres Conuentuales, vel de Obseruantia dicti Ordinis commode haberi nō possunt; Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis, vbicumq; vltra montes commorantibus (de consilio aliquorum Fratrum) Confessores presbyteros sæculares, vel aliorum Ordinum regulares, honestos, deputare valeant; quibus confiteri, & ab eis quæcumque ecclesiastica sacramenta recipere possint. B. fo. 29. Et ffo. 123. conc. 269.

Collector. Resolutio ¶ Epilogatio materiæ Confessionum Fratrum Min. est ista, quod huiusmodi Fratres non possunt confiteri, nisi suis Prælatis, vel alijs Fratribus eiusdem Ordinis, de eorumdem Prælatorum licentia, etiam si habeant aliqui licentiā generalem audiendi confessiones. Sed dum itinerant, & non habent socium Confessorem, possunt confiteri Fratri alterius Ordinis, seu clerico sæculari, habita licentia Prælatorum, aut præsumpta rationabiliter; ita quod non fiat in fraudem, & dicant postea Prælato suo. B

Pro Cōfess. simplicibus ¶ Aduerte, quod in fauorem Confessorum simplicium, habetur quædam notabilis Concessio supra, in dictione Absolutio ordinaria quoad Fratres. §. 28. fol. 10.

¶ Sequuntur aliqua spectantia ad Fratres confessores: in terris infidelium existentes. C

9 *Excōicat. Absolutio.* GREGORIUS ix. concessit Fratribus Min. euntibus ad partes infidelium, seu ibidem existentibus, vt in terris illis, sit eis licitum communicare cum excommunicatis, in ijs quæ ad salutem animarum pertinent. Quibus etiam, dummodo sint latini, & Apostolicæ Sedi obediant, Fratres prędicti, qui fuerint presbyteri valeant (congrua satisfactione præmissa) secundum formam Ecclesiæ, absolutionis beneficium impartiri. b. fo. 20. Et ffo. 22. concess. 3.

10 *Absolutio.* ¶ IDEM Gregorius concessit prædictis Fratribus, ad terras infidelium proficiscentibus, vt eos, qui per apostasiam, aut schisma, vel hæresim a fide recesserunt, & inter Saracenos habitant, possint absoluere, ac reconciliare per gratiam pœnitentiæ salutaris, si ad obedientiam Ecclesiæ Romanæ voluerint redire. b. fo. 20. Et ffo. 22. conc. 4. D

Collector. ¶ Circa præfatas Concessiones videtur dubium, vtrum fuerint temporales, vel perpetuæ.

ANNOTATIO CORDUBÆ.

QUOAD §. 4. Notandum, quod per hoc Priuilegium Sixti iiij. quod ibi ponitur, non eximuntur Fratres a præsentatione facienda Ordinarijs, vt patet in eorum Mari magno, in lib. Ordinis, in 2 tract. de qua præsentatione agitur in Compendio tit. Præsentatio Confessorum, ibi videatur, &c. E

CAPUCCINI ANNOTATIO.



Conc. Trid. declaratio. *QUANTUM ad Confessores, & Confessionum audientiam, sunt notanda aliqua, quæ hodie propter cap. 15. sess. 23. Concilij Tridentini, & alia Decreta obseruari debent.*

Prout habetur in Catechesi Neapolitana. *Primo enim dicit. Omnes Sacerdotes in sua ordinatione accipere potestatem absoluendi a peccatis, quia in habitu potestatem ligandi, & soluendi, non autem in actu recipiunt; nam deest eis materia, in quam exercere possint talem potestatem.*

A testatem. Cum vero approbantur ab Ordinario consequuntur potestatem iurisdictionis, aut saltem, si non acquirant nouam iurisdictionem, acquirunt materiam subiectam, secundum Medinam, quia Plebs eis subijcitur, secundum quod Superioribus placuerit: & ita sentiunt omnes, tam Theologi quam Canonistæ: est enim forum pœnitentiale, iudicium quoddam spirituale inter pœnitentem, & Deum.

Secundo, Decernit, Nullum Sacerdotem, tam sæcularem, quam regularem posse alicuius pœnitentis, siue laici, siue Sacerdotis confessiones audire, nec ad id idoneum reputari, nisi habuerit Ecclesiam Parochialem, aut per examen, seu alias idoneus ab Episcopo iudicetur, & approbationem in scriptis, quæ gratis detur, obtineat; non obstantibus Priuil. &c.

Scire debes quantum ad laicos, quod omnes Rectores animarum, ante Concilium poterant omnes, & quoscumq; simplices Sacerdotes (non interdictos tamen) etiam Regulares admittere, ad audientiam confessionum, sua tamen Parochiæ per cap. omnis vtriusque sex. De pœnit. & remiss. & quamuis gloss. huius Decretalis, & gloss. Clem. 1. de Priuileg. & nonnulli alij Iuristæ senserint, Parochianos licentiatos a suo Parocho, non potuisse confiteri, nisi habenti curam animarum, tamen Theologi, cum praxi in vsu recepta, oppositum semper asseruerunt. Nam alias sequeretur, quod Episcopi, qui habent a iure licentiã, vt possint eligere sibi confessarium, non possent eligere quemcumq; simplicem Sacerdotem. Item sequeretur, quod nec concessio Episcopi, alicui subdito facta de eligendo confessarium, nec gratia facta a Papa per Bullas, cuicumq; illas accipienti, vt possit eligere confessarium quem voluerit, foret valida; quæ omnia sunt absurda. In cap. ne pro dilat. de pœnit. lib. 6.

C Hodie tamen (& est nouum ac singulare) videns Sancta Synodus Tridentina, quod Parochi plurimi, sua conscientia prodigi, ad audientiam confessionum animarum, & ouium sibi commissarum, multos ignaros admittebant, iccirco temperauit cap. omnis vtriusq; de pœnit. & decreuit. Neminem Parochorum, posse quempiam ad audientiam confessionum suarum animarum eligere; nisi talis Sacerdos, siue sæcularis, siue Regularis, sit ab Ordinario approbatus, nempe, aut per collationem Ecclesiæ Parochialis, aut alias per examen idoneus iudicetur.

Et quidem hodie vnus Parochus, non potest confessiones Parochianorum alterius Parochiæ audire; nisi aut ab ipsomet Parocho proprio, aut ab Episcopo licentiam obtinuerit: alias absolutio nihil valet.

D Alij vero simplices Sacerdotes, siue Sæculares, siue Regulares ab Episcopo dumtaxat approbati, possunt indifferenter ad se confluentes pœnitentes, subiectos tamen illi Episcopo (hoc est quantum ad Confessores sæculares; secus de Regularibus, qui etiam non subditos illi Episcopo possunt absoluere; vt dixi supra in verbo Absolutio fo. 40. 43. et 66.) sine alia licentia Parochorum absoluere; nisi aliud Episcopo ordinare visum fuerit.

Secundo, Notandum, quod omnes Religiosi præsumentes absoluere excommunicatos a Canone, nisi in casibus a iure expressis, aut gratia Sedis Apostolicæ concessis, vel excommunicatos a sententijs per Statuta Prouincialia, vel Synodalia, sunt ipso facto excommunicati, & absolutio reseruatur Papæ, vt habetur in Clement. de Priuileg. cap. Religiosi, & D. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 54. declarat, & Caiet. in Summula tit. excommunicatio. cap. 64. Et aduerte, quod si Presbyteri sæculares absoluerent a prædictis excommunicationibus, præter eas quæ continentur in Bulla Cenæ Domini, non essent excommunicati, quia in dicta Clement. non comprehenduntur (vt ibi aiunt Doctores) nisi ipsi Religiosi, siue Regulares. Verumtamen Absolutio esset nulla, & ipsi peccarent mortaliter, & tenerentur pœnitenti hoc notum facere. At vero, si Presbyteri sæculares absoluere præsumerent de facto a casibus Bullæ Cenæ Domini, inciderent etiam ipsi in excommunicationem: Religiosi tamen, absoluentes ab excommunicatione lata ab homine, non incurrunt in excommunicationem, sed peccant mortaliter tantum. Presbyteri in hæc non incurrunt. Quãdo Religiosi non incurrunt.

Tertio, Cauere debent Confessores, ne quempiam absoluant a peccato, & postea ab excom-

excommunicatione; immo semper ad cautelam debet præcedere Absolutio ab excommunicatione minori, & ab alia, si & in quantum possunt. pro quo vide Doctores in locis suis, & præcipue Nauar. in Sum. c. 9. nu. 3. A

Cōtra hoc plurimi delinquunt. Med. tract. 2. de pœn. Gab. Biel I 4. d. 54. q. 2. art 31. Nauar. in Man. c. 26. nu. 11. & de pœn. d. 6. c. 1. nu. 27. & 31. Hic ruunt infiniti.

Et caueant etiam, ne in absolutionibus dicant Absoluo te a peccatis contritis, &c. quia cum sæpe, de attrito quis fiat contritus virtute clauium, contingeret pœnitentem remitti inabsolutum, si diceretur Absoluo te a contritis, vt ait Medina, & alij Doctores, qui reprehendunt hanc particulam, vt valde periculosam.

Quarto, Aduertant Confessores, quod quamuis aliquãdo nonnulli facultates habeãt a Papa, vt semel in vita, & semel in articulo mortis, valeant ab omnibus casibus absolui, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, non tamen poterunt, earum vigore, a casibus contentis in Bulla Cenæ absolui; nisi de ea specialis, & expressa mentio habeatur: quod raríssime facere consueuit Papa, nisi in Iubilæis sollemnibus: per Indulgentias autem sæpè nes, aut huiusmodi, sæpe dari solitas, numquam fere a casibus reseruatis Absolutio conceds solet: quã in re plurimi labuntur. B

Nauar. in Man. c. 27. nu. 254.

Quincto, Aduertant præterea, quod per Iubilæa quæcumque, numquam aliquis consequitur auctoritatem, vt possit dispensari super aliqua quomodocumque contracta irregularitate. Et ratio est, quia Bulla Iubilæi, concedit auctoritatem tantummodo super censuris; Irregularitas autem non dicitur censura: Neque si habeat clausulam dispensandi in quibuslibet votis, & absoluendi a quibuslibet censuris, & pœnis, nisi fiat de ea expressa mentio: Concordat Nauar. & Stylus Romanæ Curiæ cum communi doctrina.

Sexto, Sciant, quod si quando ex concessa sibi facultate, aliquem ab excommunicatione absoluerint, aut super irregularitate contracta secum dispensauerint, debeant eum admonere, ne propter hoc retineat officium, aut beneficium, si ipsi excõmunicationi, annexa sit pœna priuationis ipso facto, aut etiam inhabilitationis; quia hodie pluribus censuris superadditur prædicta pœna: quæ circa, ei opus erit Apostolica dispensatione super tali rehabilitatione: immo nec ipsi Superiores Regularium poterunt tales inhabilitatos a Papa, vigore suorum Priuilegiorum rehabilitare, etiam in foro conscientiæ; quia per potestatem dispensandi, non consequitur quis auctoritatem rehabilitandi, cum sint actus differentes, vt tenet Nauar. & Felin. Bene verum est, quod nunc aliquibus Religionibus, hoc est concessum, vt nouissime a Greg. xiij. Ministris infirmorum, & per consequens, eo gaudent Priuilegio omnes Mendicantes, & participantes: de quo dixi supra in verbo Absolutio ordinaria quoad fratres, fol. 20. C

Fel. in cap vlt. de. off. Iud. ord. Ministrorũ infirmorũ priuileg.

D

Ex Priuilegijs Societatis IESV.

Sciendum, quod Confessores Ordinis, debite expositi ad audiendas sæcularium confessiones, licet nullo litterarum gradu sint insigniti, possunt aperire litteras sacræ Pœnitentiariæ, Magistris in Theologia, vel in Iure Canonico Doctoribus, destinatas; & auditis confessionibus ad eos recurrentiũ, impositaq; pænitentia in litteris expressa, vel de iure imponenda, ac in foro conscientiæ, quascumque, siue verbo, vel scripto, missas absolutiones, Dispensationes, & pænitentiarum iniunctiones excipere, & exequi: Ita concessit Greg. 13. Societati Iesu. vt habetur in eius Compendio Priuileg. verbo Confess. §. 3. E

¶ CONFIRMATIO PRÆLATORVM.

Generalis Mini. etc.



CLEMENS Quartus, statuit, quod generales Ministri Fratrum Min. statim, postquam electi fuerint, secundum Regulam, & Constitutiones Ordinis, eo ipso veri Ministri generales eiusdem Ordinis sint effecti, hoc est, quod pro confirmatis habeantur. B. fol. 56. Et no. 139. concess. 307.

¶ Circa

A ¶ Circa confirmationem Vicariorum, tam Generalium, quam Prouincialium, fuerunt nonnulla ordinata per aliquos Summos Pontifices, quæ, quia iam nobis non deseruiunt, omissa sunt. Attamen Conuentualibus videtur, quod possent deseruire. *Collector.*

CLEMENS Quinctus in declaratione Regulæ Fratrum Min. statuit, quod confirmatio electionis Ministri Prouincialis prędictorum Fratrum, pertineat ad Ministrum generalem, prout habetur latius infra in dictione. Electio. §. 7. 2 *Minister Prouinc.*

LEO Decimus, statuit quod generales Magistri Fratrum Min. Cõuentualium, teneantur petere confirmationem a Ministro generali eiusdem totius Ordinis, quemadmodum Vicarij generales olim de Familia, vel de Obseruantia petere tenebantur antea a Ministro generali Conuentualium. B. ffo. 32. conceff. 105. 3 *Magister generalis.*

B ¶ IDEM Leo statuit, quod Magistri Prouinciales prędicti Ordinis in singulis Prouincijs teneantur petere cõfirmationẽ a Ministris Prouincialibus Regularis Obseruantiæ: eo modo, quo Vicarij Prouinciales, olim de familia nñcupati, antea petere tenebantur a Ministris Conuentual. B. ffo. 32. conc. 106. *Nota, quòd istę confirmationes numquam fuerunt in vsu.*

CONSECRARE RES ECCLESIASTICAS. 4

C CIRCA consecrationem Altarium, quid concessum sit a Sede Apostolica, dictum est supra, in dictione, Altare. Et similiter ea quæ pertinent ad consecrationem Ecclesiarum, & aliarum rerum Ecclesiasticarum, habentur supra in dictione, Benedicere, quia cõmixtim cũ attinentibus ad benedictionẽ concessa sunt, ideo require ibi. §. 3. ac. 5. & 6. & 13. & 14. ac. 15. Vide etiam in dictione, Ecclesiæ Fratrum. §. 6. *Collector.*

CONSERVATORES ORDINIS.

D SIXTVS iiij. mandauit quibuslibet in dignitate ecclesiastica constitutis, & Metropolitanæ, vel alterius Cathedralis Ecclesiæ Canonicis, per vniuersum orbem, qui per Guardianos, & Fratres Ordinis Min. seu Syndicos Romanæ Ecclesiæ, prædicto Ordini deputatos, requisiti fuerint, quatenus per se, vel alium, seu alios, vbi, & quando opus fuerit, sollemniter publicent eorum Priuilegia; & eisdem, ac illorum domibus, & professoribus efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant eos pacifica possessione Priuilegiorum, & Concessionum huiusmodi gaudere, non permittentes per quoscumq; indebite molestari, &c. B. fo. 61. Et ffo. 145. conc. 356. vbi ad longum ponitur potestas Conseruatorum, & modus, quem obseruare debent. Et similiter habetur quoad Fratres Carmelitas. ffo. 189. concess. 484. Et quoad Prædicatores. ffo. 242. concess. 588. Et quoad Augustinienses. ffo. 251. concess. 640. 1 *Vide in Cõc. Trid. sess. 14. c. 5* *Priuilegia Pro omnib. Fratribus Mendic.*

E IVLIVS ij. statuit, vt quæcumq; persona, seu personæ, alias de iure capaces, pro parte Fratrum Mi. requisitæ, (nisi legitimo impedimento detentæ fuerint,) iurisdictionem, & conseruationem eorumdem Fratrum, vigore Priuilegiorum suorum, sub excommunicationis pœna suscipere teneantur. B. fol. 43. Et ffo. 126. concess. 280. 2 *Excõicat.*

¶ Virtute huius concessionis Iulij, & alterius antepositæ, Sixti, iam Fratres non sunt astricti ad certos, & determinatos Conseruatores; sicut olim, quando quælibet natio, seu Prouincia habebat per Bullam particularem, duos, vel tres Conseruatores determinatos, sub nomine dignitatis. Ita quod illæ pro- *Collector.* *Nota.*

læ prouisiones possunt hodie lacerari, & comburi tamquam superfluæ, ex quo per præfatas Concessiones Sixti, & Iulij possunt illos Conseruatores, seu quoslibet alios assumere. Et idem est de Conseruatoribus particularibus, quos aliqui Fratres minus docti procurant sæpe pro negotijs superuenientibus, quia, scilicet, est superflua huiusmodi procuratio, cum Conseruatoria Maris magni sit perpetua, & vniuersalis. A

3 Cõcilium. Restrictio. LEO decimus, in Concilio Lateranensi statuit, vt Conseruatores Fratrum, pro tempore, a Sede Apostolica deputandi, doctrina, & probitate sint præstantes, & in ecclesiastica dignitate constituti esse debeant. Et voluit, vt coram eis per eosdem Fratres, quibus dati fuerint, vltra duas dietas, a loco suæ solitæ habitationis, nullus trahi possit, Priuilegijs super hoc alias eis concessis, nullatenus suffragantibus. B. fflo. 26. concess. 83. B

4 Confessio. Sacramenta. Missas. ¶ IDEM Leo habita informatione, quod in aliquibus partibus multa grauamina inferebantur Fratribus Mendicantibus, ab ecclesiasticis personis, specialiter asserendo, quod confessi Fratribus debite præsentatis, tenebantur iterum eadem peccata confiteri suis Curatis: & quod Sacramenta Eucharistiæ, & Extremæ vnctionis non poterant a Fratribus ministrari illis, quibus, sine caussa, dicti Curati recusabant huiusmodi Sacramenta administrare: ac quod Christi fideles audientes Missas diebus Dominicis, & Festiuis in Ecclesijs Fratrum, non satisfaciebant præcepto Ecclesiæ, & alia multa consimilia, dedit Conseruatores omnes Ecclesiarum Prælatos, districte eis præcipiẽdo, vt quandocumque requisiti fuerint a Fratribus prædictis, non permittant eos molestari, aut grauari; sed contra tales molestatores procedant per Censuras ecclesiasticas, & alia iuris remedia. B. ffo.47. concess.142. C

CAPVCCINI ANNOTATIO.

Cõc. Trid.

RO huiusmodi Conseruatorum materia videatur dispositio Conc. Trid. sess. 14. c. 5. de reformatione, a qua cum sine dubio excludantur Regulares, (vt in fine illius c. 5. habetur, & infra in fine dicemus) remanere in suo robore Priuilegia Mendicantium pro hoc impetrata, clarissime liquet. Ac proinde videnda est Concessio pro hoc facta a Pio V. Ordini Prædicatorum anno 1571. vt in Conss. 140. Ad hoc nos Deus, &c. quæ licet postea a Greg. 13. fuerit reducta ad dispositionem Iuris communis, & sacri Concil. Trident. remanet tamen, quoad hoc in suo vigore, cum Concilio non contradicat. D

Et idem Greg. 13. omnibus Regularibus concessit, vt in Ciuitatibus Italiæ sibi Conseruatores eligerent, coram quibus conuenirentur, semelq; electos non mutarent, eorumdemq; nomina, intra mensem, Episcopis locorum ordinarijs indicarent, Alioquin, coram ipsis Ordinarijs conueniri possint. Ita habetur in declarat. Sac. Cong. Card. supra Conc. in sess. 7. cap. 14. E

Conseruatores qui dicantur. *Sed notandum, quod per Conseruatores consueuit Romana Curia, Religiosis, & alijs personis miserabilibus prouidere, circa quarum defensionem, interdum Iudices ordinarij inueniuntur negligentes, immo, & ipsos frequentius infestantes.*

Conseruatorum genera tria sunt. *Sunt autem Conseruatores Iudices dati ad defendendum aliquos a manifestis iniurijs sibi competentibus, & secundum gl. in cap. 1. de off. deleg. in vj. Interdum dantur contra infringentes Priuilegia concessa aliquibus personis ex beneficio Sedis Apostolicæ & isti dicuntur proprie Conseruatores. Aliquando dantur, vt defendant aliquos contra iniurias, & offensas illatas, & isti dicuntur proprie Defensores: & de istis duobus propriæ intelliguntur Iura loquentia de Conseruatoribus in d. c. 1. & fin. de off. deleg. Ali-*

Conseruator secun- *quando datur generaliter cum amplissima, & maiori potestate, quam iura loquuntur,*

sed qua

A sed quæ in Rescriptis vel Priuilegijs continentur, quæ sunt diligenter inspicienda, & seruanda: quia Conseruatores secundum Priuilegia, multa possunt, quę non possunt Conseruatores secundum iura allegatas Papa enim potest illa remouere. ex plenitudine potestatis suæ sunt enim mere positiua, & quamuis Conseruator sit delegatus, (quod probatur ex eo, quia materia eius ponitur in tit. de off. deleg. vt probat bona gl. in d. cap. 1. In verbo Conseruatores) sunt tamen multæ differentiæ, vt probat Ioannes Andreas in dicto cap. fin. ex ipso textu, quas ibi vide.

Conseruator secundum Priuilegia plura potest, q̃ secũdũ iura. Conseruator est delegatus. Io Andr.

Item Conseruator, secundum iura, vt habetur in dicto c. fin. non potest esse. nisi, qui dignitatem, aut personatum habeat in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata. puta, Episcopus, Abbas, Archipresbyter, & similes: & quamuis secundum Iura videatur quod B Canonici Cathedralium Ecclesiarum, & officiales, ac Vicarij ipsorum non possunt esse Conseruatores, quia ege declarat cne. vt probat gl. in Clem. 2. de rescrip in verbo Delegatus; tamen per Priuileg. Iul. 2. & Clementis 7. Fratribus Minimis concessum, præfatæ personę, si eliguntur in Conseruatores per Fratres ipsos esse possunt. Item Prior, siue Prælatus in Ordine Minimorum, vel aliorum Ordinum potest esse Conseruator vt probat Tabie, in verbo Conseruator. §. 2. & in verbo Dignitas, & non videtur dubium per dictum Priuilegium Clementis septimi, quod, dirigit etiam Prioribus.

Conseruatores qui esse possũt.

Iul. 2. Cle. 7.

Et quamuis Conseruator secundum iura, ex officio suo non possit se intromittere. nisi de manifestis iniurijs, & violentijs, ac de illis. quæ requirunt iudicialem indaginem, vt habetur in d. capit. fin. & consequenter a beneficio, quod est sequela, vt ibi probat gloss.

Conseruator secũdũ iura ex off. suo de quibus cognoscere possit.

C Tamen Conseruator Fratrum secundum Priuilegia pro defensione iurium, & bonorũ ipsius Ordinis. potest se intromittere super quibus suis molestijs, iniurijs, atq; damnis præsentibus. & futuris, Mendicantium Ordinibus, a quibũ suis molestatoribus illatis, in illis, videlicet quę iudicialem requirunt indaginem, summarie, simpliciter sine strepitu, & figura iudicij: (quid autem per ista verba impetretur, vide Clem. sæpe de verb. signif.) in alijs vero, prout qualitas eorum exegerit; quia omnia, sine quibus eius iurisdictio non posset explicari intelliguntur esse ei commissa. ff. de iur. omn. iud. l. 1.

Conseruator Fratrũ secundum Priu.

Clem. sępe de verb. sign.

Item Conseruator secundum iura, quamuis non permittatur extra Ciuitatem, aut Diœcesim, in qua fuerit deputatus, contra aliquem procedere, aut aliquem extra locum D itinere vnius diei remotiorem pretrahere, vt in d. c. fi. habetur. §. Conseruatores; tamen Conseruatores Fratrum habent potestatem (secundum Priuileg.) id posse facere. nam per dictum Fratrum Priuileg. Clementis, Conseruatores Fratrum habent potestatem etiam extra loca, in quibus fuerint deputati, procedendi, & conceditur eis facultas citandi & inhibendi. etiam per edictum ad se trahendo citatos, & monitos. non obstantibus Bonif. Papę VIII. de vna, & Concilij Generalis de duabus dietis, dummodo non vltra tres dietas aliquis trahatur.

Cõseruator secundũ iura non habet potestatem extra.

Cõseruator Fratrum secundũ Priuil.

Item Conseruator secundũ iura, quãuis debeat procedere per se ipsum, nec possit committere vices suas alijs (exceptis citationibus, & sententiarum denunciationibus) nisi aliter ei committatur per litteras, & tunc non, nisi infra Ciuitatẽ, & Diœcesim, in qua deputatus fuerit, hoc ei facere licet, vt habetur in d. c. fi. §. vices quoq;: Tamen Conseruator E Fratrum secundum Priuil. poterit committere vices suas alijs, etiam si sint extra loca, in quibus deputatur Conseruator, vt patet in dicto Priuil. Clementis. Item Officiũ Conseruatoris secundum iura, durat vsq; ad obitum concedentis tantum, quoad negocia non cępta, vt habet, in d. c fi. §. officium: Officium vero Conseruatoris Fratrum secundũ Priuil numquã expirat, neq; etiam per mortem concedentis: & hoc est iuri consonum, nam secundũ gl. vt patet ex c. cũ plures de off. deleg. in 6. quando sunt plures Conseruatores deputati pro uno Prælato, vel Monaster. seu Ecclesia, vel Relig. quoad negotium cœptum per vnum illorum, perpetuatur iurisdictio in alijs, non obstante morte concedentis.

Cõseruator secundum iura non pot alteri committere vices suas.

Conseruator Fratrũ secundum Priuil.

Cõseruator secũdũ iura quantum durat.

Conseruator secundum Priu.

Clemens vij. in Prædicto Priuileg. mandauit quibuslibet in dignitate Ecclesiastica consti-

Priuil. Clemen. 7. concessum Minimis.

constitutis, & Metropolitana, vel alterius Cathedralis Ecclesia Canonicis, per vniuersum orbem vbilibet constitutis, inter alia, vt per Fratres in Conseruatores requisiti possint si opus fuerit inuocare brachium saculare, & quoscumque inobedientes, cuiuscumque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis existant, per Censuras Ecclesiasticas, appellatione postposita compellere. Vbi est sciendum, quod virtute huius Concessionis Clementis, & alterius antepositae Iulij II. tam Fratres non sunt hodie astricti, ad certos, & determinatos Conseruatores, sicut olim, vt audiui, quando qualibet natio, seu Prouincia habebat per Bullam particularem, duos, vel tres Conseruatores determinatos, sub nomine dignitatis, ita quod illa prouisiones nihil prosunt hodie tamquam superflua: ex quo per prafatas concessiones Iulij, & Clementis, possunt illos Conseruatores, seu quoslibet alios assumere ad beneplacitum. Et idem est de Conseruatoribus particularibus, quos aliqui Fratres minus docti per eorum Prouincias procurant, sape pro negocijs superuenientibus, quia est superflua huiusmodi procuratio, cum conseruatoria Maris magni, & dictarum litterarum Iulij II. & Clem. 7. sit perpetua, & vniuersalis, vt ibi apparet. Domum duo sunt valde notanda, alterum quod Conseruatores Minimorum sunt participes suffragiorum totius Ordinis, & possunt omnia qua possunt Conseruatores aliorum Ordinum, secundum Priuilegia illis concessa. & capitulariter electi gaudent Priuilegijs ipsius Ordinis. Alterum quod ea, qua Sancta Synodus limitauit circa Iudices Conseruatores, non comprehendunt personas Regularium locorum, qua sumus nos, vt in finalibus verbis supradicti c. 5. sess. 14. habetur.

(Margin: Nota. — Nota. — Sess. 14. de Refor. c. 5.)

CONVENIRI IN IVDICIO.

1 INNOCENTIVS IV. concessit, vt Fratres Min. nequeant conueniri in iudicio, etiam per litteras Apostolicas, quæ de huiusmodi Indulto, & prædicto Ordine mentionem non fecerint. B. fol. 26. & ffo. 109. concess. 235.

2 *Legati.* CLEMENS 4. concessit, & statuit, quod per litteras Apostolicæ Sedis, aut Legatorum, seu Delegatorum ipsius, conueniri a quoquam prædicti Fratres Mino. minime valeant. B. fo. 57. Et fo. 140. concess. 321. Vide circa hoc infra. §. 4.

3 ¶ IDEM Clemens concessit, quod Fratres Min. nec ratione delicti, aut contractus, seu rei, de qua contra ipsos Fratres ageretur, possint coram locorum Ordinarijs conueniri, nec illi, quoad hoc, suam in ipsos iurisdictionem exercere; decernens irritum, & inane quidquid secus factum, vel attentatum fuerit. B. fo. 59. Et ffo. 142. conc. 342.

4 *Diœcesani.* SIXTVS 4. statuit, ne locorum Diœcesani, aut alij Ordinarij, seu alij quicumque, in personas, aut loca Fratrum prædictorum, contra præfati Clementis ordinationem suprapositam, sibi quamcumque iurisdictionem, aut superioritatem vendicare præsumant. Ac districte inhibuit, ne quispiam absque Sedis Apostolicæ speciali commissione, aut auctoritate, in personas, domos, & loca dicti Ordinis (vtpote prorsus exempta) aliquas Censuras, vel sententias specialiter, vel generaliter promulgare, audeat, &c. B. fol. 60. Et ffo. 144. concess. 347.

¶ De hoc habetur etiam late in Mari magno Carmelitarum. ffo. 161. concess. 384. Et ffo. 187. conc. 479. Et in Mari magno Prædicatorum. ffo. 239. conc. 570. Et in Mari magno Augustiniensium. ffo. 248. concess. 620. Et in Mari magno Minimorum.

(Margin: *Collector. Pro omnib. Mendic.*)

A N-

A ANNOTATIO CORDVBÆ.

QVOAD hanc materiam, videantur etiam ea quæ in hoc Compendio habentur, titu Exemptio, titu. Priuilegia. & secundum subiectam materiam, quia multa alibi dicta faciunt ad hæc.

B CAPVCCINI ANNOTATIO.

NOTANDVM, quod in Mari magno Fratrum Minimorum habetur, non posse conueniri coram Ordinarijs locorum a sæcularibus; Ac per Leonem X. statutum fuit, vt nec a Fratribus, nisi prius per ordinarios Prælatos Religiosos gradatim procedatur; immo omnes iudices Ecclesiastici, & sæculares debent remittere caussas Fratrum, & Sororum ad iudicium ipsius Ordinis. Pro Minimis. Passarell in Collec. Priuil §. 79.

Sed est aduertendum quod tam ista quam omnes aliæ supradictæ Concessiones in §. 3. & 4. licet fuerint a Pio V. in 38. Constitut. confirmatæ, quia tamen illa fuit reducta per Greg. 13. ad ius commune, & ad dispositionem Concil. Trident. & præcipue circa hanc exemptionem; Ideo sunt limitandæ iuxta Decretum ipsius Conc. Triden. sess. vlt. cap. 14. de Regularibus, vbi dicitur Regularis non subditus Episcopo, qui intra claustra Monasterij degit, & extra ea ita notorie deliquerit, vt populo scandalo sit, Episcopo instante, a suo Superiore, intra tempus ab Episcopo præfigendum seuere puniatur, ac de punitione Episcopum certiorem faciat; sin minus a suo Superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit. Et vide etiam, quæ dicam infra in verbo Exemptio, in principio. De hoc vide etiam Bullam Clem. VIII. infra. fol. 554. In §. 3. & 4. Conc. Trid.

C *Et hoc adeo est verum, vt dicat. & teneat Paulus Fuscus Episcopus Sarnensis lib. 2. de Visitatione c. 20. nu. 20. quod Ipsi Mendicantes, alijq; Monachi exempti delinquentes, nec capi per Episcopum, nec incarcerari possint, alias incideret ipse Episc. in excommunicationem: iuxta notata per Paul. de Leaz. in cap. si Cler. de sent. excom. lib. 6. & Doctores in Clem. frequens de excess. Prælat. Ibiq; ipse Sarnensis Episcopus ait, quod etiam delinquunt; scribendum est Superioribus cum affixione termini, iuxta supradicti Conc. Trid. Sess. vlt. cap. 14. decretum. Habuit enim Conc. respectum ad Superiores Religionum, ne ex publica punitione vnius ab alio iudice tota Religio nominetur, & sic honeste procedendo, iustitia etiam ministretur; pro purgatione exsessum in Diœcesi; hæc ibi: Quæ doctrina est valde notanda, & memoria tenenda, quia alia similis, ita expressa forsitan non reperietur.* Notab. doctrina Paulli Fusci Episcop Sar. Eps aliquē Regularem exemptum incarcerãs, est excõicatus.

D *Immo Abbas in dicta Clement. frequens; expresse dicit, quod Prælati facientes capere Clericos, seu Religiosos exemptos, in casibus eis a Iure non concessis, & sic iniuriose, sunt Excommunicati, argum. c. Vniuersitatis, de sent. excommunicationis: Et hoc voluisse ait glossam in dicta Clement. frequens in verbo Capiunt, bene intellectam.*

E CONVENTIONES.

LEXANDER IV. irritauit, ac nullius existere firmitatis decreuit, omnes conuentiones, obligationes, compositiones, & pacta, quæ Fratres Mino. etiam si sint Guardiani, vel Custodes, fecerint contra prædicti Ordinis Statuta, vel consuetudines, absq; Generalis, vel Ministrorū Prouincialium licentia, & assensu. b. fo. 27. Et sto 26. c6c. 17. *Custodes Guardiani.*

HONORIVS IV. decreuit irrita, & inania pacta quæcumq;, quę Fratres Minores, (etiamsi sint Ministri Prouinciales) in receptionibus locorum, & domorum eiusdem Ordinis, cum Prælatis, Rectoribus, & Clericis Ecclesiarum, in quarum territorio, domus, & loca prædicta consistunt (si abs- *Ministri Prouinciales.*

Ministri Generales. Collector. que licentia Generalis Ministri, vel Capituli etiam Generalis) inire præsumpserint, in præiudicium dicti Ordinis. B. fo.48. Et ffo.131. concess.297. A

¶ Suprascriptæ duæ prouisiones fuerunt reuocatæ per Capitulum fin. de pactis. lib. 6. tamen per reualidationem generalem omnium reuocatorum, per Sixtum factam, sunt in pristino statu. Vide in dictione, Priuilegia, prope finem.

3 Capitulum Generale, vel Prouinciale. LEO x. in Concilio Lateranensi statuit, quod pacta, & conuentiones inter Fratres, & Prælatos, ac Curatos (pro tempore inita) valeant, nisi per subsecutum Capitulum proximum Generale, vel Prouinciale refutata, & per eos, refutatio huiusmodi, intimata debito tempore fuerit. B. ffo. 26. concess. 75.

ANNOTATIO CORDVBÆ. B

QVOAD §. 3. vbi Collector allegat. c. fin. de pactis, lib. 6. qui voluerit illud videre quantum attinet ad Conuentiones, habetur supra in hoc Compendio, titulo Concordia. §. 2.

CONVENTVALES FRATRES.

Collector. MISSIS quamplurimis, quæ de Fratribus Minoribus Conuentualibus fuerunt statuta, & ordinata per multos Summos Pontifices, præsertim, postquam per Concilium Constantiense fuerunt segregati ab eis, Fratres eiusdem Ordinis Regularis Obseruantiæ, vsq; ad vltimum Capitulum Generalissimum, Romæ celebratum, tépore Leonis decimi, vbi translatum fuit officium Ministeriatus, & omnis præeminentia Ordinis ad Fratres Mino. Obseruantiæ, solum ponentur in hoc Compendio, ea, quæ in prædicto Capitulo Generalissimo, per præfatum Leonem decimum fuerunt, quoad huiusmodi Conuentuales ordinata. Nam fere omnia alia antiquitus circa illos statuta, iam sunt superuacua, exceptis duabus Concessionibus, quæ habentur supra, in dictione Apostatæ. §. 15. & 16. De quibus tamen est dubium, vtrum maneant in suo vigore, an sint reuocatæ per ordinata a Leone x. quæ habentur infra. C D

1 ALEXANDER vj. Decreuit, nullum professorem Obseruantiæ Ordinis Minorum, si ex illa egrediatur, parentibus, propinquis, vel affinibus suis, quouis modo succedere, aut aliquo Indulto Fratribus Conuentualibus dicti Ordinis, ad hoc concesso, gaudere posse. Nec etiam Conuentus, occasione professoris huiusmodi, ius aliquod in hæreditate, vel quauis alia successione propinquorum, quomodolibet acquirere, & consequi posse. B. ffo. 3. concess. 3.

2 Licentiare Fratres. LEO x. statuit in Bulla vnionis, quod de cetero nullus Frater reformatus, possit per quemcumq; Prælatum Ordinis (etiam Ministrum Generalem) mitti ad morandum, ad aliquem Conuentum non reformatorum, aut pro reformato non habitum, scilicet, Conuentualium; excepto, quod si Capitulis Prouincialibus videbitur minus malum, aliquem Fratrem licentiare ad nondum reformatos, quam ipsum cum reformatis retinere; tali casu possint Prælati mittere Fratrem, seu Fratres reformatos ad nondum reformatos. Et inhibuit sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, omnibus, & singulis Conuentualium, secundum Priuilegia viuentium, Prælatis, ac subditis, ne aliquem ex præfatis reformatis, nisi modo prædicto recipere audeant. Similiter, E

Capitulum Prouinciale. Excommunicatio.

& dictis

A & dictis reformatis Fratribus, sub eadem pœna prohibuit, ne ab obedientia suorum Ministrorum vllatenus, quam modo prędicto, recedant. B. ffo. 30. concessione 100.

¶ Aduerte circa prædicta, de licentiandis, seu mittendis aliquibus Fratribus de Obseruantia ad Conuentuales, quod licet hic concedatur, vel potius permittatur; non tamen est tutum sic facere, prout in Capitulo Generali Meclinensi (vbi fuit electus Reuerendus Pater, claręmemorię, Oliuerius Mallardi) determinatum est sub sequentibus verbis. *Collector.*

¶ Declaratur, quod Fratres Familiæ Obseruantiæ, non possunt, salua conscientia, quantumcumq; discoli fuerint, licentiari, vt Conuentualibus se subijciant, etiam si in obseruantia stare noluerint: sed a suis insolentijs coerceantur pęnis debitis, vsque ad carceres. Professi autem sub Conuentualibus, & postea nobis adiuncti, cum a suis insolentijs resipiscere noluerint, & licentiam postulauerint, licentiari possunt, dummodo in Obseruantia sub Conuentualibus prædictis stare voluerint, alias non. Habetur hoc statutum. fo. 228. tractatu. 3. Et ffo. 247. tractatu 2. *Statutum Capituli Generalis. Nota.*

B

¶ Hoc idem dicendum, & tenendum esse videtur, de expulsione incorrigibilium ab Ordine. Circa quod, videatur. cap. fin. de regularibus. cum alia deliberatione statutum, quam breue Alexandri 6. concedens eorum expulsionem.

3 ¶ IDEM Leo in Bulla Concordię statuit, quod tam Generalis, quam Prouinciales Ministri, tam ante, quam post Generalis, & aliorum Magistrorum confirmationem, tam de Generali, & Prouincialibus, quam alijs Fratribus Conuentualibus huiusmodi, & eorum, ac aliorum Tertij Ordinis Fratrum, & sororum nuncupatorum, qui antea sub Ministro Generali Conuentualium fuerant regimine, nullatenus se intromittere, aut eos per se, vel suos Commissarios visitare, seu corrigere possint; nec aliquam iurisdictionem, seu superioritatem in ipsos exercere valeant; pręterquam cum ipsum Ministrum Generalem pro tempore existentem, ad ipsorum Fratrum Conuentualium domos, & loca declinare contigerit. Quo casu ipse Minister Generalis, eosdem Fratres Conuentuales paterne visitare, ipsiq; Fratres Conuentuales eumdem Ministrũ Generalem, tamquam totius dicti Ordinis Superiorem, omni cum charitate, & dilectione recipere debeant, dummodo, idem Minister Generalis nihil iudicialiter, circa ipsos Fratres Conuentuales, & Domos eorum, & loca, ac etiam Monasteria Monialium, sub eorum cura degentium exerceat; nisi eo modo, quo Minister Generalis, antea Fratrum Conuentualium, super Fratres de Familia, & eorum domos, & loca, & Monasteria Monialium, ante Capitulum Generalissimum exercebat, & exercere posit. B. ffo. 32. concess. 107. *Visitatio. Correctio.*

C D

4 ¶ IDEM Leo pręcepit Generali, & Prouincialibus Ministris, sub excommunicationis latę sententię pœna, ne directe, vel indirecte procurent malitiose, quod domus, & loca Fratrum Conuentualium, seu Monasteria Monialium, curę Magistri Generalis Conuentualium huiusmodi subiecta, eis quoquomodo auferantur; decernens, quod quidquid in contrarium attentatum fuerit, sit eo ipso irritum, & inane. B. ffo. 32. concess. 108. *Excommunicatio. Reformatio.*

E

¶ Aduerte, quod subditi prędicta facientes, non incurrent, sicut per concordias antiquas, nec etiam Pręlati, si non faciant malitiose. *Collector.*

5 ¶ IDEM Leo statuit, quod nulla Domus, seu Conuentus Fratrum Minorum Conuentualium, posit transferri ad obedientiam Fratrum Obseruantię, in qua fuerint minus, quam decem Fratres, sed si fuerint plures, scilicet, a decem, vsque ad viginti, non posit etiam transferri, nisi tres partes Fratrum talis domus consenserint. Si autem fuerint a viginti, & supra, vsque ad quemcumque numerũ, nequeat etiam reformari, nisi duæ partes prędictorũ Fratrum *Reformatio Conuẽtuũ.*

 consen-

consentiant. Et voluit, quod in quocumque præfatorum duorum casuum, Minister Generalis, & Prouinciales possint (quacumque contradictione non obstante) domos Fratrum Conuentualium, & illarum Fratres huiusmodi, libere, & licite recipere. B. fffo.32. concessio. 110. A

6 ¶ IDEM Leo concessit singulis Fratribus Conuentualibus ad Generalē, & Prouinciales Ministros transire volentibus, vt, ab eorum Superiore prius petita, licet non obtenta, licentia, liberam transeundi licentiam, & facultatem habeant. B. fffo. 32. concess. 111.

Licentia.

7 ¶ IDEM Leo statuit, quod illi ex Fratribus Conuentualibus, qui vitam reformatam sub Generalis, seu Prouincialium Magistrorū cura ducere voluerint, sub eorum regimine permanere possint; dummodo aliquo signo notabili distinctiuo distinguantur, & discernantur ab Obseruantibus, qui vitam Regularem sub Generali, seu Prouincialibus Ministris ducunt, prout Generalis Minister, & Magister inter se conuenerint B.fffo. 32. conc. 112. B

Reformatio Fratrū Cōuentualiū.

8 ¶ IDEM Leo statuit, qualiter Fratres Mino. Conuentuales se debeant habere cum Fratribus Obseruantibus eiusdem Ordinis, in processionibus, & alijs locis publicis, prout habetur infra, in dictione, Processiones. §. 3. & 4.

Processiones.

9 ¶ IDEM Leo. Motu proprio mandauit, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis latæ sententiæ, & priuationis officiorum pœnis, ipso facto incurrendis, Generali, & Prouincialibus Magistris prædictorum Fratrum Conuentualium, quatenus dictos subditos suos moneant, & compellant, ne prædicent aut disputent, vel maledica verba iactare præsumant, contra decreta, & ordinata per ipsummet Leonem, in Capitulo Generalissimo Romæ vltimo celebrato, scilicet, in Bullis Vnionis, & Concordiæ. B. fffo.35. concessione 120. C

Prohibitio.

10 ¶ IDEM Leo præcepit vniuersis, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœna Interdicti ingressus Ecclesiæ, ac suspensionis a diuinis: inferioribus vero Prælatis, sub excommunicationis latæ sententiæ pœnis, ipso facto, incurrendis, a quibus, non, nisi per Romanum Pontificem (præterquam in mortis articulo) possint absolui, vt quoties a Fratribus Min. Regularis, Obseruantiæ requisiti fuerint, moneant per eorum litteras patentes, prædictos Fratres Conuentuales, sub pœna amissionis Priuilegiorum, eis, per dictam Bullam Concordiæ concessorum, vt prædictam Bullam Concordiæ, ac omnia, & singula in ea contenta, cum effectu obseruent. Et vt in euentum, in quem eis constiterit eos contrauenisse, declarent, eos pœnam priuationis huiusmodi incurrisse. Ac ex tunc Fratres ipsos Conuentuales, omnimodæ subiectioni, correctioni, & obedientiæ Generalis, & Prouincialium Ministrorum, in suis Prouincijs respectiue perpetuo (iuxta formam litterarum Capituli Generalissimi) subiectos esse. Inhibendo tam Generali, quam Prouincialibus Magistris, ne de dictis Fratribus Conuentualibus, vel eorum Domibus, & locis vllatenus (nisi quantum a Ministris Generali, & Prouincialibus illis fuerit concessum) se intromittant vllo modo. Qui quidem Ministri, Generalis, & Prouinciales, ad omnimodam dictorum Conuentualium reformationem, etiam per fauores Regum, & Principum, & Communitatum, insudare teneantur: bonis tamen immobilibus dictorum Conuentuum, per Generalem, & Prouinciales Ministros reformandorum, pro vna quarta, Ecclesiæ Cathedrali seu Diœcesi, in qua dicti Conuentus siti fuerint; pro duabus vero, in expeditionem Cruciatę contra infideles; pro reliqua autem quarta parte, in reparationem dictorum Conuentuum (ipso facto, quoad obedientiam dictorum Ministrorum reducti fuerint) per eos applicatis. B.fffo. 39. conc. 127. D E

Excommunicatio.

Concordia.

Reformatio.

Bona immobilia.

¶ Vide

¶ Vide aliquid tangens Conuentuales Fratres, infra in dictione Eleemosyna. §. 5. & 6. scilicet, qualiter eis prohibitum sit, ne petant eleemosynas sub nomine Obseruantium.

¶ Vide etiam, qualiter Fratres Conuentuales possint puniri a Fratribus Obseruantibus, infra in dictione, Correctio. §. 11. Et melius in dictione Eleemosyna. §. 5.

¶ Item qualiter Fratres Conuentuales, qui prius fuerunt de Obseruantia, nequeant succedere suis propinquis, vide infra in dictione, Hæredes. §. 5. & 6.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

B *VOAD §. 2. vbi Collector videtur reprehendere expulsionem incorrigibilium secundum priuilegium Alexandri vi. dic, quod si fiat cum debitis circumstantiis, quæ in eo Priuilegio Alexand. 6. innuuntur, tunc debite fit talis expulsio: vt de hoc habetur infra tit, Eijcere eb ordine. §. 4. & ibi Collector concordat cum ijs. & in tit. Habitus Fratrum. §. 9.*

Quoad. §. 10. Notandum, An bona Fratrum Conuentualium nostri Ordinis, particulariter venientium ad nostram Obseruantiam, possint distribui. & quomodo? vide in eodem Compendio tit. Bona. post. §. 13. quia a paucis circa id aduertitur, quod ibi notat Collector. Item quod nullus iniuriet Conuentuales, vel Obseruantes, vocando Bullistam, seu alio nomine irrisorie, videatur infra in Compendio tit. Obseruantes. §. 7.

C

☙ CAPVCCINI ANNOTATIO.

ST sciendum, quod, vltra suprapositas Dispositiones circa Patres Conuentuales factas, Pius v. in Const. sua 61. Ad extirpandos, quæ in Capitulo Generali, tunc Romæ celebrato recepta fuit, anno Domini 1568. Et in Const. 67. Illa nos cura. eodem anno edita, nonnulla alia pro reformatione illorum ordinauit, & præcipue, vt nihil proprium habere possint, sed omnia bona in Communes suarum cuiuscumq; Domorum, & Religionis vsus conuertantur: Et dispensationes quascumque desuper concessas reuocauit, & annulla-
D *uit: & sic, quoad hoc fuit correcta Concessio eis facta a Paullo iij. anno 1540.*

Bona, quæ priuatim alicui donata, vel relicta fuerint, Superioribus consignari præcepit.

Bonorum administrationis, ac dispensationis, & rationis reddendæ formam dedit.

Officiorumque ambitum strictissime prohibet, sub pœna eorum priuationis, & ad futura inhabilitatis.

Nouitij ante 18. annum suæ ætatis non recipiantur, & recepti dimittantur, nisi expleuerint annum 15. Laici, qui 25. annum non attigerunt, ad seruiendum ne recipiantur, & recepti dimittantur. De hac ætate, vide in Verbo Nouitij.

E *Nouitij educentur in Conuentibus insignibus, in quibus Dormitorium, & Capitulum habeant seorsum ab alijs Fratribus.*

Prouinciales eligantur ex aliena Prouincia.

☙ *Sed hoc non obseruatur, immo est ordinatum, vt non eligatur, nisi ex eadem Prouincia.*

Guardianatus insigniores, & Priuilegiati, Triennio, non Priuilegiati, biennio, diuturniores non sint.

Paternitatis titulo non gaudeant, nisi qui Prouincialatus officium obtinent, vel obtinuerint, vel 40. annum agant, vel alias eo digni existant.

Fratres in eodem Conuentu, vltra biennium manere non possint, exceptis sexagenario maioribus.

In quolibet Conuentu maneant 12. Fratres ad minus, exceptis Conuentibus retinendis pro commoditate Fratrum iter facientium.

In studijs maioribus, duæ lectiones Theologicæ legantur, practica vna, altera vero speculatiua, vt ibi.

Fratres omnes in refectorio comedant, exceptis infirmis. & camisijs laneis vtantur, ac Superiores omnes, vnica cella, & lecto sint contenti.

Nonnulla alia ad bonum eorum regimen spectantia fuerunt ordinata, vt ibidem est videre; sed nunc, quædam supradictorum obseruantur, quędam autem non, prout melius Superibus expedire videtur, vel ex consuetudine in contrarium obseruata.

CORRECTIO FRATRVM.

1 *Generalis Minister.*

INNOCENTIVS iv. statuit, seu concessit, vt vniuersos Fratres Minores, qui morantur in obsequijs aliquorum (illis duntaxat exceptis, qui fuerint ad legatorum Sedis Apostolicæ seruitia deputati) possit, & valeat Generalis dicti Ordinis libere visitare, corrigere, & amouere; ac alios pro eis substituere, prout secundum Deum viderit expedire; non obstantibus litteris, seu indultis Sedis Apostolicæ quibuscumque. B. fol. 29. Et ffo. 113. conc. 245.

2 *Ministri Prouinciales.* ALEXANDER iv. concessit, quod si aliqui Fratres Min. assignati fuerint a Sede Apostolica Archiepiscopis, vel Episcopis, possint Ministri, & eorum Vicarij eos corrigere, & ad Ordinem reuocare. Et quod non teneantur Prælati Ordinis aliquos Fratres assignare prædictis Episcopis, seu Archiepiscopis, virtute quarumcumq; litterarum Apostolicarum, non facientium expressam mentionem de istis. b. fo. 24. C

3 *Generalis & Prouincialis Ministri.* CLEMENS iv. statuit, quod Generalis, & Prouinciales Ministri, & eorum Vicarij, illos ex Fratribus Minoribus, de quibus, auctoritate litterarum Sedis Apostolicæ, vel Legatorum ipsius, Archiepiscopis, vel Episcopis, & alijs quibuscumque prouisum fuerit, corrigere possint, ac etiam (non obstante contradictione aliqua) eos ad Ordinem suū reuocare. Et quod nec per litteras eiusdem Sedis, aut Legatorum ipsius, aliquos de Fratribus prædictis teneantur Prȩlati Ordinis, Archiepiscopis, & Episcopis, aut alijs personis, in socios deputare, nisi dictæ litteræ de Indulto huiusmodi, & ordinatione, expressam facerent mentionem; ac alias id honestati Ordinis, & saluti illorum viderint expedire. B. fo. 57. Et ffo. 141. concess. 324. D

Collector. ¶ IDEM habetur in Mari Magno Carmelitarum. ffo. 185. concess. 467. Et in Mari Magno Prędicatorum. ffo. 237. concessione 552.

4 *De Apostatis.* ¶ IDEM Clemens statuit, qualiter Generalis, & Prouinciales Ministri, possint, & debeant corrigere Fratres Apostatas, vt habetur supra, in dictione, Apostatæ. §. 8. & 9.

5 GREGORIVS xj. statuit, qualiter omnes, & singuli Fratres Ordinum Mendicantium, qui fuerint Capellani Sedis Apostolicæ, possint corrigi per Superiores dictorum Ordinum, prout habetur in dictione, Exempti Fratres. §. 2. E

6 *Prælati. Vide supra § verbo Appellare in nostra additione, fo. 82* BONIFACIVS viij. concessit, vt Prælati Ordinis Minorum, ad correctiones, & punitiones Fratrum eiusdem Ordinis delinquentium infligendas, ad quos eędē spectare noscuntur (rimulis, & apicibus iuris postpositis) libere procedere valeant, secundū Consuetudines approbatas, & Generalia statuta ipsius Ordinis facta, & fienda. Ac insuper voluit, non licere prędictis Fratribus, ab eisdem correctionibus, & punitionibus aliquatenus appellare; præuia ta-

A ula tamen in hoc deliberatione, ac maturitate debita obseruatis. B. fol. 125. Et ffo. 202. concess. 409. *Appellari*

¶ IDEM Bonifacius statuit, qualiter Fratres Minores Apostatantes debeant corrigi, vt habetur in dictione, Apostatæ. §. 14. 7

BONIFACIVS ix. concessit Magistro Generali Ordinis Prædicatorum, vt ipse, & alij Præsidentes dicti Ordinis, in Correctionibus Fratrum eiusdem Ordinis, iuris ordine postposito, secundum consuetudiues approbatas, & instituta Ordinis antedicti, procedere libere, & licite possiut, & valeant. b. ffo. 120. conc. 545. 8 *Pro fratribus Prædicatorum.*

B ¶ IDEM Bonifacius statuit, ne a correctione quacumque, seu alias ab aliquo Prælato, seu Fratre dicti Ordinis Prędicatorum, quauis occasione appellare, aut contra eos querellam proponere audeat, nisi prius coram Conuentuali, seu Prouinciali Prioribus, seu Magistro Generali Ordinis, & successiue in Generali Capitulo dicti Ordinis, caussam, & querellam suam proposuerit, verbo, vel in scriptis, b. ffo. 120. conce. 550. 9 *Appellare.*

¶ IDEM Bonifacius statuit, quod omnes, & singuli Religiosi, quorumcumq;, etiam Mendicantium Ordinum, Sedis Apostolicę Capellani, perinde suis Superioribus, & correctioni ipsorum, in omnibus, & per omnia sint subiecti, ac si prædictæ Sedis Capellani non essent, b. ffo. 126. conc. 564. 10

EVGENIVS iv. & Pius ij. Ordinauerunt aliqua circa Correctiones C Fratrum Minorum, tam Conuentualium, quam Obseruantium, prout positum est in dictione, Apostatæ. §. 16. Et quoad Carmelitanos. §. 18. & 19. vbi supra. Et in dictione, Eleemosyna. §. 5. 11

NICOLAVS v. concessit Ministro Generali, pro tempore existenti, quod omnes, & singulos Fratres, siue in Monasterijs Monialium, siue in alijs Domibus, Conuentibus, Eremitorijs, & locis dicti Ordinis commorantes, etiam ab obedientia, visitatione, & correctione dicti Ministri, per specialia Sedis indulta, se exemptos esse (pręter Regulæ, & Statutorum dicti Ordinis formam) prætendentes, non obstantibus quibuscumque Priuilegijs, exemptionibus, indultis, & litteris Apostolicis, eis, eorumque Monasterijs, siue Do D mibus, Conuentibus, locis pręfatis, & Eremitorijs, per Sedem Apostolicam, in genere, vel in specie concessis; de quibus in ijs litteris habenda esset mentio specialis, possit iuxta Constitutiones, & regularia instituta antiqua dicti Ordinis corrigere, visitare, punire, & emendare; ac in criminibus grauioribus, si res ipsa exegerit (cum moderamine tamen) torturæ subijcere possit, & valeat dictus Minister Generalis. b. ffo. 47. concess. 500. Et ffo. 87. conce. 250. 12 *Generalis Minister.* *Exempti Fratres.* *Torquere Fratres.* *Vide infra Annotatio. Capuccini in Verbo Eijcere in principio. Collector.*

¶ Semper est aduertendum, quod tales exemptiones possent habere aliqui Fratres, per quas derogetur ista facultas. Et hoc oportet semper reducere ad memoriam, ne minus docti errent. Et idem in sequenti Sixti, & quibuscumque alijs similibus.

E SIXTVS iv. statuit in Bulla Aurea, quod Magister Generalis Prædicatorum, & Minister Generalis Fratrum Min. possint gesta per Fratres suorum Ordinum respectiue, qui sunt Inquisitores hæreticæ prauitatis examinare, & querellas contra illos propositas audire, ac super illis, quantum eis iustum, & æquum videbitur, statuere, & ordinare. Et si eos in aliquo deliquisse inuenerint, illos, iuxta excessuum exigętiam, etiam per eorum ab officio amotionem, ac alias corrigere, & punire. B. fo. 66. Et ffo. 149. concess. 366. 13 *Inquisitores hæresis.* *Pro Fratribus Prędi. & Mino.*

INNOCENTIVS viij. concessit Vicario Generali Fratrum Ordinis Prædicatorum de Obseruantia, congregationis Prouinciæ Hispaniæ, quod Correctio Fratrum dictæ congregationis, vndecumq; ad terminos Præsidentiũ Conuentuum reformatorum venientium, iuxta Constitutiones dicti Ordinis 14 *Particularis pro Hispania.*

fieri debeat, & ad eosdem Præsidentes pertineat. Non obstantibus quibuscumque Priuilegijs, Indultis, & litteris Apostolicis, Scholastico, ac Vniuersitati Salmantinæ, ac quibuscumque Vniuersitatibus, per Sedem Apostolicam concessis, quæ aduersus præsentes noluit in aliquo suffragari posse; dummodo propter Correctiones huiusmodi faciendas, studium Fratrum corrigendorum non impediatur. b. ffo. 76. concessione 194. A

Collector. Nota. ¶ Hæc concessio deseruit etiam Fratribus Mino. partium Hispaniarum, vt virtute communicationis Priuilegiorum, de qua supra, in dictione Communicatio Priuil. §. 10. possint similiter corrigere Fratres eiusdem Ordinis, & Obseruantiæ. Nam Fratres Congregationis, de quibus supra fit mentio, Obseruantes, seu de Obseruantibus erant. Et ideo per istam concessionem, non posset procedi contra Conuentuales. B

15 *Excommunicatio.* ALEXANDER vi. concessit, quod non obstante Capitulo Vniuersitatis, de sententia excommunicationis, Prælati nostri possint percutere per alium (caussa Correctionis) & non cogantur cum propria persona; etiam si necessitas non vrgeat. o. ffo. 70. concess. 175. Et ffo. 99. concess. 359. Vide sup. fol. 9.

16 ¶ IDEM Alexander fecit quamdam concessionem, circa Correctionem Fratrum, per expulsionem, seu eiectionem ab ordine, quæ velut in magis proprio loco ponitur infra, in dictione, Eijcere, seu Expellere ab Ordine. §. 4. Sed circa hæc aduerte bene ad illa, quæ ibidem adduntur.

17 LEO x. concessit idem, quod Alexander præfatus. §. 15. & adhuc clarius, scilicet, vt quando aliquem Fratrem, caussa Correctionis, vel absolutionis, oportet verberare, possint Prælati Ordinis Mino. de Obseruantia, & eorum Commissarij, manu Vicarij, vel cuiusuis alterius Fratris subditi, eum verberare, seu disciplinare. Non obstante Capitulo Vniuersitatis, de sententia excommunicationis. o. ffo. 93. concessione 291. C

ANNOTATIO CORDVBÆ.

QVOAD §. 11. Notandum, quod Pius ij. fff. 86. declarat, & concedit quod Minister Generalis habeat liberam auctoritatem, & iurisdictionem super Fratres existentes in quibuscumque Vniuersitatibus, & Priuilegijs illarum gaudentes auctoritate Apostolica & de licentia ipsorum habita ad morandum in talibus studijs, committens ei plenissimam Correctionem illorum, cum grauibus censuris in contrafacientes, aut resistentes quomodolibet; vide infra §. 14. D

Quoad §. 13. Notandum, quod Sixt. iv. fol. 66. & ff. 149. concessit etiam quod Min. Gen. & Prouinciales possint in suis administrationibus corrigere, & reuocare Fratres deputatos ad prædicandum Crucem, vel contra hæreticam prauitatem, vel ad huiusmodi negotia assumptos a Sede Apostolica, & alios ad id substituere.

Quoad §. 14. & quoad Correctiones quorumcumque Fratrum etiam exemptorum, etiam in Vniuersitatibus, & in Curia Romana existentium, vide latius supra titulo, Apostata, Priuilegia, Alexandri vi. Iulij ij. Leonis x. & infra titulo Exempti Fratres. E

¶ CORPORALIA.

1 CALIXTVS iij. concessit, quod Fratres Minores Laici, possint tangere, & lauare corporalia. o. ffo. 101. concess. 398.

Collector. ¶ Vide aliam concessionem præfati Calixti, in dictione, Ornamenta Ecclesiastica. §. 3.

SIX-

A SIXTUS 4. concessit, quod omnes Fratres Clerici, & Laici possint tangere, sine scrupulo conscientiæ, calices, & corporalia, & alia paramenta, cum reuerentia tamen. o. ffo. 97. conc. 343. 2 *Fratres Laici.*

¶ IDEM Sixtus concessit omnibus Monialibus Sanctæ Claræ, ac sororibus Tertij Ordinis, curę Fratrum Mino. commissis, quod possint tangere, & lauare sacros pannos, exceptis corporalibus. Et postmodum idem Sixtus concessit, vt omnes Sorores suprascriptę, sub Clausura, & Congregatione viuentes, etiam Corporalia, & Purificatoria tangere possint, dummodo steterint lota a Fratribus. o. fo. 62. Et ffo. 66. conceff. 97. Et fffo. 95. conce. 318. 3 *Pro Monialibus.*

B ¶ Qualiter Prælati Ordinis Mino. & quandoque aliqui alij Fratres possint Benedicere Corporalia, vide supra, in dictione Benedicere. §. 1. & 7. & 8. & 11. & infra in Verb. Ecclesiæ Fratrum ibi Annotatio Capuccini. *Collector.*

¶ CREDO.

SIXTUS Quartus concessit, quod Fratres Mino. possint dicere, Credo, in Sollemnitatibus sanctorum sui Ordinis, & Sanctæ Claræ. o. fo. 63. Et ffo. 67. conc. 118. Et fffo. 96. conc. 319. 1 *Pro Sāctis Ordinis.*

C ¶ IDEM Sixtus concessit, quod prædicti Fratres possint dicere, Credo, in octaua Beati Frācisci. o. fo. 63. Et ffo. 68. conc. 133. Et fffo. 100. conc. 380. 2

¶ Vtrum hæc Concessio debeat intelligi tantum de die Octaua, vel de omnibus diebus infra Octauam, dubium videtur. Saluo tamen meliori iudicio, posset dici, quod de omnibus diebus infra Octauam intelligenda sit. Nam non reperitur, quod aliquando secundum vsum Romanum dicatur, Credo, in die Octaua alicuius Festiuitatis, ratione eiusdem Festiuitatis, & quod non dicatur in alijs diebus infra Octauam. Nihilominus tamen cum concessiones petantur, & concedantur ad libitum, possibile est, quod solum fuerit petita, & D concessa pro die Octauæ, quia est duplex. Nunc est concessum, vt per Octauam Sancti Patris nostri Francisci, & aliorum sanctorum nostri Ordinis quibus dedicata est Ecclesia dicatur, Credo, In alijs autem dicatur solum in festo, Vt in Rubrica Missarum nostri Ordinis habetur. *Collector.*

ANNOTATIO CORDVBÆ.

E *QVOAD §. 2. Notandum, quod quamuis ibi dubitet Collector, An per totam Oct. B. Patris nostri Francisci possit dici Credo? de hoc iam non est dubitandum, quia in Cap. Generali Burgen. pro Francia anno domini 1484. habetur fol. 36. quod Sixt. 4. concessit posse dici Credo in die B. Patris nostri Francisci, & per Octauam: & in Cap. Generali Meclinen. anno domini 1494. habetur quod in Octaua B. Patris Francisci, vt Omnium sanctorum, debet dici, Credo, in Missa. Constat autem quod per totam Octauam Omnium sanctorum dicitur Credo, ergo similiter per Octauam B. Patris Francisci. Item iam Consuetudo, quæ est optima interpres legum, & valet pro lege, sic iam interpretatur, & habet, & ideo iam non est de hoc dubitandum.* Nunc non est dubium quod possit dici, sed nō per totam Octauā alio rum Sancto rum nostri Ordinis.

¶ CRV-

¶ CRVCIATA.

A

1 *MinistriGenerales & Prouinciales.*

CLEMENS IV. statuit, quod Fratres Minores qui ad prędicandū Crucem, seu Cruciatam, seu ad alia huiusmodi negotia fuerint a Sede Apostolica deputati, possit Generalis Minister remouere, seu reuocare, & penitus transferre, ipsisque, quod supersedeant, iniungere, aliosque substituere, cum expedire viderit, & in eos si contra venerint, censuram Ecclesiasticam exercere. Ac quod quilibet Minister Prouincialis, vel eius Vicarius eiusdem Ordinis, idipsum possit in sua Prouincia, circa Fratres suos, quibus ab eadem Sede similia contigerit committi. Non obstantibus aliquibus litteris, vel indultis Apostolicis, quæ de hoc fecerint mentionem. B. fo. 57. Et ffo. 141. concess. 326. B

2 *Absolutio.* INNOCENTIVS Octauus declarauit, Fratres Minores non posse, nec debere eligere Confessores, virtute Bullæ Cruciatæ, &c. vt habetur late supra, in dictione Absolutio ordinaria quoad Fratres. §. 16. fol. 8.

3 *Absolutio.* LEO X. prohibuit, & declarauit, quod nullus Fratrum Minorum Regularis Obseruantiæ, possit accipere Bullas Cruciatæ, &c. vt supra est positum in dictione, Absolutio ordinaria quoad Fratres. §. 21. & 22. Vide ibi, & nota bene. fol. 9.

4 *Contra Commissarios Cruciatæ. Excommunicatio.* ¶ IDEM Leo, Motu proprio, & ex certa scientia præcepit vniuersis, & singulis, cuiuscumque Cruciatæ Commissarijs, pro tempore, existentibus, & alijs quibusuis personis, quacumque etiam Archiepiscopali dignitate fulgentibus, in virtute sanctæ obedientiæ, ac Episcopis, & Superioribus, sub priuatione ingressus Ecclesiæ; alijs vero sub excommunicationis latæ sententiæ, ac priuationis officiorum suorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda pœnis (ipso facto absque vlteriori declaratione) incurrendis; ne de cetero, perpetuis futuris temporibus, aliquos Fratres Ordinis Mino. de Obseruantia, extra eorum Conuentus seu Domos, sine suorum Superiorum, & Prælatorum expressa licentia extrahere, seu ad prædicandum Cruciatā, aut quascumque alias Indulgentias, seu litteras Apostolicas destinare, aut alterius facultatis prætextu molestare, perturbare, aut inquietare, seu a prædictis Fratribus aliquid exigere; vel gratias, facultates, aut libertates, seu Indulgentias, & peccatorum remissiones eis, necnon Monialibus Sanctæ Claræ, tam primę, quā secundæ Regulæ, ac Tertij Ordinis Beati Francisci Sororibus sub obedientia Prælatorum dicti Ordinis Minor. degentibus, sine illorum licentia concedere, aut impartiri. B. ffo. 48. concess. 144. C D

Pro Monialibus, & tertiarijs.

5 *Prohibitio. Excommunicatio. Collector.* ¶ IDEM Leo præcepit Fratribus, & Monialibus, ac Sororibus præfatis, ne gratijs, Indulgentijs, libertatibus, immunitatibus, quæ in Bullis Cruciatæ, aut alijs consimilibus continentur, quouis quæsito colore, cōtra obedientiam Ordinis prædicti, sine speciali licentia suorum Prælatorum vllo modo vti (sub excommunicationis latę sententię pœna) pręsumant. B. ffo. 48. conc. 144.

Quæstio. CIRCA prędicta est notādum, quod cum per Bullas Cruciatæ, vel alias similes, concedatur omnibus Christi fidelibus confessionale perpetuum, vt de non reseruatis Papæ possint, toties, quoties voluerint absolui, per confessorem quemcumque, ad libitum eligendum; merito quærendum videtur; vtrum Religiosi sine licentia suorum Prælatorum possint prædictas Bullas accipere, & concessionibus, seu facultatibus in eis contentis vti? E

Prima responsio. ¶ Ad hoc autem Prælati Religiosorum, & omnes zelum Religionis habentes, dicunt, quod non; & rationem assignant. Quia neque est, nec esse debet intentio Pontificis, aliquid concedere, vnde Ordinis disciplina collabi contingat: præsertim cum prohibitum sit per litteras Apostolicas, & per regulas, ac statuta

A statuta Religionum, ne Fratres confiteri possint peccata sua personis extra suũ ordinem, sine licentia suorum Prælatorum. Item quia si hoc liceret Fratribus, quodammodo eximerentur ab obedientia Prælatorum suorum, confitendo peccata sua cui vellent. Eximerentur etiam a voto paupertatis, procurando pecunias ad contribuendum pro huiusmodi Bullis sine licentia, immo contra obedientiam Prælatorum, & contra suum votum, in quo Papæ non licet dispensare, prout ad litteram dicit. cap. Cum ad Monasterium, de statu Regul. Etiam ex ijs daretur occasio fractionis tertij voti, scilicet, castitatis, prout experti dicere possunt. *Vide Annot. Cordubẽ in secũdo puncto post medium.*

B ¶ Attamen alij volunt contrariam partem, rationibus apparentibus munitam, defendere: præcipue quia aliquando in prædictis Bullis continetur, quod illas possint accipere Religiosi, etiam sine licentia suorum Prælatorum. *Secunda responsio.*

¶ Ad quæstionem respondetur vltimate, quod etiam si huiusmodi Bullæ in hoc non essent subrepticiæ, sicut sunt, prout Pontifices postea declarant, dicentes, numquam talem intentionem habuisse; cum non solum generaliter, sed nec alicui in particulari vix talia concederentur; videlicet, quod aliquis spreta regulari disciplina, & paupertatis voto, quæreret pecunias ad contribuendum, & accipiendum prædictas Bullas absque particulari necessitate, pro qua non esset Ordini concessa facultas; adhuc non possent per ipsas absolui, sine licentia suorum Prælatorum, cum non possint dicere, quod hoc ibi expresse Fratribus concedatur. Et propterea Prælati, ad obuiandum malitijs, & proteruitati-
C bus aliquorum, statim cum talis Cruciata, vel similes Bullæ publicantur, recurrunt ad Pontificem, vt declaret, Religiosos vti prædictis non posse, sine licentia Prælatorum. Et ita factum fuit tempore Sixti 4. Innocentij 8. Alexandri 6. Iulij 2. Et Leonis X. prout in libris Ordinis patet. Et adhuc aliqui prædictorum Pontificum, dixerunt expresse, quod numquam habuerunt intentionem, quod Fratres sine licentia Prælatorum, accipere possent prædictas Bullas, & minus quod ipsis vterentur. Quinimmo imposuerunt Censuras Religiosis maribus, & fœminis, ne talibus vterentur, sicut fecit Leo X. supra. §.5. *Vltimata responsio.*

¶ Et in tantum est hoc verum, quoad Fratres Minores, quod licet alij Religiosi, forte de licentia suorum Prælatorum possint prædictas Bullas accipere, & Eleemosynam pro ipsis accipiendis procurare; Fratres tamen Mino. cum sit
D eis strictissime sub præcepto prohibitum, ne pecunias, vel denarios recipiant, aut procurent, nisi pro veris, & certis necessitatibus, nisi sibi occurreret aliqua talis necessitas, cui subleuandæ non sufficerent Priuilegia Ordinis, nullo modo valerent, nec licentia Prælatorum sufficeret, vt possent procurare pecuniam ad accipiendam Bullam. Et ita declarauit Leo X. O. sso. 60. conc. 178. Et supra, in dictione. Absolutio ordinaria quoad Fratres. §.21. dicens, quod in casu talis necessitatis, de licentia Prouincialium, & Custodum, possint Fratres accipere dictas Bullas. Qui quidem Prouincialis, & Custos debent examinare prędictã necessitatem, an sit talis, quod in ipsa possit dispensari. Nam licet solum Regula concedat facultatem querendi pecuniam, pro Fratribus induendis, & infir-
E mis curandis, &c. satis infirmus est, qui habet animæ ęgritudinem, non possibilem aliter curari, quam per Bullam. Non tamen propterea negatur, quin Pōtifex posset bene informatus, concedere alicui Religioso, vt confiteretur cui vellet. Sed dico, quod per generalem concessionem, numquam hoc intendit facere; cum velit conseruare Religiones, & non destruere. Et si dubitas de hoc, dico tibi, quod hoc sufficit, vt accipias partem securiorem, prout dicit glo. in capitulo vnico. de scrutinio, & ordine faciendo: & in cap. Iuuenis, de Sponsalibus. Et ideo non committas te periculo; in his præsertim, quę animam tangunt. *Confirmatio responsionis suprascripta.*

A N-

A

ANNOTATIO CORDVBÆ.

QVOAD §.1. vbi agitur de correctione, & potestate super Fratres Prædicatores Cruciata, &c. vide sup. titu. Correctio, titu. Apostatas tit. Exempti Fratres, in Compendio in suis. §§.

Quoad §.5. Notandum, quod Leo X. §ff. 23. idem prohibuit, etiam Augustinen. quod ibidem §.5. nobis prohibet.

Tandem notandum, quod anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo tertio die 12. mensis Iulij, Reuerend. Pater Frater Antonius Ortiz, impetrauit a Domino Paulo 3. viua vocis Oraculo, præsente Fratre Ioanne de Aquila socio eius, & Doctore Ortiz Hispano, quod, ne Fratres Min. quærirent pecuniam pro Bullis lucrandis, possint lucrari omnes gratias spirituales, & corporales, seu temporales, quæ de cetero concedentur in omnibus Bullis Cruciatarum quarumcumque, dummodo loco pecuniarum, quæ debent dari pro ipsis Cruciatis lucrandis, dicant Sacerdotes duas missas, Clerici autem bis Psalm. Pœnitentiales, Laici vero ducenta Pater noster, & Aue Maria pro intentione, pro qua conceditur ipsa Bulla; & quod tunc Fratres prædicti possint lucrari talem Bullam, seu Cruciatam, & ea gaudere omnino, ac si darent summam pecuniariam, quæ in ipsa Bulla, seu Cruciata taxatur. B

Ampliffima Concessio ad hoc vt Fratres non vtãtur Bulla Cruc.

Sed ad prædicta omnia quæritur, Vtrum Fratres Minores possint accipere Bullas Cruciatarum generaliter omnibus Christianis concessas, & ipsis vti ad omnia ibi concessa, maxime vt absoluantur ad libitum de reseruatis Ministris Prouincialibus, & de alijs peccatis intra, seu extra ordinem.

An Fratres possint vti Bulla Cruc.

Respondeo per tria puncta: Quorum primum est, quod si constaret manifeste de voluntate Domini Papæ, quod sic vellet concedere prædictam facultatem nobis ad prædicta, tunc nullum dubium esset super hoc. Constat enim, quod Papa potest hoc concedere specialiter, & generaliter quibuscumque Christianis, etiam Religiosis, & quomodo ipse vult. Ex quo totum hoc negotium, tangens iurisdictionem Prælatorum, aut iudicum Spiritualium, eius Ordinationi, & potestati subijcitur, secundum communiter Doct. & tunc secundum talem concessionem eius, possint Religiosi, sicut & alij Christiani, vti præfatis Bullis quoad confessiones de reseruatis, & quoad cetera, secundum quod Papa illis concederet; sed quia de tali intentione Papa non semper constat sufficienter, ideo est dubium super hoc, sicque videtur dubium super facto. C

Respondetur per tria. Primum pũctum.

Secundum punctum est, stando in foro conscientiæ, & in Bullis generaliter concessis omnibus Christianis, non intendit Papa quod nos Fratres Min. Obseruantes possimus eis vti, quoad confitendum, & absoluendum indifferenter, & ad libitum, intra, seu extra Ordinem, a peccatis reseruatis Min. Prouincialibus, & forte neque a non reseruatis, sine licentia ipsorum Ministrorum; Similiter, neque quoad vtendum ipsis Bullis, & ea faciendum, quæ vergunt probabiliter in Religionis, & Obseruantiæ, seu vitæ Religiosæ deformitatem, dissipationem, aut decolorationem. Ratio est, quia non est credendum, quod Papa vellet concedere Bullas in relaxationem, aut dissipationem, seu deformationem, aut decolorationem vitæ Religiosæ. ex quo id facere non possent præfati Pontifices, cum bona conscientia, tamquam dissipatores ædificij Ecclesiastici, & vitæ religiosæ, si ipsi essent satis informati de relaxatione Religionis, quæ ex dictis Bullis sequitur. D

Secundum punctum.

E

Et hoc est fundamentum Theologorum, dicentium quod Religiosus non potest contra formam suæ Religionis exire pro lucrandis Indulgentijs, & quod Papa non debet concedere eas sic, quod pro eis lucrandis detur occasio dissolutionis Religionis, quodq; sic semper præsumitur de mente Papæ, vt potest videri in B. Tho. 3. p. Sum. q. 2. ar. 2 & vt in 4. dist. 20. cõiter tenent Doctores; ergo patet ista maior. Sed per prædictas Bullas, seu ex ipsis, si eas ad prædictas Confessiones, & alia huiusmodi supradicta, liceret Religiosis accipere, & eis indifferenter vti, sequitur, seu datur efficax, & propinqua occasio dissolutionis

Daretur ex hoc occasio relaxationis.

A *tionis vita Religiosa,& disciplina regularis,prauaq; libertas, incentiuum, atque fomen-
tum peccatorum, pronitasque ad liberius peccandum contra castitatem, & contra tem-
perantiam,& contra alias virtutes plus in Religiosis,quàm in sæcularibus; quod patet,
quia voluntas hominis,quæ naturaliter, nititur in prohibitum, quò magis astricta tene-
tur,eo liberius soluitur in prohibitum, data occasione solutionis. Sic ergo contingit in Re-
ligiosis, qui sunt præ ceteris magis religati per votum Castitatis. Hoc etiam patet per
experientiam, quam non nisi proteruus negabit, aut qui non bene nouit mysteria abscon
dita huius negotij:quique non videt sensus hominis ad malum pronos, promptioresq; in dies
magis fieri ad malum,maioremque iacturam,dissolutionem,infamiam, & decoloratio-*
B *nem Religionis fieri coram Deo,& hominibus, vel ex paucis peccatis,aut casibus Reli-
giosorum paucorum, quam fiat in statu Christianismi ex lapsu multorum Christiano-
rum,aut Clericorum. Quo enim candida vestis seu pupilla oculi pulchrius fulget, eo fœ-
dius,vel ex paruula macula tota perditur,vel fœdatur. Patet idem. etiam. quia ideo in
Religionibus facta est reseruatio casuum, religiosorumque religatio per carimonias,& a-
lias disciplinas statutas eisdem, vt sic præ ceteris secundum eorum nomen sint ad virtu-
tem magis religati. Igitur si per Bullas a prædictis vinculis soluerentur, certe iam eo-
rum Religio dissolueretur, eorumque vita a rigore suo soluta, sæcularem sibi vendicaret
libertatem,essetque saltem in huiusmodi statutis, aut caremonijs vita pœnitentium Reli-
giosorum æque ad peccatum libera,sicut & sæcularium. Tandem hoc idem expressè testifi
cantur Sixt.4.fol.54.Innoc. fol. 56.Leo. 10.fff.48. qui in suis Priuilegijs dicunt clare,*
C *quod per tales Bullas & libertates dissoluitur religio occasionaliter,& quod experientia
didicerunt,quod earum prætextu religiosi ad illicita prolabuntur, quodque ideo eas reuo-
cant,& declarant,quod non possent eis vti sine licentia suorum Prælatorum, vt proxime
dicetur. Neque est credendum,tot Prelatos religiosorum relationem falsam prædictis Pon
tificibus fecisse,de dissolutione Religionis per tales Bullas,mentitosque fuisse, dicentes per
experientiam hoc comperisse. Nulla enim ratio suadet,tam male suspicari de Prælatis,er-
go patet ista minor, scilicet, quod per tales Bullas datur occasio dissolutionis Religionis,
vt dictum est.*

*Igitur concludamus,quod Papa non constet hoc.quod est de facto,scilicet,quod per Bul
las præfatas ad prædicta datur occasio dissolutionis Religionis: quod si constaret id, non*
D *est credendum,quod culpabiliter eas concederet in dissolutionem Religionis, quando ab eo
tales Bullæ impetrantur. Sequitur ergo,quod, saltem quoad nos in foro conscientiæ sal-
tem quoad prædicta, sunt surreptitia, seu quod Papa pro nobis non intendit eas concede-
re,vt dictum est,quantumcumque generaliter de omnibus sonarent Christianis, etiam
Religiosis Mendicantibus. Clausula enim generalis debet limitari, & interpretari secun-
dum ius diuinum,& humanum,neque debet extendi ad ea,quæ quis non esset verisimili-
ter concessurus in particulari, si ei omnino de caussa, & de alijs inconuenientibus, inde
sequentibus constaret, maxime in materia odiosa, quæ militat contra ius commune, vel
diuinum, qualis aliquomodo videtur esse in proposito, vt est communis Regula, &
practica Doctorum.*

Immo dato, sed nondum concesso, quod Papa intenderet expresse, quòd nos Fratres
B *Min.possemus accipere præfatas Bullas, & eis vti in omnibus ibi contentis, non tamen
possemus adhuc virtute earum absolui ad libitum per quemcumque de reseruatis Min.
Prou.sine eius licentia. Nisi hoc Papa specialiter, aut aliter sic exprimeret, ita quod de
hoc sufficienter constaret (quod vix in Bullis exprimitur) Nam licet in præfatis Bullis
concedatur accipientibus eas,quod possint absolui ab omnibus, etiam reseruatis Papæ,
hoc non sufficit pro casibus secundum Regulam, & eius votum reseruatis Ministris
Prouin.oportet enim,quod concederetur, vt possent absolui ab omnibus casibus reserua-
tis etiam si per Regulam, aut per votum,aut statutum tenerentur recurrere ad alium,
&c.& facit ad hoc cap.cum nos,de his quæ fi a ma.parte cap.& de Constit.cap.1.lib.6.
& glo.in c.cum non debeat de elect.lib.6.& in Clement.dudum.§.pen.de sepulturis, &*

Lude-

Ludouicũ Rem. in suis nota. volens, quod conuentio, vel pactum iuratum non tollatur per clausulam generalem (non obstantibus quibuscumq; pactis.) Sicq; patet, quod licet a casibus reseruatis etiam Papa concedatur, quod possimus absolui, non tamen possumus a casibus prædictis reseruatis Min. Pro. secundum Regulam, &c. Quia, vt habetur in cap. translationem, de offic. deleg. in istis exorbitantibus, & prohibitis non fit extensio de vno casu ad alium, etiam per maioritatem rationis. A

Et confirmatur hoc, quia omnes fere Pontifices, qui similes Bullas dederunt, postea informati de prædictis periculis, ad nos ex illis Bullis prouenientibus, declarauerunt, quod licet suæ Bullæ, quantumcumq; generaliter sonarent, quod omnes Christiani, etiam Religiosi quicumq;, & Mendicantes, possent eas accipere, & eis vti; non tamen poteramus nos; sed neq; de nobis intenderunt præfati Pontifices loqui: ne per tales Bullas daretur nobis occasio ad relaxationem disciplinæ regularis, & libertas, incentiuumq; ad peccatum, B *vt patet in Priuil. Sixt. 4. Innoc. 8. & Leo. 10. vbi sup. similiter nunc est credendum, scilicet, de recta, & non culpabili voluntate cuiuscumq; Papæ, nisi oppositum sufficienter constet, vt dictum est.*

Et faciunt ad hoc concessiones Leo. X. quas hic refert Collector Compendij in hoc titulo. §. 3. 4 5. Faciunt etiam ad hoc duę aliæ declarationes. Altera Capituli Gener. Burdegalen. quæ habetur in Compendio tit. Absolutio extraordinaria quoad fratres, post. §. 10. fol. 26. & altera Reuer. Min. G. Fratris Francisci de Aug. quæ supra posita est eo. tit. & §. 10. in his annotationibus. fol. 28. Quasdam alias rationes ad confirmationem prædictorum ponit Collector in hoc. §. 5. vtpote quod accipere tales Bullas est contra obedientiam, contra paupertatem, contra prohibitionem de pecunia, quæ quidem rationes nihil, C *aut parum valent. Constat enim non esse contra obedientiam, quod fit de licentia, aut concessione Superioris, aut Papæ, quanto minus, quia parum ibi conceditur, per quod eximantur ab obedientia, vt patet. Neq; contra paupertatem, aut contra prohibitionem de pecunia est, eam procurare pro Indulgentijs, aut pro alijs gratijs opportunis, & commodis habendis: Nam non requiritur, quod sit necessitas strictissima, pro qua sit procuranda pecunia: sufficit enim, quod sit necessitas commoda, & opportuna corporalis, seu spiritualis, talis scilicet, vt sine illa, nisi ei prouideatur, non possit fieri aliquod magnum bonum, vel vitari aliquod malum; vt de hoc latius nos egimus supra in expos. Reg. Fratrum Minorum, cap. 4. q. 7. ibi videatur. Ergo nisi esset occasio supradictorum malorum, non esset contra articulum paupertatis, aut pecuniæ, nobis prohibitum, procurare pecunias pro prædictis Bullis continentibus alias necessitates non contrarias nobis, commodas, & opportunas, spirituales, seu corporales, vt dictum est: quamuis. §§. 60. in relatione facta domino Leoni decimo, pro impetranda declaratione, quę ibi habetur, sit hęc caussa inter alias,* D *quod, scilicet, sit contra articulum de pecunia, tales Bullas procurare. Dictum est enim, quod non est ita, & tamen ipsa concessio, seu declaratio Leonis X: est valida propter alias caussas, ibi expressas, & propter rationes supradictas: vt proxime in 3. puncto dicemus.*

Quod si quis dicat, quod Papa bene instructus de tyrannide Prælatorum in subditos, vult aliquando per tales Bullas misericorditer agere cum subditis, eos a iugo captiuitatis, & seruitutis releuando, vt viuatur in spiritu libertatis, habeantq; facile remedium quoties, vt homines ceciderint in casus reseruatos, &c. huiusmodi. Respondeo non est ita, imme satis faciles se exhibent Prælati ad concedendum, & committendum suam auctoritatem, ad absoluendum de sibi reseruatis, quoties ab eis petitur, nec infideles sunt contra sigillum confessionis. Nisi quod opportune prouident de remedio talibus, quos sciunt fragiles esse, quia prout commode possunt, sine eorum infamia remouent ab eis omnes occasiones ruinæ (id plane, quod facere tenentur.) Ecce quos, & quare vocant tyrannos. Et esto quod vnus, & item alter dure, aut infideliter & tyrannice, vt ipsi dicunt, ageret, Siccine continuo omnes in eadem damnatione, & appellatione sunt tyranni? Vnde vox hæc a discolis primum orta est; & ad probos vsq; viros sub colore misericordiæ nunc peruenit, quia tyrannos appellant discoli Prælatos illos, qui sunt vigilantissimi ad salutem subditorum, E

Respondetur obiectioni de tyrannide Prælat.

A ditorum, quiq; paterno affectu illorum saluti, & decori Religionis consulentes, stringunt
lora occasiones remouentes ab eis, ne laxis habenis ipsi effrenes, & indomiti ad vitiorum
pracipitia currentes, sese pracipitas in infernum dent. Aliqui autem dicunt, quod de fa-
cto Papa vult, & intendit nos Fratres Mino. accipere posse Bullas, & vti eis omnino: Aliorum
tum quia Papa, consultus super hoc, sic respondit, & similiter eius Commissarij Bulla opinio.
rum, tum quia expresse Bulla sic sonat, modo culpabiliter, modo non, id velit Papa. Ad
quod dico si sic est, non est dubium super hoc. Igitur quoad 2. punctum tenendum vi Resolutio
detur, vt dictum est, tamquam securius pro foro conscientię: nam de contentioso, conten- 2. puncti.
dere nolumus, de sonitu, & rigore verborum coram hominibus, & in foro iudiciali, vbi de
exterioribus & per exteriora iudicatur. Nunc autem, quia coram res agitur, ideo vniuscuiusq; conscientia conueniat ad limites rationis, adificationemq; Religionis; videatq;
B quomodo se dubio exponat, cum in dubijs tutior pars eligenda sit: attendatq; vir Reli-
giosus, quod tales Bullę, seu Cruciatę sape extorquentur a Papa: earumq; Commissarij,
vt accumulatius recuperent suam pecuniam, declarare super hoc possunt (& forte ali-
quando contingit) id quod, seu quomodo Papa nondum somniauit: vellentq;, vt omnes,
etiam nondum nati, tales Bullas acciperent, vt inde suam pecuniam haberent: quodque
iam corruit in platea veritas a facie pecunię, & mortua est sine debita confessione. Ideo
consulendum, est nequis temere prętextu Bullarum, exsiliat gremium statutorum sua
Religionis, neque transgrediatur terminos, quos patres sui posuerunt ad Religionis adifi-
cationem, & conseruationem: nam, & Summus Pontifex, qui est adificator sepium Reli
gionis rationabiliter agens, mauult religionem sibi constare, quam per huiusmodi Bul-
las ab eo extortas dissipari.

C Tertium punctum, pradictis non obstant. dico, quod si Papa, bene informatus de prędi Tertium
ctis, concederet aliquando aliquam, seu talem Bullam religiosis specialiter, seu etiam ge- punctum.
neraliter, ita vt probabiliter constaret de tali voluntate Papę pro ipsis religiosis, vt pos-
sint tali Bulla gaudere, tunc dico, quod fratres etiam sine licentia Prętatorum possunt
eam accipere, & gaudere solum quoad ea, qua non vergunt vllo modo in notabilem re-
ligionis, aut vitę religiosę, & disciplinę deformationem, aut dissipationem, vt pote pro lu-
crandis Indulgentijs, pro absolutionibus a censuris, & dispensationibus commodis, &
opportunis ad serenitatem conscientię habendis a confessoribus intra ordinem, & in foro
conscientia tantum, pro comedendo oua tempore ieiuniorum, non quidem passim, & in-
differenter ad libitum, & vbiq; in communitate fratrum, sine vlla alia caussa, sed ex
caussa aliquali, vtpote quando non esset sufficiens cibus alias; & in particulari, quan-
D do comedunt cum aliquibus dominis, apponentibus eis talia cibaria, condita ex ouis, & e.
huiusmodi, ne sint illis singulares, si videut, se ex tali singularitate fore illis fasti-
diosos, aut displicentes. Secus si potius ex hoc essent placentes, tamquam bonum exem-
plum abstinentię singulariter prabentes, & in alijs huiusmodi casibus, non vergentibus
in deformationem religionis, ad quos iudicandum, prudentia simplici, et sincera religione
opus est. Et similiter quando Papa propter specialem necessitatem Ecclesię concedit Iu-
bilęum, & pracipit, seu statuit, vt omnes Christiani, etiã religiosi confiteantur, ieiunẽt,
& orent, & recipiant sacram Euchar. infra tot dies, & ad hoc melius faciendum, conce-
dit auctoritatem confitendi cuilibet, & absoluendi de omnibus etiam reseruatis quibus-
cumq; & quomodocumq; (vt in nostris temporibus sape concessum est) quia in tali ca-
su crederem pie, & probabiliter teneo, quod etiam nos Fratres Mino. sine alia licentia
E Prelatorum possumus confiteri, & absolui intra ordinem tantum & semel pro hac vice,
etiam de reseruatis Min. Prouin. & gaudere tali Concessione, in quantum eius verba pa
tiuntur, quia talis videtur intentio Papa; & hoc nullo modo vergit in deformationem
Religionis; & hac est ratio omnium dictorum in hoc tertio puncto. Virtute autem ta-
lium Bullarum non possumus exire ad libitum sine licentia Prelatorum, pro lucrandis
Indulgentijs; Neque indifferenter ad libitum, quotiescumq;, sine alia caussa, comedere
oua tempore ieiunij, nisi quando vsus ouorum esset iam indifferens, & communis in tali

reli-

religione, & eorum professiones; Neque confiteri, & absolui ad libitum sine licentia Prælatorum intra, seu extra ordinem; Neque aliud facere, quod vergit in religionis deformationem, vt dictum est, & late probatum est supra in 2. puncto. Si contra prædicta omnia arguatur, quod Leo X. §§§. 60. §§§. 48. vt habetur in Compendio, tit. Absolutio ordinaria quoad fratres. § 21. §. 22. declarauit, & prohibuit, etiam sub Censuris, quod nos nō possumus vllo modo accipere Bullam, seu Cruciatam, neqȝ ea vllo modo uti, nisi in casu, quo esset necessitas particularis, & pro qua non esset remedium intra ordinem, & de licentia expressa, & in scriptis habita a nostris Ministris Gen. vel Prou. vel Cust. ergo falsum est, quod dictum est, quod pro lucrandis Indulgentijs, & pro alijs contentis in hoc tertio puncto, quæ non vergunt in deformationem Religionis, possumus, etiam sine licentia Prælatorum, tales Bullas accipere, & eis gaudere. A

Prima rō.

Altera, ratio, opposita.

Item opposito modo, secundo arguo sic contra omnia supradicta, quia si de licentia Prælatorum possumus accipere Bullas, & eis gaudere, quoad omnia ibi contenta, quoad absolutiones etiā de reseruatis, &c. & quando de licentia taliū Prælatorum prædicta fiūt, tunc non vergunt in deformationem religionis, & sunt licita: quare ergo non potius licebit de licentia, & concessione Papæ? & quare potius tunc vergunt in deformationem religionis? Respondeo ad primum negando consequentiam, nam illud Leonis X. est verum generaliter loquendo, dum scilicet, Papa non concedit, per quod derogentur præfata Priuilegia seu prohibitiones Leo. X. Nunc autem nos locuti sumus in hoc tertio puncto, quando constat, Papam concedere in suis Bullis, quod etiam nos Fratres Min. possimus eas accipere, & vti ipsis per omnia, etiam sine licentia Prælatorum, quia tunc solum possumus eis vti, vt dictum est in hoc tertio puncto. Constat enim, quod Papa potest sic concedere, non obstante prohibitione Leonis decimi, quia par in parem non habet imperium, & supponitur, quod sic Papa vult concedere ergo nulla est contradictio in supradictis, nam stā te prohibitione, & declaratione generali Leonis X. stat simul, quod Concessio, & Priuilegium particulare in casu concedatur tamquam exceptio particularis sub regula generali, quæ licet reuocetur in particulari, & ad tempus, manet salua generaliter, & in perpetuum, quousque omnino reuocetur, aut tollatur. B C

Responsio ad primam rationem.

Responsio ad secund.

Ad secundum quod opposito modo arguitur. Respondeo, quod, quādo sine licentia Prælatorum ad libitum subditi viuerent, vtentes Bullis indifferenter, constat esse disciplinæ regularis dissolutionem, sine freno obedientiæ Prælatorum & libertatem ad peccatum, & ideo illicitum, vt patet, si passim. & ad libitum religiosus posset sine licentia, quandocūmque vellet, exire clausuram pro lucrandis Indulgentijs, & confiteri cuique, & comedere oua, &c. vt sæcularis. & ideo Papa id non concedit generaliter, vt sup. in secundo puncto probatum est. Et ideo licentia, seu concessio generalis Papæ, concessa in Bullis, ad prædicta se non extendit, & similiter esset illicitum, si sic generaliter Prælatus concederet subdito vt faceret, quæcumqȝ vellet, sine alia licentia, & obedientia Superiorū, exeundo claustrum, comedendo, &c. toties, quoties, ad libitum, ita quod non posset impediri per Prelatum suum, etiam inferiorem, vt patet, quia esset occasio propinqua dissipationis Religionis. D

Quando vero sic conceditur licentia ad prædicta, quod non absolute generaliter, & ad libitum quæ sic cumque sine vllo freno conceduntur, sed cum freno Superiorum, sub eorū manu, seu in particulari, vt sic examinata caussa, seu necessitate, pro qua conceduntur aliquod prædictorum; tunc constat, quod timorate & ex caussa legitima, & sine dissolutione Religionis vteretur quis præfata Concessione seu Bulla, & ideo hoc modo, sicut licite posset quis de licentia Prælatorum vti præfatis Bullis ad prædicta, ita & hoc modo posset de tali licentia Papæ id facere, si talis esset licentia, quam Papa concedit in Bullis. E

Nunc autem quia licentia, quæ in Bullis immediate per Papam conceduntur, est generalis ad omnia. & ad viuēdū ad libitum & ad vtendū concessis in Bulla, oportet, quod ne cedat, aut vergat in deformationem Religionis, non immediate sed mediate per Prælatos religiosorum modificetur, & particularizetur. Ita quod sine Prælatorum licentia

debita

A debita non posset religiosus uti præfatis Bullis generaliter, & ad libitum, ut dictum est in secundo puncto, quodque talis est intentio Papæ, rationabiliterque sic debet interpretari, dum de opposito non constat sufficienter, ut late probatum est per totam hanc annotationem.

Item an per Bullas Cruciatæ reuocentur nostra Priuilegia, & Indulgentiæ, & quomodo, videatur latius infra tit. Priuil. §.23 & post. §.33.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

B VIA huius Collectoris determinationi, quoad. §. 5. amplam facit Anton. de Corduba Annotationem ut supra, & ambæ tam, videlicet, ipsius Collectoris, quam Cordubæ, sunt satis antiquæ: ideo ego, quid nunc secundum recentiores Doctores sit obseruandum, resolute dicam. In §. 5.

Et in primis dico, quod omnes Religiosi, etiam quod sint Ord. Mendicantium, possunt Bullam Cruciatæ, sicut reliqui fideles, accipere, eaque gaudere; prout sic constat ex verbis ipsiusmet Bullæ, iam publicatæ. Dicitur enim in §.3. (Quod si Religiosorum Monasteria, quamuis sint Mendicantium, pro quolibet numero denario personarum, quæ in vnoquoque talium Monasteriorum reperiuntur, vnum militem miserint, lucrantur Indulgentiam plenariam.) Et statim subnectitur. (Item concedit Sua Sanctitas omnibus supradictis, & illis, qui nec fuerunt, nec miserunt, si de eorum bonis liberaliter contribuerint.) Vnde Reuerendus Pater Emmanuel C Rodriguez, in expositione huius Bullæ Cruciatæ. § 9. num. 23. colligit, non solum Suam Sanctitatem supradictis Religiosis facultatem dare mandandi Militem; sed etiam dandi duos carolenos in eleemosynam, ut Bullam accipiant. Bene verum est, quod pro hoc debent a suis Prælatis licentiam petere; cum non intendat Pontifex Regularem obseruantiam dissipare. Et hoc apparet, quia cum in anno 1564. a Pio Quarto, in sua Bulla mandaretur, ut possent Religiosi, sine licentia suorum Prælatorum Bullam accipere; statim in anno sequenti, (& etiam semper fuit in posterum obseruatum) fuit ista clausula subtracta; ex quo eorum mens liquido apparet, talem libertatem illis nolle dare. Bene verum est, quod Prælati deberent illam, pro re tam sancta, faciliter dare. An Mendicantes possint accipere Bullas Cruciatæ.

D Deinde dico, quod Fratres Minores, quibus ex Regula, recurrere ad pecuniam, absque præsento, vel imminente necessitate, est prohibitum, possunt illam pecuniam, cum licentia Prælatorum procurare, pro huius Bullæ acceptione; seruatis tamen reliquis alijs modificationibus Summorum Pontificum, iuxta eorum professionem. Et licet Collector supra in §. 5. dicat, quod hæc Bullæ acceptio, non sit caussa ita necessaria, ut possit proinde ad pecuniam recurri; cum totum illud, quod in ea conceditur, habeatur in nostris Priuilegijs: attamen Antonius de Corduba, in expositione nostræ Regulæ. cap. 4.q.7. fol. 13. tenet contrarium, dicens, quod immo ista sit sufficiens necessitas, ut Prælati possint talem dare licentiam, cum sit negotium tantæ pietatis. Et licet possint, per virtutem Priuilegiorum, suas animas liberare; sanctum tamen esset, pluribus alijs vijs id attentare; & eo magis, cum possint, virtute huius Bullæ, a contentis in Bulla E Cenæ absolui, quod in Priuilegijs non habent. Et dato, quod sine licentia Prælatorum hanc Bullam acciperent; quamuis contra Regulam facerent, adhuc tamen, omnino, in illa concesso, poterunt gaudere, quod non sit contra regularem obseruantiam; ut sunt, Indulgentiæ, quæ visitando Altaria, vel aliquid aliud pium in Bulla mandatum faciendo, sumuntur. Et hoc probatur a supradicto Auctore Emmanuele, ex doctrina Diui Thomæ, quam etiam sequitur Paludanus, quæ est talis, videlicet, quod subditi, non in omnibus, sed in illis tantum sunt obligati suis Prælatis obedire, quæ ad regularem obseruantiam spectant; & si in alijs obedierint, erit ex via perfectionis. Sicut post Diuum Thomam, dicit Nauar. in Manuali cap. 23. nu. 38. An possit pecunia procurari pro Bull. accep.

M Dicitur

Dicitur etiam, quod tempore Sixti Quarti, Innocentij 8. & Alexandri 6. Iulij 2. A
Leon. X. & Pij Quincti, Religiosi Mendicantes, minime poterant, absque suorum Prælatorum licentia, huiusmodi Bulla Cruciata gaudere, quantum ad Indultum eligendi sibi Confessorem, & a casibus reseruatis absoluendi; præsupposita tamen prædictarum Bullarum notitia, in quibus hoc prohibebatur; alias si eam non haberent, non essent obligati; sicut nec, & alia Extrauagantes ignorata obligarent, iuxta doctrinā Caiet. quam sequitur Medina, & Corduba.

Caietan. in Summ. tit. excō. post ca. 3. in fin. Cordub. in Sum. 9. 144. fol 429.

Et est aduertendum, quod licet Pius Quartus in Bullis suo tempore publicatis, Mendicantibus concederet, vt absque suorum Prælatorum licentia, possent Bullam accipere Cruciatæ; tamen Pius V. eius successor, in Bullis a se datis, hanc libertatem omisit. Idemq; fuit a Gregorio XIII. obseruatum; ex quo videtur, quod adhuc in suo robore B
manent, summorum Pontificum supranominatorum Concessiones.

Idem Greg. XIII. viua vocis Oraculo Societati Iesu, vel eius Præposito generali declarauit, mentis suę non esse, nec fuisse, per Bull. Cruc. aut Iubil. seu alias similes Concessiones, sub quibuscumque derogationibus, aut tenore, etiam cum clausula (quacumque prohibitione sublata) vel etiam viua vocis Oraculo Pœnitentiarijs S. Petri, aut quibusuis alijs personis factas, vel faciendas, derogare velle Indultis, & Constitutionibus Ordinis, super eisdem Confessarijs editis. Ita refertur in Comp. Soc. Iesu. verbo, Absolut. o. §. 11. Et in Comp. Priuil. F. S. Hier. Hispan. collecto a P. Garsia. fol. 41.

Societatis Iesu.

Prædicat.

Et Pius V. eamdem fecit declarationem Prædicatoribus; illamq; prohibitionem Leo. X. suprapositam, in verbo, Absolutio ordinaria. quoad fratres. § 22. confirmauit, &
ibi etiam, in notula, supraposita, dixi fol 10. Et videas tamen quæ ibidem dicit Colle- C
ctor. §. 16. fol. 8.

Tit. Absol. ord. quoad fratr. §. 16. fol. 8.

Et quia, vt dicit Collector supra, ipsæ reuocationes non sunt perpetuę; nec possunt extendi ad futuras Bullas Cruciatę, ideo essent procurandæ similes Concessiones: ac proinde de hoc supplicatum fuisse Leo. X. vt illa Bulla Innocentij octaui, quæ est eadem cum alijs aliorum Summorum Pontificum, ad Bullas etiam in posterum concedendas extenderetur: & viua vocis Oraculo fuit obtentum, in foro tamen conscientiæ. Et postmodum Pius Quinctus hoc idem in vtroque foro pariter concessit; vt videre est in Bulla, quæ incipit, Romani Pontificis circumspecta benignitas, quam ponam infra, in fine huius Compendij. Et idem videtur obseruatum a Gregorio XIII. & Sixto V. cum in eorum Bullis (dum tractant de suspensione Priuilegiorum) dicatur, quod non suspenduntur D
Priuilegia concessa Prælatis Ordinum Mendicantium, quoad suos Fratres tantum: & sic iam videtur supradictum Priuilegium in suo robore remanere; cum ad instantiam talium Prælatorum fuerit concessum, quoad suos Fratres tantum.

Et vltra hoc, refert prædictus Expositor Bullæ Cruciatæ, in loco citato, ad suam notitiam peruenisse responsum quoddam a Sacra Congregatione Cardinalium Reformat. tempore Gregorij XIII. datum ad instantiam Domini Ioannis de Ribera, Archiepiscopi Valentini, qui ab ea petebat, vt definiri dignaretur, Si Moniales, suæ iurisdictioni subiectæ, virtute Bullę Cruciatæ, confiteri possent alijs Confessoribus non a se assignatis? Cui petitioni fuit tali modo responsum: Congregatio Concilij censuit, quatenus gratiæ ex Bulla Cruciatæ pertinent ad Moniales, non posse eas vigore facultatis E
in eadem Bulla concessæ, alios Confessarios, præter eos, qui ad audiendas ipsarum Monialium confessiones, ab Ordinario approbati fuerint, eligere: Et hanc vidisse in scriptis ipse Auctor testatur. Et sic multi viri docti tenent. Alijs autem videtur contrarium, pro eo quod sic dicunt practicari in Concilio Cruciatę.

Congreg. Cardin. Respon.

Late de hoc vide in Gaspar. Pas. tit. not. priuil. §. 10 gl. 275. & fol. 127. in suo Comp.

Et ipse Pater Emmanuel, in expositione supradictæ huius Bullę, iam sustentare aliquibus rationibus nititur, quod licet sit Fratribus supradictis prohibitum. Bulla huiusmodi vti, absque suorum Prælatorum licentia, iuxta Priuilegia supra allegata; non auderet tamen illos condemnare, qui sine tali licentia, ea vterentur; & hoc tum, quia multi Doctores sic tenent, & in Conc. Cruciatę practicatur; tum etiam, quia Prælati viden-

tur

A tur tacite consentire, cum id non prohibeant; neque illas prohibitiones subditis notificent; alijsque rationibus, quæ, meo iudicio, valde friuolæ videntur; & maximo cum dicat, quod multi ignorant illas Concessiones Sixti 4. Innocentij 8. &c. & si sciant, putant forsitan non valere; & q possent proinde, bona fide, Bulla uti; quæ ratio, si sit, nec ne sufficiens, cuilibet voti compoti iudicandum relinquo; cum talis ignorantia, nullo pacto eis suffragari posse videatur; & cum sciant hinc inde esse opiniones, deberent securiorem partem sequi; quę mihi videtur esse illa prima, iuxta tantorum Pontificum, & Sacræ Card. Congreg. Concessiones.

Vade concludendo dicerem, quod nos Fratres Minores nullo pacto, absque nostrorum Prælatorum licentia, huiusmodi Bulla possumus uti, quoad electionem Confessoris, & B a Casibus reseruatis absolutionem; rationibus fultus adductis a Collectore, & Corduba supra, saluo tamen semper saniori iudicio. Conclusio resolut.

Quæritur etiam ab ipso Auctore Expositionis Bullæ Cruciatæ; an Nouitij supradictorum Ordinum, possint absolui virtute huius Bullæ Cruciatæ, a casibus, Prælatis reseruatis, a quocumque Confessore, per ipsos Prælatos approbato? Et respondet, quod sic. Nam Concessiones Summorum Pontificum a Prælatis habitæ, vt Fratres non possint Bulla vti, quoad illud, in quo conceditur electio Confessoris, & a casibus reseruatis absolutio, loquuntur de Fratribus professis secundum communē intelligentiam; nam cum facultates exorbitantes quamuis habeant eamdem, maioremq; rationem, & ex vno in alium casum non extendantur, quanto minus debent extendi, vbi talis ratio non habetur? C Et quamuis sub hoc nomine, Fratrum, comprehendantur & Nouitij, hoc tamen intelligerem in fauorabilibus, & non in odiosis, vel contrarijs, vt est in supradicto casu. Nouitij an possint absolui a casibus reseruatis virtute Bullæ Cru.

An ipsi Nouitij, iure communi possint a casibus reseruatis, absque Prælatorum licentia, absolui? tractatur a Corduba lib. 1. qq. q. 3. f. 241. & ab ipso Auctore Exposit. Bullæ Cruciatæ. §. 9. nu. 26. vbi supra. An possint absolui iure comuni.

An per Bullam Cruciatæ suspendantur omnia Priuilegia, quibuscumque personis concessa? Secundo, an suspendantur concessa Ord. Mendic.

Quoad primum respondetur, quod non. Nam (vt colligitur ex eo quod Felinus tractat in hac materia) quamuis litteræ aliquæ Apostolicæ habeant clausulas reuocatorias valde tamen generales, numquam huiusmodi clausula, omnibus Priuilegijs in particulari derogabunt; nisi illis solum, quæ, contentis in litteris Apostolicis, vbi tales clau D sulæ sunt positæ, aduersabuntur. Ita, quod in ista Bulla suspenduntur illa tantum Priuilegia, facultates, & Indulgentię concessęs siue sint in aliquo illis similes, siue dissimiles, vt iam ex verbis ipsiusmet Bullę §. 12. colligit Auctor Exposit. illius. In c. nōnullis de rescr. 1. Bar. in extrau. ad reprim verbo non obstantibus.

Quoad aliud. An suspendantur concessa Ord. Mendicantium? Respondetur, quod in suspensione Priuilegiorum, & gratiarum, quam ista Bulla facit, dicitur, Exceptis concessis Ord. Mendicantium Prælatis, quantum ad suos Fratres solum. Ita, quod per illud verbum, solum, iam suspenduntur illa, quibus non possunt gaudere Fratres, quin etiā ipsi sęculares non gaudeant, licet concessa quibuscumque Ecclesiis, Monasterijs, ac pijs locis, & singularibus personis, vt ipsamet Bulla explicat. An suspendantur concessa Mendicant.

Ex quo primo infertur, quod, tempore publicationis Bullę, sęculares non possunt Indulgentias, Monasterijs, & Domibus Mendicantium concessas, accipere, nisi Bullam E accipiant. Ipsi autem Religiosi absque Bulla bene poterunt. Sæculares nō possunt indulg. accipere.

Infertur etiam, quod auctoritas, quam Religiosi Confessores Mendicantes habent, vt possint sęculares a reseruatis absoluere, & vota commutare, & dispensare, iam suspenditur in hac Bulla, non iam quantum ad ipsos Religiosos, quin possint ipsi absolui; sed quantum ad sęculares, qui si Bullam acciperent, pro eis quidē reualidaretur: vide alia plura quę dicit Collector infra, in verbo, Priuilegia Fratrum in quęstionibus, q. 2. & 3.

Quibus sic declaratis, quæruntur plura ab ipso Auctore Exposit. Bullę. Quædam nota. q̄sita.

Et primo An huiusmodi supradicto Priuilegio, in hac Bulla concesso, possint gaudere per viam extensionis, & communicationis, alij Religiosi non Mendicantes? Et licet videatur

1 deatur dicendum, quod sicut participant alia Priuilegia Mendicantibus concessa, participent etiam, & hoc. A Contrarium tamen videtur esse verum: nam cum in ipsa Bulla suspendantur facultates Monasterijs Ordinum concessę, & excipiantur ipsi Mendicantes: si per viam communicationis, possent alij Ordines huiusmodi Priuilegio gaudere, sequeretur, quod suspensio illa, quantum ad Ordines non Mendicantes, facta esset sine dubio frustratoria.

An alij nō Mendicantes possint tali priuil. gaudere.

2 Item quaritur, si Nouitij. & Moniales, Superioribus supradictorum Mendicantium Ordinum subiecti, possint tali Priuilegio gaudere? Et concluditur a supradicto Auctore, quod sics cum bene, in hac fauorabili materia, possint sub nomine Fratrum Mendicantium, comprehendi, & non solum Moniales, sed etiam Tertiaria, qua Religionem, Obedientiam, & Castitatem vouerunt, & sunt supradictis Prelatis subiecta, licet in Congregatione non viuant; B secus autem dicendum de illis Tertiarijs, qui in suis domibus vxorati manent.

An Nouitij et Moniales.

3 Item quaritur. An Fratres ipsi, & Moniales possint Coronis, vel Granis benedictis gaudere absque Bulla? Respondetur, quod si supradicta Coronę, siue grana fuerint alicui Superiorum Mendicantium, pro suis Fratribus, ac secularibus concessa, poterunt ipsi Fratres absque alia Bulla, illis gaudere, non autem sęculares: quia quantum ad illos suspensa sunt in Bulla: sed si illę Coronę, vel grana fuerint benedicta, ad instantiam alicuius Principis, vel Domini, vel alicuius Religiosi particularis, tunc non solum ipsi sęculares, sed nec etiam Fratres possunt illis gaudere; quia in Bulla ea tantum conceduntur Fratribus quæ Superioribus eorum, pro eis, fuerunt concessa.

An fratres et Monial possint granis benedictis gaudere.

Item quęritur. Si in Bulla ista suspendantur nec no facultates a iure communi concessę, C ac Priuilegia in corpore iuris posita, & quæ per vsum sunt tolerata, & non reprobata? Et respondetur, quod non; prout colligitur ex eo, quod tradit Bar. in addit. ad Extrauag. ad reprimendum. verbo. Non obstantibus, in fine. Nam pro suspensione eorum, quę in iure communi continentur, quamuis sit Priuilegium, oportet tamen, vt sua Sanctitas illud exprimat, & in Bulla ista, minime exprimitur. Et sic etiam, quando vellet suspendere, ea quę vsu fuerint tolerata, oportet vt dicat, non obstantibus consuetudinibus; sicut fieri solet in reuocatione Bullę Coenę Domini.

Vnde infertur primo, quod habentes Ordines Minores, possent tempore Interdicti, Missam audire, ac diuinis officijs interesse, quia facultatem istam ius commune eis concedit, vt dicit Nauar.

4 Secundo infertur, quod facultas illa, quam habent Religionum Prelati, dandi sęcularibus cartas filiationis, in quibus faciunt illos, bonorum operum, suorum subditorum D participes, in ipsa Bulla non suspenditur, & sine ipsa, possunt sęculares ipsi, eo, quod in illis cartis conceditur potiri, quia facultas illa non est Priuilegium, sed decretum commune. sicut aduertit Nauar.

In Summ. c 27 n. 173. De indulg. not. 31. nu. 21. et 22.

5 Vltimo quęritur, si in Anno Iubilai plenissimi, qui, quolibet 25. anno Romæ conceditur suspendatur ista Bulla Cruciatę adeo quod in anno illo publicari non possit?

Bulla Cruciatæ an suspendatur tempore Iubilęi plenissimi.

Pro cuius quęsiti explicatione, primo est videndum, quęnam in dicto Iubilęo suspendantur.

Et dicimus, quod quinque tantum. Primum. Indulgentia plenaria. Secundum. Potestas commutandi vota. E Tertium, Potestas dispensandi super eis. Quartum, Potestas dispensandi, vel componendi super male ablatis incertis, vel ea certo modo remittendi. Quintum, Potestas deputandi Confessores, cum potestate absoluendi etiam in casibus Apostolicę Sedis reseruatis: secund. Nauar. de Indulg. notab. 28. nu. 1.

In Iubilæo plenissimo quinque suspenduntur. Nauar.

Et hinc primo infertur, in suspensione ista non comprehendi Indulgentias, quę non sunt plenarię:
1 Secundo, nec facultatem componendi, seu dispensandi super rebus incertis
2 restituendis, non male, neque illicito modo quęsitis.

Nec comprehenditur facultas deputandi confessarios, siue potestate absoluendi in casi-
3 bus Sedi Apostolicę reseruatis, sed absoluendi a casibus inferiorum Papę.

Nec

A *Nec facultates singularibus personis concessa, quando solum, eo tempore, suspenduntur concessa Ecclesiis, Monasterijs, Hospitalibus, Pijs locis, & Vniuersitatibus, & Confraternitatibus; at nihil horum est singularis persona; si enim aliquod illorum esset singularis persona, maxime esset Vniuersitas, vel Fraternitas, qua ex personis constant; At hoc est falsum; quia aliud est Vniuersitas, & Collegium, & aliud singuli homines Collegij, vel Vniuersitatis, sicut ibidem Nauar. nu. 13. multipliciter probat.* 4

Ex quibus colligitur, quod Bulla illa, appellata Confessionalia, singularibus personis concessę, non sint suspensę, quoad illa quinque, neque quoad aliud eorum, que minus illis vti possint personę in eis expressę; Neq; Bulla Redemptionis Captiuorum, Misericordię, Cruciata, vel alia similes, ante illum annum accepta: Cum per Confessionalia, & Bullas pradictas, hac quinque, vel aliud eorum, singularibus personis concedantur, sicut 5
B *Nauar. ibi tenet, & sic secundum Extrauag. illam Sixti Quarti, poterunt fideles in pradicto anno Iubilai, Cruciata gaudere, non solum quantum ad ea, quę ibi non suspenduntur, sed etiam quantum ad suspensa; quia vt supra est dictum, non suspenduntur in illo Iubilae facultates singularibus personis concessa. Secus autem videtur dicendum, secundum aliam Bullam Iubilai, publicatam a Gregorio XIII. anno 1575. Nam in illa suspenditur Bulla Cruciata, quoad illa quinque iam dicta; licet sint concessa singularibus personis, sicut aduertit Nauar. Quod quidem dicere, valde asperum, & rigorosum esse, ait Auctor Expositionis Bulla Cruciata, prout etiam mihi videtur. Nam, licet possit illud Summus Pontifex facere, non tamen est credendum, quod faciat; quia cum mandauerit, vt eodemmet anno, quo erat Iubilaum publicaturus, publicaretur & Bulla*
C *Cruciatę; quomodo est credendum, quod vellet postea, vt principale in Bulla contentum, suspenderetur? Proinde dicerem, quod aliqua alię facultates, singularibus personis concessę, suspendantur in dicto Iubilao; non autem in ista Bulla contenta; cum illas, pro tali anno, concesserit, sciens in eodem anno esse Iubilaum publicaturus: sed magis securũ esset, si tali tempore, in quo Bulla Iubilai, cum similibus suspensionibus publicaretur, Summo Pontifici supplicaretur, vt de nouo, pro tali anno, Bulla ipsa Cruciatę confirmaretur; & sic iam videtur, quod ipsi Domini de Concilio Cruciata obseruant. Sic etiam erit dicendum in publicatione Cena Domini, quod nec intendat Sua Sanctitas, Bullam Cruciata reuocare, cum eius auctoritate in eodemmet anno, fuerit publicata. Et ideo Pius Quinctus, vt omnem abigeret ambiguitatem, dictam reseruationem faciens, ait. Nisi in eis, hi casus prasentibus litteris expressi, comprehẽdantur. Et hinc, auctoritas illa*
D *Episcopis, a Concil. Trident. 24. sess. c. 6. concessa, vt possint in foro conscientia suos subditos, ab omnibus casibus Sedi Apostolica reseruatis absoluere, per hanc Bullam Cena suspenditur; prout sic videtur sentire Nauar. in Summ. c. 27. nu. 271. in fine, qui de Haresi tantum, & Censura ei annexa, dicit, non posse alium, prater Papam, absoluere: & sic tenet etiam Auctor Expositionis Bulla Cruciata, §. 9. num. 70. vt supra dixi, in verbo, Absolutio.*

Vide ea q̃ dicit Collector infra in verb. Priuil. Fratrũ. q. 2. & 3. vbi pulchra ꝓ hac materia declarantur.

Nau. de Indulg. not. 33. nu. 3.

An suspendatur in publicatione Bullæ Cenæ.

Vide fusius pro et contra hãc opinionem supra fol. 20. et fol. 46. et 47.

Notent autem Superiores Ordinum, etiam quod sint Mendicantium, quod eorum Priuilegia, quoad illa quinque, in pradicto Iubilae suspensa, in illo anno iam suspenduntur. Ita quod nec Fratres, nec sęculares possint illis gaudere, sicut loco supracitato aduertit Nauar. dicens, hanc opinionem habere ipse securiorem. Nam in Bulla Iubilai omnes fa-
E *cultates, Monasterijs, Ecclesiis, & Ordinibus concessę, suspenduntur, quamuis essent concessa cum clausulis derogatorijs derogatoriarum. Et ita ipsi Religiosi, in tali anno, non possunt accipere Indulgentiam plenariam; nec vota commutare, & dispensare, nec a casibus Sedi Apostolica reseruatis absoluere; sicut extra tale tempus possent, vt supra late est dictum, in verbo, Absolutio. Et propterea debent ipsi Prelati, finita iam publicatione Bulla ipsius Iubilai, suorum Priuilegiorum, saltem quoad suos Fratres, procurare confirmationem; quia licet hoc idem obtinuerint Fratres Minores Regularis Obseruantia a Leone Decimo, & Fratres Ordinis Predicatorum ab Eugenio Quarto; nihil tamen prodest, cum omnia illa in dicta publicatione suspendantur.*

Notent Prelati.

A

CVSTODES.

1 LEMENS IV. statuit in Mari magno, quod Custodes, & Guardiani, qui secundum statuta Ordinis Fratrum Mino. aliter, quam per electionem instituuntur; post ipsam institutionem, seu prouisionem de ipsis factam, curam animarum Fratrum sibi subditorum ipsius Ordinis habeant, ipsosq; ligare, ac soluere possint, iuxta ipsius Ordinis instituta. B. fo. 56. Et ffo. 139. conc. 309.

Collector. ¶ Aduertendum, quod hoc ideo fuit concessum, quia ex quo non erant electi a communitate, videbantur, non esse Curati Ordinarij. B

¶ Circa præfatam Concessionem, vide supra in dictione, Absolutio ordina. quoad Fratres. §. 3. fol. 4.

2 *Pro electione generalis Minist.* NICOLAVS 4. statuit, & declarauit, vt cum electio generalis Ministri fuerit facienda, Custodes vniuscuiusq; Prouinciæ, vnum ex seipsis constituant, ac ei suas vices committant, ipsumq; ad locum, in quo electio eadem fuerit celebranda, transmittant. Et quod is, qui sic ab ipsis Custodibus cõstitutus exstiterit, vnam vocem dumtaxat pro se, & eis omnibus habeat, & intelligatur habere, ac pro vna voce tantummodo ab alijs admittatur. Hoc autem voluit ita obseruari, etiam si Custodes alicuius Prouinciæ sint præsentes, in huiusmodi generali Capitulo, vbi electio Generalis debeat celebrari. b. fol. 31. Et ffo. 32. concess. 33. C

Collector. ¶ Aduerte, quod huiusmodi statutum, iam vacat propter statutum Leo. X. inferius annotatum. §. sequenti.

3 LEO X. in Bulla vnionis statuit, quod electio Ministri generalis, quæ secundum Regulam a Ministris Prouincialibus, & Custodibus fieri debet, libere, & absque vllo scrupulo celebretur per Prouinciales, & discretos Fratrum de Familia, seu de Obseruantia, quos veros Ministros esse, ac discretos ipsorum similiter veros esse Custodes declarauit. B. ffo. 29. concess. 94.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

D

IRCA hanc materiam Custodum tria sunt aduertenda, vnum videlicet, quod ad eorum nomen: Alterum quod ad eorum officium, & numerum: & Tertium quod ad eorum auctoritatem, spectat.

Vnde quoad primum, est sciendum, quod in nostro Ordine Fratrum Minorum ante declarationem Nicolai. 3. nostra Regulę, Nomen Custodis etiam Guardianos comprehendere quattuor Magistri S. Bonauentura, et Hugo super Regul. aiunt: quia licet hæc nomina (Ministri, & Custodes) diuersis personis approprientur; tamen hic, modum Officij Prælatorum notabant, ita vt Ministerium, humilitatem: Custodia, vigilantiam pastoralem insinuaret; & sic nomine Custodum, etiam Guardiani intelliguntur, ex quo immediate habeant custodire gregem sibi commissum. Sed post Declarationem Nic. 3. tantum Ministri, & Custodiarum Custodes ex vi Regula, nomine huiusmodi Custodum, intelliguntur; & maxime quoad id, quod in 4. c. Regula de prouisione ab ipsis facienda pro infirmis, & induendis Fratribus, disponitur; prout ex Corduba colligitur in expositione dicti 4. c. Reg. q. 6. E

Officium Custodum. *Quoad Officium vero eorum, & numerum, est sciendum, quod ex Regula, illa tantum exercere poterunt, quæ in ipsamet Regula explicantur; vt puta, per amicos spirituales, pro infirmorum necessitatibus, & alijs Fratribus induendis sollicitam curam gerere, vt in cap. 4. Regulæ: Ac conuenire in Capitulo Generali cum Ministris pro electione facienda, Generalis Ministri, vt in cap. 8. Regulæ; & ex testamẽto S. Patris nostri Frãcisci*

repre-

presentare Fratrem non sanum in fide repertum, Illustrissimo Protectori Ordinis.

Ad quam electionem faciendam, licet a Nic.3. in cap.exiij. §. insuper, fuerit statutũ vt vnus tantum Custos pro qualibet Prouincia, deberet accedere, qui in illa electione omnium aliorum Custodum suę Prouincię Vices, & voces gereret, vnam vocem tantum dando, vt habetur infra, In verbos Electio: attamen ex Leone X. vt ibidem habetur, statutum fuit, quod in tali electione, omnes Prouinciales, & Custodes, siue vocales accedere tenerentur: Ideò in nostra Congregatione obseruatur, vt omnes Prouinciales, & Custodes siu vocales, qui in Prouincialibus Capitulis electi fuerint, (& hoc iuxta numerum cuicumque Prouinciæ, a nostris Constit. taxatum) ad dictam Generalis Ministri electionem accedant. Sed qua forma, & modo, sint ipsi Custodes eligendi in nostris Numerum Custodum.

B *Capitulis Capuccinorum, habetur iam in nostris Const.c.8.*

De officio, numero, ac modo, & forma eorum electionis, quæ ab alijs Ordinibus obseruantur, standum est eorum Constitutionibus, & laudabili consuetudini, cum in hoc aliquod vniuersale pro omnibus, non reperiatur statutum.

Quantum autem ad eorum auctoritatem, & potestatem, dico, quod (vltra illam supradictam quam habent a Regula) tanta erit, quanta eis, Ministri Prouinciales, vel Generalis, vel Constitutiones, vel Summi Pontifices conferre voluerint, vnde standum est illorum dispositionibus, vel laudabili in hoc, consuetudini; & hinc est quod in aliquibus Prouincijs, Custodes habent plus, & in aliquibus alijs, minus auctoritatis, in visitandis, & prouidendis eorum Custodijs; & hinc etiam est, quod Custodes Fratrum reformatorum, de Obseruantia, & Conuentualium, habent tantam auctoritatem, quia eis De potestate Custodũ

C *a Summis Pontificibus, vel a Capit.Gen. est collata: vt est videre in Const.41. Clem.7. anno 1532. edita, quæ incipit. In suprema militantis, &c. & in Const.56. Cum illius. Greg.XIII. Anno Domini 1579. vt in Bullario, & alibi in alijs Const. similibus.*

¶ DECIMÆ.

D GREGORIVS Nonus mandauit districte Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, ne talia, quę audientes a Decimarum, seu aliarum rerum Ecclesijs debitarum, solutione retrahant, vel alias animas corrumpant audientium, in sermonibus suis, vel alibi proponere pręsumant. Immo verbo, & opere informent eosdem, vt ad solutionem prędictorum, promptę voluntatis animo sint intenti. Habetur, in c.Discretioni vestre de decimis lib.6. 1 *Ex iure cõmuni.*

CLEMENS IV. concessit Fratribus Mino. vt de hortis, & virgultis suis nulli Decimam teneantur exhibere. Ac districte inhibuit, ne quis ab eis de præmissis aliquid exigere, vel extorquere præsumat. B. fol.58. Et ffo.141. concess.334. 2

¶ Vide infra. §.9. declarationem Sixti 4. & ampliationem eiusdem. *Collector.*

B BONIFACIVS Octauus statuit, quod Moniales, alięque Regulares personę, quarum redditus, & prouentus Ecclesiastici, adeo sunt tenues, & exiles, quod de illis sustentari non possunt; sed pro habenda vitę suę sustentatione, necesse habent mendicare, & eleemosynas publice petere, decimam non persoluant, Habetur in extrauaganti, quæ incipit Decimas. 3 *Ex iure cõmuni.*

¶ IDEM Bonifacius 8. concessit vniuersis, & singulis Abbatissis, & Conuentibus Monialium inclusarum Sanctæ Claræ, vt ad pręstationem Decimarũ, de quibuscumque possessionibus, & omnibus alijs bonis, quæ habuerint, vel ad contribuendum in procurationibus quorumlibet Ordinariorum, ac etiam Legatorum, & Nuntiorum Sedis Apostolicæ, & quibuslibet tallijs, & collectis; & 4 *Pro Monialibus Sanctę Clarę.*

ad exhibendum pedagia, telonea, & alias exactiones, quibusuis Regibus, Principibus, seu alijs personis, minime teneantur, nec ad id compelli aliqualiter valeant. b. fo. 38. Et ffo. 122. conc. 267.

Collector. ¶ De hoc vide amplius infra. §. 12. & 13.

5 *Ex iure cõmuni.* CLEMENS V. in Concilio Viennensi statuit, quod Religiosi quicumque, qui Noualium, aut alias Decimas, ad eos ex aliqua caussa legitime non spectantes, appropriare sibi præsumpserint; aut exquisitis fraudibus, siue coloribus vsurpare; seu qui de animalibus familiarium, & pastorum suorum, vel aliorum, etiam animalia ipsa eorum gregibus immiscentium; seu qui de animalibus, quæ in fraudem Ecclesiarum in pluribus locis emunt, emptaque venditoribus, vel alijs ab ipsis tenenda traduntur; seu qui de terris, quas tradunt alijs excolendas, Decimam solui Ecclesijs non permiserint, aut prohibuerint; B nisi post requisitionem, per eos, quorum intererit, super hoc eis factam, a præmissis destiterint infra mensem; aut si de his, quæ contra præmissa vsurpare, vel retinere præsumpserint, infra duos menses, damnificatis Ecclesijs emendam non fecerint competentem; sint, & tamdiu maneant ab officijs, administrationibus, & beneficijs suspensi, donec destiterint, & satisfecerint, vt superius est expressum.

Excommunicatio. ¶ Quod si Religiosi huiusmodi administrationes, vel beneficia non habeant, eo casu, quo alij supradicti suspensionis, ipsi sententiam excommunicationis incurrant, ante satisfactionem condignam nullatenus absoluendi, Priuilegijs non obstantibus quibuscumque. Præmissa etiam extendit ad animalia, quæ per Religiosorum ipsorum donatos, seu oblatos tenent, dum tamen illi Religiosis eisdem cum effectu donauerint, aut obtulerint se, & sua. Habetur in Clementina C Religiosi. de Decimis, & primitijs.

6 *Pro Monialib. S. Claræ.* EVGENIVS IV. dedit plenissimam exemptionem Monialibus S. Claræ, dicitque inter alia, quod vult illas esse liberas ab omni Decimarum, Subsidiorum, Gabellarum, Pedagiorum, & aliorum huiusmodi solutione, & cõtributione. b. ffo. 41. conce. 46.

7 *Pro Fratribus & Monial. Ordi. Prædicat.* ¶ IDEM Eugenius contulit aliam plenissimam exemptionem a Decimis, &c. Fratribus, & Monialibus Ordinis Prædicatorum, inserendo Bullam Martini V. & Bonifacij Octaui, qui hoc idem prius fecerant. Sub nomine Martini habetur. b. ffo. 261. conc. 681. Et sub nomine Eugenij. B. fffo. 80. conc. 240.

8 *Absolutio.* ¶ IDEM Eugenius concessit Fratribus. Mino. Obser. quod non teneantur D facere conscientiam de Decimis in confessionibus, &c. prout habetur supra in dictione, Absolutio quoad sæculares. 2. in §. 2. fol. 38.

9 *Collector.* SIXTVS Quartus extendens concessionem Clementis supra positam, dicit sic in Mari Magno. Indultum vero eiusdem Clementis, prædecessoris, de Decimis non soluendis, ad quæcumque bona dictorum Fratrum, & quascumque Decimas, etiã quas vulgus Papales appellat, & Apostolica Sedes pro Christianæ fidei defensione, aut alijs imminentibus persepe necessitatibus indicit, & quæcumque alia onera, Motu proprio, & ex certa scientia extendimus; decernentes ipsos Fratres Min. (etiam si per quoscumq; exemptos, & Mendicantes solui mandarentur, cum quibusuis derogatorijs, & fortioribus clausulis) E ad illarum solutionem non teneri; & ab illarum solutione cessando, Censuras, & pœnas aliquas non incurrere; nisi præsentibus (non per generales, aut alias clausulas specialem mentionem importantes) fit alias derogatum specifice, earum de verbo ad verbum inserto tenore. B. fo. 60. Et ffo. 143. conc. 347.

¶ IDEM habetur in Mari magno Carmelitarum. ffo. 169. concess. 396. Et ffo. 183. concess. 450. Et additur fol. 96. Et ffo. 179. concess. 424. quod nec de datijs, vel pedagijs, etiam si per Principes, vel alios Dominos tẽporales imponantur, aliquid

A aliquid soluere teneantur. Et idem in Mari Magno Prædicatorum. ffo. 140. conceff. 579.

¶ IDEM Sixtus statuit, & ordinauit, ac concesit Abbatissis, Conuentibus, & Monialibus S. Claræ, quod de quibuscumque terris, & possessionibus ad eas legitime pertinentibus, & spectantibus, quas etiam per alios, quam eorumdem Monasteriorum seruitores, & subditos excoli, & cultiuari faciunt; decimas, vel primitias (auctoritate tamẽ Apostolica non impositas) quibusuis personis, cuiusuis dignitatis, gradus, status, Ordinis, vel conditionis fuerint, soluere minime teneantur. Nec ipse, aut ipsarum terrarum, & possessionum coloni, seu cultores, ob solutionem Decimarum, primitiarum, aut census huiusmodi, per quempiam molestari possint; aut propterea contra eos procedi, & pœnę aliquæ promulgari valeant. Ac insuper decreuit, irritũ, & inane quidquid secus super his, a quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contingat attentari. Non obstantibus Constitutionibus, &c. B. fo. 35. Et ffo. 118. conceff. 258. 10 *Pro Monia lib. S. Claræ.*

B

ALEXANDER vi. statuit, quòd Moniales Sanctæ Claræ Primæ, & Secundæ Regulæ, ac Sorores Tertiæ Regulæ, quę licet aliquid proprij habeant, tamen non sufficit eis ad quotidianas expensas; ad solutionem alicuius Decimæ, seu taxæ, aut collectæ pro tempore impositarum cogi non possint. B. ffo. 3. conceff. 4. 11

C LEO x. approbauit, & innouauit quasdam litteras Alexandri vi. qui latissime concesserat Monialibus. S. Clarę, exemptionem a solutione Decimarum, &c. vtsupra. Ac insuper voluit, vt prædictæ Moniales, & Sorores Tertij Ordinis, in Congregatione sub cura, & regimine Fratrum Minorum Regularis Obseruantiæ, ac illarum Monasteria, domus, & loca quæcumque, quorum fructus, redditus, & prouentus, pro Monialium, & Sororum, ac aliarum personarum in illis, pro tempore, degentium, commoda sustentatione non sufficiunt, ad solutionem cuiusuis Decimæ, seu taxæ, vel collectę, aut exactionis, per Sedem Apostolicam, vel eius Legatos, seu Nuntios, aut quoscumque alios, quauis auctoritate fungentes, pro fidei tuitione, seu expeditione contra Turcas, vel recuperatione Terræ Sanctæ, aut quauis alia vrgentissima caussa impositæ, etiam prætextu quarumuis Censurarum, & pœnarum ecclesiasticarum, in litteris exactionis huiusmodi appositarum, cogi, aut compelli nequeant. Et hoc voluit districte obseruari, sub pœna excommunicationis, quam contra facientes ipso facto incurrant, & a qua non, nisi per Romanum Pontificem, pro tempore existentem, absolui possint. Ac decreuit irritum, & inane, si secus super his, a quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. B. ffo. 48. conceff. 143. 12 *Pro Monia lib. S. Claræ, & Tertiarijs.* D *Excommunicatio.*

¶ IDEM Leo approbauit, ac de nouo concesit Priuilegium Eugenij 4. & Sixti 4. per quod Moniales S. Claræ eximuntur plenisime a solutione Decimarum suarum terrarum, & possessionum, etiam illarum, quas per colonos faciunt cultiuari. Ac etiam a gabellis, & pedagijs, vt supra positum est in §. 6. & 10. Super quo etiam dat Conseruatores omnes Prælatos ecclesiasticos. B. ffo. 44. conceff. 140. 13 *Pro Monia lib. S. Claræ.* E

¶ IDEM Leo in Concilio Lateranensi statuit, quod Fratres Confessores teneantur hortari, & monere (etiam sub onere conscientiarum suarum) illos, quorum confessiones pro tempore audierint, cuiuscumque status, & conditionis fuerint, ad soluendum Decimas, siue aliam bonorum suorum, seu fructuum quotam, in locis, in quibus Decimæ ipsæ, aut similia solui consueuerunt; Ipsisq; illas soluere recusantibus, absolutionẽ denegare. Et quod super hoc requisiti, id populo etiã publice prędicare, & persuadere teneatur. B. ffo. 26. cõc. 82. 14 *Denegatio absolutionis.*

¶ IDEM

15 ¶ IDEM Leo confirmauit litteras suprascriptas Alexandri. vi. dando Conseruatores omnes Ecclesiarum Prælatos. B. ffio. 48. concess. 143. A

16 CLEMENS vij. confirmauit, & de nouo concessit litteras Sixti, & Leonis suprapositas, eximentes Moniales Sanctę Claræ a solutione Decimarum, dicens, quòd litteras Sixti, & Leonis prædecessorum suorum, & prout illas concernunt omnia, & singula in eis contenta, approbat, & innouat; & pro potiori cautela, ea omnia, & eorum singula de nouo concedit, supplens omnes, & singulos, tam iuris, quam facti defectus, siqui forsan interuenerũt in eisdem. Et insuper statuit, & ordinauit, quod perpetuis futuris temporibus, Abbatissæ, & Moniales, & Monasteria Sanctæ Claræ, Annunciationis, & Conceptionis, ac Tertiæ Regulæ Sancti Francisci, terras, & possessiones, tam per alienos, quam proprios colonos, & donatos, ac familiares Monasteriorum suorum, coli, & cultiuari facientes, & ad earum sustentationem redditus sufficientes non habentes, de fructibus in illis excrescentibus, Rectoribus Parochialium Ecclesiarum, infra quarum limites, possessiones ipsę consistunt; aut quibusuis alijs personis, cuiuscumque dignitatis, gradus, status, ordinis, vel conditionis fuerint, Decimas, aut Primitias soluere minime teneantur; nec ad id, a quoquam, quauis auctoritate, cogi, & compelli possint. Super quo dat iudices. B.

Pro Monial. S. Claræ.

¶ *Ex Priuilegijs Fratrum Sancti Ioannis Hierosolymitani.*

17 LVCIVS iij. & Bonifacius viij. præceperunt vniuersis Ecclesiarum Prę latis, quatenus eorum subditis, auctoritate Apostolica, inhiberent, ne a Fratribus Hospitalis Sancti Ioannis, in eorum Episcopatibus commorantibus, de noualibus, seu alijs terris, quas proprijs manibus, aut sumptibus excolunt; vel per suos arrendatores, aut alios quoscumque cultores, ad tempus, & non in perpetuum excoli faciunt; vel de animalium nutrimentis, seu aliorum in suis territorijs nascentium, vel de hortis, virgultis, & piscationibus suis, Decimas exigere aliquatenus præsumant. Contradictores per Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; non obstante longa pręscriptione, seu potius violentia, super dictis exactionibus, eisdem Fratribus irrogata. B. C

Nota.

D

CAPVCCINI ANNOTATIO.

In §. 9.



PIVS Quartus, in Constitutione sua decima, de statu Ecclesiarum, Anno 1560. eximit Moniales omnium Ordinum a solutione quarumcumque Decimarum, subsidiorum, & aliorum onerum.

Et Pius V. in Constitut. one quartadecima. Dum ad vberes, idem confirmauit, ac ampliauit pro omnibus Ordinibus Mendicantium.

Verum, quia Gregorius 13. in Const. 31. Quo in statu, ob imminentia pericula, in anno 1575. & bella, statuit, omnes etiam Mendicantes, ad sex Decimas soluendum esse obligatos, tamen postea in alia Constitutione sua, Si cum nos, in anno 1577 reduxit illas ad tres tantum Decimas: & sic mandauit, vt Mendicantes, ad has tantum tres Decimas soluendum, essent obligati. E

Mendicantes ad triũ Decimarũ solutionem teneri.

Vide tamen alia, quæ dixi supra, in Verbo, Canonica portio.

A DECLARARE.

NICOLAVS iij. qualiter commiserit declarationem rerum vilium, & parui valoris, ad hoc vt Fratres Min. intra, & extra Ordinem, possint illas dare, & quomodo Leo x. ampliauit huiusmodi Concessionem, positum est infra, in dictione, Dare. §. 1. & 2. 1 *De rebus vilibus.*

INNOCENTIVS viij. concessit, quod Vicarius Generalis Ordinis Prædicatorum de Obseruantia, Congregationis Hispaniæ; cum aliqua persona in dignitate Ecclesiastica constituta, & duobus alijs iurisconsultis, habeat auctoritatem, & facultatem interpretandi dubia, quæ occurrerint super gratijs & Priuilegijs, tam Ordini, quam Congregationi prædictis concessis. Et quod Fratres dictæ Congregationis secure possint stare declarationibus, per eosdem faciendis. o. ffo. 76. concess. 195. Et ffo. 101. conc. 394. 2 *Pro Fratribus Prædicatoribus. Priuilegia.*

B

¶ *Vide circa prædicta, in dictione, Priuilegia §. 13.* *Collector.*

LEO x. concessit, quod Capitulum Generale dumtaxat, habeat auctoritatem declarandi dubia, quę occurrerint circa diuini officij celebrationem. O. ffo. 59. concess. 176. 3 *Offic. diui.*

¶ Vide suprascriptam Concessionem latius, in dictione, Officium diuinum, primo. §. 11. *Collector.*

C ¶ IDEM Leo concessit, quod in rebus dubijs, & scrupulis, conscientias Fratrum Mi. subditorum tangentibus, Generalis, vel Prouinciales, seu Custodes, cum consilio aliquorum Patrum (si res magnæ importantiæ fuerint) possint, auctoritate suæ Sanctitatis, determinare in scrupulis, & rebus huiusmodi; ac quod eorum determinationi, subditi secura conscientia possint, & debeant stare. O. ffo. 59. concess. 172. 4 *Scrupulosi Fratres.*

¶ Vide, in sequenti Concessione, ampliationem præcedentis Concessionis. *Collector.*

¶ IDEM Leo postea concessit, quod omnes Fratres, qui sunt nimis scrupulosi, possint in omnibus dubijs, suam conscientiam tangentibus, secura conscientia stare determinationi sui Guardiani, vel cuiuscumq; alterius Prælati. O. ffo. 93. concess. 287. 5 *Scrupulosi Fratres.*

D

¶ IDEM Leo ampliauit Concessionem Nicolai iij. suprapositam. §. 1. vt habetur late, in dictione, Dare. §. 2. 6 *De rebus vilibus.*

¶ IDEM Leo concessit, vt Generalis, & quilibet Prouincialis, in suis Capitulis possint Declarare, vtrum ab vsu alicuius Concessionis, viuæ vocis Oraculo factæ, debeant Fratres abstinere, &c. vt habetur late in dictione, Oracula. §. 3. Vide ibi, & bene nota. 7 *Oracula uiuę vocis.*

¶ De declarationibus, ac determinationibus varijs, factis a diuersis Summis Pontificibus, tam super Regulam, quam super multis alijs, non fit hic mētio; quia nimis longum, & inutile foret omnia illa referre; & quia iuxta diuersitatem materiarum, super quibus factæ fuerunt, sub diuersis etiam dictionibus huius Compendij ponuntur. *Collector.*

E

¶ DARE.


NICOLAVS iij. statuit, seu concessit in declaratione Regulæ, quæ incipit, Exijt qui seminat, &c. quod de rebus mobilibus, vel parum valentibus, liceat Fratribus Minoribus, pietatis, seu deuotionis intuitu, vel pro alia honesta, & rationabili caussa, obtenta super hoc prius suorum Superiorum licentia, iuxta quod, inter Fratres, in Generali, 1 *Paupertas. Pro rebus vilibus.*

nerali, vel Prouincialibus Capitulis (tam de ipsis rebus vilibus, seu parum valentibus, & earum valore; quam etiam de præfata licentia, scilicet, a quibus, & qualiter sit habenda) extiterit ordinatum, intra, & extra Ordinem alijs elargiri. B. fo. tract. 2. & ffo. 10. tract. 2. A

2 Leo x. supradictam concessionem ampliando, concessit, quod non solum Generalis, & Prouinciales, ac Custodes in suis Capitulis, sed etiam ipsi, ac eorum Generales Commissarij, extra Capitula, possint arbitrari, quæ res debeant viles, & parui valoris reputari, ad hoc, vt res huiusmodi possint dari intra, & extra Ordinem; & suis subditis, ad dandum, & recipiendum, licentiam concedere, prout eis, secundum Deum, videbitur expedire. O. ffo. 59. concessione 175.

Ampliatio concessionis suprascriptæ.

Collector. ¶ In Capitulo Generali Meclinensi, facta est circa prædicta, sequens determinatio. B

Statutum Capituli Generalis. ¶ Item, quod Fratres, nullo modo, secundum intentionem Regulæ, aut Declarationes Summorum Pontificum, possint dare aliqua, quantumcumque vilia, alijs, siue Fratribus, siue sæcularibus; nec recipere alia, absque licentia suorum Prælatorum. Habetur hoc. fo. 228. tract. 3. Et ffo. 246. in 2. tractatu.

CAPVCCINI ANNOTATIO.



Vt Fratres possint donare. 4. Cōditiones requiruntur.

EX SVPRADICTIS Dispositionibus Nicolai iij. & Leon. x. circa Dare, vel Recipere a Fratribus, &c. Iam. 4. conditiones requiri videntur, vt iuxta conscientiam Fratres donare possint; Vna quod res sit vilis, & parui valoris, secundum quod in Capitulis Gener. vel Prouinc vel extra a Generali, Prouincialibus, Custodibus, eorumque Commissarijs, determinatum, & ordinatum fuerit. C

Secunda, quod de prædictorum Superiorum licentia fiat: Vnde Guardiani ex vi suę officij non possunt illam dare, nisi a prædictis Prælatis, vel a consuetudine fuerit concessum, sicut hodie eo ipso, quo Guardiani instituuntur, concessum eis esse videtur. Et licet sine præfata licentia, valeant Fratres adinuicem res aliquas, vt libros, vestes, & alia similia inter seipsos accommodare, rem tamen aliquam donare, aut recipere inter se inuicem non possunt, vt communiter Regulę Expositores aiunt. Pro minimis vero, & sępe necessarijs, (secundum Hugonem, & Pisan.) vt pro penna, acu, filo. &c. licentiam sufficit generalem habere; & etiam sufficiet licentia interpretata, hoc est, quando Pręlati id sciunt, & libenter permittunt. alias, si de contraria voluntate prę sumeretur, non possent. D

Accommodare inter se Fratres.

Licētia pro minimis.

Tertia conditio est, quod res donanda sit mobilis; ex immobilibus enim vtputa, de horto, domo, &c. nec palmum, Fratres donare poterunt, & si de facto dederint, donatio est nulla, & ipsi actum proprietatis commiserunt.

Quarta conditio, quod res donanda non sit pecunia, quia cum illius vsus nobis sit interdictus, nec Papa illam in suum dominium recipit, vnde nisi per ipsum dantem, vel eius auctoritate, illa donari non potest.

Pars pecuniæ legatæ an possit remitti.

Et sic nec Fratres possent dimittere partem legatę eis pecunię, ad preces hæredum, cum non sint eius Domini: immo (vt Salmantica fuit conclusum) nec per Syndicum Papa id posset fieri; quia licet in Bulla Syndicatus contineatur, quod Syndicus potestatem habeat remittendi, refutandi, &c. hoc tamen intelligitur, quando id in Fratrum vtilitatem fit. Vnde quando id in Fratrum vtilitatem verteret. (puta ad euitanda litigia, vel diuturnas solutiones, &c.) tūnc bene posset. E

Fratres qñ possint recipere.

Et sicut ipsi Fratres non possunt alijs Donare; ita etiam nec aliquid ipsi possunt accipere, sine Prælatorum suorum licentia, etiam a quocumque potente Donare: vt ait Gerson, & Hugo, & Seren. consci. q. 81. Et licet aliquis Frater potestatem habeat ad donandum

A *donandum aliquid Fratribus: ille tamen Frater, cui res donanda est, non potest illam accipere, absque Prælatorum licentia, nisi fuerit specificata Prælato persona Fratris, cui donanda est res, Sicut Frater nō potest a sæculari potente donare, aliquid recipere.*

Sed licet suprascripta, ita fuerint ab Expositoribus nostræ Minoritanæ Regulæ declarata, & a Fratribus hactenus obseruata; Nunc tamen obseruanda est, & bene attendenda Dispositio. S. D. N. Clem. viij. *quæ nunc sequitur.* Sed modo est obseruā da Constit. Cle. 8.

SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS D. N. D. Clementis Diuina Prouidentia Papæ VIII.

B

CONSTITVTIO.

De largitione Munerum, vtriusque sexus Regularibus, interdicta,

CLEMENS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, Ad perpetuam rei memoriam.

C ELIGIOSÆ Congregationes, ab insigni sanctitate viris, Spiritus Sancti afflatu institutę, tantas Ecclesiæ Dei vtilitates omni tempore attulerunt, vt ad eas conseruandas, & instaurandas Romani Pontifices prædecessores nostri, magnā iure optimo diligentiam semper adhibuerint. Nam cum ea sit rerum humanarum conditio, & natura, vt etiam quæ optime fundata, & constituta sunt, partim hominum imbecillitate, & ad malum procliuitate, partim Dæmonis astutia, paullatim deficiant, ac nisi cura peruigili sustententur, in deterius prolabantur; Iccirco Summorum Pontificum vigilantia, magnopere laborauit, vt Regularium Ordinum disciplina, aut labefactata in pristinum restitueretur, aut salutaribus Constitutionibus communita, integra atque incolumis perma- 1
D neret. Quorum nos vestigijs pro eodem officij munere insistere, & Pastoralem illorum sollicitudinem (quantum possumus) diuina adiutrice gratia, cupimus imitari. Quare ne ex muneribus, quæ à pluribus Religiosæ vitæ professoribus, ex Christi patrimonio, quibusuis hominibus, quauis ex caussa sæpe tribuuntur, grauia incommoda, & mala, etiam boni specie existant, præcauere studentes;

¶ Hac nostra perpetuo valitura Constitutione vniuersis, & singulis cuiuscumq; Ordinis mendicantium, vel non mendicantium, bona immobilia, & redditus certos ex indulto Apostolico possidentium, vel non possidentium, seu cuiusuis Congregationis, Societatis, & Instituti (non tamen Militiæ) Regularibus personis vtriuslibet sexus omnem, & quamcumque largitionem, & E missionem munerum penitus interdicimus. Sub qua prohibitione comprehendi volumus omnia, & singula Capitula, Conuentus, & Congregationes, tam singulorum Conuentualium, Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, Præceptoriarum, domorum, & locorum, quàm Prouincialia, aut Generalia cuiuslibet Prouinciæ, siue vniuersi Ordinis Societatis, aut instituti; eorumque vel earum Camerarios, Commissarios, & quoscumque Officiales, & singulares personas: Ipsos etiam Ordinum, Congregationum, & Societatum huiusmodi Superiores quascumque dignitates obtinentes, etiam Generales, & Prouinciales, Magistros, Ministros, & quocumque nomine Præfectos, necnon 2 *Prima generalitas comprehendens omnes religiones & religiosos non valentes donare.*

non Conuentuum, Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, Præceptoriarum, domorum, & locorum quorumcumque Abbates, Priores, Præpositos, Præceptores, etiam maiores Guardianos, Ministros, Rectores, atque Abbatissas, Priorissas, & alio quouis titulo Præsidentes, tam ipsis Regularibus, quam Locorum Ordinarijs, seu quibusuis Superioribus subiectas vtriuslibet sexus ad vitam, vel ad tempus deputatos. A

3 *Tertia generalitas circa modos donandi.*

¶ Adeo, vt nemo vmquam eorum, vel earum directe, vel indirecte palam, vel occulte, tam communi, quam particulari, & proprio nomine, etiam sub quouis Statuti, vel Consuetudinis, seu verius corruptelæ, aut alio prætextu, vel quacumque caussa, nisi in Generali Capitulo, aut alia Generali Congregatione, re mature discussa, vnanimi consensu omnium, Superiorumque permissu, caussa approbata fuerit, quidquam tale attentare valeat. B

4 *Secunda generalitas est rerum donandarum.*

¶ Id autem ita absolute, & generatim vetitum intelligatur, vt neque omnino fas sit quidquam donare, tam ex fructibus, redditibus, & prouentibus, collectis, vel contributionibus, aut oblationibus, siue eleemosynis, aut subsidijs certis, vel incertis, ordinarijs, seu extraordinarijs, mensę, seu massæ communis, vel cuiusuis Fabricæ, & Sacristiæ, quorum bona communiter, vt præfertur, administrantur, seu quæ rationibus reddendis sunt obnoxia; quam ex pecunijs etiam, quæ a singulis quouis modo acquisitę, in commune conferendæ omnino sunt. Nec si per viam voluntariæ contributionis in commune congerantur. Nec si forsan priuatim, & nominatim cuilibet Religioso a suis Superioribus, vel a proprijs affinibus, propinquis, familiaribus, amicis, aut beneuolis, vel a pijs Christifidelibus, etiam eleemosynæ, aut charitatis, & illius propriæ personæ intuitu attributæ, seu quoquomodo per quemlibet religiosum suo Monasterio Domui, aut loco acquisitæ, eique vt ad libitum de eis disponat per Superiores concessæ fuerint: C

5 *Excipiuntur leuiora esul. & pocul. seu ad deuot. ptin.*

¶ Præterquam leuiora esculenta, aut poculenta, seu ad deuotionem, vel Religionem pertinentia munuscula, communi tantum, numquam vero particulari nomine (vbi Superiori de consensu Conuentus videbitur) tradenda.

¶ Sed & huiusmodi missiones munerum ipsis Religiosis vtriuslibet sexus, non solum per se, verum etiam per alios, tam directe, quam indirecte prohibitas declaramus. D

6 ¶ Neque vero quispiam ab hac generali prohibitione se excusare valeat,

7 *Quarta generalitas comprehendens personas quibus non potest donari.*

etiam si munera miserit, cuius personæ Laicæ, vel Ecclesiasticę, cuiuscumque status, gradus, dignitatis, ordinis, vel conditionis, & quauis non solum mundana, & Ducali, Regia, Imperiali, verumetiam Ecclesiastica, & Pontificali, aut alia maiori, etiam S. R. E. Cardinalatus dignitate fulgenti, etiam proprio Loci ordinario, etiam ex caussa, & occasione benedictionis, vel susceptionis habitus Regularis, tonsuræ, aut Professionis Monialium, tam sibi subditarum, quam non subditarum, aut ipsi etiam proprio ordinis, vel Congregationis Protectori, Viceprotectori, Generali, vel Prouinciali, aut cuiusuis Monasterij, Prioratus, domus, aut cuiuslibet alterius loci Regularis Superiori, aut alio quocumq; officio, munere, aut dignitate fulgenti, vel cuicumq; etiam simplici, & particulari Religioso. E

8 ¶ Ita vt inter ipsos quoque Religiosos (ne praua ambitione impulsi pro consequendis in sua Religione gradibus, & dignitatibus alter alterius gratiam, aut beneuolentiam aucupetur) quæcumque largitio, aut donatio munerum (nisi rerum minimarum, de licentia expressa, & in scriptis Superiorum) sit penitus interdicta.

9 ¶ Insuper prohibemus, ne vmquam eisdem Regularibus liceat vllas pecunias quoquo modo erogare, in alicuius etiam Benefactoris, aut Protectoris, vel Or-

dinarij

A dinarij honorem, etiam occasione transitus, vel primi ingressus, aut ad beneficiorum acceptorum memoriam, gratiq; animi testificationem, seu pro prædictis personis quauis auctoritate, vel dignitate fungentibus honorifice, laute, & opipare excipiendis, seu pro quibusuis conuiuijs eisdem, aut cuiuis alteri quacumque occasione, vel caussa exhibendis, vel pro comessationibus, aut compotationibus quibusuis personis, tam eiusdem Ordinis Congregationis Monasterij, domus, aut loci, quam extraneis largiendis.

Quinta generalitas circa conuiuia.

¶ Aut pro exhibendis spectaculis, etiã pijs intra Ecclesias, Monasteria, & Domos sacras, seu pias, vel extra eas, in quibusuis publicis, aut priuatis, sacris, aut profanis locis, etiam vbi Sanctorum, & Sanctarum vita, aut res pie gestę, etiam in memoriam Passionis Dominicæ populis spectandæ proponuntur, aut B alias in prædictis, siue in quibusuis rebus superuacaneis ad Pompam, & ostentationem, aut ad oblectationem, vel paucorum lucrum, & priuata commoda quomodolibet pertinentibus, Nisi re ipsa pro diuino cultu, & veris Christi Pauperum indigentijs, seruato in hoc charitatis Ordine, & habita necessitatis ratione, de consilio, & consensu Superiorum subleuandis, aut alias in rebus licitis, & per Capitulum Generale, aut Prouinciale non prohibitis, vel Taxam ibi forsan præscriptam non excedentibus, sumptus huiusmodi fiant. 10

Sexta generalitas circa spectacula.

¶ Declarantes tamen, per hæc, laudabilem, & Apostolica doctrina, sacrisque Canonibus commendatam hospitalitatem, pręsertim erga pauperes & peregrinos, nequaquam imminui, aut prohiberi: Quinimmo, siqui redditus ad id vel ex fundatione, vel ex institutis, statutis, aut consuetudinibus aliquorum C Monasteriorum, ordinum, aut regularium huiusmodi locorum, aut ex testatorum, vel donantium voluntatibus siue alias applicati aut donati sunt, eos omnino (vt decet) integre in vsus pios hospitalitatis huiusmodi erogandos esse; & præsertim in Monasterijs, seu locis desertis, & ab laicorum ædibus longius remotis; vbi tamen pauperum & vere egenorum ratio in primis habeatur. 11

¶ Si quos vero ditiores occasione transitus, siue alias ex deuotionis, aut necessitatis caussa eo diuertere contigerit, eos sane deceret Refectorio communi cum Religiosis, mensaque & ferculis communibus, nequaquam a ceteris distinctis, contentos esse. Verum omnino ipsi Regulares in hospitibus huiusmodi potentioribus excipiendis ita se gerant, vt in eis frugalitas & paupertas religiosa prorsus eluceat. 12

D ¶ Pari etiam ratione districte inhibemus, ne quisquam ex prædictis Laicus, alias quam vt superius dictum est, vel Clericus sæcularis, vel regularis quocumque honore, præeminentia, nobilitate aut excellentia, etiam S. R. E. Cardinalatus dignitate præditus, etiam Protector, Viceprotector, loci Ordinarius, Prælatus, Generalis, Prouincialis, aut Monasterij, Domus, vel loci cuiuslibet Superior, eorumue affines, propinqui, familiares, aut Ministri vtriuslibet sexus, quidquam contra hanc superius expressam prohibitioné recipiát. 13

¶ Quod si, vel ab aliquo particulari Religioso, vel a Superiore quopiam, Generali, Prouinciali, aut alio quocumque officio fungente, aut a Conuentu, Capitulo vel Congregatione; siue ab vniuerso ordine & Religione, quidquam E receperint; id quod acceperint suum non faciant. Verum ipso facto absque aliqua monitione Iudicis, decreto, sententia, aut declaratione, ad illius restitutionem omnino, in vtroque foro, teneantur: adeo vt restitutione ipsa realiter non facta, neque etiam in foro conscientiæ absolui possint. 14

¶ Hanc autem restitutionem fieri volumus, non priuatim ei Religioso, qui donauit, sed ei Monasterio, Domui, vel alteri loco, de cuius bonis facta est largitio; vel si non de eius bonis donatum est, in quo idem Religiosus donans professionem emisit; vel si nomine totius Capituli, Conuentus, aut Congre- 15

gationis,

gationis, vel vniuersi ordinis, seu Religionis donatio facta extiterit; pariter A
communi mensæ aut massæ, cuius nomine donatum fuerit, accepta munera restituantur: ita vt nec qui donauit, nec Conuentus, Capitulum, Congregatio, Ordo, aut Religio, cui restitutio facienda est, illam remittere & iterum condonare, aut recipientem ab obligatione restituendi eximere, vel vt in Pauperes eroget, concedere, quoquo modo possit.

16 ¶ Quod si quis ex supradictis Regularibus vtriuslibet sexus, cuiuscumque gradus, ordinis, dignitatis, ac vbilibet locorum existentibus coniunctim cum ceteris, seu diuisim, nostrarum huiusmodi prohibitionum, statutorum, ordinationum, iussionum, decretorum, mandatorum, transgressor fuerit; statuimus, vt omnibus, & singulis per eum obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus, & officijs, eo ipso priuatus, ac ad illa & alia similia, vel dissimilia in futurum obtinẽda, inhabilis perpetuo & incapax, ac perpetua infamia & ignominia notatus existat. Et præterea priuationem vocis actiuæ, & passiuæ absque vllo Superioris decreto, aut ministerio, ipso facto incurrat: necnon vltra huiusmodi pœnas, etiam tamquam contra furti, & simoniæ criminum reum, tam per viam denuntiationis, accusationis, aut querellæ, quàm etiam ex officio procedi, & inquiri, condignisque supplicijs affici debeat. B

Pœna apposita.

Pœnis alijs a iure statutis, ac per alias Constitutiones Apostolicas, aut propria cuiusuis Ordinis, Congregationis, Monasterij, Domus, aut loci, statuta, vel consuetudines contra personas aliquid præmissorum committentes forsan decretis, & inflictis, nihilominus in suo robore permansuris. C

Quocirca vniuersis, & singulis &c. Sequuntur Clausulæ vniuersales circa huius Const. executionem, & non obstantiæ, &c. Dat. Romæ, anno Incarnat. Dominicæ. 1594. 13. Kal. Iulij. Pontif. nostri anno. 3.

Suprascriptæ Constitutionis Declaratio.

VERVM quia huiusmodi Constitutio, quanto est vtilior, vt Regularium Ordinum disciplina, aut labefactata in pristinum restituatur; aut salutaribus Constitutionibus communita, integra, atq; incolumis permaneat, (quæ inter alias, est potissima caussa finalis huius Constit.) tanto est, ex alia parte, varijs difficultatibus implicata, adeo, vt multis etiam doctissimis viris negotium fecerit, & maxime, cum nec ipsa. S. D. N. Papæ eam voluerit in aliquo declarare; sed Iuris communis dispositioni relinquere. D

Vnde aliquarum ego, magis difficilium (ex nonnullorum doctissimorum virorum opinione, & præcipue admodum R. P. Marij de Andria Societatis Iesu, qui hanc Constit. publice Neap. declarauit) elucidationem apponere non grauabor: Non tamen, quasi ista declarationes, inducere aliquas debeant necessarias, sed probabiles tantum Opiniones, & nisi fuerit aliter declaratum ab ipso legislatore; sed omnia, veritati, ac interpretationibus, S. R. E. & aliorum opinioni sanioris iudicij submittendo.

Protestationes.

Primo. *Hinc primo sciendum, quod huiusmodi Constitutio, obligat in conscientia, & ad peccatum mortale. quia cum omnis lex, etiam ciuilis, obliget transgressores ad peccatum; multo magis obligat ista, cum sit lex iusta, & maxime Pontificia, continens obseruantiam voti Paupertatis in Religiosis, quæ est materia grauis, & adsunt verba valde præceptoria, vt patet in tex. & pœnæ nimis graues: Quæ omnia sunt inditia quædam potissima, ad cognoscendum quando lex aliqua, siue Constitutio obligat ad peccatum mortale, vt Doctores aiunt. quia secus esset quando tractaretur de materia leui, & supradictis verbis ita præceptorijs non vteretur; tunc enim nisi ad veniale peccatum obligaret.* E

De hac materia late tract. Sotus. lib. 1. de insti. & iur. q. 6. ar. 4. & 5.

Secundo. *Secundo. Aduertendum, quod dum in Rubrica huius Constitutionis dicitur.* De largitione

A largitione Munerum vtriusq; Sexus Regul. interdicta; *licet largitionis vocabulum, proprie, & stricte, significet profusam quamdam donationem, ad aliquam ambitionem impetrandam, semperq; capiatur in malam partem, (& vulgo appellatur subornatio) tamen hic, tam Munus, quam Largitio, accipiuntur latissime, pro omni Donatione, etiam quod non fiat ad finem Ambitionis.*

Rubrica Const. Largitio Munerum quid importet.

Et dum dicitur, Vtriusque sexus Regularibus, *scias, quod Regulares, illi proprie dicuntur, qui emittunt tria illa vota essentialia, in Religione approbata; Adeo quod vtrumque requiritur, vt quis in hac Bulla comprehendatur, scilicet, vt tria illa vota essentialia emittat, & vt sit Professus in Religione approbata; quorum vno deficiente, minime comprehenderetur. Ex quo infertur non comprehendi in Constitut. Clericos sa* B *culares, nec Mulieres, vel homines, qui in aliquo Hospitali, vel Xenodochio conseruantur; nec Mulieres quasdam deuotas, & pias, oblatas, seu conuersas; licet viuant in communi, & sine clausę in loco aliquo pio; nam hæ personæ non sunt Regulares, iuxta supradictas conditiones; vt notat. Nauar. in consi. 82. & 83. Tit. de Regul. nec Bizocharas, seu Mantellatas, nec Tertiarios, nec Tertiarias Tertij Ordinis: nec Nouitios, nec Nouitias; cum appellatione Religiosorum, solum veniant Professi professione tacita, siue expressa. c. Religioso. §. 1. de sent. excom. lib. 6. nec etiam Milites Regulares, vt sunt Melitæ, S. Ioannis, S. Iacobi, & similes.*

Abbas in Rubrica. de Regul. In hac Cōsti. nō comprehēdunt Cler. sæcular. Mulieres in aliquo loco Conuersæ, & Cōuersi. Bizocharę. Nouitij. Milites.

Si tamen est Religio approbata, & Religiosi, non emittunt nisi duo tantum vota, Obedientiam, scilicet, & Castitatem, ex dispensatione Summi Pontif. nec isti comprehendun C *tur in hac Bulla.*

Emittentes duo tātum vota.

Sed illæ personæ, siue Mares, siue Fœmina Religiosæ, quæ tria illa vota emiserunt, licet ex caussa infirmitatis, vel alia legitima, in communi non viuant, in Monasterio, sed in domibus Parentum, bene comprehenduntur. Locus enim in hoc casu, non est in consideratione, cum teneantur, vbicumque reperiuntur, eorum Regulam obseruare.

Professæ extra Monast. manentes comprehenduntur.

Tertio. Quoad §. 1. vbi ponuntur Bullæ præfatio, & Summi Pontificis intentio, est sciendum, quod ex illis verbis, plures fines, seu caussæ finales, principales, huius Constitutionis colliguntur, quarum vna, & principalis est (vt sonant verba) Vt Regularium Ordinum disciplina, aut labefactata in pristinum restituatur, aut salutari D *bus Constitutionibus communita, integra, atque incolumis permaneat; Alia est, vt votum paupertatis integre seruetur. Tertia, Ne Bona Monasteriorum, vel quorumcumque Regularium, siue sint redditus, siue Eleemosyna, siue bona quomodocumque acquisita, dilapidentur, & dissipentur. Quarta, Ne praua ambitione impulsi Religiosi, pro consequendis officijs, alter alterius gratiam, vel Protectoris beneuolentiam, aucupetur. vt in §. 8.*

Et hic non valet quis dicere, se non donare de bonis Monasterij, sed de alijs sibi ab amicis, donatis, vel a parentibus; nec se donare, vt aucupetur gratiam Superioris, vel alterius; & quod sic cessaret caussa Constitutionis, & per consequens, cessare deberet etiam eius effectus; iux. regul. tex. in cap. cum cessante, de Appellat. Nam ad hæc, & alia similia motiua, vnica potest responsione responderi, excerpta ex tex. §. affinita E *tis Instit. de nuptijs, quod quando sunt plures caussæ ęque finales, cessante vna, non cessat altera; vt est in casu nostro, in quo licet cesset vna, vel altera caussa, non potest tamen cessare vmquam illa, quæ Votum paupertatis respicit, quod Votum est fundamentum Religionis. Clem. Exiui de Parad. de verb. signif. & c. Exijt seminare, de verb. sign. In 6.*

Quarto. Quoad. §. 2. est aduertendum, quod in ista parte continentur tria præcipua: Primo quādam generalitates, tam Personarum donantium, & recipientiū, quam etiam Modi donandi, & rerum donatarum. Secundo continentur quędā Exceptiones, seu Modificationes quorumdam casuum, in quibus potest donari. Tertio continentur Pœnæ, tā sæcularibus recipientibus, quam Regularibus dantib. impositę. Generalitates, quæ

Diuisio contentorum in Bulla.

Sex generalitates ... 1. cõprehẽdit, tã donãtes, quam recipiẽtes, & res donatas. Vt in c. perlatum. §. e contra. 19. q. 3.

hic continentur, sunt sex. quarum Prima comprehendit omnes Religiones, & Religiosos, A cuiuscumq; conditionis sint (excepta Militię) Anacheritę vero, Eremitę, seu solitagi, seu quocumq; alio nomine appellentur, qui non sunt in aliqua Religione approbata, sed habitant in Eremis, non continentur in Bulla. Comprehendit secundo loco, hæc prima generalitas huius Bullæ, omnia Capitula, omnes Conuentus, Congregationes, omnia loca, quorumcumq; Regularium, & etiam omnes Superiores, vtriusque sexus Religionum, siue sint Abbates, siue Generales, &c. & omnes particulares Religiosos vtriusq; sexus, ne possint aliquid donare.

2. generalitas est circa res donandas.

Secunda generalitas est Rerum donandarum, quæ sunt, vel munera ipsa, quę mittuntur, & sunt vniuersaliter mitti prohibita, vt supra in §. 1 Vel sunt omnes, & quęuis pecunię quantitates, ne possint alicui erogari (vt in §. 4. & 9. Id autem ita, B &c. & Insuper prohibemus) & sic cum prohibetur Pecunia, videntur omnia prohiberi, quæ pretio possunt ęstimari, Pecunię enim verbum generale est, & omnia comprehendit, & complectitur. vt est tex. in l. 1. in fin. ff. de calumniat. & l. 2. & fin. C. de Cens. pecun.

Item statuitur, vt non sit licitum donare, ex fructibus, redditibus, prouentib. &c. vt in §. 3. Id autem absolute, &c.

Itaq; Monachi seu Moniales professe, nihil penitus possunt donare, licet habeant bona paraphernalia, seu aliunde acquisita per donationem, vel exercitium, cum Quidquid acquirit Monachus, seu Monialis, acquirat Monasterio.

3. generalitas comprehendit modos donandi.

Tertia generalitas est modorum. Prohibentur enim supradicti Religiosi, donare C quouis modo, siue directe, siue indirecte, palam, siue occulte, &c. vt patet in §. 3. & 6. ibi. Adeo vt nemo, &c. Vnde siquis, vel siqua diceret suis consanguineis, vt quod vellent sibi donare, donarent tali, suo nomine, non posset fieri, cum sic, esset donare indirecte; & ita etiam quando deberent a consanguineis, vel alijs, aliquam consequi pecunię quantitatem, si illam vellent eis remittere, non possent, esset enim donare indirecte: & sic pariter si quis commodaret aliquid, illud amplius animo non repetendi: vel donaret per mulieres Nouitias, vel Conuersas, quæ non comprehenduntur in Bulla, donatio esset indirecte. Qui enim per alium facit, per se ipsum facere videtur.

4. generalitas cõprehendens personas, quibus nõ põt donari.

Quarta generalitas, comprehendit omnes personas donatarias. i. quibus donatur, tam sęculares, quam ecclesiasticas (vt in §. 7. habetur) quauis dignitate, seu auctoritate fulgentes, etiam si sint Protectores Ordinum, Ordinarij locorum, &c. prohi- D betur enim, ne cuilibet ipsorum a Regularibus supradictis aliquid donetur, nec ratione transitus, vel ingressus, nec alia quacumq; caussa. Ac etiam prohibentur donare, & dona accipere, Religiosi omnes, inter seipsos, siue sint eiusdem Ordinis, vel Monasterij, siue alterius.

5. generalit. conuiuiorum.

Quincta generalitas est conuiuiorum, & in ea continentur tria, vt in §. 9. Insuper prohibemus, habetur.

Primo. Vt non possint Regulares excipere quemcumq; Prælatum transeuntem, laute, sumptuose, & opipare. 2. Conuiuijs quibuscumq; excipere. 3. Comessationibus, & compotationibus, quibusuis personis, tam eiusdem ordinis, quam extraneis largiendis. E

6. generalit. spectaculorum.

Sexta, & vltima generalitas, est Spectaculorum; prohibentur enim omnia, & quęcumq; spectacula pia, etiam in memoriam Passionis Dominicæ, & hoc ratione sumptus, &c. vt in §. 10.

Casus in quibus licet donare excepti in Bulla.

Secundo, Principaliter sunt declarandi aliqui casus, excepti in Bulla, in quibus licet donare.

Primus casus qñ I generali cap.

Primus casus est, quando in Capitulo generali, & ex caussa approbata, & iusta, fit aliqua donatio, vt habetur in §. 3. in fine ibi, Nisi in generali Capitulo. Et in hoc primo casu, quinq; copulatiue sunt seruanda. Primo vt fiat in Capitulo, vel Congregatione generali; non enim sufficit Capitulum Prouinciale, vel conclusio totius Conuentus.

A *Conuentus. Secundo, vt fiat re mature discussa. Tertio, vt fiat caussa approbata. Quarto, vt fiat de Superiorum permissu. Quincto, vt fiat vnanimi omnium consensu, idest vt consentiant omnes, quia vno discrepante nihil valeret; Neque hic habet locum illa Regula iuris, quod id quod maior pars facit, omnes fecisse videntur; quia quando in aliquo actu requiritur, quod aliquid concorditer fiat, non est dispositioni satisfactum, si aliquis contradicit, vt optime per gloss. in c. vbi periculum in §. ijdem, in verbo singulis, & ibi Geminianus, & declarat Iason in l. de fidei commisso num. 6. c. de transactio.*

Secundus Casus, in quo possunt Religiosi donare est, quando donant quadam leuiora, esculenta, vel poculenta, seu ad deuotionem, & Religionem pertinentia munuscula: Hac possunt donari, seruatis tamen quibusdam conditionibus. Primo vt sint esculenta tantum, vel poculenta tantum, vel esculenta, & poculenta, & non alia. Secundo vt sint leuiora, non grandia. Tertio vt dentur de consensu Conuentus, vel Monasterij. Quarto cum approbatione, & licentia Superioris. Quincto, & vltimo, vt dentur nomine communi, & non particulari, vt habetur in Bulla in §. 5. versiculo Preterquam leuiora. 2. Casus. esculenta, & poculenta, seu ad deuotionē pertinētia.

B

Sed difficultas est noscere, quantę quantitatis debeant esse hęc leuiora esculenta, & poculenta; & licet videatur decidi in iure per l. plebiscit. de officio Prasidis, quod illud dicatur leue, quod intra tres dies proximos prodigitur, scilicet, consumitur, & sic videtur, dici quod sit victus trium dierum totius domus, ac familia; indefinito enim loquitur, & quod per consequens ex hac resolutione videatur dicendum, quod hac esculenta & poculenta possint extendi, vsque ad valorem trium aureorum, vt est consimilis tex. in l. solet, de officio proconsul. Leuiora esculēta, & pocul. quantę quantitatis debent esse.

C

Tamen contrarium est verius, scilicet, quod non debent excedere illam quantitatem, qua, si surriperetur, peccatum esset mortale, idest quantitatem valoris vnius, vel duorum Carolenorum ad summum, & sic non deberent excedere pretium illud, quo homines solent locare suas operas diurnas, quod quando exceditur in furto, peccatum est mortale, vt dicit D. Thom. 22. q. 66. artic. 6. & hoc patet ex verbis Bulla, vbi non contentus Summus Pontifex dicere Esculenta, & Poculenta, addidit illud diminutum, leuia, immo subiunxit, leuiora, & eo magis cum sit attendenda conditio donantis, num pauper, num diues sit, in donationibus: & quis reperitur pauperior quam Religiosus, vel Religiosa?

D

Hęc autem licentia donandi Esculenta, quę necessario requiritur, potest dari semel pro semper (ne sępe obtundantur aures Superiores) vt possit donari certis personis, certa quantitas Esculentorum, & Poculentorum & non passim, & indistinctes nec hęc donatio debet esse quotidiana, quia esset facere fraudem legi, & multa modica facerent vnum satis. Licētia donandi.

Et aduertendum, quod Munuscula ad Religionem, vel deuotionem pertinentia, possent interpretari, quod sint Reliquię Sanctorum paruula, Imaginesq; papyracea, Vascula aliqua liquoris manna, Corona cum indulgentijs, Agnusdei, Numismata benedicta, seu libelli aliqui deuoti; Sed si essent aliqua magna Reliquia Sanctorum, vel Reliquiarij, & alia supradicta, magni pretij, vel excederent summam illam duorum, vel trium Iuliorum, tunc essent obseruanda ea, qua de primo casu sunt dicta, vt videlicet in Capitulo generali, &c. Munuscula ad deuotionem pertinentia.

E

Tercius Casus in quo Religiosi inter se ipsos possunt donare, est rerum minimarum, vt habetur in §. 8. ibi. Ita, vt inter ipsos quoq; Religiosos, &c. vbi quattuor sunt obseruanda. Donare religiosi inter se, quomodo possint. Quattuor sunt notanda.

Primo vt ista largitio rerum minimarum, fiat inter ipsos Religiosos tantum, vel eiusdem, vel alterius Ordinis, seruatis semper seruandis.

Primo, vt sint res minima. Secundo, de licentia Superioris. Tertio, non tacita, neque interpretatiua, sed expressa, excludens tacitam, & interpretatiuam. Quarto,

non oretenus, sed in scriptis, & hæc, vt caute procedatur in foro exteriori, quia hic agitur de pœna exteriori infligenda. A

Secundo obseruandum, quantitas istarum rerum minimarum (relictis opinionibus extremis, Soti, scilicet, & Nauarr. Soti enim, vt nimis larga, qui dicebat summam duorum, vel trium ducatorum, non esse notabilem quantitatem: & Nauar. vt nimis arcta, qui ait dimidium Iulij esse notabilem quantitatem) Dicimus, quod sit duorum, vel trium Iuliorum, secundum veriorem opinionem, attenta conditione dantis, quia Religiosus est pauperrimus, & votum emisit paupertatis; vltra quam summam paruam, esset determinandum in Capitulo generali, vt supra. Verumtamen iam intellexi. suam Sanctitatem postmodum declarasse, vt istarum rerum minimarum quantitatis taxatio, pertineat ad Regularium Superiores.

Tertio. Notandum, quod dum dicitur, vt ista minima non dentur, nisi de licentia expressa, & in scriptis, Superiorum: Superiores, omnes illi dicuntur, qui habent ordinariam iurisdictionem, vt sunt Generales, Prouinciales, Abbates, Priores, Guardiani, Rectores, Praepositi, & Abbatissæ, & quocumque alio nomine nuncupentur; & quod sufficit licentia semel pro semper, in scriptis, vt supra. B

Quarto, Notandum dum dicitur, Ad euitandam ambitionem, &c. quod dare res paruas, est signum potius. amicitiæ, ac vrbanitatis. Cap. & si, de simonia, quam aucupandæ beneuolentiæ, quia vt dicit Nauar. in tit. de datis promissis, cessat in his ratio aucupandæ beneuolentiæ, cum illam non aucupemur, maxime ad impetrandum aliquod officium, cum re parui momenti, sed cum re notabili, &c.

Pro diuino cultu. *Quartus Casus, licet dare pro diuino cultu, vt facere sepulcrum in die Parasceues, sed non ad priuata accommoda: In certis festis Sanctorum, præparare Ecclesiam, præcipue ad alliciendos populos ad deuotionis frequentiam, tamen in Capitulis Generalibus, & Prouincialibus, debent taxari sumptus, & impensæ, vt in §. 10.* C

Pro eleemosyna; quatuor cōcurrentibus. *Quintus Casus, est pro subleuandis pauperibus, & in alijs non prohibitis per capitula, non excedentibus valorem supradictum, vt in eodem. §. 10. Adeo quod, non prohibentur Eleemosynæ, obseruatis tamen, quatuor conditionibus. Primo vt dentur veris pauperibus, & pro veris indigentijs, non fictis. Secundo seruato ordine charitatis. Tertio de consilio, & consensu Superiorum copulatiue. prius enim oportet, vt consulatur Superior, & postea sequatur illius assensus, vt detur certa quantitas, & certis personis; & non sufficit tacita licentia, nec ratihabitio, sed consensus; non post factum, sed antequam fiat. Abbas in consil. suo. 40. in 2. par. Doct. in l. 3. de auctor. tuto. Quarta conditio, habita ratione necessitatis, quod iuxta illius quantitatem sit magna, vel parua eleemosyna.* D

Et sic Religiosi habentes peculium particulare, & Moniales peculium paraphernale, possunt hæc dispensare pro eleemosyna, parentibus indigentibus necessariorum, vel non valentibus decenter, & secundum statum, & conditionem suam, viuere, habita tamen ratione paupertatis. vt Thom. & Caiet. 2. 2. q. 32. art. 6. & q. 43. artic. 8. & Nau. in Apol. de reddit. in mon. 73.

Pro hospitandis pauperibus. *Sextus casus est, caussa laudabilis hospitalitatis, præsertim erga pauperes, & maxime vbi fuerint redditus applicati, & destinati pro hac hospitalitate, vt in §. 11.*

Hospitalitas potentiorum. *Vltimus Casus est, ratione hospitalitatis, etiam ratione Potentiorum, & Ditiorum: Seruatis tamen quattuor conditionibus, quarum vna deficiente non potest fieri.* E

Prima conditio, vt non incitentur a Religiosis de industria, & consulto, sed occasione transitus, præsertim si longe adsint diuersoria sæcularium, sed obiter, per accidens, caussa necessitatis, vel deuotionis.

Secunda, vt non recipiantur opipare, sed modeste, & religiose, non honorifice, & sumptuose, seruata frugalitate, & paupertate religiosa; & danda sunt res conuenientes ipsis Religiosis.

Tertia conditio, vt comedatur in Refectorio communi, & cibis communibus contenti

A *tenti sint, iuxta illud, do paupertate mea do tibi.*

Quarta, quod si Potentes, qui caussa transitus recipiuntur, ob verecundiam nollent comedere in Refectorio communi (ecce quarta conditio) vt in cubiculis priuatis comedatur, &c. & aliquid amplius potest dari, semper tamen seruata frugalitate religiosa; vt habetur in §. 12. Bulla, dummodo illud amplius non sit pretiosum, & affectuose extra Monasterium procuratum, quia hoc esset indirecte.

Sunt etiam alij casus extra Bullam, in quibus licet regularibus donare, & tacito comprehenduntur in Bulla, sub illis verbis in §. 10. positis (aut alias in rebus licitis, &c.) Alij casus extra Bullã in quibus li cet donare.

Primus est, quando non erit Donatio, sed erit alius contractus, Mutui, vel Commo-
B *datus, vel Locationis, aut Venditionis, etiam pro medio, vel infimo pretio; aut Permutationis, in quibus casibus possunt Religiosi cum alijs Religiosis, vel etiam Laicis contrahere, dummodo non sint palliata Donationes.*

Item, possent fieri aliqua comessationes in compensationem. v. g. Si aliqui Monachi inuitarent alios eiusdem, siue alterius Religionis ob aliquod festum, tunc possent inuitati, in alio festo, illos etiam reinuitare, & hoc non erit contra Bullam, cum in hoc, Monasterium nihil perdat.

Item alius casus est, quando soluitur debitum, vel remuneratur, siue compensatur aliquod beneficium, & obsequium. v. g. Quando famuli seruiunt alicui Monasterio, vltra salarium taxatum, potest Conuentus aliquid aliud, in remunerationem bonorum seruitiorum dare; quia hac non est donatio, sed remuneratio; Nam ad hoc, quod sit vera
C *Donatio, debet fieri sine vlla caussa, vt Nauar. in Apolog. de reddit. tit. 9. q. 1. monit. 81. D. Thom. 2. 2. quæst. 106. artic. 3. ad 4. Nec obstat id, quod dicitur in Bulla. §. 9. Vt nec ad beneficiorum receptorum memoriam, gratiq; animi testificationem, &c. quia ibi prohibetur hac facere suis Superioribus, scilicet, Protectoribus, Generalibus, &c.*

Item alius casus est, quando est redemptio vexationis, videlicet, donare aliquid Aduocatis, & Procuratoribus, ad hoc, vt lites habeant bonum exitum, & bonam sollicitudinem exerceant; hoc enim non proprie donatio, sed vexationis redemptio dici potest, ad hoc vt ha persona eos bene tractent; & sic etiam posset remitti aliquid ex debito, vt possit maior summa recuperari sine lite, & contentione. Possent etiam, & alij casus
D *liciti enarrari, sed breuitatis caussa illos omitto.*

Nunc tertio principaliter videndum est de pœnis, contrafacientibus impositis, & hoc diuiditur in duas partes; quarum vna respicit omnes recipientes a Regularibus cuiuscumq; conditionis, vt in §. 13. habetur. ibi. Pari etiam ratione districte inhibemus, etc. & est. vt nihil ex eo, quod receperint a Regularibus, siue Conuentibus, &c. extra casus in Bulla permissos, suum faciant; sed restituant, vt in §. 14. habetur: adeo quod statim tenentur illud restituere, aliter non possent absolui. Nec huic obstat, Regula illa, quod pœna non debetur in foro conscientię, nisi post condemnationem, vel saltem post declarationem, vt est gloss. not. in c. fraternitatis, & ibi notat. 12. q. 2. D. Tho. 22. q. 62. art. 3. & quod ideo isti tales non tenentur restituere, nisi post condemnationem; Nam ad hoc respondetur, quod Regula procedit in pœnis, sed restitutio non est
E *pœna, sed debitum, & consequenter, nulla expectata mora, debet fieri, alioquin non potest absolui, iuxta illam Regul. Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum; sed cui facienda sit ista restitutio, habetur in §. 15.* 3. principaliter de pœnis. Huius Regulæ nonnullas ampliationes ac limitationes vide in Sum. D. Iac. de graffijs Cassin. lib. 1. c. 11. per totũ & præcipue n. 36. & 45. cum sequẽtibus.

Alia pars respicit pœnas, & hęc in §. 16. Quod si quis ex supradictis &c.

Circa quas pœnas duo sunt notanda, dicitur enim ibi, quod contrauenientes, sint priuati omnibus honoribus, gradibus, officijs, & dignitatibus. Quaritur qui nam sint isti honores, & dignitates, &c.? Respondetur. quod hac declaratio fuit facta a Sixt. v. in declaratione suę Bulla, contra illegitimos: vbi dicit, quod omnes illa dignitates comprehenduntur, qua sunt coniunctę cum honore, & superioritate, vt sunt Generalatus, Prouincialatus, Guardianatus, Prioratus, Abbatiatus, & similes, habentes honorem Appellatione dignita-

cum Superioritate. Ceteri autem non continentur, scilicet, Confessores, Lectores, Prædicatores: vnde sic etiam est intelligendum in hac Bulla nostra. A

nis honoris, offi. &c. qui veniãt. Ipso facto incurrẽda, quomõ intelligatur.

Secundo Not. quod licet in hac Bulla imponatur pœna, per hęc verba, ipso facto, incurrenda, non debet tamen statim, quod quis donauit aliquid contra Bullam, resignare dignitates, seu voces actiuas, & passiuas, &c. quia quamuis dicatur per verba expressa, ipso iure, ipsoq; facto, nulla expectata declaratione, numquam intelligitur, vt ipsemet reus teneatur subire pœnam, ante declarationem factam, cum nemo teneatur sententiam executioni mandare contra seipsum: Felin. in cap. 1. de Const. nu. 13. D. Thom. 22. q. 62. art. 3. Nauar. in Manual. c. 23. nu. 67. Et ideo iste talis, donec inquiratur, potest accipere, & dare vocem, & exercere officia, & dignitates, quia non intelligitur incidisse in pœnam, nisi secuta sententia condemnatoria, vel saltem, declaratoria fuisse commissum delictum; hoc tamen intelligitur de pœnis exterioribus, exigentibus iudicis executionem; non autem de alijs pœnis, vt sunt Censuræ, Irregularitates, &c. quibus, aliquis efficitur indignus, atq; incapax alicuius rei; nam istæ pœnæ, statim actum habent in foro conscientiæ, vt dictus D. Iacob. Cassin. probat vbi supra num. 23. & in cap. 49. nu 65. B

Late vide de hoc prędict. D. Iacob. de grassijs ibidem nu. 54.

Et notandum etiam, quod Sum. Pont. diuino lumine illustratus, nullam imposuit in hac Bulla Censuram, quia in Censuris, nulla requiritur sententia condemnatoria, seu declaratoria, ex quo statim incurritur in conscientia, vbi contrauenitur, & nulla requiritur executio, quia statim afficiunt animam, vt Franc. in c. Felicis. §. nullus de pœnis lib. 6. Siluest. in verbo pœna. Et ideo, ne illaquearentur tot animæ, apposuit tantum illam pœnam priuationis officiorum, &c. quia pręuidit forsan, quod plerique Religiosorum ad hoc aspirant, & huius timore abstinerent a contrauentione Bullæ, quia si contrauenirent, non deficerent inter Religiosos, Zelantes fratres, qui eos denuntiarẽt. Itaq; concludentes hanc partem, ad pœnas spectantem, dicimus, quod contra recipientes, non est alia pœna, nisi peccati mortalis, & restitutionis in vtroq; foro; & contra dantes, sunt impositæ illæ aliæ pœnæ priuationis, &c. absque tamen aliqua censura. C

De public. Bullæ.

Verum, quia in vltima parte huius Bullæ iubetur eius publicatio, & temporis spatium ad obligandum post publicationem, Ideo duo valde necessaria Notabilia subnectam, quæ poterunt etiam pro alijs similibus Bullis deseruire.

Duo notabilia valde necessaria.

Primum est, quod promulgatio Bullę est de forma, & sufficit, quod promulgetur in Vrbe Metropolitana, & non opus est alia promulgatione, nec aliquo assensu Regio; Nec opus est ad hoc vt liget, vt sit a populo recepta; quia lex tunc non ligat, quando numquam fuit vsu recepta, & hoc legislatore sciente, & tolerante; & ad hoc requiritur tempus decem annorum. Couarr. lib. 2. variarum resolut. cap. 16. Felin. in c. 1. de tregua, & pace. Iason. in l. rem non nouam. C. de Iudit. D

Cõstitutio qñ ligat, et qñ non.

Alterum Not. est, quod si aliquis sciuit conditam fuisse, & promulgatam hanc Bullam, seu Constitutionem Pontificiam, & antequam transiret tempus in ea præfixum, fecit contra illam, donando diuersis personis, &c. ipse non incurrit in pœnas ibi appositas, quia tempus præfixum nondum erat elapsum; Sed an in conscientia peccauit, quia sciuit vere latam esse, & publicatam?

Quęstio. Resolutio quęstionis.

Ardua quidem est hæc quæstio, & multi decipiuntur, sed resolute, & secundum communiorem opinionem, est dicendum, quod lex, pręsertim Pontificia, & Ecclesiastica, quamuis in ea apponantur clare, & expresse tempora dilatoria, obligant tamen in foro conscientię statim a die scientiæ; sed quoad pœnas appositas, & quoad forum exterius, non obligant, nisi post elapsum tempus. Apponitur autem illud tempus ad hoc, vt transgressores non possint se excusare, & allegare caussam ignorantię, & sic ne euadant condignas pœnas. Ita tenet eximius Doctor Alphon. de Cast. lib. 1. de leg. pœn. c. 1. circa finem; frustra enim expectatur exitus, cuius euentus est nullus: Et licet Nauar. in cons. 5. de Constit. contrarium tenuerit, communiter tamen damnatur, & est communis opinio in contrarium. Abba. Felin. & Dec. in c. 2. de Const. nu. 7. Abba. E

Contra Nauar.

vers.

A *vers. sed discrepatio, ubi alleg. c. 8. de conceß. preb. Sot. lib. 1. de iust. & iure. D. Tho. p. 2. q. 90. art. 4. ad 2. & ibi Caiet. optime: Ex quo infertur, quod quando fiunt, & emanantur Pragmaticæ, sancientes, vt frumentum non vendatur maiori pretio, quam vno aureo, & ibi apponitur tempus, puta, duorum mensium; si aliquis ante duos menses, postquam habuit veram notitiam Pragmaticę condita vendiderit frumentum vltra pretium in Pragmatica contentum, tenetur in conscientia restituere illud, quod plus accepit pretio statuto, & praefixo, Medina in C. de restitut. quaest. 30. & alij Doctores.*

Sic etiam dico in casu contrario, quod si aliquis post elapsum tempus in Pragmatica, seu Bulla contentum, transgressus fuerit eam ex ignorantia, quia nesciebat eam
B *conditam esse, in conscientia excusatur a peccato; sed incurrit in omnes pœnas quoad forum exterius; & hoc, quia non creditur ei asserenti, & ignorantiam allegantis: Itaque non est dubitandum, quod hac Bulla ligauit in conscientia transgressores, etiam ante tempus elapsum, si tamen sciuerint Bullam esse conditam; & tanto magis, quia hac nostra Bulla, est iuris antiqui renouatoria; Et Felin. loco citato dicit, quod quando lex est noua, & numquam antea audita, nec præmeditata, tunc potest esse, quod non obliget in conscientia, nisi post elapsum tempus in ea appositum; sed quando lex est renouatoria iuris antiqui, prout hac nostra, statim ligat in foro conscientia: nam Bulla ista emanauit propter abusus, qui extiterant in voto paupertatis, quia Religiosi, etiam ante Bullam, nihil vmquam habuerunt proprium, & qui nihil proprium habet, liber-*
C *tatem rei alienæ dare non potest. c. Abbati. 54. dist. Et hac sufficiant pro huiusmodi Bulla declaratione: Omnia tamen submittendo S. R. E. determinationi, declarationi, ac Censura, vna cum omnibus alijs supradictis protestationibus a me factis. Ex quibus iam patet, quid nunc circa supra dictas, Nicolai, & Leonis dispositiones, a Fratribus sit obseruandum, ne aliquis decipiatur.*

DISPENSATIO.

¶ *Distinctio materiæ Dispensationum.*

D CIRCA ea, quæ in Priuilegijs Fratrum Mendicantium reperiuntur concessa, quo ad materiam Dispensationum, est aduertendum, quod aliqua illorum attinent solum ad personas Fratrum; & alia ad personas sæcularium, qñ prędictis Fratrib. cõfitentur. *Collector.*

¶ Attinentia ad Fratres pro suis personis, sunt in duplici differentia. Nam quædam pertinent ad dispensationem faciendam in Confessionibus. Et hæc, insimul cum concessionibus absolutionum pertinentibus ad eosdem Fratres, posita sunt supra in dictione, Absolutio quoad Fratres, vbicumque in marginibus reperta fuerit hæc dictio, Dispensatio.

¶ Alia vero tangunt dispensationem, quæ fieri potest extra Confessionem sacramentalem, quæ ponuntur hic infra. §. 8. & 10. & 11. & 12. & 13. & 21.
E & 22. Aliqua autem, quæ spectant ad Moniales, continentur infra. §. 6. & 20.

¶ Illa vero, quæ pertinent ad personas sæculares, habentur supra, in dictione, Absolutio quoad sæculares. 1. in §. 20. Et in dictione, Absolutio quoad sæculares. 2. in §. 12. Et similiter habentur nonnulla hic infra. §. 1. & 2. & 16. Sed circa omnia supradicta habentur ampliora hic, prope finem, scilicet, a conceß. 25. vsque ad 31.

1 GREGORIVS ix. concessit Fratribus Minoribus, in terris quorumcumq; infidelium existentibus, vt cum irregularibus possint dispensare in illis casibus, in quibus solent Legati Sedis Apostolicæ dispensare. b. ffo. 857. conceß. 641. *Infideles. Irregularitas.*

Collector. ¶ Dubium videtur, an ista concessio fuerit temporalis. A

2 *Pro Fratribus Prædicatoribus Infideles. Irregulares.* NICOLAVS iv. concessit Fratribus Ord. Prædicatorum, in terris infidelium existentibus, vt possint dispensare cum irregularibus partiũ illarum, in casibus, in quibus solent Legati Sedis Apostolicæ: Ac etiam cum clericis ipsarum partium, patientibus defectum natalium, dummodo non sint de adulterio, vel incestu, aut de Regularibus procreati. b. ffo. 262. concessione 680.

Collector. ¶ De hac Concessione videtur etiam dubium, vtrum fuerit temporalis, sicut præcedens.

3 CLEMENS iv. in Mari magno fecit optimam Concessionem, circa dispensationem simul, & absolutionem, quæ posita est supra, in dictione, Absolutio ordinaria quoad Fratres. §. 4. & 7. fol. 4. & 5. B

4 *Pro F. Prædicator.* ¶ IDEM Clemens concessit, quod Fratres Ord. Prædicatorum, proferentes sine scripto sententiam excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, & infra mensem celebrantes, non obstante Constitutione hoc prohibente, possint a Magistro generali, & Prioribus Prouincialibus dicti Ordinis dispensari, imposita eis, super hoc, pœnitentia competenti. Et quod, si præfati Prælati, in huiusmodi casu, excesserint, possint a Confessoribus, per ipsos electis, eodem modo dispensari. b. ffo. 72. concess. 188. Idem illis concessit Bonifacius viij. vt est videre supra fol. 11.

5 EVGENIVS iv. fecit quamdam eximiam Concessionem, circa dispensationem, & absolutionem, quæ posita est etiam supra, in dictione, Absolutio extra ordinaria quoad Fratres. §. 3. prope finem. fol. 23.

6 *Pro Monialibus. Ieiunium. Silentium.* ¶ IDEM Eugenius dispensauit cum Monialibus S. Claræ, ac Tertij Ordinis, sub obedientia Fratrum Minorum, regularis Obseruantiæ, existentibus, vt solummodo teneantur ad illa ieiunia, ad quæ Fratres dicti Ord. Obseruantes obligati sunt. Item super silentio perpetuo, præfatis Monialibus Sanctæ Claræ in Regula imposito, concedit Generali, & Prouincialibus, vt cum consilio discretorum possint dispensare, ac similiter in quibuscumq; alijs perpetuis b. fo.46. Et fo.42. concess. 47. C

7 ¶ IDEM Eugenius dispensauit cum barbitonsoribus, vbi est consuetudo, in Sabbatis, & vigilijs, de sero radere barbas. o. fffo. 101. concess. 400. D

8 *Pro infirmis.* PIVS ij. concessit, quod Prælati Ord. Min. de Obseruantia, circa subditos suos, possint condescendere, seu dispensare cum debilibus, & infirmis, in ijs, quæ non sunt contraria Regulæ. Et fuerunt expressi aliqui casus, vt de sotularibus, in itinere; ac de equitando, licet non sit arcta necessitas, vel infirmitas. o. fol.62. Et ffo. 65. concess.92. Et fffo. 100. concess.382.

Collector. Vide infra Annotatione Cordubæ super hoc. ¶ Aduertendum est circa huiusmodi Concessionem, quod est velut propositio, seipsam falsificans, Nam primo dicit, quod possit dispensari in his, quæ non sunt contra Regulam, & postea explicat aliqua, quæ sunt manifeste contra Regulam. ponit enim exemplum in equitatione, & calciamentis, &c. quæ sunt manifeste de obligatorijs. Et propterea videtur, quod debuit hic dici, de his, quæ non sunt contra tria substantialia vota. Vel intelligit, non esse contra Regulam, quando est necessitas talis, quæ bono modo aliter fieri non potest, & Frater est dubius. E

9 *Irregularitas.* SIXTVS iv. dedit copiosam facultatem Generali, & Prouincialibus, & eorum Vicarijs, ad dispensandum super quibuscumq; Irregularitatibus, cum Fratribus sui Ordinis, exceptis tantum tribus. Vide supra, in dictione, Absolutio ordinaria quoad Fratres. §. 14. fol.8. Et in dictione, Absolutio extra ordinaria, quoad Fratres. §. 5. fol. 25.

10 ¶ IDEM Sixtus concessit, quod Generalis, & Prouinciales Ord. Min. possint

A possint dispensare cum Fratribus sibi subditis, in Irregularitate homicidij, dummodo tales homicidæ non sint certi, quod ipsi actualiter occiderunt; nec pro certo sciant, quod fuerunt tales mandatores, vel auxiliatores homicidij, sic, quod sine illis, nullo modo fuisset tale homicidium perpetratum. o. fo. 63. Et ffo.66.conc.102.Et ffo.95.conc.319. *Generalis & Prouinciales. Irregularitas.*

¶ IDEM Sixtus concessit, quod Generalis Fratrum Mino. habeat auctoritatem dispensandi, in Irregularitate illorum Fratrum Mino. qui in bellis, vel in alijs caussis, sanguinis effusioni interfuerunt. Et quod tales (si qui sunt) dummodo alias sufficientes fuerint, possint promoueri vsque ad Sacerdotium. Et quod in casu, quo alibi propter iuris ignorantiam, de tali casu non aduertentes, promoti fuissent, possint in susceptis Ordinibus ministrare. o. fol.64. Et ffo. B 68.conc.129. Et ffo.96.conc.336. 11 *Generalis Minister. Irregularitas.*

¶ Aduerte, quod hæc Concessio videtur solum facta pro illis Fratribus, qui tunc erant in prædicto Ordine, & non pro futuris. Et ideo non esset tutum vti illa in posterum. Et tamen quidquid sit de hoc, melior, & copiosior est facultas immediate suprapositâ. Nam includit istam, & amplius. *Collector.*

¶ IDEM Sixtus concessit Generali, & Prouincialibus Ministris, & eorum Vicarijs auctoritatem dispensandi cum Fratribus dicti Ord. Mino. patientibus defectum natalium ex adulterio, sacrilegio, incestu, & quouis alio nefario, & illicito coitu prouenientem; Nec non cum ijs, qui ex quauis caussa (præterquam homicidij voluntarij, bigamiæ, & mutilationis membrorum) irregulares forent, postquam Ordinem ipsum professi fuerint, vt defectu, & irregularitate huiusmodi non obstantibus, Irregulares ipsi, ad quoscumque, C etiam Sacros Ordines promoueri, & in illis, etiam in altaris ministerio, ministrare; Et quod tam ipsi Irregulares, quam defectum natalium patientes prædicti, ad quascumque administrationes, & officia dicti Ordinis eligi, recipi, & assumi; illaque gerere, & exercere libere, & licitè valeant. B.fol.61. Et ffo. 144.conc.252. 12 *Generalis & Prouinciales. Promotio ad sacros ordines, et ad Prelaturas*

¶ IDEM Sixtus concessit Magistro generali, & Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus, ac eorum Vicarijs Ordinis Prædicatorum, auctoritatem, cum Fratribus, defectum natalium ex adulterio, sacrilegio, incestu, & quouis alio nefario, & illicito coitu prouenientem, patientibus; nec non cum his, qui ex quauis caussa, (præterquam homicidij voluntarij, bigamiæ, & mutilationis D membrorum,) irregulares forent; dispensandi cum dicti Ord. Prædicatorum professoribus, postquam ipsum ordinem professi fuerint; vt defectu, & Irregularitate huiusmodi non obstantibus, irregulares ipsi, ad quoscumque, etiam sacros Ordines promoueri, & in illis etiam in Altaris ministerio ministrare: Et quod tam ipsi, Irregulares, quam defectum natalium patientes prædicti, ad quascumque administrationes, & officia eligi, recipi, & assumi, illaque licitè gerere, libere, & licitè valeant. B.ffo.240.conc.575. 13 *Ex Priuil. F. Prędic. Ord. sacri.*

¶ Aduertendum est, quod, vt asserunt Patres Ord. Prædicatorum, Vicarij Conuentuum, siue Subpriores, numquam habuerunt in vsu, vti ista facultate, E sine speciali commissione, nisi mortuo, vel amoto Priore: Et ideo idem est, ac si non fuisset concessa, pro illis Vicarijs. *Collector.*

INNOCENTIVS 8. dispensauit cum toto Ordine Fratrum Min. quod postquam Fratres huiusmodi attigerint vigesimum tertium ętatis annum, dum tamen sufficientes sint, possint promoueri ad sacerdotium, & Missas celebrare, non obstante iure, ceterisque in contrarium facientibus. o.fol.65. Et ffo. 69.conc.147. Et ffo.99.conc.356. 14 *Sacerdotiũ.*

¶ Aduerte ad infra posita in fine sequentis Concess. *Collector.*

¶ IDEM Innocentius concesit postea, quod Generalis, & Prouinciales, possint 15

possint dispensare cum Fratribus suis, in vigesimosecundo anno completo, quoad sacerdotium.o,fol.65. Et ffo.69.conc.158.Et fffo.99.conc.356. A

Collector. ¶ Sciendum est circa istam Concessionem,& alteram immediate suprapositam,quod post mortem Innocentij 8. qui prædictas concessiones, seu dispensationes fecit, fuit ordinatum in Capitulo generali Florentiaci celebrato, id quod sequitur.

Statutum generale. ¶ Insuper cum ad ordinem sacerdotij non debeat quis ascendere faciliter, nisi cui suffragetur ætas, & morum grauitas, deinceps cum aliquo non dispensetur,vt sacerdos efficiatur, qui vigintiquinque ætatis suæ annos nondum attigerit,aut si casus necessitatis emerserit, propter Sacerdotum paucitatem, saltem qui dispensauerit,consilium quattuor Guardianorum simul requirat,qui supra dispensandi necessitatem debeant arbitrari; quorum conscientiæ sint onerataæ, vt quod erit necessarium (pensatis vndiq; pensaudis) ipsi consulant. Habetur hoc.fol.226.in tract.3.Et ffo.245. tract.2. B

16 *Votum.* ¶ IDEM Innocentius concessit,quod Confessores Ordinis Min.Obseruantiæ præsentati secundum formam quam ipse tradidit,vel approbauit, quæ habetur supra in dictione,Absolutio quoad sæculares.1.in §.12.fol.31.possint dispensare in omnibus votis in quibus possunt Episcopi, exceptis Votis peregrinationis vltra duas dietas,o.fol.65.Et ffo.69.conc.155. Et fffo.98. conc.353.

17 *Affinitas.* ¶ IDEM Innocent.fertur concessisse,q Confessores Ord. nostri Min. possint dispensare in affinitatibus, contractis post matrimonium consummatum, ratione coitus viri cum consanguinea vxoris,aut econtra. Et hoc quando sunt iuuenes dumtaxat.o. C

Collector. ¶ Hæc Concessio non habetur in libris Ordinis impressa, sed ego reperi illam,in quodam libro cuiusdam boni patris,& peritissimi Confessoris.

18 *Pro fratribus Prædicatoribus. Paupertas.* ¶ IDEM Innocentius Motu proprio, & ex certa scientia dispensauit cum Fratribus Ordinis Prædicatorum Obseruantibus Congregationis Hispaniæ super possessionibus, & redditibus habendis, iuxta formam Bullæ, Mare magnum nuncupatæ, auferendo maledictionem Sancti Dominici,& non obstantibus Constitutionibus dicti Ordinis prohibentibus ne Fratres eiusdem Ord. habeant possessiones.o.ffo.76.conc.195.

19 *Missas.* ¶ IDEM Innoc.dispensauit circa horam celebrandi Missas, prout habetur infra in dictione Missa.2.§.4.& 5.

20 *Votum. Pro Bizochis.* ALEXANDER Sextus concessit, quod Generalis Fratrum Min. possit dispensare cum Bizochis viuentibus in Congregatione quando fecerunt votum Religionis Sanctæ Claræ,quod remaneant ibi, si commode non possunt intrare Monasteria Sanctæ Claræ.o.fffo.99.concess.260. D

¶ Et Sixtus 4. concessit, quod possit dispensari cum dictis Bizochis, dummodo seruent tria vota substantialia, quando non inueniunt, qui velit eas acceptare.Et quod quando bono modo non possunt intrare Monasteria Sanctæ Claræ, non teneantur. o.fffo.99.concess.360.

21 *Generalis Minister. Irregularitas.* IVLIVS Secundus, concessit Generalibus Ordinis Minorum facultatem dispensandi super quacumque Irregularitate per Fratres Ordinis prædicti regularis Obseruantiæ quomodolibet (præterquam ex homicidio voluntario,aut præstatione auxilij,vel fauoris huiusmodi homicidio, aut ex bigamia) prouenientε,ita vt illa non obstante,ad omnes Ordines,etiam sacros, ac etiam presbyteratus promoueri possint.o. fffo.91.concess.293. E

22 *Sacerdotiũ.* ¶ IDEM Iulius dispensauit cum Fratribus Ordinis Minimorum,vt in vigesimo secundo suæ ætatis anno ad presbyteratus ordinem(alias tamen rite)se promoueri facere libere possint.B.ffo.8.concess.23.

LEO

A LEO X. dispensauit in multis circa diuinum officium propter scrupulosos, & infirmos, quæ ponuntur infra, in dictione Officium diuinum 1. in multis. §. 23 *Officium diuinum.*

¶ Vide aliqua ad huiusmodi materiam attinentia, supra in dictione Declarare, & determinare, & infra in dictione, Infirmi Fratres. *Collector.*

¶ *Ex Priuilegiis Monachorum Sancti Benedicti.*

B MARTINVS V. concessit Priori S. Benedicti Vallis Oleti, & virtute extensionis postea factæ, omnibus Prioribus Congregationis Hispaniæ, vt in foro conscientiæ, Monachos, ab omni, possint, excommunicationis sententia absoluere, etiam si talis sit, quam ipse sibi Summus Pontifex reseruare consueuit. Et cum eis super omni Irregularitate, etiam in illis casibus, in quibus Papa sibi vicem reseruat, in morte, videlicet, & in membrorum truncatione, & enormi sanguinis effusione, valeat dispensare, dum tamen, aliquid horum trium notorium non sit. Et hoc propter scandalum. O. 24 *Pro Fratribus. Excommunicatio. Absolutio. Irregularitas.*

¶ Ista Concessio, quoad Censuras, & casus qui in Bulla Cenę Domini continentur, de nihilo deseruit, propter rationem positam in dictione, Absolutio ordinaria quoad Fratres. post. §. 13. fol. 7. Testimonium vero authenticum huius Concessionis inquisiui, & inueni, ac vidi in Monasterio Sancti Benedicti Vallis Oleti, & inde fideliter extraxi. *Collector.*

C EVGENIVS 4. Monachis S. Benedicti obseruantiæ Italiæ, ne ab eorũ quiete distrahantur, & Romanam Curiam pro obtinendis licentijs, frequentare cogantur, in omnibus casibus, in quibus, de iure communi, Prælatis, & Monachis præfatis auctoritas, seu licentia, seu dispensatio Ordinarij esset necessaria, si ab eodem exempti non essent, Prælatis, Abbatibus, Prioribus, Rectoribus huiusmodi, qui pro tempore fuerint, vna cum eorum Conuentibus, de licentia tamen, & consensu Capituli generalis, aut Præsidentis cum maiori parte Visitatorum, auctoritate Apostolica, absque eo, quod ad Sedem Apostolicam habeant recursum, huiusmodi licentiam, auctoritatem, & dispensationem indulsit. B. 25 *Pro Fratribus. Cap. gen.*

D ¶ Idem Eugenius concessit Monachis præfati Ordinis, ad audiendas confessiones, per suos Superiores deputatis, dispensare super omnes casus, præter eos casus, de quibus, ipsis confessoribus, ad Ordinarios videbitur recurrendum, aut de quibus esset Sedes Apostolica merito consulenda. B. 26 *Pro saecularibus.*

¶ Idem Eugenius concessit, quod vnusquisq; Abbas, Prior, siue Superior quorumuis Monasteriorum Ord. S. Benedicti Obseruantiæ, possit libere, & licite Apostolica auctoritate dispensare cum omnibus, & singulis præsentibus, & futuris Donatis, Oblatis, ac Commissis dictorum Monasteriorum, in omnibus, & singulis votis peregrinationis, etiam vltra marino, & Apostolorum Petri, & Paulli, & Sãcti Iacobi, & quibusuis alijs votis, etiam si talia sint, propter quæ Sedes Apostolica merito sit consulenda; & ea in alia pietatis opera, commutare, Voto Religionis dumtaxat excepto, quamdiu in societate Monasteriorum huiusmodi Obseruantiæ fuerint. B. 27 *Pro Oblatis, & Donatis. Pro Donatis, & Oblatis Monasteriorum.*

E ¶ Idem Eugenius, concessit Prælatis Congregationis S. Benedicti, personas volentes eorum Congregationi sociari, quæ Religionem, locum, & Ordinem alium quemcumque, etiam arctiorem, vouissent, tali voto non obstante, ad probationem, professionemq; recipere; easq; auct. Apostolica, ab ipso voto absoluere, & cum ipsis dispensare; dummodo in tali Religione, seu Ordine, de qua vouissent, professionem non emiserint. Quod si tamen ante professionem emissã, 28 *Votum. Pro Nouitijs. Votum.*

ab ipsa recesserint Congregatione, huiusmodi Dispensatio, nullius sit roboris, vel momenti. B. A

¶ Idem Eugenius, concessit Monachis præfatis, ad audiendas confessiones deputatis ab ipsorum Prælatis, vt vota omnia permutare, ac in omnibus, & singulis casibus, etiam Ordinarijs, aut per Synodales, vel Prouinciales Constitutiones reseruatis, cum sibi confessis dispensare; præter eas Censuras, & pœnas, vota, & casus, de quibus esset merito Sedes Apostolica consulenda. B.

Pro sæcularibus. Vota.

¶ *Ex Priuilegijs Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani.*

CLEMENS concessit Magistro, & Fratribus Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani, vt de votis omnibus, & pœnitentijs iniunctis, seu prætermissis, aut etiam iniungendis pro peccatis omnibus, a peccatoribus confessis, aut volentibus pœnitentialiter confiteri, satisfactionem, de bonis, a Deo eis collatis, recipere valeant. Ita quod, illi, qui huiusmodi Fratribus, ex prædictis charitatiue aliqua largientur, sint a præfatis votis, & pœnitentijs huiusmodi, plenarie absoluti, (terræ Sanctæ, & Castitatis votis dumtaxat exceptis.) B. B

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD §. 8. Notanda sunt duo. primũ, quod illa Concessio Pij secundi, de qua ibi agitur, ponitur ibidem diminute a Collectore, nam debet addi, & de receptione frumenti pro induendis Fratribus, vbi non est alius modus habendi; & de procurandis in die Sabbati eleemosynis pro carnibus, vbi consuetum, & similibus; nec propter hoc dicuntur facere contra Regulam. hęc ibi, scilicet, fol. 62. & ffo. 100. C

Secundũ notandum, quod Collector ibidem dicit, quod hæc Concessio est se falsificans, nisi intelligatur aliquo illorum modorum, vt ponit ibidem. Mihi autem saluo meliori iudicio videtur, quod clarius, & melius potest, & debet intelligi sic, scilicet, quod ibi Papa concedit nostris Prælatis, etiam Guardianis, posse condescendere, & dispensare, seu compati infirmis, & debilibus, in his, quæ non sunt contraria Regulæ; &c. idest in his, quæ non sunt omnino contra substantiam obligatoriorum Regulæ, neque contra, nec extra totam latitudinem ipsorum præceptorum, seu obligatoriorum. Quod ideo dico, quia ex aliquali caussa, recipere frumentum per Syndicum nomine Papæ, aut per alium nomine dantis, non est omnino contra pręceptum, de non recipiendo pecuniam, quamuis forte aliquando sit contra aliquam circumstantiam, seu conditionem requisitam ad plenam & debitam obseruantiam illius præcepti; sic quod in hoc non sit omnino contra, seu extra totam latitudinem illius pręcepti, quamuis fiat aliqualiter. D

Cõtra Collectorem.

Similiter portare calceamenta, & equitare existente aliquali necessitate, seu caussa, quamuis non sic vrgente, pręcepti, sed contra aliquam conditionem, seu circunstantiam requisitam ad plenam, & debitam obseruantiam ipsius pręcepti requirentis manifestã, & vrgentem necessitatem, & infirmitatem, ad hoc quod quis possit licite calciari, & equitare: in his ergo, quę sic sunt contra Regulam: (quia tamen non omnino sunt contra ipsam substantiam principalem pręceptorum, seu obligatoriorum Regulæ, nec contra, seu extra totam latitudinem ipsorum, sed solum sunt contra aliquam circumstantiam, seu conditionem requisitam ad plenam obseruantiam ipsorum;) concedit Papa vbi supra, quod nostri Prælati, (quorum nomine etiam Guardiani comprehenduntur,) possint Dispensare, non quidem ad libitum hoc enim esset potius decipere; sed Dispensare, idest, ex caussa aliqua rationabili, quamuis non omnino sufficienti, condescendere, seu aliqualiter relaxare, non autem omnino tollere prædictam obligationem pręceptorum pręfatorum; & talis Dispensatio in prędictis ex tali caussa, quę alias esset insufficiens sine Dispensatione E

A tione ad licite faciendum prædictam relaxationem contra talia obligatoria regulæ, iam facit, caussam prædictam esse sufficientem ad hoc quod licite quis faciat prædictam relaxationem contra præfata obligatoria Regulæ: & sic faciendo, non potest dici facere simpliciter, aut illicite contra Regulam: & sic credo voluisse Papam concedere, vt ex verbis eius supradictis eiusdem Concessionis potest facile elici.

Et notandum, quod in hac Concessione præsupponitur, quod Papa potest ex caussa relaxare obligationem votorum, & iuramentorum, & similiter hoc alijs concedere; hoc enim est proprie Dispensare s. obligationem relaxare, vt communiter tractatur a Doctoribus, & nos supra in expositione Regulæ Fratrum Minorum cap 10. quæst. 4. ali-

B qualiter quantum attinet ad rem, egimus. Supponitur etiam, quod in nostra Regula, sicut & in præceptis iuris diuini & humani, Præcepta, & eorum transgressiones, sint in duplici differentia. Quia aliqua est transgressio substantiæ præceptorum, contra, seu extra totam latitudinem ipsorum, alia est transgressio circumstantiæ, aut conditionis, seu non extra totam latitudinem ipsorum, vt de his etiam nos latius egimus sup. in nostra expositione Regu. Fratrum Mino. cap. 10. q. 3. &c. ibi videatur: quibus suppositis intelligitur clare prædicta Concessio, vt declarata est.

Et notandum, quod præfata Concessio multum valet ijs temporibus, vbi refrigescente feruore charitatis, sumus infirmi corpore, & spiritu, ad serenandum conscientias Fratrum in multis impuritatibus, & relaxationibus, ex aliquali, licet non omnino sufficienti caussa, seu necessitate commissis, contra multas conditiones, & circumstantias requisitas

C ad debitam obseruantiam præceptorum regulæ, vt patet in articulo de pecunia: de paupertate: de vsu paupere seu moderato, de non equitando, non calciando, &c. eiusmodi. Dummodo, non ad libitum sine vlla caussa fiat prædicta Dispensatio, relaxatio, seu trāsgressio in prædictis. Sic enim non excusarentur Fratres, neque Prælati; quia non conceditur hoc posse ad libitum fieri, sed ex caussa aliqualiter rationabili, vt dictum est, & patet in prædicta Concessione; & dummodo ex hoc non accipiatur occasio ad alias Dispensationes, seu relaxationes irrationabiles, & inexcusabiles, quales sæpe videntur apud aliquos de quibus omnibus latius egimus, vbi sup. in expositione Regulæ. c. 10. q. 4.

Quoad §. 13. vid. ea, quæ habentur a Collectore in Compendio tit. Absolutio ord. quoad Fratres, post §. 7. & quod nos ibidem annotauimus, vt habetur supra. fol. 15.

D Quoad §. 16. vide, quod supra. titu. Absolutio, quoad Saculares. t. §. 12. notatum est, quia valde facit ad hoc. fol. 24.

Quoad §. 17. notandum, quod non est securum, vti tali Concessione, dispensando in affinitate, vt ibi habetur, quia non constat de veritate, sed de rumore illius Concessionis, nec habetur in libris Ordinis. Ideo in re tanti momenti, contra ius commune non est credendum rumoribus: & sic consuluit excellens Doctor Ortiz.

Quoad §. 24. notandum, quod idem Collector dixit supra in Compendio, titu. Absolutio ordinaria, quoad Fratres post. §. 40. quod, scilicet, hæc Concessio Martini V. facta Monachis Sancti Benedicti, iam facta est generalis pro toto Ordine ipsorum, & per consequens, potest nobis communicari pro toto nostro Ordine. De qua Concessione, notandum etiam, quod talem Dispensationem, de qua ibi agit Mart. V. potest facere etiam, &c. vt Dispensatio ab irregularitate cuiuscumq; homicidij.

E patet ex titu. Communicatio Priuil. §. 13. in Compendio. Item notandum, quod hæc Dispensatio ab irregularitate contracta ex homicidio, intelligitur de quocumque homicidio, tam casuali, quam etiam voluntario occulto, quod, scilicet, iudicialiter probari non potest, aut quod non est notorium, quia Papa non distinguit, nec nos distinguere debemus. Neque obstat, quod Sixt. 4. qui fuit post dictum Mart. V. concessit solum de casuali, cum exceptione expressa homicidij voluntarij, vt patet in Compend. titu. Dispensatio. §. 10. §. 12. §. 13. quia respondeo, quod hoc nihil præiudicat. Nam Sixt. 4. in dictis Priuileg. loquitur generaliter, quoad forum interiorem conscientiæ, & etiam quoad exteriorem, vel iudicialem, id concedendo cum illa exceptione. Hic autem in §. 24. Mart. V. solum concedit pro foro interiori. Ideo de quocumq; homicidio occulto cōcedit, etiam voluntario.

Item

Item quia Sixt. 4. in prædictis suis exceptionibus solum intendit, & intelligitur limitare illas suas Concessiones, a quibus expresse facit suas exceptiones & limitationes, & non alias a se, vel a suis prædecessoribus concessas, vt patet, quia alias sequeretur, quod Concessio Sixt. qua habetur. §. 10. in qua concedit, posse dispensari in irregularitate ex homicidio incerto, seu dubio, præiudicaret alteri eius Concessioni sequenti, qua habetur §. 12. & 13. quoad homicidium casuale, etiam si sit certum. Et similiter dic, quod intelliguntur omnes exceptiones, & limitationes, quas Pontifices faciunt in suis Concessionibus, quia, scilicet, solum limitant ipsas, ipsorum Pontificum Concessiones in quibus ponuntur tales limitationes, seu exceptiones, & sic respondit insignis Doctor Ortiz. A

CAPVCCINI ANNOTATIO. B

1. §. 12. — Prohibitio ne illegitime recipiã tur ad professionem.

CIRCA hanc Dispensandi facultatem cum illegitime natis, est aduertendum, quod, licet, Sixtus V. in Constitutione contra illegitimos, qua incipit, Cum de omnibus Ecclesiasticis, anno 1587. edita, prohibuerit, ne illegitimi ex incestu, aut ex sacrilegio procreati, ad habitum vel professionem recipi possint; & receptos post publicationem Constitutionis, eijci debere decreuerit: illegitimos vero ex quouis alio minus legitimo toro, recipi quidem ad habitum & professionem posse, cum quibusdam circumstantijs in ea expressis, ad gradus vero, honores, & dignitates incapaces fore voluerit: in alia vero huius declaratiua, qua incipit. Ad Romanum spectat. declarauerit sub prædicta Constitutione non comprehendi illegitime natos ex his parentibus, inter quos tempore, quo geniti sunt, matrimonium rite consistere poterat: tamen anno 1590. Greg. 14. in sua Constit. qua incipit Circumspecta Romani Pontificis. Constitutiones illas Sixti V. ad terminos iuris reduxit & moderatus est: ac omnes dispensationes, & habilitationes vigore Priuilegiorum, aut Indultorum Apostolicorum, cuiuis Ordini, Religioni, monasterio, aut Congregationi, eorumue Superioribus in genere vel in specie, vt præfertur, concessorum, quæ tempore Constitutionum huiusmodi vsu recepta, & non sub vllis alijs reuocationibus comprehensæ erunt, per quoscumque eorum Superiores factas, in pristinum statum & validitatem, in quibus ante ipsas Constitutiones existebãt, restituit & reintegrauit: Volens, ijsdem Constitutionib non obstantibus, eos qui quouis modo illegitimi procreati fuerint, ad habitum, & professionem regulares admitti posse, quemadmodum admitti poterant, si supradictæ Constitutiones editæ non fuissent. Ita tamen vt cum de recipiendis quomodocumque illegitime natis, ad habitum & professionum Ordinum quorumcumque agetur, ij ad quos huiusmodi receptio spectat, præter alia, de quibus, ex dictarum Constitutionum præcepto circa quoscumque, etiam legitimos, disquirere debent, diligenter eorum vitam, & mores inquirant, & ita demum recipiant, si tamen bonam indolem, & virtutis specimen præseferant; ac tot eis merita suffragentur, vt natalium suppleant defectum, eorumque receptio Religionis commodo & vtilitati profutura videatur: Et super hoc ipso, ij ad quos, vt dictum est, pertinet huiusmodi receptio, matura deliberatione habita, ita censuerint, & iudicauerint. Dummodo tamen filius illegitimus in Religione in qua Pater siue ante, siue post natiuitatem dicti filij, professus fuerit, ipso Patre viuente non admittatur, quod expresse prohibet. Voluit quoque, ac statuit licere Generali, aut Prouinciali singulorum Ordinum aut Congregationum, aut Hospitaliũ, ad quos dicta Dispensatio spectat iuxta tenorem Priuilegiorum & Indultorum Apostolicorum eis concessorum, quæ dummodo vsu recepta, nec alias sub vllis reuocationibus comprehensa sint, vt præfertur, in hac parte reualidat, cum illegitimis, quos alias dictus Generalis, aut Prouincialis, cum generali, Prouinciali, seu intermedio Capitulo, & non alias, suffragantibus meritis, dignos iudicauerint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas dispensare, ac dispensationes huiusmodi pro tempore ita factas, & inde secuta quacumque, vt antea, valere & tenere, perinde ac si supradictæ Constitutiones non emanassent.

Margin notes: Harum Cõstit. Sũmarium ponitur in fine libri. (C) — Reuocatio. Greg. 14. — Vide Cõp. Societ. Iesu in verb. Dispen §. 2. & §. 4. (D) — Nota pro corroboratione eius, quod infra dicetur. (E)

Et

A Et hic est aduertendum, quod secundum Iura, illegitime natus, sine Dispensatione, non potest eligi in Superiorem; etiam si efficiatur Religiosus; quia ingressus Religionis, quamuis sine Dispensatione, habilitet ingressum, quoad Ordines suscipiendos: non tamē habilitat quoad dignitates, & officia, vt probat bona glo. in c. fi. de filijs presbyter. Illegitimi per ingressum Religionis non habilitantur ad officia

Ideo Iulius Papa Secundus, in Mari Magno Minimorum, concessit facultatem omnibus Prelatis illius Ordinis, ac eorum Vicarijs, cum huiusmodi posse Dispensare. Vnde, si illegitime natus eligeretur Superior, non habita prius Dispensatione, electio esset nulla. c. Innotuit. & c. cum Vinctor de elect. Minim.

Et ideo Fratres Prędicatores, per Declarationem Capituli Generalis, habent, quod illegitime natus non potest esse Superior, vel Vicarius in aliquo Conuentu, etiam Priore B illius Conuentus mortuo, vel amoto; nisi cum eo fuerit dispensatum. Vbi est aduertendum, quod dispensatus circa Dignitatem inferiorem, puta, quod possit esse Guardianus non intelligitur dispensatus circa Maiorem, puta, quod possit esse Prouincialis, nisi in dispensatione facta fuerit de prefatis expressa mentio. vt probat Pan. in d. c. innotuit: & ratio est quia ad permissionem Minoris dignitatis, non venit permissio Maioris; sed bene est contra. Et ideo Fratres Prędicatores per declarationem Capituli Generalis, habent, quod si cum illegitime nato dispensatus fuerit, quod possit esse Prior, non poterit, propter hoc, Vicarius esse Prouincialis; nisi in dispensatione, de prefatis facta fuerit expressa mentio. Hocque comprobatur ex supradicta dispositione Greg. 14. ibi, circa dispensationem. Ius Prędicatorum. Dispēsatus in min. dig. non censetur disp. in maiori.

Formam autem dispensandi cum illegitime natu Fratribus professis, quando necesse C erit, poterunt Superiores Prelati eam videre in Summis. Forma dispensandi.

Circa supradictam dispensationem in §. 14. & 15. ab Innocentio factam, quoad ordinandorum ętatem, est sciendum, quod iam est correcta per Concil. Trid. Sess. 23. c. 12. Vbi nullos in posterum, ad Subdiaconatus Ordinem, ante 22. ad Diaconatus, ante 23. ad Presbyteratus ante 25. ętatis suę annum promoueri posse iubet. Sed quomodo, & quando possit absolui a pœna, ob indebitam ordinationem, a Sixto V. taxata in Bulla, contra Clericos male promotos; est aduertendum, quod nullo pacto poterit absolui, nisi per Iubilaeum plenissimum. Dispensare in interstitijs a Conc. Trid. requisitis, in susceptione Ordinum; a quo, & quando possit, vide infra, in verbo Ordines Sacri. Quoad Votorum dispensationem, vide infra in additione mea, in Verbo, Votum. Aetas ordinandorum. Dispensare in interstitijs.

D

¶ Ex Priuilegijs Congreg. S. Bernardi.

Possunt per communicationem Prelati Ordinum Mendicantium, super quacumque irregularitate, & suspensione, ex delicto occulto contractis, (homicidio voluntario, & casibus haeresis exceptis) ex forma Conc. Trid. Sess. 24. titulo de reformatione. cap. 6. Episcopis concessis, cum Fratribus, & personis, sibi subditis dispensare, Ita concessit Greg. 13. anno Domini 1574. Generalibus, & Abbatibus Congreg. S. Bernardi, Hispania, vt refertur in eius Compend. Priuileg. Verbo Absolutio quoad Fratres. §. 11.

Eamdem concessionem fecit Pius V. Pradicatoribus, etiam cum extensione, ad omnes alios casus, eisdem Episcopis reseruatos, vt refertur in Compendio Priuil. Minimo- E rum fol. 127. & in Compend. Priuil. Patrum Sancti Hieronymi Hispan. fol. 83. §. 1. & 2. & in Compend. Priuileg. Societ. Iesu Verbo Pralati. §. 3. & habetur sup. fol. 45. in principio Resolutionum materia Absolutio. Prędicatoribus.

Iulius 2. anno Domini 1503. pro Congregatione Sancti Benedicti Hispania declarauit, quod virtute cuiusdam facultatis Martini V. concessa Monasterio Beata Maria de Monserrato. in qua illi concesserat facultatem absoluendi, & dispensandi cum secularibus in casibus. & votis, Episcopis reseruatis; possit etiam inter coniugatos, quorum alter eorum, cum alterius consanguinea adulterium perpetrauit, dispensare in foro conscientię, ad petendum debitum. Refertur in eius Compend. Priuil. fol. 46. Congreg. S. Bened. Hispaniæ de Monser.

Idipsum ad eumdem effectum possunt facere Confessores, in foro conscientia, cum his, Minorib.

qui

qui post votum simplex castitatis, matrimonium contraxerint, prout ita eis concessit idem Pius V. eodem anno, vt in eodem Compend. Societ. Iesu. §. 4. A

Praedicatoribus. *Potest Prior Generalis cum personis Ordinis, in foro conscientia dispensare, quoad irregularitatem, etiam in casibus reseruatis Sanctiss. D. N. Papa, scilicet, in homicidio, in membrorum obtruncatione, & in enormi sanguinis effusione; contractam, dummodo factum horum trium, notorium non sit. Ita concessit Iulius 2. Ordini Praedicat. vt habetur in lib. Priuileg. eorumdem. fol. 173. & refertur in Compend. Societ. Iesu. Verbo Dispensatio. §. 5. Et in Compend. Priuil. S. Hierony. Hispan. Vbi sup. §. 24*

In §. 24. *Aduertendum, circa id quod notat Corduba in §. 24. de Dispensatione Irregular. homicidij voluntarij, quod nunc obstat Concil. Trident. in sess. 14. cap. 7. de reformat. etiam de homicidio voluntario occulto. ait enim quod iste talis homicida, nullo tempore ad sacros ordines promoueri possit: sed de homicidio casuali, non obstat, vt ex eodem cap. 7. colligitur.* B

ECCLESIÆ FRATRUM.

¶ Distinctio materia Ecclesiarum Fratrum.

Collector. VOAD Ecclesias Fratrum Mendicantium, multa, & varia reperiuntur in Priuilegijs eorumdem Fratrum concessa, & statuta. Et primo, ea quae pertinent ad aedificationem huiusmodi Ecclesiarum ponuntur in dictione. Aedificare. Ac etiam nonnulla ad idem pertinentia, habentur in dictione. Altare. C

¶ Secundo, illa, quae attinent ad Benedictionem, seu consecrationem praedictarum Ecclesiarum, posita sunt supra, in dictionibus, Benedicere, & Consecrare.

¶ Tertio, alia quae concernunt exemptionem, & immunitatem earumdem Ecclesiarum, reperientur in dictione, Exemptio. §. 10. & 21. & hic infra. §. 5. & 9. & 17. ac 18.

¶ Quarto, sunt aliqua, quae Fratres praedicti tenentur seruare in suis Ecclesijs, respectu Praelatorum Ecclesiae, prout habetur infra. §. 10. & 11. D

¶ Quincto, sunt nonnulla concernentia libertatem veniendi ad Ecclesias Fratrum, prout habetur infra. §. 4. & 12. & 13.

¶ Vltimo inueniuntur multae Indulgentiae concessae visitantibus praefatas Ecclesias. Sed haec ad longum continentur in dictione, Indulgentiae quoad saeculares 1. & 2. ac 3.

1 INNOCENTIUS 4. decreuit, vt omnes Ecclesiae Fratrum Min. vbi Co̅uentus existunt, Conuentuales vocentur. Et concessit licentiam, vt in ipsis Ecclesijs ad opus Fratrum, & Conuersorum, seu Oblatorum suorum, libere habere Coemeteria possint, & valeant. b. fo. 21. Et ffo. 23. conc. 9.

Collector. ¶ Notandum, quod huiusmodi Concessio fuit pro principio Ordinis. Nam postea, pro omnibus Christifidelibus, habuimus liberam sepulturam, vt patet infra, in dictione, Sepultura. E

2 Pro Fratribus Augustiniensibus, Episcopi. ¶ IDEM Innocentius concessit Fratribus, Ordinis S. Augustini, vt pro Consecrationibus Altarium, seu Ecclesiaru̅, ac pro Oleo Sancto, & quolibet Ecclesiastico Sacramento, nullus ab eis, sub obtentu co̅suetudinis, vel alio modo, quidqua̅ audeat extorquere; sed hec omnia, gratis eis Episcopi Dioecesani impendant; alioquin liceat eis, quoscumque maluerint Catholicos adire Antistites, gratiam, & communionem Apostolicae Sedis habentes, qui Apostolica auctoritate

A auctoritate faciant prædicta. Et voluit, quod si Sedes Diœcesanorum Episcoporum forte vacauerint, interim omnia Ecclesiastica Sacramenta, a vicinis Episcopis accipere libere, & absque contradictione possint. Sic tamen, vt ex hoc in posterum proprijs Episcopis nullum præiudicium generetur. B. ffo.147. conce.605. Vide circa hoc infra.§.9. *Sacramēta* 3

CLEMENS iiij. inhibuit: vt nullus Ecclesias, aut loca Fratrum Min. ausu temerario præsumat infringere: aut in illis damnabilem violentiam exercere. Et voluit quod illi qui secus facere præsumpserint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant; a qua non possint absolui, nisi per Sedem Apostolicam, vel per Conseruatores ab ea eidem Ordini deputatos. B. ffo.105. conce.226. ¶ Circa hoc vide infra.§. 18. *Excommunicatio.*

B ¶ IDEM Clemens informatus, quod Prælati Ecclesiarum, ac Rectores, & Clerici subditos suos sub excommunicationis, & interdicti pœnis, pro libito, sine caussa rationabili prohibebant, ne ad domos Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, pro diuinis officijs audiendis, accederent, & ne illis eleemosynas largirentur; & subditos præfatos, ad seruandum prohibitionem huiusmodi, per subtractionem sacramentorum Ecclesiasticorum compellebant; inhibuit districte, ne talia, vel his similia, in ipsorum Fratrum præiudicium de cetero facere attentarent: præcepitque, quatenus huiusmodi inhibitionem inuiolabiliter obseruarent, a prædictorum Fratrum indebitis grauaminibus, ac iniurijs in posterum desistentes. B. ffo.77. conce.232. 4 *Inhibitio.*

C SIXTUS iiij. concessit Fratribus Min. vt in Ecclesijs curatis, seu parochialibus, quas eos habere contigerit, possint per Capellanum, per eos pro eorum nutu ponendum, & amouendum, curam huiusmodi exercere: Qui, quādiu Capellanatus huiusmodi fungetur officio, ac si dicti Ordinis Min. professor existeret, dictorum Fratrum libertate, & exemptione fruatur. Ecclesiæ vero prædictæ, & illarum bona, illa, qua domus Fratrum prædicti Ordinis, prærogatiua lætentur. B. fo.50. Et ffo.144. conce.351. 5 *Pro Ecclesijs parochialibus Fratrum Exemptio.*

¶ Ista Concessio, cum repugnet obseruantiæ, est solum pro Conuentualibus. Et circa præfatam Concessionem vide infra.§.8. *Collector.*

D IVLIVS ij. concessit Fratribus Ordinis Minimorum, quod omnes, & singulas Ecclesias, & Oratoria quæcumque eiusdem Ordinis, tam recepta, quam recipienda, nondum consecrata, seu consecranda, facta prius requisitione Episcopis locorum, eisque recusantibus, vel negligentibus, per quemlibet alium Catholicum Episcopum possint consecrari facere. B. ffo. 8. concessione 28. 6 *Pro Fratribus Minimis. Consecrare*

¶ IDEM Iulius fecit Prælatis huiusmodi Minimorum quamdam Concessionem circa reconciliationem suarum Ecclesiarum: vt habetur supra Benedicere.§.13. 7 *Recōciliatio Ecclesiæ.*

LEO x. in Concilio Lateranensi statuit, & ordinauit, quod Episcopi, & eorum superiores, & alij Prælati Ecclesiarum, possint visitare Ecclesias parochiales, ad Fratres ratione locorum legitime spectantes, quoad ea, quæ parochianorum curam, & sacramentorum conseruationem, & administrationem pertinent: sine tamen Visitatorum insolito grauamine, vel impensa. Et similiter statuit, quod prædictarum Ecclesiarum curam gerentes, & circa illam delinquentes, si Religiosi fuerint, iuxta ipsius Ordinis Regularia instituta, intra septa Regularis loci; sæculares vero Presbyteros, & Fratres huiusmodi beneficia obtinentes; libere tamquam suæ iurisdictioni subiectos; punire possint præfati Prælati Ecclesiarum. B. ffo.25. conce.69. 8 *Visitatio.*

¶ IDEM Leo in præfato Concilio statuit: quod Fratres ab alieno Episcopo consecrationem Ecclesiæ, vel altaris, aut cœmeterij benedictionem 9 *Episcopi. Benedicere.*

O petere

petere nequeant: nec in Ecclesijs, per eos pro tempore ædificandis, primum lapidem per alienum Episcopum poni facere: nisi vbi Ordinarius bis, aut ter cum debitis reuerentia, & instantia requisitus, sine legitima caussa id recusauerit. B. fffo.26. conce 79. A

10 *Prohibitio.* ¶ IDEM Leo statuit: quod, vt debitus honor matrici Ecclesiæ reddatur, tam Fratres, quam alij Clerici sæculares, die Sabbati maioris hebdomadæ, antequam campana cathedralis, vel matricis Ecclesiæ pulsauerit, campanas in Ecclesijs suis pulsare minime possint. Contra autem facientes, pœnam centum ducatorum incurrant. B. fffo.26. conce.80.

11 *Censuræ.* ¶ IDEM Leo statuit: vt censuras, per Ordinarios latas, & promulgatas, ac in matrice Ecclesia ciuitatum, necnon in collegiatis, & parochialibus Ecclesijs castrorum, & oppidorum respectiue sollemniter publicatas, teneantur Fratres (quando super hoc ab eisdem Ordinarijs fuerint requisiti) in Ecclesijs domorum suarum publicare, ac seruare. B. fffo.26. concessione. 81. B

12 ¶ IDEM Leo declarauit, & statuit, quod omnes Christi fideles vtriusque sexus, qui, non contempto proprio Sacerdote parochiali, in Ecclesiis Fratrum Ordinum Mendicantium, Dominicis & festiuis diebus Missas audiunt, satisfaciunt præcepto Ecclesiæ de Missa audienda; nec in aliquam labem peccati mortalis, aut pœnam propterea incurrunt: in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. B, fffo.27. concessione.90.

13 ¶ IDEM Leo postea præfatas litteras confirmauit, & ampliauit, ac super illas executores dedit. B.fffo.47. conce.142. C

14 ¶ IDEM Leo circa benedictionem, & reconciliationem Ecclesiarum fecit aliam Concessionem, quæ posita est in dictione Benedicere.§.12.

15 ¶ IDEM Leo concessit, quod adueniente casu necessitatis, Ecclesiæ tam Fratrum Min. quam Monialium S. Claræ obser. possint transferri, & mutari de vno loco ad alium; & locus prioris Ecclesiæ, reduci ad vsus humanos, secundum commoditatem dictorum locorum, & Monasteriorum: dummodo materia ædificiorum ponatur in Ecclesia alia.o.fffo.92. conce.177.

16 ¶ IDEM Leo concessit postea, quod Ministri Prouinciales Ordinis Min. loca eis minus commoda, ab ipsis non omnino derelicta, post constitutionem Bonifacij Papæ viij. constructa, possint pro sua deuotione tenere, sine Fratribus in illis inhabitantibus: Ita tamen, quod aliquando ea visitent, cum tempus opportunum fuerit, & in eorum Ecclesijs aliquando celebrent. O. fffo.61. concess.189. D

17 *Sepultura.* ¶ IDEM Leo concessit, quod Prælati Ordinis Mino. Obseruantiæ possint in suis Ecclesijs, & Capellis exhumare corpora defunctorum, & ad alias sepulturas in eisdem Ecclesijs suis transferre, de consensu tamen illorum, quorum interest. O. fffo.58.conce.162.
Exhumare

18 *Absolutio.* ¶ IDEM Leo concessit, quod infringentes, vel aliquam violentiam in Ecclesijs, vel locis Fratrum Min. facientes, possint absolui, prout positum est supra in dictione Absolutio quoad sæculares.§.15.fol.40.

E

¶ *Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.*

19 *Reconciliatio Ecclesiarum violatarum.* BENEDICTVS xiij. concessit Monachis Ordinis Sancti Benedicti, quod, si contigerit Ecclesias suorum Monasteriorum aliquo casu violari, Priores cum aqua Gregoriana, eas valeant reconciliare. o.

¶ Aqua Gregoriana, de qua in suprascripta Concessione fit mentio, est aqua benedicta per aliquem Episcopum Catholicum: & dicitur Gregoriana,

quia a

A quia a Gregorio Papa fuit ordinata. Sic autem debere intelligi, accepi ego a quodam peritissimo Patre præfati Ordinis Sancti Benedicti, & apud ipsos intellexi sic practicari. Collector.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

QVOAD §. 6. vide in Compendio tit. Bona. §. 10. aliam Concessionem eiusdem Iulij ij. factam eisdem Augustinien. ad idem, & habetur. §§§. 76. Similiter aliam Leonis x. & ad idem. §§§. 121.

B CAPVCCINI ANNOTATIO.

VOAD dispositionem, de Oleo Sancto, quæ in hoc. §. 2. habetur, vide infra, in Verbo, Vnctio Extrema, in Annotatione nostra. In §. 2.

Quoad dispositionem Clem. iiij. in §. 3. positam, quæ etiam ponitur infra in Verbo Monasteria. §. 7. est sciendum, quod inter alias Constit. cotra Bannitos, a varijs Summis Pontif. factas, Sixt. V. fecit vnam pro Regno hoc Neap. anno Domini 1585. qua incipit. Alias felicis recordationis, &c. In qua, inter cetera, concedebatur Officialibus Regijs, vt caussa conquisitionis, vel insectationis Bannitorum, Ecclesias, Monasteria, cellas, seu loca Religiosarum, Ecclesiasticarumq; personarum ingredi, ipsosque Bannitos, & delinquentes aliquo C modo ibi occultatos, siue receptos, inde extrahere, & si opus esset, ipsas etiã personas Ecclesiasticas, & Religiosas capere, et carcerib. Ecclesiasticis dũtaxat mãcipare, poss nt, &c. In §. 3.

Verum quia ista, & alia similia in ea contenta, non modicum, Ecclesiasticam tangebant immunitatem, (vt in tit. de Immunit. Eccles.) multaq; inde videbantur in dies oriri scandala, ac non pauca ipsorum Religiosorum infestationes, & perturbationes euenire: Proinde Greg. 14. anno 1591. In Const. sua, Cum alias nonnulli &c. pro Immunit. Eccles. seruanda, malisque supradictis obuiando, supradictam Sixti V. Const. moderando, statuit dicens. Vt in sequẽti Gregor. Consti. narratur.

D CVM alias nonnulli prædecessores nostri, & præsertim felicis recordat. Sixtus Papa V. necnon Pius etiam V. &c. & Infra. *Dispositio Bullæ Gregor. 14. de Immunit. Eccles.*

Hac itaq; nostra perpetuo valitura Constitutione, omnia, & quæcumq; Priuilegia, Indulta, & Gratias, tam per prædictum Sixtum, ac Pium Quinctum, quam alios quoscumq; nostros Prædecessores, aut nosmetipsos, Sedemq; Apostolicam, eiusue Legatos, super abducendis, vel extrahendis ab Ecclesijs, Monasterijs, Sacellis, domibus Regularibus, & sæcularibus, locisue Sacris, aut Religiosis, aliasque in casibus a iure permissis, hominibus, certorum tunc expressorum, vel non expressorum criminum reis, aut fraudulentis decoctoribus, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publica, & ex caussis vrgentissimis, ac necessarijs, & æquipollentibus casibus in iure E expressis, atque ex paritate, identitate, aut maioritate rationis extensis, perpetuo, vel ad certum nondum elapsum tempus, seu ad vitam alicuius Principis, aut beneplacitum, seu alias quomodolibet concessa, etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus, approbata, & innouata, ac vsu recepta, litterasque Apostolicas sub plumbo, aut in forma Breuis, seu alias quomodocumque desuper confectas, quarum tenores hic haberi volumus pro expressis, ac ad verbum insertis, sublata penitus omni differentia; Ita ad vnam tantum formam reducimus, & moderamur, vt laicis ad Ecclesias, locaq; sacra, & Religiosa prædicta confugientibus, si fuerint publici latrones, viarumq; grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidijs aggrediun-

tur, aut depopulatores agrorum, quiue homicidia, & mutilationes membro- A
rum in ipsis Ecclesijs, earumue Cœmeterijs committere non verentur, aut qui
proditorie proximum suum occiderint, aut Assassini, vel hæresis, aut læsæ Maie-
statis in personam ipsiusmet Principis rei, immunitas Ecclesiastica non suffra-
getur: Sed vniuersis, & singulis Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis,
Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, ceterisq; Ecclesiarum, & Monasterio-
rum Prælatis, tam sæcularibus, quā cuiusuis Ordinis Regularibus, districte
præcipiendo mandamus, & præcipimus, vt laicos in casibus prædictis delin-
quentes, ad eorum Ecclesias, Monasteria, domos, & alia loca supradicta sacra,
seu Religiosa respectiue confugientes, & in eis se recipiētes atq; morantes, qui
prædicta delicta, eorumue aliquod, iudicio suo commisisse videbuntur, quan-
do a Curia sæculari fuerint requisiti, & quilibet eorum fuerit requisitus, Mi- B
nistris, & Officialibus Curiæ sæcularis, absque Irregularitatis nota, aut alicu-
ius censuræ Ecclesiasticæ in cursu tradi, & consignari curent, & faciant, & qui-
libet eorum curet, & faciat. Ne autem Curiæ sæcularis Ministri, prædicta fa-
cultate illos per se, & propria auctoritate extrahendi, & abducendi sibi olim,
vt præfertur, attributa & per præsentes reuocata, abutantur, Volumus, dicta-
que auctoritate decernimus, & declaramus, vt Curia sæcularis, eiusq; Iudices
& Officiales, ab Ecclesijs, Monasterijs, locisque sacris prædictis, laicum aliquē
vt præfertur, delinquentem, in nullo ex casibus supradictis, sine expressa licen
tia Episcopi, vel eius officialis, & cum interuentu personæ Ecclesiasticæ ab eo
auctoritatem habentis, ad quos solos, & non alios Episcopis inferiores, etiamsi C
alias Ordinarij sint, aut nullius diœcesis, aut Conseruatores, ab hac sede spe-
cialiter, vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi facultas perti-
neat; occurrente autem casu in loco exempto, & nullius diœcesis, tunc ad Epi-
scopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio, & nō ad alios, capere, extrahere,
aut incarcerare non possint, nisi eo casu, quo ipse Episcopus, & dictæ personæ
Ecclesiasticæ requisitæ, illos in delictis superius expressis culpabiles, tradere,
aut capturæ, & carcerationi interuenire, & assistere recusauerint; tuncq; reue-
rentiæ Ecclesiæ, & locis sacris debitæ memores, prædictos delinquentes mino-
ri, quo id fieri poterit cum scandalo, & tumultu extrahere curent. Quodq; de-
linquentes laici prædicti, postquam, vt præfertur, ab Ecclesijs, locisue sacris D
extracti, & capti fuerint, ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ reponi, & inibi sub
tuto, & firmo carcere, ac opportuna custodia data illis, si opus fuerit per Curiā
sæcularem, detineri debeant, nec inde extrahi, Curiæq; sæculari prædictæ con
signari, nec tradi possint, nisi cognito prius per Episcopum, seu ab eo deputatū,
an ipsi verè crimina superius expressa commiserint, tuncq; demum, de mādato
Episcopi per Iudicem Ecclesiasticum Curiæ sæculari, quacumq; appellatione
postposita, consignentur. De crimine vero hæresis cognitio ad forū Ecclesiasti-
cum tota pertineat, neq; in ea, Curia sæcularis, se quoquomodo intromittat. Si
cuti & prohibemus, ne cōtra Ecclesiasticas personas sæculares, aut cuiusuis or-
dinis, vel militiæ et S. Ioannis Hierosolymitani, Regulares quoquomodo, etiā
vigore Prædictorū Priuilegiorū, Indultorum, aut Concessionū (quę oīa ad ter- E
minos iuris per præsentes reducimus) procedat, aut se intromittant; illasue ab
Ecclesijs, Monasterijs, Domibus, locisq; sacris, aut Religiosis, etiā in casibus in
hac Constitutione expressis, extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cogno-
scere de criminibus ad forū Ecclesiasticū pertinentibus, alias, q̄ de iure, & per
Priuilegia eisdē Ordinibus, aut militijs cōcessa, ꝑmittitur, quomodolibet pre-
sumant. Quod si quis, quacumq; dignitate ꝑditus, præmissorū quidquā attēta
re contra hanc Constitutionē præsumpserit, ipso facto Censuras, quæ cōtra li-
bertatis Ecclesiæ violatores sunt ꝓmulgatæ, incurrat. Non obstātibus ꝑmissis,

etiam

A etiam Sixti, & Pij V. quam aliorum quorumcumque prædecessorum nostrorum, litteris Apostolicis, priuilegijs, indultis, &c. Dat. Romæ, in Monte Quirinali, Anno incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo nonagesimo primo, Nono Kal. Iunij, Pont. Nostri, Anno primo.

EX supradictis ergo Religiosi sint cauti, vt ne amplius sinant malefactores in suis locis, vel Ecclesijs a Ministris Iustitię secundum dispositionem Bullæ Sixti V. capi, quia sic expresse facerent contra supradictam Greg. dispositionem, & se pœnis Irregularitatis, & alijs Censuris exponerent.

Et vt ne etiam permittant malefactorem in suis Ecclesijs, & locis, capi a Ministris Iustitiæ, nisi particularem afferant Episcopi, siue eius Officialis licentiam, contra particu-
B *larem illum malefactorem, cum interuentu persona Ecclesiastica, vt in Bulla habetur.*

Et aduertant etiam, quod non sunt obligati illum malefactorem custodire, & illi cibū possunt ministrare, cum iam excōmunicatio a Six. V. super hoc lata, per hanc Greg. Const. sit sublata; sed in omnibus alijs, ad supradicta Bulla verba bene aduertant, si errare, & puniri pœnis in ea taxatis nolint. Et hac sufficiant.

Quoad id quod dicitur in hoc. §. 7. de Reconciliatione Ecclesiarum facienda, Vide quę dixi supra in Verbo Benedicere, in fine. Et quoad Benedictionem Ecclesiasticarum rerum, & præcipue Corporalium, vltra ea quę dixi supra in supradicto Verbo Benedicere, fol. 96. littera E. est etiam aduertendum, quod Generali Canonicorum Sancti Saluatoris, fuit absolute, absq; aliqua limitatione concessum a Iulio. 2. vt inter alia, possit
C *Benedicere Corporalia, quamuis non pertineant ad vsum sui Ordinis. Vt patet in Compend. Priuileg. Societatis Iesu, Verbo Benedicere. §. 2.* In §. 7. Benedictio Corporalium.

Circa Visitationem Ecclesiarum nostrarum est sciendum, quod Episcopi illas tantum possunt Visitare Regularium Ecclesias, qua curam habent animarum, vel quibus fuerit Beneficium aliquod vnitum, eo modo, quo Leo x. statuit, vt in hoc. §. 8. habetur. Prout sic sæpe sæpius, in multis casibus declaratum est ab Illustriss. Dom. Cardin. Sacr. Congreg. supra Concilij Triden. Interpretatione deputatis; Et præcipue fuit nobis Capuccinis, annis proxime elapsis pluries declaratum: vt ex eiusdem Congreg. litteris clarissime apparet, in nostris Archiuijs, & alibi reseruatis. In §. 8.

Declarauerunt que ipsi Illustriss. Card. vt. Cap. 7. & 8. Sess. 7. de reformat. Conc. Trid. ita intelligatur: & etiam Cap. 11. Sess. vltim. de Regularibus. Licet sint capita Ordinis, &c. quod, scilicet, possint illas Ecclesias personasque de familia, & huiusmodi curam exercentes, quoad curam ipsam, & sacramentorum administrationem, Episcopi
D *visitare, modo supradicto: Non tamen ipsa Monasteria quoad correctionem Fratrum, iuxta dispositionem cap. 20. & 21. ipsiusmet. Conc. tit. de Regul.*

Et vbi Equites Hierosolymitani habent iurisdictionem temporalem, & spiritualem, ibi Ordinarios se non interponere posse ad visitandum, ipsamet Congrega. Cardin. declarauit; Iuxta Bullam Pij Quinti. Exposcit Pastoralis Officij, die 22. Septembris 1572. editam. Pro equitibus Hierosolym.

ÆDIFICARE.

¶ *Distinctio materię infrascripta.*

E
IRCA ædificationem Ecclesiarum, & Conuentuum Fratrum Minor. & aliorum Mendicantium, reperiuntur multa, & varia in Priuilegijs prædictorum Fratrum, quæ inferius tali Ordine ponuntur. *Collector.*

¶ Primum namque locum habent ea quæ spectant ad Fratres Min. in particulari.

¶ Reliqua vero loca possident successiue illa, quæ ad alios Fratres Mendicantes pertinent, prout infra videbitur. A

¶ *Pro Fratribus Ordinis Minorum.*

1 CLEMENS iiij. prohibuit Fratribus Ordinis Prædicatorum, & pœnitentiæ Iesu Christi, & Carmelitarum, ac Sancti Augustini, & Monia-
Prohibitio. libus Sanctæ Claræ, aliorumq; Ordinum in paupertate fundatorum, ac omnibus mulieribus prædictorum Ordinum, aut aliorum quorumcumque, ne aliquod Monasterium, Ecclesiam, aut Oratorium ædificare, seu construere præsumant, infra spatium trecentarum cannarum, ab Ecclesijs Fratrum Min. mésurandarum per aerem etiam, vbi alias recte mensurari loci dispositio non permittit. Nulli quoque sæculari, vel Religioso cuiuscumque professionis, voluit licere, Ecclesiam, vel Monasterium, seu Oratorium iam ædificatum in aliquem transferre de Ordinibus memoratis infra spatium prædictarum trecentarum cannarum. Et quamlibet istarum cannarum voluit octo palmorum longitudinem continere, non obstante varia locorum consuetudine, siue Priuilegijs, & litteris quibuscumque a Sede Apostolica sub quacumque verborum forma concessis, seu etiam concedendis, quæ de præsentibus specialem, & expressam non fecerint mentionem. Præterea statuit, vt quidquid contra huiusmodi Ordinationis, & inhibitionis tenorem, ex nunc in antea ædificatum fuerit, diruatur. b. fol. 31. Et ffo. 30. conce. 28. Circa hoc vide infra. §. 9. B C

¶ IDEM Clemens concessit, quod liceat Fratribus Ordinis Minorum, cum de prioribus locis suis ad alia loca se transferunt, tam omnem ædificiorum materiam locorum quæ dimittunt (dedicatis Ecclesijs dūtaxat exceptis) quam libros, calices, & paramenta, secum ad alia loca transferre, & ædificia ipsa cum solo, & alijs ad eadem loca pertinentia (præter Ecclesias) per perso-
Vendere. nas a Sede Apostolica deputatas, idest per syndicos, vendere, ipsorumque pretium in aliorum locorum, ad quæ dicti Fratres, se transferunt ædificationem, seu alias in eorum vtilitatem conuertere, secundum quod eis melius videbitur expedire. B. fo. 58. Et ffo. 142. conce. 340.

3 BONIFACIVS viij. prohibuit, ne aliquis, vel aliqui Ordinum præ- D
Ex iure cõmuni. dictorum, vel Minorum aliorumue Mendicantium, quibuscumque super hoc Priuilegijs muniti existant, quæ ipsis contra tenorem huiusmodi constitutionis nullatenus voluit suffragari, in aliqua ciuitate, Castro, Villa, seu loco quocumq;, ad habitandum domos, vel loca quæcumq; de nouo recipere, vel recepta mutare, vel ea venditionis, permutationis, donationis, aut cuiusuis alienationis titulo quomodocumque in alios transferre præsumant, absque Sedis Apostolicæ licentia speciali, plenam & expressam faciente de prohibitione huiusmodi mentionem. Et si secus egerint, irritum esse decreuit. Habetur in. c. Cum ex eo. de excessibus prælatorum. lib. 6.

4 CLEMENS v. in declaratione Regulæ Fratrum Min. declarauit, non E
Paupertas conuenire prædictis Fratribus vllo modo quod fieri faciant, vel fieri sustineant Ecclesias, vel alia quæcumque ædificia, quæ considerato Fratrum inhabitantium numero, excessiua in magnitudine, & multitudine debeant reputari. Ideoque voluit, quod vbique in toto Ordine Fratres temperatis, & humilibus ædificijs sint contenti, ne tantæ paupertati promissæ, quod patet oculis, contrarium foris clamet. b. fo. 15. tractatu tertio. Et. b. ffo. 16. tractatu. 2.

5 PAVLVS ij. inhibuit Fratribus Min. Conuentualibus, sub excommu-
Cõtra Fratres Con- nicationis pœna, ipso facto incurrenda, & a qua nequeant absolui nisi per Romanum Pontificem (præterquam in mortis articulo) ne proprio motu, vel indu-

A ¶ *Pro Fratribus Ordinis Minimorum.*

IVLIVS ij. concessit Fratribus Ordinis Minimorum, vt domos, seu Ecclesias, loca, & Oratoria quæcumque, pro eorum perpetuis vsu, & habitatione, possint construere, & ædificare, seu construi, & ædificari facere, absque alia desuper facienda noua Concessione Apostolica. Et quod Ordinis prædicti Conseruatores, quoties opus fuerit, eidem Ordini Minimorum, ac illius personis, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistant: Ac, ne Prælati Ecclesiastici quicumque, cuiuscumque nobilitatis existant, in aliquo damnificare, molestare, perturbare, nec inquietare vllatenus audeant, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna inhibere possint. B. ffo. concess.27. 20 *Conseruatores.* *Excommunicatio.*

¶ Aduerte, quod in huiusmodi Concessione conceditur, quod prædicti Fratres possint ædificare loca, seu Conuentus vbique, seu ædificata recipere, absq; aliqua licentia, etiam Ordinario, aut alio Prælato Ecclesiastico contradicente. Hoc autem est quid magnum, & nusquam alias concessum, saltem, quod reperiatur in libris Priuilegiorum Ordinum. Et supradictum fuit practicatum de facto, & obtentum ab ipsis Minimis, contra Archiepiscopum Hispalen. scilicet, sicut patet in dicto Priuilegio. *Collector.* *Sed nũc aliter obseruãdum iuxta Conc. Trid. sess. vlt. de Reg. cap.3.* *Nota.*

Ex Priuilegijs Carthusien.

C

INNOCENTIVS Quartus statuit, vt infra dimidiam leucam, a terminis possessionum Carthusiensium, nulli Religioso liceat quodlibet ædificium construere, vel possessiones acquirere. B.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD. §. 8. notandum, quod in tabul. 21. Vicar. 8. sic habetur, fratres Indiarum de licentia sui Archiepiscopi possunt ędificare loca, cum nullus contradicat, & hoc per communicationem Mari magni Carmelit. Alias autem preuidebitur eis de auctoritate per litteras Apostolicas; hęc ibi. vbi notandum, quod illud Priuilegi. Maris magni Carmelitarum, quoad hoc, habetur in Compendio, in hoc tit. §. 17. 18. D

Quoad. §. 9. notandum, quod Priuileg. Clement. 4. concessum Fratribus Prędicatoribus, de quo ibi fit mentio, habetur infra in Compendio eodem. tit. §. 15.

Quoad. §. 14. notandum, quod idem Leo x. ffff. 61. fecit aliam Concessionem, quę habetur in Compendio tit. Ecclesię Fratrum. §. 16.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

VOAD dispositionem. §. 1. 8. & 16. & 19. est sciendum, quod Neapoli, & in quampluribus alijs Ciuitatibus, practica est in contrarium; cum multa talium Regularium Monasteria reperiantur esse ędificata, & quotidie ędificari, vicinissime, adeo vt non videatur iam esse in vsu; cum, his supradictis non obstantibus Priuilegijs, fuerit contrarium pluries a Sede Apost. decisum. E In §. 1. 8. 16. & 19.

Quoad illam Six. 4. Ordinationem. §. 18. Aduertendum est, quod ex Priuilegio Greg. 13. (quod seruatur in Archiuio nostro Romæ) non solum noua loca, sed etiam nouas Prouincias, absque alia Summi Pont. licentia possumus nos Capuccini recipere. In §. 18. Nouas Prouincias recipere.

Circa. §. 20. notabilem illam Concessionem Fratribus Minimis factam, & alijs Mendicantibus per communicationem; Est aduertendum, quod nunc, absq; licentia Ordinarij Diœce- In §. 20.

ab ipsa recesserint Congregatione, huiusmodi Dispensatio, nullius sit roboris, vel momenti. B. A

¶ Idem Eugenius, concessit Monachis præfatis, ad audiendas confessiones deputatis ab ipsorum Prælatis, vt vota omnia permutare, ac in omnibus, & singulis casibus, etiam Ordinarijs, aut per Synodales, vel Prouinciales Constitutiones reseruatis, cum sibi confessis dispensare; præter eas Censuras, & pœnas, vota, & casus, de quibus esset merito Sedes Apostolica consulenda. B.

Pro sæcularibus. Vota.

¶ *Ex Priuilegijs Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani.*

CLEMENS concessit Magistro, & Fratribus Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani, vt de votis omnibus, & pœnitentijs iniunctis, seu prætermissis, aut etiam iniungendis pro peccatis omnibus, a peccatoribus confessis, aut volentibus pœnitentialiter confiteri, satisfactionem, de bonis, a Deo eis collatis, recipere valeant. Ita quod, illi, qui huiusmodi Fratribus, ex prædictis charitatiue aliqua largientur, sint a præfatis votis, & pœnitentijs huiusmodi, plenarie absoluti, (terræ Sanctæ, & Castitatis votis dumtaxat exceptis.) B. B

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD §. 8. Notanda sunt duo. primũ, quod illa Concessio Pij secundi, de qua ibi agitur, ponitur ibidem diminute a Collectore, nam debet addi, & de receptione frumenti pro induendis Fratribus, vbi non est alius modus habendi; & de procurandis in die Sabbati eleemosynis pro carnibus, vbi consuetum, & similibus; nec propter hoc dicuntur facere contra Regulam. hęc ibi, scilicet, fol. 62. & ffo. 100. C

Secundũ notandum, quod Collector ibidem dicit, quod hæc Concessio est se falsificans, nisi intelligatur aliquo illorum modorum, vt ponit ibidem. Mihi autem saluo meliori iudicio videtur, quod clarius, & melius potest, & debet intelligi sic, scilicet, quod ibi Papa concedit nostris Prælatis, etiam Guardianis, posse condescendere, & dispensare, seu compati infirmis, & debilibus, in his, quæ non sunt contraria Regulæ, &c. idest in his, quæ non sunt omnino contra substantiam obligatoriorum Regulæ, neque contra, nec extra totam latitudinem ipsorum præceptorum, seu obligatoriorum. Quod ideo dico, quia ex aliquali caussa, recipere frumentum per Syndicum nomine Papæ, aut per alium nomine dantis, non est omnino contra pręceptum, de non recipiendo pecuniam, quamuis forte aliquando sit contra aliquam circumstantiam, seu conditionem requisitam ad plenam & debitam obseruantiam illius præcepti; sic quod in hoc non sit omnino contra, seu extra totam latitudinem illius pręcepti, quamuis fiat aliqualiter. D

Cõtra Collectorem.

Similiter portare calceamenta, & equitare existente aliquali necessitate, seu caussa, quamuis non sic vrgente, pręcepti, sed contra aliquam conditionem, seu circunstantiam requisitam ad plenam, & debitam obseruantiam ipsius pręcepti requirentis manifestã, & vrgentem necessitatem, & infirmitatem, ad hoc quod quis possit licite calciari, & equitare: in his ergo, quę sic sunt contra Regulam: (quia tamen non omnino sunt contra ipsam substantiam principalem pręceptorum, seu obligatoriorum Regulæ, nec contra, seu extra totam latitudinem ipsorum, sed solum sunt contra aliquam circumstantiam, seu conditionem requisitam ad plenam obseruantiam ipsorum;) concedit Papa vbi supra, quod nostri Prælati, (quorum nomine etiam Guardiani comprehenduntur,) possint Dispensare, non quidem ad libitum hoc enim esset potius decipere; sed Dispensare, idest, ex caussa aliqua rationabili, quamuis non omnino sufficienti, condescendere, seu aliqualiter relaxare, non autem omnino tollere prædictam obligationem pręceptorum pręfatorum; & talis Dispensatio in prędictis ex tali caussa, quę alias esset insufficiens sine Dispensatione E

tione

A tione ad licite faciendum prędictam relaxationem contra talia obligatoria regulę, tam facit, caussam prędictam esse sufficientem, ad hoc quod licite quis faciat prædictam relaxationem contra pręfata obligatoria Regulę: & sic faciendo, non potest dici facere simpliciter, aut illicite contra Regulam: & sic credo voluisse Papam concedere, vt ex verbis eius supradictis eiusdem Concessionis potest facile elici.

Et notandum, quod in hac Concessione præsupponitur, quod Papa potest ex caussa relaxare obligationem votorum, & iuramentorum, & similiter hoc alijs concedere; hoc enim est proprie Dispensare s. obligationem relaxare, vt communiter tractatur a Doctoribus, & nos supra in expositione Regulæ Fratrum Minorum cap. 10. quæst. 4. aliB qualiter quantum attinet a d rem, egimus. Supponitur etiam, quod in nostra Regula, sicut. & in præceptis iuris diuini & humani, Pręcepta, & eorum transgressiones, sint in duplici differentia. Quia aliqua est transgressio substantię pręceptorum, contra, seu extra totam latitudinem ipsorum, alia est transgressio circumstantię, aut conditionis, seu non extra totam latitudinem ipsorum, vt de his etiam nos latius egimus sup. in nostra expositione Regu. Fratrum Mino. cap. 10. q. 3. &c. ibi videatur: quibus suppositis intelligitur clare prædicta Concessio, vt declarata est.

Et notandum, quod præfata Concessio multum valet ijs temporibus, vbi refrigescente feruore charitatis, sumus infirmi corpore, & spiritu, ad serenandum conscientias Fratrum in multis impuritatibus, & relaxationibus, ex aliquali, licet non omnino sufficienti caussa, seu necessitate commissis, contra multas conditiones, & circumstantias requisitas C ad debitam obseruantiam præceptorum regulæ, vt patet in articulo de pecunia: de paupertate: de vsu paupere seu moderato, de non equitando, non calciando, &c. eiusmodi. Dummodo, non ad libitum sine vlla caussa fiat prædicta Dispensatio, relaxatio, seu trãsgressio in prædictis. Sic enim non excusarentur Fratres, neque Prælati; quia non conceditur hoc posse ad libitum fieri, sed ex caussa aliqualiter rationabili, vt dictum est, & patet in prędicta Concessione; & dummodo ex hoc non accipiatur occasio ad alias Dispensationes, seu relaxationes irrationabiles, & inexcusabiles, quales sæpe videntur apud aliquos de quibus omnibus latius egimus, vbi sup. in expositione Regulæ. c. 10 q. 4.

Quoad §. 13. vid. ea, quæ habentur a Collectore in Compendio tit. Absolutio ord. quoad Fratres, post §. 7. & quod nos ibidem annotauimus, vt habetur supra. fol. 15.

D Quoad §. 16. vide, quod supra. titu. Absolutio, quoad Sæculares. 1. §. 12. notatum est, quia vald: facit ad hoc. fol. 24.

Quoad §. 17. notandum, quod non est securum, vti tali Concessione, dispensando in affinitate, vt ibi habetur, quia non constat de veritate, sed de rumore illius Concessionis, nec habetur in libris Ordinis. Ideo in re tanti momenti, contra ius commune non est credendum rumoribus. & sic consuluit excellens Doctor Ortiz.

Quoad §. 24. notandum, quod idem Collector dixit supra in Compendio, titu. Absolutio ordinaria, quoad Fratres post. §. 40. quod, scilicet, hæc Concessio Martini V. facta Monachis Sancti Benedicti, iam facta est generalis pro toto Ordine ipsorum, & per consequens, potest nobis communicari pro toto nostro Ordine. De qua Concessione, notandum etiam, quod talem Dispensationem, de qua ibi agit Mart. V. potest facere etiam, &c. vt E patet ex titu. Communicatio Priuil. §. 13. in Compendio. Item notandum, quod hęc Dispensatio ab irregularitate contracta ex homicidio, intelligitur de quocumque homicidio, tam casuali, quam etiam voluntario occulto, quod, scilicet, iudicialiter probari non potest, aut quod non est notorium, quia Papa non distinguit, nec nos distinguere debemus. Neque obstat, quod Sixt. 4. qui fuit post dictum Mart. V. concessit solum de casuali, cum exceptione expressa homicidij voluntarij, vt patet in Compend. titu. Dispensatio. §. 10. §. 12. §. 13. quia respondeo, quod hoc nihil præiudicat. Nam Sixt. 4. in dictis Priuileg. loquitur generaliter, quoad forum interiorem conscientiæ, & etiam quoad exteriorem, vel iudicialem, id concedendo cum illa exceptione. Hic autem in §. 24. Mart. V. solum concedit pro foro interiori. Ideo de quocumq; homicidio occulto cõcedit, etiam voluntario.

Dispensatio ab irregularitate cuiuscumq; homicidij.

Item

Item quia Sixt.4. in prædictis suis exceptionibus solum intendit, & intelligitur limitare A
illas suas Concessiones, a quibus expresse facit suas exceptiones & limitationes, & non
alias a se, vel a suis prędecessoribus concessas, vt patet, quia alias sequeretur, quod Con-
cessio Sixt. quæ habetur. §. 10. in qua concedit, posse dispensari in irregularitate ex ho-
micidio incerto, seu dubio, praiudicaret alteri eius Concessioni sequenti, quæ habetur §.
12. & 13. quoad homicidium casuale, etiam si sit certum. Et similiter dic, quod intelli-
guntur omnes exceptiones, & limitationes, quas Pontifices faciunt in suis Concessioni-
bus, quia, scilicet, solum limitant ipsas, ipsorum Pontificum Concessiones in quibus po-
nuntur tales limitationes, seu exceptiones, & sic respondit insignis Doctor Ortiz.

CAPVCCINI ANNOTATIO. B

1. §. 12.

Prohibitione illegitime recipiãtur ad professionem.

IRCA hanc Dispensandi facultatem cum illegitime natis, est aduer-
tendum, quod, licet, Sixtus V. in Constitutione contra illegitimos, quæ in
cipit, Cum de omnibus Ecclesiasticis, anno 1587. edita, prohibuerit, ne
illegitimi ex incestu, aut ex sacrilegio procreati, ad habitum vel profes-
sionem recipi possint; & receptos post publicationem Constitutionis, eijcé
debere decreuerit: illegitimos vero ex quouis alio minus legitimo toro, re-
cipi quidem ad habitum & professionem posse, cum quibusdam circumstantijs in ea expres
sis, ad gradus vero, honores, & dignitates incapaces fore voluerit: in alia vero huius de-
claratiua, quæ incipit. Ad Romanum spectat. declarauerit sub prędicta Constitutione

Harum Cõstit. Sũmarium ponitur in fine libri.

Reuocatio. Greg. 14.

non comprehendi illegitime natos ex his parentibus, inter quos tempore, quo geniti sunt, C
matrimonium rite consistere poterat: tamen anno 1590. Greg. 14. in sua Constit. quæ in-
cipit Circumspecta Romani Pontificis. Constitutiones illas Sixti V. ad terminos iuris re-
duxit & moderatis est: ac omnes dispensationes, & habilitationes vigore Priuilegiorum,
aut Indultorum Apostolicorum, cuiuis Ordini, Religioni, monasterio, aut Congregationi,
eorumue Superioribus in genere vel in specie, vt prefertur, concessorum, quę tempore Con-
stitutionum huiusmodi vsu recepta, & non sub vllis alijs reuocationibus comprehensæ
erunt, per quoscumq; eorum Superiores factas, in pristinum statum & validitatem, in
quibus ante ipsas Constitutiones existebãt, restituit & reintegrauit: Volens, ijsdem Con-
stitutionib. non obstantibus, eos qui quouis modo illegitimi procreati fuerint, ad habitum,
& professionem regulares admitti posse, quemadmodum admitti poterant, si supradictæ D
Constitutiones editæ non fuissent. Ita tamen vt cum de recipiendis quomodocumq; ille-

Vide Cõp. Societ. Iesu in verb. Dispen §. 2. & §. 4.

gitime natis, ad habitum & professionum Ordinum quorumcumq; agetur, ij ad quos hu-
iusmodi receptio spectat, præter alia, de quibus, ex dictarum Constitutionum pręcepto cir-
ca quoscumq; etiam legitimos, disquirere debent, diligenter eorum vitam, & mores inqui-
rant, & ita demum recipiant, si tamen bonam indolem, & virtutis specimen præseferant;
ac tot eis merita suffragentur, vt natalium suppleant defectum, eorumq; receptio Reli-
gionis commodo & vtilitati profutura videatur: Et super hoc ipse, ij ad quos, vt dictum
est, pertinet huiusmodi receptio, matura deliberatione habita, ita censuerint, & iudicaue-
rint. Dummodo tamen filius illegitimus in Religione in qua Pater siue ante, siue post
natiuitatem dicti filij, professus fuerit, ipso Patre viuente non admittatur, quod expresse
prohibet. Voluit quoq; ac statuit licere Generali, aut Prouinciali singulorum Ordinum E

Nota pro corroboratione eius, quod infra dicetur.

aut Congregationum, aut Hospitaliũ, ad quos dicta Dispensatio spectat iuxta tenorem
Priuilegiorum & Indultorum Apostolicorum eis concessorum, quæ dummodo vsu rece-
pta, nec alias sub vllis reuocationibus comprehensa sint, vt prefertur, in hac parte reua-
lidat, cum illegitimis, quos alias dictus Generalis, aut Prouincialis, cum generali, Pro-
uinciali, seu intermedio Capitulo, & non alias, suffragantibus meritis, dignos iudicaue-
rint ad honores, gradus, & dignitates obtinendas dispensare, ac dispensationes huiusmo-
di pro tempore ita factas, & inde secuta quæcumque, vt antea, valere & tenere, perinde
ac si supradictæ Constitutiones non emanassent.

A Et hic est aduertendum, quod secundum Iura, illegitime natus, sine Dispensatione, non potest eligi in Superiorem; etiam si efficiatur Religiosus; quia ingressus Religionis, quamuis sine Dispensatione, habilitet ingressum, quoad Ordines suscipiendos: non tamē habilitat quoad dignitates, & officia, vt probat bona glo. in c. fi. de filijs presbyter. Illegitimi per ingressum Religionis non habilitantur ad officia

Ideo Iulius Papa Secundus, in Mari Magno Minimorum, concessit facultatem omnibus Prælatis illius Ordinis, ac eorum Vicarijs, cum huiusmodi posse Dispensare. Vnde, si illegitime natus eligeretur Superior, non habita prius Dispensatione, electio esset nulla. c. Innotuit. & c. cum Vinclon de elect. Minim.

Et ideo Fratres Prędicatores, per Declarationem Capituli Generalis, habent, quod illegitime natus non potest esse Superior, vel Vicarius in aliquo Conuentu, etiam Priore illius Conuentus mortuo, vel amoto; nisi cum eo fuerit dispensatum. Vbi est aduertendum, quod dispensatus circa Dignitatem inferiorem, puta, quod possit esse Guardianus non intelligitur dispensatus circa Maiorem, puta, quod possit esse Prouincialis, nisi in dispensatione facta fuerit de præfatis expressa mentio. vt probat Pan. in d. c. innotuit: & ratio est quia ad permissionem Minoris dignitatis, non venit permissio Maioris; sed bene est contra. Et ideo Fratres Prędicatores per declarationem Capituli Generalis, habent, quod si cum illegitime nato dispensatus fuerit, quod possit esse Prior, non poterit, propter hoc, Vicarius esse Prouincialis; nisi in dispensatione, de præfatis facta fuerit expressa mentio. Hocque comprobatur ex supradicta dispositione Greg. 14. ibi, circa dispensationem. Ius Prædicatorum. Dispēsatus in min. dig. non censetur disp. in maiori.

B

Formam autem dispensandi cum illegitime natu Fratribus professis, quando necesse erit, poterunt Superiores Prelati eam videre in Summis. Forma dispensandi.

C

Circa supradictam dispensationem in §. 14. & 15. ab Innocentio factam, quoad ordinandorum ętatem. est sciendum, quod iam est correcta per Concil. Trid. Sess. 23. c. 12. Vbi nullos in posterum, ad Subdiaconatus Ordinem, ante 22. ad Diaconatus, ante 23. ad Presbyteratus ante 25. ętatis suę annum promoueri posse iubet. Sed quomodo, & quando possit absolui a pœna, ob indebitam ordinationem, a Sixto V. taxata in Bulla, contra Clericos male promotos: est aduertendum, quod nullo pacto poterit absolui, nisi per Iubilæum plenissimum. Dispensare in interstitijs a Conc. Trid. requisitis, in susceptione Ordinum; a quo, & quando possit, vide infra, in verbo Ordines Sacri. Quoad Votorum dispensationem, vide infra in additione mea, in Verbo, Votum. Aetas ordinandorum. Dispensare in interstitijs.

D

¶ Ex Priuilegijs Congreg. S. Bernardi.

Possunt per communicationem Prælati Ordinum Mendicantium, super quacumque irregularitate, & suspensione, ex delicto occulto contractis, (homicidio voluntario, & casibus hæresis exceptis) ex forma Conc. Trid. Sess. 24. titulo de reformatione. cap. 6. Episcopis concessis, cum Fratribus, & personis, sibi subditis dispensare, Ita concessit Greg. 13. anno Domini 1574. Generalibus, & Abbatibus Congreg. S. Bernardi, Hispania, vt refertur in eius Compend. Priuileg. Verbo Absolutio quoad Fratres. §. 11.

Eamdem concessionem fecit Pius V. Prædicatoribus, etiam cum extensione, ad omnes alios casus, eisdem Episcopis reseruatos, vt refertur in Compendio Priuil. Minimorum fol. 127. & in Compend. Priuil. Patrum Sancti Hieronym Hispan. fol. 83. §. 1. & 2. & in Compend. Priuileg. Societ. Iesu Verbo Prelati. §. 3. & habetur sup. fol. 45. in principio Resolutionum materia Absolutio. Prædicatoribus.

E

Iulius 2. anno Domini 1503. pro Congregatione Sancti Benedicti Hispaniæ declarauit, quod virtute cuiusdam facultatis Martini V. concessa Monasterio Beatæ Mariæ de Monserrato, in qua illi concesserat facultatem absoluendi, & dispensandi cum secularibus in casibus, & votis, Episcopis reseruatis; possit etiam inter coniugatos, quorum alter eorum, cum alterius consanguinea adulterium perpetrauit, dispensare in foro conscientię, ad petendum debitum. Refertur in eius Compend. Priuil. fol. 46. Congreg. S. Bened. Hispaniæ de Monser.

Idipsum ad eumdem effectum possunt facere Confessores, in foro conscientiæ, cum his, qui Minorib.

qui post votum simplex castitatis, matrimonium contraxerint, prout ita eis concessit idem Pius V. eodem anno, vt in eodem Compend. Societ. Iesu. §. 4. A

Potest Prior Generalis cum personis Ordinis, in foro conscientiæ dispensare, quoad irregularitatem, etiam in casibus reseruatis Sanctiss. D. N. Papæ, scilicet, in homicidio, in membrorum obtruncatione, & in enermi sanguinis effusione, contractam, dummodo factum horum trium, notorium non sit. Ita concessit Iulius 2. Ordini Prędicat. vt habetur in lib. Priuileg. eorumdem. fol. 173. & refertur in Compend. Societ. Iesu. Verbo Dispensatio. §. 5. Et in Compend. Priuil. S. Hierony. Hispan. Vbi sup. §. 24

Prædicatoribus.

In §. 24. *Aduertendum, circa id quod notat Corduba in §. 24. de Dispensatione Irregular. homicidij voluntarij, quod nunc obstat Concil. Trident. in sess. 14. cap. 7. de reformat. etiam de homicidio voluntario occulto. ait enim quod iste talis homicida, nullo tempore ad sacros ordines promoueri possit: sed de homicidio casuali, non obstat, vt ex eodem cap. 7. colligitur.* B

ECCLESIÆ FRATRVM.

¶ *Distinctio materiæ Ecclesiarum Fratrum.*

Collector.

QVOAD Ecclesias Fratrum Mendicantium, multa, & varia reperiuntur in Priuilegijs eorumdem Frattum concessa, & statuta. Et primo, ea quæ pertinent ad ædificationem huiusmodi Ecclesiarum ponuntur in dictione. Aedificare. Ac etiam nonnulla ad idem pertinentia, habentur in dictione. Altare. C

¶ Secundo, illa, quæ attinent ad Benedictionem, seu consecrationem prædictarum Ecclesiarum, posita sunt supra, in dictionibus, Benedicere, & Consecrare.

¶ Tertio, alia quæ concernunt exemptionem, & immunitatem earumdem Ecclesiarum, reperientur in dictione, Exemptio. §. 10. & 21. & hic infra. §. 5. & 9. & 17. ac 18.

¶ Quarto, sunt aliqua, quæ Fratres prædicti tenentur seruare in suis Ecclesijs, respectu Prælatorum Ecclesiæ, prout habetur infra. §. 10. & 11. D

¶ Quincto, sunt nonnulla concernentia libertatem veniendi ad Ecclesias Fratrum, prout habetur infra. §. 4. & 12. & 13.

¶ Vltimo inueniuntur multæ Indulgentiæ concessæ visitantibus præfatas Ecclesias. Sed hæc ad longum continentur in dictione, Indulgentiæ quoad sæculares 1. & 2. ac 3.

1 INNOCENTIVS 4. decreuit, vt omnes Ecclesiæ Fratrum Min. vbi Cōuentus existunt, Conuentuales vocentur. Et concessit licentiam, vt in ipsis Ecclesijs ad opus Fratrum, & Conuersorum, seu Oblatorum suorum, libere habere Cœmeteria possint, & valeant. b. fo. 21. Et ffo. 23. conc. 9.

Collector. ¶ Notandum, quod huiusmodi Concessio fuit pro principio Ordinis. Nam postea, pro omnibus Christifidelibus, habuimus liberam sepulturam, vt patet infra, in dictione, Sepultura. E

2 ¶ IDEM Innocentius concessit Fratribus, Ordinis S. Augustini, vt pro Consecrationibus Altarium, seu Ecclesiarū, ac pro Oleo Sancto, & quolibet Ecclesiastico Sacramento, nullus ab eis, sub obtentu cōsuetudinis, vel alio modo, quidquā audeat extorquere; sed hec omnia, gratis eis Episcopi Diœcesani impendant; alioquin liceat eis, quoscumque maluerint Catholicos adire Antistites, gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habentes, qui Apostolica auctoritate

Pro Fratribus Augustiniēsibus. Episcopi.

A auctoritate faciant prædicta. Et voluit, quod si Sedes Diœcesanorum Episcoporum forte vacauerint, interim omnia Ecclesiastica Sacramenta, a vicinis Episcopis accipere libere, & absque contradictione possint. Sic tamen, vt ex hoc in posterum proprijs Episcopis nullum præiudicium generetur. B.ffo.247. conce.605. Vide circa hoc infra.§.9. *Sacramēta*

3

CLEMENS iiij. inhibuit: vt nullus Ecclesias, aut loca Fratrum Min. ausu temerario præsumat infringere: aut in illis damnabilem violentiam exercere. Et voluit quod illi qui secus facere præsumpserint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant; a qua non possint absolui, nisi per Sedem Apostolicam, vel per Conseruatores ab ea eidem Ordini deputatos. B.ffo.105. conce.226. ¶ Circa hoc vide infra.§. 18. *Excommunicatio.*

B ¶ IDEM Clemens informatus, quod Prælati Ecclesiarum, ac Rectores, & Clerici subditos suos sub excommunicationis, & interdicti pœnis, pro libito, sine caussa rationabili prohibebant, ne ad domos Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, pro diuinis officijs audiendis, accederent, & ne illis eleemosynas largirentur; & subditos præfatos, ad seruandum prohibitionem huiusmodi, per subtractionem sacramentorum Ecclesiasticorum compellebant; inhibuit districte, ne talia, vel his similia, in ipsorum Fratrum præiudicium de cetero facere attentarent: præcepitque, quatenus huiusmodi inhibitionem inuiolabiliter obseruarent, a prædictorum Fratrum indebitis grauaminibus, ac iniurijs in posterum desistentes. B. ffo.77. conce.232. 4 *Inhibitio.*

C SIXTVS iiij. concessit Fratribus Min. vt in Ecclesijs curatis, seu parochialibus, quas eos habere contigerit, possint per Capellanum, per eos pro eorum nutu ponendum, & amouendum, curam huiusmodi exercere: Qui, quamdiu Capellanatus huiusmodi fungetur officio, ac si dicti Ordinis Min. professor existeret, dictorum Fratrum libertate, & exemptione fruatur. Ecclesiæ vero prædictæ, & illarum bona, illa, qua domus Fratrum prædicti Ordinis, prærogatiua lætentur. B. fo.50. Et ffo.144. conce.351. 5 *Pro Ecclesijs parochialibus Fratrum Exemptio.*

¶ Ista Concessio, cum repugnet obseruantiæ, est solum pro Conuentualibus. Et circa præfatam Concessionem vide infra.§.8. *Collector.*

IVLIVS ij. concessit Fratribus Ordinis Minimorum, quod omnes, & singulas Ecclesias, & Oratoria quæcumque eiusdem Ordinis, tam recepta, quam recipienda, nondum consecrata, seu consecranda, facta prius requisitione Episcopis locorum, eisque recusantibus, vel negligentibus, per quemlibet alium Catholicum Episcopum possint consecrari facere. B. ffo. 8. concessione 28. 6 *Pro Fratribus Minimis. Consecrare*

D

¶ IDEM, Iulius fecit Prælatis huiusmodi Minimorum quamdam Concessionem circa reconciliationem suarum Ecclesiarum: vt habetur supra Benedicere.§.13. 7 *Reconciliatio Ecclesiæ.*

LEO x. in Concilio Lateranensi statuit, & ordinauit, quod Episcopi, & eorum superiores, & alij Prælati Ecclesiarum, possint visitare Ecclesias parochiales, ad Fratres ratione locorum legitime spectantes, quoad ea, quæ parochianorum curam, & sacramentorum conseruationem, & administrationem pertinent: sine tamen Visitatorum insolito grauamine, vel impensa. Et similiter statuit, quod prædictarum Ecclesiarum curam gerentes, & circa illam delinquentes, si Religiosi fuerint, iuxta ipsius Ordinis Regularia instituta, intra septa Regularis loci; seculares vero Presbyteros, & Fratres huiusmodi beneficia obtinentes; libere tamquam suæ iurisdictioni subiectos; punire possint præfati Prælati Ecclesiarum. B. ffo.25. conce.69. 8 *Visitatio.*

9

¶ IDEM Leo in præfato Concilio statuit: quod Fratres ab alieno Episcopo consecrationem Ecclesiæ, vel altaris, aut cœmeterij benedictionem *Episcopi. Benedicere.*

O petere

petere nequeant: nec in Ecclesijs, per eos pro tempore ædificandis, primum lapidem per alienum Episcopum poni facere: nisi vbi Ordinarius bis, aut ter cum debitis reuerentia, & instantia requisitus, sine legitima caussa id recusauerit. B. fffo.26. conce 79. A

10 *Prohibitio.* ¶ IDEM Leo statuit: quod, vt debitus honor matrici Ecclesiæ reddatur, tam Fratres, quam alij Clerici sæculares, die Sabbati maioris hebdomadæ, antequam campana cathedralis, vel matricis Ecclesiæ pulsauerit, campanas in Ecclesijs suis pulsare minime possint. Contra autem facientes, pœnam centum ducatorum incurrant. B. fffo.26. conce.80.

11 *Censura.* ¶ IDEM Leo statuit: vt censuras, per Ordinarios latas, & promulgatas, ac in matrice Ecclesia ciuitatum, necnon in collegiatis, & parochialibus Ecclesijs castrorum, & oppidorum respectiue sollemniter publicatas, teneantur Fratres (quando super hoc ab eisdem Ordinarijs fuerint requisiti) in Ecclesijs domorum suarum publicare, ac seruare. B. fffo.26. concessione. 81. B

12 ¶ IDEM Leo declarauit, & statuit, quod omnes Christi fideles vtriusque sexus, qui, non contempto proprio Sacerdote parochiali, in Ecclesijs Fratrum Ordinum Mendicantium, Dominicis & festiuis diebus Missas audiunt, satisfaciunt præcepto Ecclesiæ de Missa audienda; nec in aliquam labem peccati mortalis, aut pœnam propterea incurrunt: in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. B. fffo.27. concessione.90.

13 ¶ IDEM Leo postea præfatas litteras confirmauit, & ampliauit, ac super illas executores dedit. B. fffo.47. conce.142. C

14 ¶ IDEM Leo circa benedictionem, & reconciliationem Ecclesiarum fecit aliam Concessionem, quæ posita est in dictione Benedicere.§.12.

15 ¶ IDEM Leo concessit, quod adueniente casu necessitatis, Ecclesiæ tam Fratrum Min. quam Monialium S. Claræ obser. possint transferri, & mutari de vno loco ad alium; & locus prioris Ecclesiæ, reduci ad vsus humanos, secundum commoditatem dictorum locorum, & Monasteriorum: dummodo materia ædificiorum ponatur in Ecclesia alia. o. fffo.92. conce.277.

16 ¶ IDEM Leo concessit postea, quod Ministri Prouinciales Ordinis Min. loca eis minus commoda, ab ipsis non omnino derelicta, post constitutionem Bonifacij Papæ viij. constructa, possint pro sua deuotione tenere, sine Fratribus in illis inhabitantibus: Ita tamen, quod aliquando ea visitent, cum tempus opportunum fuerit, & in eorum Ecclesijs aliquando celebrent. O. fffo.61. concess.189. D

17 *Sepultura. Exhumare* ¶ IDEM Leo concessit, quod Prælati Ordinis Mino. Obseruantiæ possint in suis Ecclesijs, & Capellis exhumare corpora defunctorum, & ad alias sepulturas in eisdem Ecclesijs suis transferre, de consensu tamen illorum, quorum interest. O. fffo.58.conce.162.

18 *Absolutio.* ¶ IDEM Leo concessit, quod infringentes, vel aliquam violentiam in Ecclesijs, vel locis Fratrum Min. facientes, possint absolui, prout positum est supra in dictione Absolutio quoad sæculares.§.15.fol.40. E

¶ *Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.*

19 *Reconciliatio Ecclesiarum violatarum.* BENEDICTVS xiij. concessit Monachis Ordinis Sancti Benedicti, quod, si contigerit Ecclesias suorum Monasteriorum aliquo casu violari, Priores cum aqua Gregoriana, eas valeant reconciliare. o.

¶ Aqua Gregoriana, de qua in suprascripta Concessione fit mentio, est aqua benedicta per aliquem Episcopum Catholicum: & dicitur Gregoriana,

quia a

A quia a Gregorio Papa fuit ordinata. Sic autem debere intelligi, accepi ego a quodam peritissimo Patre præfati Ordinis Sancti Benedicti, & apud ipsos intellexi sic practicari. *Collector.*

ANNOTATIO CORDVBÆ.

Q*VOAD §. 6. vide in Compendio tit. Bona. §. 10. aliam Concessionem eiusdem Iulij ij. factam eisdem Augustinien. ad idem, & habetur. ∬. 76. Simuliter aliam Leonis x. & ad idem. ∬. 122.*

B CAPVCCINI ANNOTATIO.

VOAD dispositionem, de Oleo Sancto, quę in hoc. §. 2. habetur, vide infra, in Verbo, Vnctio Extrema, in Annotatione nostra. In §. 2.

Quoad dispositionem Clem. iiij. in §. 3. positam, quę etiam ponitur infra in Verbo Monasteria. §. 7. est sciendum, quod inter alias Constit. cōtra Bannitos, a varijs Summis Pontif. factas, Sixt. V. fecit vnam pro Regno hoc Neap. anno Domini 1585. qua incipit. Alias felicis recordationis, &c. In qua, inter cetera, concedebatur Officialibus Regijs, vt caussa conquisitionis, vel insectationis Bannitorum, Ecclesias, Monasteria, cellas, seu loca Religiosarum, Ecclesiasticarumq; personarum ingredi, ipsosque Bannitos, & delinquentes aliquo C *modo ibi occultatos, siue receptos, inde extrahere, & si opus esset, ipsas etiā personas Ecclesiasticas, & Religiosas capere, et carcerib. Ecclesiasticis dūtaxat mācipare, posse, &c.* In §. 3.

Verum quia ista, & alia similia in ea contenta, non modicum, Ecclesiasticam tangebant immunitatem, (vt in tit. de Immunit. Eccles.) multaq; inde videbantur in dies oriri scandala, acnon pauca ipsorum Religiosorum infestationes, & perturbationes euenire; Proinde Greg. 14. anno 1591. In Const. sua, Cum alias nonnulli &c. pro Immunit. Eccles. seruanda, malisque supradictis obuiando, supradictam Sixti V. Const. moderando, statuit dicens. Vt in sequēti Gregor. Consti. narratur.

CVM alias nonnulli prædecessores nostri, & præsertim felicis recordat. Sixtus Papa V. necnon Pius etiam V. &c. & Infra. *Dispositio Bulla Gregor. 14. de Immunit. Eccles.*

D Hac itaq; nostra perpetuo valitura Constitutione, omnia, & quæcumq; Priuilegia, Indulta, & Gratias, tam per prædictum Sixtum, ac Pium Quintum, quam alios quoscumq; nostros Prædecessores, aut nosmetipsos, Sedemq; Apostolicam, eiusue Legatos, super abducendis, vel extrahendis ab Ecclesijs, Monasterijs, Sacellis, domibus Regularibus, & sæcularibus, locisue Sacris, aut Religiosis, aliasque in casibus a iure permissis, hominibus, certorum tunc expressorum, vel non expressorum criminum reis, aut fraudulentis decoctoribus, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publica, & ex caussis vrgentissimis, ac necessarijs, & æquipollentibus casibus in iure E expressis, atque ex paritate, identitate, aut maioritate rationis extensis, perpetuo, vel ad certum nondum elapsum tempus, seu ad vitam alicuius Principis, aut beneplacitum, seu alias quomodolibet concessa, etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus, approbata, & innouata, ac vsu recepta, litterasque Apostolicas sub plumbo, aut in forma Breuis, seu alias quomodocumque desuper confectas, quarum tenores hic haberi volumus pro expressis, ac ad verbum insertis, sublata penitus omni differentia; Ita ad vnam tantum formam reducimus, & moderamur, vt laicis ad Ecclesias, locaq; sacra, & Religiosa prædicta confugientibus, si fuerint publici latrones, viarumq; grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidijs aggrediun-

tur, aut depopulatores agrorum, quiue homicidia, & mutilationes membro- A
rum in ipsis Ecclesijs, earumue Cœmeterijs committere non verentur, aut qui
proditorie proximum suum occiderint, aut Assassini, vel hæresis, aut lęsæ Maie-
statis in personam ipsiusmet Principis rei, immunitas Ecclesiastica non suffra-
getur: Sed vniuersis, & singulis Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis,
Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, cęterisq; Ecclesiarum, & Monasterio-
rum Prælatis, tam sæcularibus, quã cuiusuis Ordinis Regularibus, districte
præcipiendo mandamus, & præcipimus, vt laicos in casibus prædictis delin-
quentes, ad eorum Ecclesias, Monasteria, domos, & alia loca supradicta sacra
seu Religiosa respectiue confugientes, & in eis se recipiẽtes atq; morantes, qui
prædicta delicta, eorumue aliquod, iudicio suo commisisse videbuntur, quan-
do a Curia sæculari fuerint requisiti, & quilibet eorum fuerit requisitus, Mi- B
nistris, & Officialibus Curiæ sæcularis, absque Irregularitatis nota, aut alicu
ius censuræ Ecclesiasticæ in cursu tradi, & consignari curent, & faciant, & qui-
libet eorum curet, & faciat. Ne autem Curiæ sæcularis Ministri, prædicta fa-
cultate illos per se, & propria auctoritate extrahendi, & abducendi sibi olim,
vt præfertur, attributa & per præsentes reuocata, abutantur, Volumus, dicta-
que auctoritate decernimus, & declaramus, vt Curia sæcularis, eiusq; Iudices
& Officiales, ab Ecclesijs, Monasterijs, locisque sacris prædictis, laicum aliquẽ
vt præfertur, delinquentem, in nullo ex casibus supradictis, sine expressa licen
tia Episcopi, vel eius officialis, & cum interuentu personæ Ecclesiasticæ ab eo
auctoritatem habentis, ad quos solos, & non alios Episcopis inferiores, etiamsi C
alias Ordinarij sint, aut nullius diœcesis, aut Conseruatores, ab hac sede spe-
cialiter, vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi facultas perti-
neat; occurrente autem casu in loco exempto, & nullius diœcesis, tunc ad Epi-
scopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio, & nõ ad alios, capere, extrahere,
aut incarcerare non possint, nisi eo casu, quo ipse Episcopus, & dictæ personæ
Ecclesiasticæ requisitæ, illos in delictis superius expressis culpabiles, tradere,
aut capturæ, & carcerationi interuenire, & assistere recusauerint; tuncq; reue-
rentiæ Ecclesiæ, & locis sacris debitæ memores, prædictos delinquentes mino-
ri, quo id fieri poterit cum scandalo, & tumultu extrahere curent: Quodq; de-
linquentes laici prædicti, postquam, vt præfertur, ab Ecclesijs, locisue sacris D
extracti, & capti fuerint, ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ reponi, & inibi sub
tuto, & firmo carcere, ac opportuna custodia data illis, si opus fuerit per Curiã
sæcularem, detineri debeant, nec inde extrahi, Curiæq; sæculari prædictæ con
signari, nec tradi possint, nisi cognito prius per Episcopum, seu ab eo deputatũ,
an ipsi vere crimina superius expressa commiserint, tuncq; demum, de mãdato
Episcopi per Iudicem Ecclesiasticum Curiæ sæculari, quacumq; appellatione
postposita, consignentur. De crimine vero hæresis cognitio ad forũ Ecclesiasti-
cum tota pertineat, neq; in ea, Curia sæcularis, se quoquomodo intromittat. Si
cuti & prohibemus, ne cõtra Ecclesiasticas personas sæculares, aut cuiusuis or-
dinis, vel militiæ et S. Ioannis Hierosolymitani, Regulares quoquomodo, etiã
vigore Prædictorũ Priuilegiorũ, Indultorum, aut Concessionũ (quę oĩa ad ter- E
minos iuris per præsentes reducimus) procedãt, aut se intromittant; illasue ab
Ecclesijs, Monasterijs, Domibus, locisq; sacris, aut Religiosis, etiã in casibus in
hac Constitutione expressis, extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cogno-
scere de criminibus ad forũ Ecclesiasticũ pertinentibus, alias, q̃ de iure, & per
Priuilegia eisdẽ Ordinibus, aut militijs cõcessa, ꝑmittitur, quomodolibet prę-
sumant. Quod si quis, quacumq; dignitatẽ ꝓditus, præmissorũ quidquã attẽta
re contra hanc Constitutionẽ præsumpserit, ipso facto Censuras, quæ cõtra li-
bertatis Ecclesiæ violatores sunt ꝓmulgatæ, incurrat. Non obstãtibus ꝓmissis,

etiam

A etiam Sixti, & Pij V. quam aliorum quorumcumque prædecessorum nostrorum, litteris Apostolicis, priuilegijs, indultis, &c. Dat. Romæ, in Monte Quirinali, Anno incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo nonagesimo primo, Nono Kal. Iunij, Pont. Nostri, Anno primo.

EX supradictis ergo Religiosi sint cauti, vt ne amplius sinant malefactores in suis locis, vel Ecclesijs a Ministris Iustitiæ secundum dispositionem Bullæ Sixti V. capi, quia sic expresse facerent contra supradictam Greg. dispositionem, & se pœnis Irregularitatis, & alijs Censuris exponerent.

Et vt ne etiam permittant malefactorem in suis Ecclesijs, & locis, capi a Ministris Iustitiæ, nisi particularem afferant Episcopi, siue eius Officialis licentiam, contra particularem illum malefactorem, cum interuentu persona Ecclesiastica, vt in Bulla habetur.

B *Et aduertant etiam, quod non sunt obligati illum malefactorem custodire, & illi cibū possunt ministrare, cum iam excōmunicatio a Six. V. super hoc lata, per hanc Greg. Const. sit sublata; sed in omnibus alijs, ad supradictæ Bullæ verba bene aduertant, si errare, & puniri pœnis in ea taxatis nolint. Et hæc sufficiant.*

Quoad id quod dicitur in hoc. §. 7. de Reconciliatione Ecclesiarum facienda. Vide quę dixi supra in Verbo Benedicere, in fine. Et quoad Benedictionem Ecclesiasticarum rerum, & præcipue Corporalium, vltra ea quę dixi supra in supradicto Verbo Benedicere, fol. 96. littera E. est etiam aduertendum, quod Generali Canonicorum Sancti Saluatoris, fuit absolute, absq; aliqua limitatione concessum a Iulio. 2. vt inter alia, possit

C *Benedicere Corporalia, quamuis non pertineant ad vsum sui Ordinis. Vt patet in Compend. Priuileg. Societatis Iesu, Verbo Benedicere. §. 2.* In §. 7. Benedictio Corporalium.

Circa Visitationem Ecclesiarum nostrarum est sciendum, quod Episcopi illas tantum possunt Visitare Regularium Ecclesias, quæ curam habent animarum, vel quibus fuerit Beneficium aliquod vnitum, eo modo, quo Leo x. statuit, vt in hoc. §. 8. habetur. Prout sic sępe sæpius, in multis casibus declaratum est ab Illustriss. Dom. Cardin. Sacr. Congreg. supra Concilij Triden. Interpretatione deputatis; Et præcipue fuit nobis Capuccinis, annis proxime elapsis pluries declaratum: vt ex eiusdem Congreg. litteris clarissime apparet, in nostris Archiuijs, & alibi reseruatis. In §. 8.

Declarauerunt que ipsi Illustriss. Card. vt. Cap. 7. & 8. Sess. 7. de reformat. Conc. Trid. ita intelligatur: & etiam Cap. 11, Sess. vltim. de Regularibus. Licet sint capita Ordinis, &c. quod, scilicet, possint illas Ecclesias personasque de familia, & huiusmodi curam exercentes, quoad curam ipsam, & sacramentorum administrationem, Episcopi

D *visitare, modo supradicto: Non tamen ipsa Monasteria quoad correctionem Fratrum, iuxta dispositionem cap. 20. & 21. ipsiusmet, Conc. tit. de Regul.*

Et vbi Equites Hierosolymitani habent iurisdictionem temporalem, & spiritualem, ibi Ordinarios se non interponere posse ad visitandum, ipsamet Congrega. Cardin. declarauit; Iuxta Bullam Pij Quinti. Expescit Pastoralis Officij. die 22. Septembris 1572. editam. Pro equitibus Hierosolym.

ÆDIFICARE.

¶ *Distinctio materię infrascripta.*

E IRCA ædificationem Ecclesiarum, & Conuentuum Fratrum Minor. & aliorum Mendicantium, reperiuntur multa, & varia in Priuilegijs prædictorum Fratrum, quæ inferius tali Ordine ponuntur. *Collector.*

¶ Primum namque locum habent ea quæ spectant ad Fratres Min. in particulari.

A ¶ *Pro Fratribus Ordinis Minimorum.*

IVLIVS ij. concessit Fratribus Ordinis Minimorum, vt domos, seu Ecclesias, loca, & Oratoria quæcumque, pro eorum perpetuis vsu, & habitatione, possint construere, & ædificare, seu construi, & ædificari facere, absque alia desuper facienda noua Concessione Apostolica. Et quod Ordinis prædicti Conseruatores, quoties opus fuerit, eidem Ordini Minimorum, ac illius personis, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistant: Ac, ne Prælati Ecclesiastici quicumque, cuiuscumque nobilitatis existant, in aliquo damnificare, molestare, perturbare, nec inquietare vllatenus audeant, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna inhibere possint. B. fffo. concess.27. 20 *Conseruatores.* *Excommunicatio.*

¶ Aduerte, quod in huiusmodi Concessione conceditur, quod prædicti Fratres possint ædificare loca, seu Conuentus vbique, seu ædificata recipere, absq; aliqua licentia, etiam Ordinario, aut alio Prælato Ecclesiastico contradicente. Hoc autem est quid magnum, & nusquam alias concessum, saltem, quod reperiatur in libris Priuilegiorum Ordinum. Et supradictum fuit practicatum de facto, & obteutum ab ipsis Minimis, contra Archiepiscopum Hispalen. scilicet, sicut patet in dicto Priuilegio. *Collector.* *Sed nūc aliter obseruādum iuxta Conc. Trid. sess. vlt. de Reg. cap.3.* *Nota.*

Ex Priuilegijs Carthusien.

C INNOCENTIVS Quartus statuit, vt infra dimidiam leucam, a terminis possessionum Carthusiensium, nulli Religioso liceat quodlibet ædificium construere, vel possessiones acquirere. B.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

D *VOAD. §. 8. notandum, quod in tabul. 21. Vicar. g. sic habetur; fratres Indiarum de licentia sui Archiepiscopi possunt ędificare loca, cum nullus contradicat, & hoc per communicationem Mari magni Carmelit. Alias autem prouidebitur eis de auctoritate per litteras Apostolicas; hęc ibi. vbi notandum, quod illud Priuilegi. Maris magni Carmelitarum, quoad hoc, habetur in Compendio, in hoc tit §.17.18.*

Quoad. §. 9. notandum, quod Priuileg. Clement. 4. concessum Fratribus Prędicatoribus, de quo ibi fit mentio, habetur infra in Compendio eodem. tit. §. 15.

Quoad. §. 14. notandum, quod idem Leo x. ffff. 61. fecit aliam Concessionem, quæ habetur in Compendio tit. Ecclesię Fratrum. §. 16.

CAPVCCINI ANNOTATIO.



E *VOAD dispositionem. §. 1. 8. & 16. & 19. est sciendum, quod Neapoli, & in quampluribus alijs Ciuitatibus, practica est in contrarium; cum multa talium Regularium Monasteria reperiantur esse ędificata, & quotidie ędificari, vicinissime, adeo vt non videatur iam esse in vsu; cum, his supradictis non obstantibus Priuilegijs, fuerit contrarium pluries a Sede Apost. decisum.* In §. 1. 8. 16. & 19.

Quoad illam Six. 4. Ordinationem. §. 18. Aduertendum est, quod ex Priuilegio Greg. 13. (quod seruatur in Archiuio nostro Romæ) non solum noua loca, sed etiam nouas Prouincias, absque alia Summi Pont. licentia possumus nos Capuccini recipere. In §. 18. Nouas Prouincias recipere.

Circa. §. 20. notabilem illam Concessionem Fratribus Minimis factam, & alijs Mendicantibus per communicationem; Est aduertendum, quod nunc, absq; licentia Ordinarij Diœce- In §. 20.

Diœcesis illius, noua loca recipi non possunt iuxta Conc. Trid. dispositionem Sess. vlt. tit. de regular cap. 3. vbi habetur, quòd Nec de cetero similia loca (scilicet, Mendicantium) erigantur, sine Episcopi in cuius Diœcesi construenda sunt, licentia prius obtenta. Ita quod nunc sufficit licentia Diœcesanorum, absque alia Summi Pont. auctoritate per prius requisita per cap. 1. de excessib. Pralat. in 6.

Ex Priuilegijs Societ. IESV.

ONFIRMATA est denuo, concessa Societati Iesu facultas, retinendi, & erigendi Collegia, Domos, Ecclesias, & Oratoria in quibusuis Mundi partibus, etiam intra 140. cannas, a Conuentibus aliarum Religionum, etiam Mendicantium, non obstantibus eorum Priuilegijs a Pio quarto, post alios Pontifices concessis: vt in litteris Apost. pag. 74. & sequenti. Et quamquam hoc Priuilegiũ reuocatũ fuerit per Pium 5. in caussa Domus I eletana, fuit tamen reualidatũ a Greg. 13. in eadem caussa, vt habetur in litteris Apostolicis, & refertur in eius Compend. Priuil. verbo Aedificia. §. 1.

EGREDI ORDINEM VEL CLAVSVRAM.

Collector.

IRCA egressionem Fratrum Minor. Obseruantiæ ab Ordine, seu ab obedientia Prælatorum, continentur multa in Priuilegijs prædictorum Fratrum, prout habentur supra in dictionibus Apostatæ. Exempti Fratres. Eijcere, seu Expellere ab ordine. ¶ Quo ad egressum vero Monialium Sanctæ Claræ a Clausura suorum Monasteriorum, in quibus casibus liceat, & in quibus non, habetur supra in dictione Clausura Monialium.

EIICERE, SEV EXPELLERE AB ORDINE.

1 *Prædicatio. Confessio.* 

NNOCENTIVS iiij. prohibuit districte vt Fratres Minores, quos a Generali, aut Prouincialibus Ministris, ab ordine pro suis culpis expelli contigerit, vel qui egressi fuerint proprio suo motu, non præsumant prædicare, seu confessiones audire, vel docere, nisi (de licentia Sedis Apostolicæ, aut prædictorum Ministrorum) ad alium transierint ordinem. Et voluit, quod si contra huiusmodi inhibitionem aliquid fuerit temere attentatum, possint dicti Ministri in illos sententiam excommunicationis promulgare. B. fol. 36. Et ffo. 120. concess. 261. *Excommunicatio.*

2 *Licentia.* ¶ IDEM Innocentius concessit, vt eiecti, vel egressi de prædicto Ordine Mino. possint transire ad alios Ordines approbatos, præterquam ad Beati Augustini Templariorum, Hospitalariorum, & aliorum Religiosorum arma portantium, deferendo tamen litteras testimoniales Generalis, vel Prouincialis dicti Ordinis. Et inhibuit districte, ne tales Fratres aliter ad alium ordinem transeant, vel aliqui eos recipere, seu retinere præsumant, absque licentia speciali Sedis Apostolicæ, faciente de præsentibus mentionem. B. fol. 37. Et ffo. 120. concess. 262. *Recipere Fratres.*

3 CLEMENS iiij. in Mari magno prohibuit, & statuit supradicta, per eadem verba formalia. B. fol. 58. Et ffo. 141. concess. 330. & 331.

4 *Generalis. Prouinc. Habitus or din. Mino.* ALEXANDER vj. concessit facultatem Generalibus Ordinis Minorum, vt per semetipsos dumtaxat; & Prouincialibus, vt per eos, cum consensu maioris partis Capituli Prouincialis, Fratres dicti Ordinis, quos incorrigibiles repererint, habitu expoliare valeant, & ab Ordine eijcere. Ac contra quoscumq; eis auxilium, consilium, vel fauorem publice, vel occulte, di-

A industria, aut per se, vel alium, seu alios, quouis quæsito colore impediant Fratres prædicti Ordinis Obseruantes, recipere domos eis oblatas, neque eisdem molestiam aliquam inferre præsumant. B. ffo.94.conce.204. *nentuales. Excommunicatio.*

¶ Aduerte, quod cum circa hoc sit in Bulla concordiæ Leonis prouisum, videtur expirasse. *Collector.*

SIXTUS iiij. concessit omnibus Fratribus Min. obseruantiæ, quod sana conscientia possint habitare domos, quas habent in Ciuitatibus, & Castellis, pro eorum commoditate.o.fo.63. Et ffo.66.conce.101. 6

¶ IDEM Sixtus concessit, quod Fratres Min. prædicti non obligentur in conscientia, si non recipiant loca, vel Monasteria, tam Fratrum Conuentualiū, quam etiam de nouo erigenda, vel alia quæcumque, etiam si eis præcipiatur per obedientiam, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & alijs censuris.o. fo.63. Et ffo.67. conce.112. 7 *Excommunicatio.*

B

¶ Supradictum, est sane intelligendum. Nam si istud præciperetur nobis modo, teneremur obtemperare. *Collector.*

¶ IDEM Sixtus concessit Generali Fratrum Mino. Obseruantiæ licentiam, & facultatem, ea loca quæ Fratribus suis minus commoda esse cognouerit, dimittendi in manibus Ordinariorum locorū, & illa licite deserendi, prout ei visum fuerit expedire. Super quo eiusdem Generalis conscientiam onerat. Et hoc voluit, non obstante Constitutione Bonifacij viij. prohibente loca semel recepta deseri, & alijs Apostolicis Constitutionibus, ceterisque contrarijs quibuscumque.B.fo.47. Et ffo.131. conce.293. 8 *Generalis Minister.*

C

IVLIVS ij. declarauit, quod coarctatio, seu reductio trecentarum cannarum ad centum quadraginta, contra Fratrum Prædicatorum Priuilegium facta per Clementem iiij. non debet nocere Fratribus Mino: Nec Priuilegiorum, communicationem in damnum, sed in fauorem prædictorum Fratrum Mino. esse concessam. Ac potiori pro cautela prædictum Priuilegium Clementis, trecentarum cannarum, supra. §.1. positum, & inde secuta quæcumquæ prædictis Fratribus Mino. confirmauit, & approbauit, & quatenus opus esset, prædictarum trecentarum cannarum Priuilegium, auctoritate Apostolica eisdem Fratribus Minor. de nouo concessit. B. ffo. 231. concess. 535. Et ffo.73. concess.221. 9 *Communicatio Priuilegiorum. Nota.*

D

Idem Iulius concessit Fratribus Min. quod si a Principe, Duce, Marchione, aut Comite, vt aliquam domum dicti Ordinis ædificent, requisiti fuerint, domum huiusmodi pro vsu, & habitatione perpetua Fratrum dicti Ordinis regularis Obseruantiæ, construere, & ædificare, ac locum pro huiusmodi constructione recipere possint, & valeant. B. fol.43. Et ffo.126. concess. 278. 10

¶ Idem Iulius approbauit Concessionem immediate suprapositam, supplendo aliquos defectus, qui in eius relatione interuenerant. Ac voluit, & decreuit, quod litteræ prædictæ valeant, & prædictis Fratribus suffragentur, non obstāte Constitutione Bonifacij viij. in contrarium faciente, ceterisque contrarijs quibuscumque B. ffo. 211. conc. 515. Et ffo.71.conc.218. 11

E

¶ Idem Iulius statuit, quod Fratres Mino. qui in vna Prouincia, secundum morem dicti Ordinis viuunt, nequeant ædificare domos in alia Prouincia, quę sub aliena obedientia existant, nisi de licentia Generalis. Et decreuit irritum, & inane quidquid in contrarium attentari contigerit. B. fol. 43. Et ffo. 126. concess. 276. 12 *Prouinc.*

¶ Idem Iulius statuit, circa supradicta clarius idem quod antea, scilicet, quod Fratres Mino. Obseruantiæ, cuiuscumque Prouinciæ, seu Custodiæ, in alia quacumque Prouincia, seu Custodia, etiam de Obseruantia; domos pro eorum vsu, & habitatione, non solum non ædificent, sed nec ab alijs quibus- 13 *Prouinc.*

A te, directe, vel indirecte, aut quouis quæsito colore, super dicti habitus delatione præstantes, etiam cuiuscumque dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, per Censuras Ecclesiasticas, ac alia iuris opportuna remedia (appellatione postposita) procedere, inuocando etiam, si opus fuerit, auxilium brachij sæcularis. b. fo. 56. concess. 65. *Incorrigibiles.*

¶ Præfata Concessio non est absolute, ac indistincte intelligenda, sed iuxta doctrinam Sancti Bonauenturæ, in quæstionibus super Regulam Fratrum Min. quæst. 14. vbi quærit. Si liceat Ordini eijcere aliquem pro demeritis? Ad quam quæstionem respondens dicit sic. Si Frater aliter viuit, quam licet in Ordine, & sæpius correctus se non sufficienter correxerit, si excessus occultus sit, toleretur, & cum cautela, propter scandalum; ne si abijceretur, cum eius B culpa non pateat, videretur iniuste proiectus, aut peccatum iniuste propalaretur: quod vtrumque illicitum videtur. Si vero excessus eius graues fuerint, & notorij, quod alij eius exemplo possint infici si retineatur in Ordine, & extranei scandalizentur, quod talis in Ordine sustineatur, tum propter auferendum scandalum, tum propter corruptionem Ordinis præcauendam, debet eijci præuaricator voti, & pacti sui, quia iam Ordo non tenetur ei de promisso tenendi eum secum, qui promissum suum præuaricãdo pluries violauit: cum, ideo sit vocatus Ordo, quia nihil inordinatum in se patiatur. Quod si Deo permittente, talis seipsum eijceret, gratiæ sunt Deo referendæ, non quia ille peccauit, sed, quod oues suas a pestifera contagione liberauit. Vnde Apostolus ad Galat. 5. Vtinam (inquit) abscindantur, qui vos conturbant, scilicet, C puritatem vestram, pacem, & famam. ¶ Et inferius prope finem determinationis additur. Et ideo si Frater demeretur, in Ordine, quem vouit, non retineri, cum ex peccato suo non sit conditio eius melior facta, vt iam possit esse liber, sed, potius deterior; oportet eum alium Ordinem intrare, & illum seruare, si vult saluari. Et ad hoc cogit eum Statutum vniuersalis Ecclesiæ, non Ordo iste, ex cuius gratia permittitur ei ad inferiorem Ordinem transire, cum superiorem non inuenit; ne aditus ei salutis præcludatur. Si autem velit in sæculo vagari, ex quo Ordo non vult eum recipere, nec ad Religionem concedatur sibi transire in spatio temporis sibi determinato: licet iam videatur ab Ordinis iurisdictione exemptus, cum nolit eum amplius tenere; tamen ex auctoritate Summi Pontificis, a cuius iurisdictione nõ est subtractus, potest eum D Ordo impetere, & per Censuram Ecclesiasticam, vel etiam ad alias pœnas corporales potest coercere eum, vice Domini Papæ, quamdiu non habuerit alium iudicem regularem, cui se subiecerit, Regulam, & Ordinem illius stabiliter assumendo. Hæc omnia Sanctus Bonauentura vbi supra. *Collector.* *S. Bonau.* *Nota.*

¶ Nec obstat præfatis dicere, quod Papa absolute concessit, & ideo absolute esse intelligendum. Quia licet, hoc verum possit esse pro foro exteriori, non tamen est tutum pro foro conscientiæ. Nam adhuc, remittere Fratres professos in obseruantia, ad Conuentuales, nullatenus licet. Sic enim determinatum est in quodam Capitulo generali, vt positum est in dictione Conuentuales Fratres, post. §. 2. Cuius ratio videtur esse, quia Prælati Ordinis, nec Papa possunt liberare Fratres huiusmodi, ab obligatione, qua in professionis emisE sione per votum sollemne se astrinxerunt. Eijciendo autem tales absolute extra Ordinem, vltra inconuenientia superius dicta, est exponere illos periculo damnationis æternæ, cum sic eiecti nequeant seruare Regulam, quam promiserunt. Sed tales deberent perpetuis carceribus mancipari, ac secundum exigentiam delictorum puniri, etiam vltimo supplicio, prout puniri solent Clerici sæculares secundum Iura canonica, quibus subijciuntur Religiosi, sicut reliquæ personæ Ecclesiasticæ. *Collector.*

LEO x. concessit Generalibus, & Prouincialibus Ordinis Min. vt fratres eiusdem Ordinis, etiam professos, qui grauissimis, & scandalosis delictis notati, & diffamati fuerint; quæ fraudulenter, & dolose in eorum receptione, & professionis emissione (monitione super his per prædictos Prælatos præmissa) tacuerunt: non obstante, quod iam recepti sint, & professionem emiserint (ne morbida, & infecta pecus, Ouile domini corrumpat; & vt alijs cedat in exemplum) a domibus, & Conuentibus dicti Ordinis expellere, & remouere, libere, & licite possint, & valeant: prout conscientijs prædictorum Ministrorum (quas super hoc onerat) visum fuerit iustum, & honestum. B. ffo. 19. concess. 61. A

ANNOTATIO CORDVBÆ. B

VOAD. §. 4. notandum, vt ibi bene dicit Collector, quod moderate, & cum debitis circumstantijs secundum determinationem S. Bonauen. vtendum est illo Priuileg. Alex. 6. & sic est intelligendum, quoad expulsionem Incorrigibilium; De qua tamen materia nos latius egimus in expositione Regulæ Fratrum Min. cap. 2. quæst. 21. Et similiter aliqua habentur de his iam eiectis, seu expulsis ab Ordine, & egressis, in Compend. tit. Apostatas secundum subiectam materiam, ibi videatur.

CAPVCCINI ANNOTATIO. C

Ord. sancti Hieron. — *IVS v. anno Domini 1566. Ordini S. Hieronymi concessit, quod Capitulum Generale, aut priuatum, possit Fratres delinquentes, in casibus, in quibus, quis de iure communi ad mortem damnatur, perpetuo incarcerare, vel eos in perpetuum, aut ad tempus ad triremes relegare, & condemnare; & in alijs delictis grauibus, aut grauissimis, veluti inobedientiæ, Contumaciæ, seu Incorrigibilitatis, eos etiam, vsque ad priuationem habitus inclusiue, punire, & castigare.*

Et idemmet Pius v. postea anno 1567. statuit, vt Capitulo generali non expectato, per solum Priorem generalem, prædicta damnatio, & relegatio possit fieri perpetuo, vel ad tempus, &c. dummodo hæc omnia faciat de consilio fratrum seniorum: vt habetur in eorum Compend. Priuileg. Garsiæ. fol. 63. & quomodo possint eos etiam torturæ subijcere, vide supra in verbo currenti. §. 12. D

In §. 5. — *¶ IDEM statuit Sixtus V. in Const. 73. in anno 1587. dicens, nullam esse illorum professionem; ac habitu spoliari, & e Religione expelli iubet eos, qui reperti fuerint criminosi, vel suspecti, aut ære alieno, vel reddendis rationibus obnoxij: cum in illa*

Criminosi eijciendi ab ordine. — *Const. prohibeat, vllo modo, istos tales, in aliqua ex supradictis conditionibus implicatos, recipi in Nouitiatu. Vnde, quando in ingressu Religionis, de illis, & de alijs conditionibus requisitis, examinati, illorum aliquam tacuerunt, vel falsa exposuerunt, si postea, facta professione, contrarium appareret, est, vt supra, eorum professio nulla.*

Responsio ad obiectionem. — *Item, vltra ea, quæ hic ponuntur a Collectore, circa doctrinam S. Bonauenturæ, est etiam notandum, quod si diceretur, Misero esse miserationem adhibendam, vt iterum recipiatur in Ordine. Dici potest (inquit S. Bonauentura) crudelis est miseratio, vnde plures, & meliores grauiter offenduntur; sicut qui furem liberaret, vnde pauperes expoliarentur; maxime cum tales, longo vsu tepefacti, rarissime, vere, & perseueranter emendentur; & facilis remissio, alijs audaciam præbeat delinquendi.* E

Alia Resp. — *Nec potest allegare, sibi iniuriam fieri, si non recipiatur; quia ipse talem se fecit ex culpa propria, quod recipi sit indignus: quin potius Ordo habet caussam contra eum agendi, pro eo quod sic se dehonestauit. Vnde potest eum punire, pro meritis, vel tradere cui*

seruiuit,

A seruiuit, nisi faciat, quod tenetur. Sedes enim Apostolica, qua suum ius vnicuiq; seruat, & vult Ordinem in sua puritate persistere, non cogit Ordinem tenere illos, quorum conuersatio nociua esset in Ordine; quia tunc puniret innocentes, & reos foueret, & occasionem daret Ordinis corruptioni, per tales pestiferos, si eos recipi oporteret. Ideo Paullus iiij. viuę vocis Oraculo, instante, & de huiusmodi declaratione testimonium ferente, bonæ memoriæ Pio V. (cum esset in Minoribus) super receptionem Apostatarum, declarauit, Virtute Motus proprij ab eo editi, non fuisse intentionis eiusdem Pontificis, vt quęcumque apostatas, sine discrimine, & absque vllo respectu, recipere tenerentur Superiores, & suæ societati admisceres Sed eos tantum de quibus, emendationis vitæ propositum concipere, & sperare probabiliter possent. De qua authentica declaratione fidem facit Passarellus, in Collect. Priuileg. fol. 180. & in Statutis ipsius Ordinis reperitur inserta. Sed ne damnabiliter vagentur in sæculo, ex gratia Sedis Apostolicæ Ordo potest eis licentiam (quos indicat non recipiendos esse) ad alium determinatum Ordinem concedere transeundi, vbi saluentur, ad quem etiam transire tenentur (si possunt) alioquin non erunt in statu salutis: Propria autem auctoritate non possunt Ordinem deserere, quem vouerunt, nec alium intrare, sine Ordinis sui licentia, vel Summi Pontificis. Quod autem talis, alium cogitur intrare Ordinem, si in iste non recipitur, cum tamen alium non vouerit nisi istum, hęc est ratio; quia cum vouit istum, sic alligauit se Religioni, quod secundum ius canonicum nullatenus potest redire ad sæculum vel ad laxiorem vitam transire. Et ideo D. Bonauentura ait, si Frater demeretur in Ordine, quem vouit, non retineri, cum ex peccato suo non sit conditio eius melior facta, vt tam possit esse liber, sed potius deterior, oportet eum alium Ordinem intrare, & illum seruare, si vult saluari. Idem Innocentius quartus concessit, vt eiecti, vel egressi de prædicto Ordine possint transire ad alios Ordines approbatos, præter quam Beati Augustini Templariorum, Hospitalariorum, & aliorum Religiosorum arma portantium, deferendo tamen litteras testimoniales Generalis, vel Prouincialis dicti Ordinis. Et inhibuit districte, ne tales Fratres aliter ad alium Ordinem transeant, vel alij eos recipere, seu retinere præsumant absque licentia speciali Sedis Apostolicę, faciente de præsenti mentionem.

Declaratio Paul iiij. viuæ vocis oraculo.

Passarell.

Expulsi tenentur trãsire ad aliũ ordinem.

Vt supra. in §. 2.

Posset etiam dici, quod cum super eiectum, siue expulsum ab Ordine seruatis seruandis cum sententia diffinitiua Generalis, nullam habeat in posterum Ordo iurisdictionem, D quia per sententiam prædictam est exemptus a sua iurisdictione arg. l. Iudex posteaquã. ff. de re iudic. & Cap. in litteris de offic. delegat. & cap. fin. de Regular. per consequens eius licentia nec prodesset, nec obesset, vt tenet Nau. in repet. c. non dicatis. n. 33. 12. q. 1. & sic talis eiectus, sine vllius licentia, posset transire ad quamcumque Religionem, siue strictiorem, siue æqualem, siue laxiorem, quam posset intrare, ac si numquam intrasset illam, a qua est solutus per præfatam sententiam, per quam extincta est obligatio, qua tenebatur illi Regulæ; cum obligatio extincta, non possit reuiuiscere, neqs impedimentum tollere, vel afferre l. qui res. §. aream. ff. de solut. Immo potest, & debet, quando alio non possit intrare, absq; aliqua licentia manere in habitu clericali subiectus Episcopo suo: Ita consuluit Nauar. in cons. 51. lib. 3. consiliorum tit. de Regularibus.

Nota.

Nauar.

E ## ELECTIO.

¶ Distinctio materiæ Electionum Prælatorum Ordinis.

E multiplicibus Electionibus fit mentio in Priuilegijs Fratrum Minorum. Collector.

¶ Primo de electione Generalis Ministri. Et quoad huiusmodi electionem habetur infra. §. 3. & 4. & 10. & 11.

¶ Secundo de electione Vicarij totius Ordinis. Et hoc continetur infra. §. 6.

¶ Tertio de electione Ministrorum Prouincialium, de qua habetur infra. §.4. & 8. A

¶ Quarto de electione Custodum, & Guardianorum, vt habetur in dictionibus Custos, & Guardianus, & infra.§.6.

¶ Vltimo de electione Abbatissarum, prout continetur supra in dictione Abbatissa, vbi in margine est posita hæc dictio Electio.

1 *Ex iure cõmuni.* PELAGIVS Papa, circa Electiones Religiosorum, fecit sequens Statutum. Nullam potestatem de cetero, nullam licentiam Monachis relinquimus pro arbitrio suo, aut Abbates expellere, aut sibimet alios ordinare; quia nulla auctoritas remanebit Abbati, si Monachorum potestati cœperit sub *Prelati.* iacere; vt de cetero fideliter, & studiose vniuersa, quę vel ad diuini cultus reuerentiam, vel ad vtilitatem eiusdem Monasterij pertinent, Abbatis sollicitudo, ad quem potestas tota pertinere conuenit, debeat adimplere. Habetur 18. q.2. cap.9. Nullam potestatem. B

¶ Circa huiusmodi Statum dicit sic Gratianus ante præcedens.c.Sed sciendum est, quosdam Monachos esse indomitæ ceruicis, & effrenatæ superbiæ; quos dum Abbates ad religionem cogere voluerint, in eorum deiectionẽ con- *Collector.* spirant, & alium moribus suis conuenientem sibi præficere contendunt: quales erant illi, qui in necem B. Benedicti conspirasse legũtur. Pro huiuscemodi constitutum est, scilicet, a Pelagio Papa; vt Abbates, & alia officia, per Sacerdotes, idest, Episcopos instituantur.

2 INNOCENTIVS Papa iij. similiter circa Electiones sic statuit. Quia propter diuersas Electionis formas, quas quidam inuenire conantur, & mul- *Ex iure cõmuni.* ta impedimenta proueniunt, & magna pericula imminent Ecclesijs viduatis, statuimus, vt cum Electio fuerit celebranda, a præsentibus omnibus; qui de- *In electione sunt obseruanda ea, quæ a Conc. Trid. iubentur. sess. 25. c. 16. de regularibus.* bent, & volunt, & possunt interesse, assumantur tres de Collegio fide digni, qui secrete, & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta mox publicent in communi, nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto. Vt is collatione habita eligatur, in quem omnes, vel maior, & sanior pars Capituli consentit. Vel saltem eligendi potestas aliquibus viris Idoneis committatur, qui vice omnium, Ecclesiæ viduatæ prouideant de Pastore. Aliter Electio facta non valeat. Nisi forte communiter esset ab omnibus quasi per inspirationem, absq; vitio celebrata. Habetur in c. Quia propter de Electione. C D

CLEMENS iiij. concessit, vel statuit, vt Generalis Minister Ordinis Min. statim postquam electus (secundum Regulam, & Constitutiones) *De Generali Ministro.* fuerit, eo ipso verus eiusdem Ordinis Generalis Minister effectus, curam animarum Fratrum ipsius Ordinis plenam habeat, & libere gerat, ipsosque Fratres auctoritate propria ligare, ac soluere, necnon in eodem Ordine agere valeat, quæ ipse Minister, & Diffinitores ad hoc electi, iuxta Constitutiones Ordinis, eidem Ordini, & Fratribus secundum Deum viderint expedire. B.fo.56. Et fo. 139 concess.307.

4 *De Generalibus, & Prouinc.* ¶ IDEM Clemens statuit, seu concessit, quod in Electionibus Generalis, & Prouincialium Ministrorum prædicti Ordinis Mino. Fratribus, qui debent Electionem huiusmodi celebrare, tempus super hoc a iure statutum non curat, nec ipsi in hac parte, iuris huiusmodi Regulis coarctentur. B. fol.56. Et fo. 139. concess.308. E

5 *De Custodibus, & Guardia.* ¶ IDEM Clemens statuit, quod Custodes, & Guardiani, qui secundum Statuta Ordinis, aliter, quam per Electionem instituuntur, post ipsam institutionem, seu prouisionem de ipsis factam, curam animarum Fratrum sibi subditorum habeant, ipsosque ligare, ac soluere possint, iuxta ipsius Ordinis instituta. B. fol.56. Et fo.139. concess.309.

NICO-

A NICOLAVS iiij. statuit, & declarauit, vt, cum Electio Generalis Ministri fuerit celebranda, custodes vniuscuiusque Prouinciæ, vnum ex se ipsis constituant, vt ei voces suas committant, ipsumque ad locum, vbi Electio eadem tunc fuerit celebranda, transmittant. Isque, qui sic ab ipsis Custodibus constitutus extiterit, vnam vocem dumtaxat pro se, & omnibus eis habeat, & intelligatur habere, ac pro vna voce tantummodo admittatur ab alijs. b. fol. 31. Et ffo. 32. concess. 32. 6 *De Custodibus.*

¶ Hoc statutum iam vacat, propterea quia aliter statutum est in Bulla Vnionis per Leonem x. vt habetur infra. §. 10. *Collect.*

¶ IDEM Nicolaus statuit, & ordinauit, ac districte inhibuit Fratribus B Minoribus, ne mortuo Ministro Generali, possint eligere, vel constituere aliquem Fratrem in Vicarium Ordinis, absque Romani Pontificis, & Protectoris Ordinis eiusdem licentia speciali, per ipsius Romani Pontificis litteras patentes concedenda, facientes plenam, & expressam de statuto, & ordinatione, & prohibitione huiusmodi mentionem, b. fo. 31. Et ffo. 32. concess. 33. 7 *De Vicar. ordinis.*

CLEMENS v. in declaratione Regulæ Fratrum Min. statuit, & ordinauit, quod Electio Ministri Prouincialis pertineat ad Capitulum prouinciale, quam idem Capitulum die sequenti, qua fuerit congregatum, facere teneatur. Et similiter statuit, quod huiusmodi Electionis confirmatio pertineat ad Ministrum generalem. Et quod, si ad Electionem huiusmodi per formam scrutinij procedatur, & votis in diuersa diuisis, Electiones plures in C discordia celebrari contingat, illa quæ a maiori parte Capituli numero (nulla zeli, vel meriti collatione, seu consideratione habita) fuerit celebrata, exceptione, seu contradictione quacumq; alterius partis non obstante, per dictum generalem Ministrum de consilio discretorum de Ordine (prius tamen ex officio, prout spectat ad ipsum, diligenti examinatione præmissa) confirmetur, vel etiam infirmetur, prout eis secundum Deum visum fuerit expedire. Et si fuerit infirmata; ad Capitulum prouinciale Electio huiusmodi reuertatur. Ceterum si Capitulum memoratum die prædicta Ministrum eligere prætermittat, ex tunc Ministri prouincialis prouisio, ad generalem Ministrum libere deuoluatur. fol. 15. tract. 3. Et fol. 16. tract. 2. 8 *De Ministro Prouinciali. Confirmatio. Cap. Gen. & Prouin.*

D ¶ Aduertendum est circa prædicta, quod celebrans Capitulum, & Diffinitores faciunt confirmationem, tamquam Commissarij Ministri generalis. Sed tamen tenentur prius facere examinationem, &c. Sicut etiam continetur in c. fin. de Electione lib. 6. Vide ibi. Et ego nescio quomodo aliter possit fieri iuridice. *Collector.*

EVGENIVS iiij. & Nicolaus v. statuerunt aliqua pertinentia ad Electiones Abbatissarum Ordinis Sanctæ Claræ: sed quia hæc posita sunt supta in dictione Abbatissa, ideo hic non ponuntur. 9 *De Abbatissis.*

LEO x. in Bulla Vnionis statuit, quod Electio Generalis Ministri totius Ordinis Mino. fieri debeat a solis Ministris prouincialibus, & Custodibus reformatis, tam Cismontanis, quam Vltramontanis in Capitulo ge- E nerali dicti Ordinis in festo Pentecostes, in loco quod Generalis Minister, cum Capitulo generali proxime præcedenti duxerit assignandum: Ad quod Cap. omnes Ministri, & Custodes, siue Vocales tam Cismontani, quam Vltramontani accedere teneantur. Et ne caput suis membris deforme appareat, voluit, & ordinauit, quod nullus Frater possit eligi in Ministrum generalem; nisi vitam discat reformatam, & pro reformato a communitate reformatorum habeatur. In præfata etiam Electione Ministri generalis voluit, quod nullus penitus vocem habeat, nisi reformatus, & pro reformato a Congregatione reformatorum habeatur. B. ffo. 29. concess. 93. & 94. 10 *De Minist. Generali.*

¶ IDEM

11 *De Generali Ministro.*

¶ IDEM Leo ordinauit, quod Minister generalis eligatur alternatim de Fratribus Cismontanis, & Vltramontanis: qui tantum per sex annos durare possit. Ita quod si Minister generalis per sex annos de Cismontanis Fratribus electus fuerit, sequentibus sex annis de Vltramontanis Fratribus eligi debeat. Qui modus alternatis vicibus in perpetuum a Fratribus prædictis obseruetur. B. fffo.29. concess.93. & 94. A

12 *De Cōmissario generali.*

¶ IDEM Leo fecit quamdam ordinationem super electione, & institutione Commissarij generalis: quæ posita est supra in dictione Commissarius. §. 1.

CAPVCCINI ANNOTATIO. B

In §.6.

IRCA huiusmodi Prælatorum Electionem, videnda est Constit. vnionis 20. & 21. Leon. 10. & Const. 131. Pij v. Pastoralis officij, &c. Fratribus Minoribus de Obseruantia directa. In quibus nonnulla, de modo in electione Ministrorum generalium, ac Prouincialium seruando præscribuntur. Et præcipue in illa Const. 20. vnionis, fuit per Leonem ordinatum anno. 1517. quod Minister generalis per sex annos, & Prouinciales per tres tantum in officio durare possint: quibus annis expletis, ipso facto sint ab officio absoluti, & pro absolutis ab omnibus Fratribus habeantur (vt dicitur etiam infra in verbo, Minister, in fine, & in verbo, Officia Ordinis.) quæ tamen determinatio, non videtur nunc obseruari, cum aliter a subsequentibus Summis Pontificibus, ac Ordinis statutis reperiatur esse ordinatum: Ac quamuis obseruaretur, & ad huc in suo robore esset, non esset tamen putandum quod verba illa Quibus annis expletis, ipso facto ab officio sint absoluti, &c. sic præcise, & stricte sint intelligenda, quin possit ipsis Ministris per mensem, & per menses huiusmodi officium prolongari, vel breuiari, secundum quod Capitula Prouincialia, vel Generalia accelerantur, vel protrahuntur: iuxta consimilem declarationem factam in statutis Ordinis, circa illam ordinationem Iulij ij. vt omnia officia Ordinis sint triennalia; quæ refertur a Collectore, infra, in verbo Officia Ordinis. §. 2. Tutius tamen iudicarem, vt succedente casu, antequam ad finem talis triennij deueniretur, Generali nuntiaretur, vt quid faciendum esset determinaret. C D

Generalis, ac Prouincialium in off. durat. Quādo pro absolutis ab off. sunt iudicandi.

Cautela obseruanda.

Et in 131. Constit. Pij V. anno 1571. edita statutum fuit, vt Generalis Ministri officium, per 8. annos; ac Ministrorum, Procuratorum, & Commissariorum per quattuor sit. Ipsique semel functi officio, ad idem eligi non possint, nisi post 16. annos. Possit tamen Minister Prouincialis, in alia Prouincia esse Prouincialis. Nunc tamen inter aliquos Regulares, iuxta Sixti V. Ordin. idem supradictum spatium sex, ac trium annorum obseruatur. Inter alios vero, aliter, & aliter, iuxta eorum Statuta, & Ordinationes (vt & nos Capuccini obseruamus) ad quę me remitto. Sed quod expleto illo tempore, ipso facto habeantur pro absolutis ab officio, nulla fit mentio; ex quo tacito videtur esse sublatum.

Alia determinatio de duratione officij Prælatorum.

A Canonicis Regular. S. Saluatoris, quolibet triennio fieri electiones Prioris generalis, & aliorum Prælatorum Ordin. mandauit Pius v. & fuit postea a Greg. xiij. confirmatum in Const. sua 38. Quæ inter religiosorum, anno Domini 1579. E

Ac ibidem contra Subornantes statuit ipse Pius v. vt qui in Electionibus omnibus, vel ante eas, per sex menses, pro se, vel pro alio subornauerit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat; a qua nisi a Romano Pontifice, pro tempore existente (præterquam in mortis articulo) absolui non possit; ac voce actiua, & passiua perpetuo careat. Subornatus, vel alius etiam pro quo subornatio fiet, qui subornantem non detulerit, eamdem pœnam incurrere censeatur. Qui autem ad officium obtinendum quorumuis fauorem, extra Religionem procurauerit; vltra prędictas pœnas, per mensem carceri mancipetur.

Cōtra subornantes.

Contra procurātes aliquod officium.

Et in

A *Et in Concil.Trid.sess.25.c.6.de regular.districte præcipitur, in Electione quorumcunq; Superiorum, omnes eligi debere per vota secreta. ita vt, singulorum eligentium nomina, numquam publicentur: Nec in posterum liceat Prouinciales, aut Abbates, Priores, aut alios quoscumque Titulares, ad effectum Electionis faciendæ constituere, aut voces, & suffragia absentium supplere; aliter electio sit irrita, & Prælati, qui sic se creari permiserint, deinceps ad omnia officia in Religione obtinenda, inhabiles existant, &c.*

Determinatio Concil. Trid. circa Electiones.

In Regula autem nostra cap.8. præscribuntur personæ electrices, ac tempus Electionis Generalis Ministri, vt scilicet, Prouinciales, & Custodes conueniant in Cap. Pent. &c. & in supradicto Canone Conc.Trid.statuitur modus obseruandus.

Et aduertendum, q licet in Regula, nulla de Ministrorum Prouincialium, & Guar-
B *dianorum Electione, & institutione, fiat mentio, & quod proinde tota inferiorum Prælatorum institutio (secundum Hugon. & Petrum Ioannem) ipsi Generali Ministro & Capitulo Generali relicta fuerit; Attamen postea per Clem.7. fuit facta supradicta ordinatio in §.8. posita.*

Sed debent Electores aduertere vt (si tamen absq; culpa esse velint) digniorem semper inter concurrentes, in Prælatum eligant; qui scientia, moribus, vita, & exemplo, merito valeat magis prodesse, quam ambitiose obesse gregi, omni postposito amore, odio, rancore, vel precio. Alias, licet (vt Doctores aiunt) indignum eligendo, vnum committerent mortale peccatum; Indubitanter tamen teneant, se omnium peccatorum, ab eo sic indigno electo, in prælatura illa commissorum, pœnam participaturos. Quod sacra Synodus Trid.
C *sess.24.c.1.de reform. comprobare videtur, dum omnes habentes aliquo modo ius in electionibus, & promotionibus faciendis, hortatur, & monet: Vt in primis meminerint nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem vtilius posse facere, quam si bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoueri studeant, eosq; alienis peccatis communicantes mortaliter peccare; nisi, quos digniores, & Ecclesiæ magis vtiles ipsi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu; aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curauerint; & quos ex legitimo matrimonio natos, & vita ætate, doctrina atq; alijs omnibus qualitatibus præditos sciant, quæ iuxta sacros Can. & Trid.Synod.decreta requiruntur.*

Eligentes aduertant.

Côc. Trid.

Idemq; profecto esse debet iudicium de Prouisoribus, hoc est, de illis, qui per viam pro-
D *uisionis, absq; Electione, faciunt Pastorem. Cuiusmodi in nostro Ordine Capuccinorum sunt Prouinciales, & Diffinitores, prouidendo de Guardianis; quia hi proprie non per electionem, sed per prouisionem præficiuntur. Non enim ab inferioribus, vt sint ipsorum Prælati, eliguntur, sed a Superioribus in Guardianos Conuentuum, prouidentur. Et sic de similibus dicendum.*

Prouisionis Prælatorû modus.

Et circa id, quod elicitur ex sententia S.Tho.2.2.q.63.art.2. & ceterorû, quos refert Sotus de iust.& iur.lib 3.q.6 concl.9.dicentium, quod oportet in foro conscientia, eligere digniorem & non sufficit eligere dignum. Videri potest quid Caiet.dicat in Summa, verbo, Electio, & in ientaculo 12.q.4.quem secutus est Nauar.in cap.Sacerdos. §. quod autem de pœn.d.6.nu.4. Et hæc pro huiusmodi Electionis materia sufficiant, plura etiam alia poteris videre infra, in verbo Generalis Minister, & in verbo, Prouincialis, ac in
E *Verbo, Officia Ordinis.*

Quomodo nô sufficiat eligere dignum.

ELEEMOSYNA.

LEXANDER 4. declarauit, quod Fratres Min. prædicatores, tã ab his, quibus prædicant, quam ab alijs possint eleemosynas petere ac recipere, fidelesq; posse huiusmodi eleemosynas eisdem Fratribus salubriter elargiri, non obstante quacumque contradictione. Ac etiam declarauit, quod prædictorum Fratrum mendicitas est meritoria. B. fol.25. Et ffo.25.conc.15. 1

Paupertas.

¶ IDEM Alexander concessit Fratribus Mino. quod de male acquisitis, quorum restitutio non debetur certæ personæ, ac de incertis relictis, possint 2

Restitutio.

recipere Eleemosynam ab executotibus testamentorum. b. fol. 25. Et ffo. 26. conce 16. A

3 *Pro Carmelitis. Restitutio. Legata.*

VRBANVS 4. concessit Fratribus Carmelitis, vt de vsuris, & rapinis, & alias male acquisitis, si personæ, quibus horum restitutio fieri debeat, omnino inueniri, & sciri non possint; necnon de quibuscumque legatis indistincte ad pios vsus relictis; recipere valeant vsq; ad summam centum Marcharum argenti. b. ffo. 178. conc. 419.

4 *Excommunicati.*

CLEMENS 4. concessit Fratribus Mino. vt in terris excommunicatorũ possint libere commorari, & ab eis tunc, & quando per huiusmodi terras, ipsos transire contigerit, necessaria vitæ deposcere, ac recipere. B. fol. 56. Et ffo. 140. conc. 317. B

5 *Contra Fratres Conuẽ.*

EVGENIVS 4. concessit Generali, & Prouincialibus Fratrum Mino. Obser. plenam, & liberam facultatem capiendi, & incarcerandi, ac in carceribus detineri faciendi, necnon alias puniendi, & corrigendi Fratres Conuentuales præfati Ordinis quæstuantes, seu Eleemosynas petentes in locis Cõuentuum, domorum, & eremitoriorum Fratrum prædictorum Obser. aut aliqua minus honesta contra Constitutiones, & Declarationes Apostolicas, & Statuta, & Consuetudines eiusdem Ordinis facere præsumentes. b. fo. 48.

Collector. ¶ Dubium videtur, vtrum istud iam vacet propter illa, quæ dicta sunt in dictione Concordia, prope finem.

6 *Pro Fratribus Obseru. & Conuentualibus. Questuare. Collector.*

CALIXTVS 3. prohibuit districte sub excommunicationis pœna, ne Fratres Min. de Obseruantia sub nomine Fratrum Conuentualium eiusdem Ordinis, nec Conuentuales sub nomine Fratrum de Obseruantia, aut sub nomine locorum eorumdem, quæstuare, seu Eleemosynas petere præsumant. B. ffo. 90. conc. 197. prope finem. C

¶ Similiter videtur dubium, vtrum vacet istud, sicut suprapositum.

7 *Pro Fratribus Mi. & Prædic.*

SIXTVS 4. quia intellexit, quod locorum Ordinarij, eorumque Officiales, seu Vicarij, & Curati, ne ipsi fideles, Fratribus Mino. & Prædicatoribus Eleemosynas erogare præsumerent, suadebant, ac etiam sub censuris inhibebant, & erogantes excommunicatos fore prædicabant, seu prædicari faciebant, aut pronuntiare præsumebant; mandauit prædictis Ord. ac reliquis personis supra nominatis, & alijs quibuscumque personis, vt ab huiusmodi persuasionibus, inhibitionibus, & mandatis de cetero prorsus, & omnino abstineant. Ac decreuit, inhibitiones ipsas, & mandata nullius existere firmitatis, & illis contrauenientes censuris huiusmodi minime ligari. Voluit tamen, quod si persuadentes, & inhibentes præfati, mandato huiusmodi obtemperare non curauerint, nisi eos pœnituerit, & persuasiones, & inhibitiones reuocauerint infra triduum, postquam desuper requisiti fuerint, eo ipso, Ordinarij interdictum ingressus Ecclesiæ, ac suspensionem a regimine, & administratione suarum Ecclesiarum, alij vero inferiores excommunicationis sententiam incurrant. B. fo. 65. Et ffo. 149. conc. 365. D

Excommunicatio.

8 *Ex Priuil. Carmelit. Nota. Inquisit.*

¶ IDEM Sixtus voluit, quod Ordinarij, seu quicumque alij prohibentes, ne Fratribus Carmelitis Eleemosynæ fiant, ipso facto sint excommunicati. Et quod contra tales possint Rectores Ordinum Mendicantium, & Auditor Cameræ Apostolicæ, ac Inquisitores hæreticæ prauitatis, sicut contra hæreticos procedere. B. fo. 99. Et ffo. 183. conc. 448. E

9 *Pro Augu.*

¶ IDEM Sixtus concessit hoc idem Fratribus Augustiniensibus in suo Mari magno, vt habetur. ffo. 251. conc. 638. Nisi quod Inquisitores solum possunt procedere contra tales.

10 *Questuare Cõuẽtuales*

ALEXANDER 6. prohibuit ne aliqui Eleemosynas quærere audeant sub nomine Fratrum de Obseruantia Ordinis Mino. præsertim Fratres

Con-

A Conuentuales eiusdem Ordinis, ac præcipue infra terminos domorum Fratrū prædictorum Obseruantium. Et commisit vniuersis Ecclesiarum Prælatis, vt cum pro parte huiusmodi Fratrum Obseruantiæ fuerint requisiti, inhibeant publice supradicta, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, ac contradictores quoslibet, & rebelles per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia compescant. B.ffo.151.conc.370. *Excommunicatio.*

IVLIVS 2. declarauit, quod verba in Priuilegijs Fratrum Mino. contenta, scilicet, quod visitantes suas Ecclesias, & manus porrigentes adiutrices, indulgentias eis concessas consequantur, etiam ad facientes eis Eleemosynas de pane, & alijs pro eorum victu, & vestitu, ac domorum suarum reparatione necessarijs referantur. B.fo 43. Et ffo.126.conc.281. 11 *Indulgent.*

B

¶ IDEM Iulius informatus, quod in aliquibus partibus Fratres Min. Conuentuales, & alij Mendicantes inferebant grauamina circa petitionem Eleemosynarum Fratribus Mino. Obseruan. concessit huiusmodi Fratribus Obseruan. vt Eleemosynas a temporibus, & locis consuetis petere, & recipere, iuxta quod eisdem ex Regula, & Constitutionibus Apostolicis permittitur, prædictorum Conuentualium, & aliorum Mendicantium Ordinum Fratrum aduentu, & præuentu minime expectatis, libere, & licite valeant. Ac Conuentualibus prædictis, & alijs Mendicantibus Fratribus sub pœna Excommunicationis ipso facto incurrenda præcepit, ne præfatos Obser. Fratres per se, vel alium seu alios; directe, vel indirecte, publice, vel occulte circa prædicta impedire, seu molestare præsumant. B.fffo.14.conc.51. 12 *Excommunicatio.*

C

LEO X. quia fuit informatus, quod in aliquibus partibus aliquæ personę Ecclesiasticæ, præsertim Curati, seu presbyteri parochiales, non permittebant Fratres Minores Eleemosynas petere sine eorum licentia, & Diœcesanorum, vel eorum Vicariorum litteris, & insuper, quod Eleemosynarum huiusmodi mendicatarum medietatem sibi vendicare volebant, districte pręcipiendo mandauit omnibus Ecclesiarum Prælatis sub grauibus censuris, vt ab huiusmodi grauaminibus, & molestijs abstinerent, & vt quoties pro parte Fratrum dicti Ordinis requisiti fuerint, omnes, & singulos parochialium Ecclesiarum Rectores, seu Vicarios, ad desistendum a prædictis molestijs, & grauaminibus, sub pœnis, & censuris moneant, & præcipiant, ac contra inobedientes vsque ad inuocationem brachij sæcularis procedant. B.fffo.47.conc.142. 13 *Prohibitio.* *Censura.*

D

¶ IDEM Leo concessit, quod Ministri Generales, & Prouinciales possint legata, & Eleemosynas obuenientes loco abundantiori, conuertere, & transferre, & applicare alteri loco indigentiori, iuxta ipsorum Prælatorum discretionem, dummodo fieri possit sine scandalo. o. Non est alias impressa huiusmodi Concessio. 14 *Legata.*

¶ IDEM Leo concessit qualiter Eleemosynæ factę ad vnum vsum possint commutari in alium vsum, prout positum est supra in dictione Cómutare.§.2. 15

¶ IDEM Leo fecit circa huiusmodi materiam quamdam Concessionem valde relaxatiuam, & destructiuam Obseruantię paupertatis, prout habetur supra in dictione Commutare.§.3. Vide ibi vna cum additione, quæ sequitur ibidem. 16

E

¶ Circa huiusmodi materiam Eleemosynarum, facta sunt nonnulla statuta Generalia in Capitulo Generali in Conuentu Montis Lucij celebrato, prout sequuntur. *Collector.*

¶ Declaratur, quod procurare satisfactionem fiendam pro re empta Fratribus necessaria, non est contra puritatem Regulæ, ita tamen quod Fratres nec per se, nec per interpositam personam, intromittant se de pecunia: Non tamen licet Fratribus indifferenter, & indeterminate tales procurationes Eleemosy- *Statutum Generale.*

P 2 narum

narum pecuniariarum facere, nec per nuntium a se positum ducere, sed dans, faciat per se, vel per nuntium ab ipso deputatum. Recipere autem granum, vel alia huiusmodi pro acquisitione, seu commutatione in aliquam rem necessariam, non licet Fratribus. Verumtamen, vbi Fratres aliter non possunt prouideri in suis necessitatibus, talia possunt recipi per amicos spirituales de consensu dantium, & de licentia, seu dispensatione Prouincialis, aut Custodis. fo.223. tractatu.3. Et ffo.240. tractatu.2. A

Alterũ statutum Generale. ¶ Inhibetur, ne aliquis Frater procuret alicuius libri vsum, aut alicuius rei, remanente apud parentes, vel amicos proprietate, sub pœna priuationis illius cum punitione condigna. fo.223. tractatu. 3. Et ffo.241. tractatu.2.

Aliud statutum Generale. ¶ In hoc Capitulo ordinatum est, quod nullus Frater faciat sibi scribi libros extra, vel intra Conuentum, maxime per sęculares personas, nec procuret partiales Eleemosynas sibi, sub spe licentiæ habendæ postea a Prouinciali. ffo. 241. tractatu.2. B

Collector. ¶ De Indulgentijs, quas consequuntur, vel consequi possunt dantes Eleemosynas Fratribus Minoribus, aut eorum Ecclesijs, ac domibus, reperietur infra in dictione Indulgentię quoad sæculares in cap.4. scilicet, Indulgentię concessæ exhibentibus opera pietatis Fratribus.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

QVOAD. §. 4. vide in eodem Compendio supra titu. Bona. §. 4. aliam Concessionem Clementis 4. quoad bona Ordinem intrantium, & §. 13. ibidem aliam Concessionem Leonis, quoad bona Obseruantium nostrorum, & ad nostram Obseruantiam redeuntium. C

Quoad §.9. notandum, quod Bonif.9. ffff. 118. Fratribus Prædicatoribus concessit idem, & insuper prohibuit omnibus vtriusque sexus asserere, ipsos Religiosos non esse in statu perfectionis, &c. & non esse licitum ipsis de Eleemosynis viuere, quodque quæstuantes nomine ipsorum falso, tamquam falsarij capiantur ab Ordinarijs, & condemnentur: & similiter prohibuit, quod nullus illis prohibeat in suis Ecclesiis celebrare, & oblationes in missis, vel alijs ad altaria ipsorum prouenientes recipere, & conuertere in suos vsus, iuxta morem sui Ordinis, & ipso facto sunt excommunicati omnes contra facientes, non absoluendi, nisi Sedi Apost. personaliter se præsentent.

Quoad. §.16 notandum, quod Clem. 7. fecit quamdam Concessionem Ordini Sancti Ioannis Hierosolymitani, qua habetur in Compendio. Dispensatio. §.30. ibi videatur. D

¶ EPISCOPI.

¶ *Distinctio attinentium ad Episcopos.*

DE multis attinentibus ad Episcopos, in diuersis huius Compendij dictionibus continetur. Nam de exemptione ab ipsorum iurisdictione habetur in dictione Exemptio. §. 1.3. & 5. E

¶ Et de præsentatione Confessorum eis fienda per Prælatos Ordinis, dictum est supra in dictione Absolutio quoad sæculares, in multis. §.

¶ De impositione primi lapidis, & consecratione, seu benedictione Ecclesiarum, & Altarium Ordinis, qualiter per Episcopos fieri debeat, habetur etiam supra in dictionibus Benedicere, & Ecclesiæ Fratrum, & Aedificare.

1 *Absolutio. Dispẽsatio.* GREGORIVS 9. concessit Fratribus Minoribus antequam essent exempti a iurisdictione Ordinariorum, quod Archiepiscopi, & Episcopi in eorum diœcesibus possent eisdem Fratribus, ibidem constitutis, absolutione,

vel

A vel dispensatione indigentibus, absolutionis, & dispensationis beneficium impendere; nisi adeo grauis, & enormis esset excessus, quod desuper merito esset Sedes Apostolica consulenda. B. fol. 116.

¶ Huiusmodi Concessio iam de nihilo seruit, quia post ipsam fuit data Fratribus prædictis copiosissima exemptio, vt patebit infra in dictione Exemptio. *Collector.*

ALEXANDER 4. præcepit in virtute Sanctæ Obedientiæ Fratribus 2
promotis, vel promouendis ad dignitates Episcopales, vel alias, vt libros, *Bona Ordi*
& alia, quæ ipsos promotionis suæ tempore habuisse, seu habere constiterit *nis.*
(submota qualibet dilatione) resignent Generali, vel Prouincialibus Ministris; nisi forsan prædicti Prælati Ordinis, vsum huiusmodi rerum, illis ad tempus concesserint de gratia speciali. b. fo. 24. Et ffo. 24. conc. 12.

¶ IDEM Alexander inhibuit, vt nulli Fratres Ordinis Min. si eos in Epi- 3
scopos eligi, aut postulari contigerit, electioni, seu postulationi de se factæ au- *Electio.*
deant consentire; nec aliquis Archiepiscopus, seu quicumque alius Prælatus, vel Legatus Sedis Apostolicæ, nisi fuerit Cardinalis, dictos Fratres (nisi de licentia, & assensu Generalis, & Prouincialium Ministrorum, aut Sedis Apostolicæ speciali mandato) ad Episcopatum, vel alias dignitates assumere, vel ordinare præsumant. Et decreuit irritum, & inane quidquid secus a quoquam cótigerit attentari. b. fo. 23. Et ffo. 25. conc. 13.

C

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD D. §. 1. vbi ponitur Concessio Greg. 9. vide supra, in his Annotationibus, titu. Absolutio ordinaria, quoad Fratres. §. 1. quoquomodo nuncista Concessio potest valere nobis. fol. 15.

Quoad §. 2 & 3. latius videatur in Compend. titu. Exemptio. & titu. Exempti Fratres, secundum subiectam materiam.

¶ EVCHARISTIA.

D CIRCA Eucharistiæ perceptionem, & administrationem, multæ *Collector.*
Concessiones factæ reperiuntur, tam pro Fratribus, quam pro sæcularibus, quæ positæ sunt supra in dictione Communicare. Et vltra illas, adduntur hic aliqua, quæ sequuntur.

CONCILIVM Bracharense statuit, vt cum Sacerdos ad sollemnia mis- 1
sarum accedit, aut per se Deo sacrificium oblaturus, aut Sacramentú cor *Ex iure cō-*
poris, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter accedat, *mun.*
quam Orario, idest, stola vtroq; humero circumseptus, sicut tempore ordina- *Celebrare.*
tionis suæ dignoscitur consecratus, ita vt de vno eodemque orario, ceruicem *Cōicare.*
pariter, & vtrumque humerum præmens, signum in suo præparet pectore Crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debite subiaceat. Habetur. *Excommu-*
E 23. dist. c. Ecclesiastica. *Hoc autem procedere ait Archidiaconus in cap. post admonitionem et factam, & non ante.* *nicatio.*

¶ Præfatum decretum in aliquibus Prouincijs non habetur in vsu, quoad *Collector.*
Sacerdotes communicantes tempore infirmitatis, vel sanitatis; nihilominus ta- *Vide Na-*
men videtur esse obligatorium, quia fere in omnibus Christianitatis partibus, *uar. cap. 21*
a Regularibus, & Sæcularibus Sacerdotibus, vt plurimum, obseruatur a doctis, *num. 54.*
seu instructis in iure Canonico.

CLEMENS 7. concessit, quod Moniales, seu Religiosæ sub obedientia 2
Ministri Generalis Fratrum Mino. existentes, possint in Ecclesia intero- *Moniales.*
ri, in loco decenti habere Eucharistiam, sicut habent in exteriori. O.

¶ EXACTIONES. A

1 *Excommunicatio. Vide infra in Verbo. Exemptio in Additio. Capuccini. Collector.*

LEXANDER 4. statuit, vt imponentes Fratribus Minoribus angarias, vel alias impositiones, seu exactiones, aut alia similia, sint ipso facto Excommunicati. Et quod si contumaces fuerint, non desistendo ab huiusmodi, a solo Papa valeant absolui. b. ffo. 260. concessione 656.

¶ Multi alij Summi Pontifices exemerunt Fratres præfatos, ac Moniales. S. Claræ, & Fratres Ordinis Prædicatorum, necnon & alios Fratres Mendicantes ab omnibus exactionibus, prout habetur infra in dictione Exemptio, in multis. §.

2 *Excommunicatio.*

EVGENIVS 4. declarauit, quod quando Ciues pro bono communitatis imponunt gabellas nouas, aut veteres augmentant, non sunt excommunicati. o. ffo. 102. conc. 414.

3 *Excommunicatio. Interdictũ.*

¶ IDEM Eugenius declarauit, quod pœnæ appositæ in Capitulo Quamquam. de censib. lib. 6. scilicet, Excommunicatio, & Interdictum, circa exigentes pedagia, & guidagia, & similia non habent locum, quia sibi fuit ablata Bononia, & tamen non interdixit o. ffo. 102. Conc. 415.

4 ¶ IDEM Eugenius fecit aliam concessionem, pertinentem ad huiusmodi materiam exactionum, quæ posita est supra in dictione, Absolutio quoad sæculares. 2. in §. 4. C

¶ EXCOMMVNICATIO.

¶ *Distinctio materiæ excommunicationum.*

Collector.

Excommunicationes attinentes ad Fratres.

ONSIDERARE oportet, quod in Priuilegijs Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium reperiuntur multa, & diuersa ad materiam pertinentia Excommunicationis.

¶ Et primo sunt quædam, vbi eisdem Fratribus imponitur sententia Excommunicationis: Istud autem est multipliciter, seu propter varias caussas. D

¶ Nam aliquæ Excommunicationes inueniuntur eis inflictæ ratione receptionis nouitiorum ad habitum, vel professionem. Et de hoc habetur in dictione Nouitij. § 3. & 4. & 9.

¶ Aliæ vero Excommunicationes tangunt eosdem Fratres, quando recedunt sine licentia ab huiusmodi Ordinibus, aut quando postquam sunt licentiati, vel eiecti, faciunt aliqua, quæ sunt eis prohibita, vt continetur in dictione Apostatæ, in multis. §. & in dictione Eijcere ab Ordine.

¶ Aliæ etiam Excommunicationes concernunt illos, qui præfatos Fratres Apostatas recipiunt, aut illis fauent, prout habetur in dictione Recipere Fratres, & in dictione Apostatæ. E

De absolutione excommunicationum suprascriptarum.

¶ Quamplures autem Excommunicationes sunt impositæ contra Fratres propter varias caussas, quæ ponuntur infra prope finem.

¶ Item qualiter præfati Fratres, tam professi, quam Nouitij, & etiam Apostatæ possint absolui ab Excommunicationibus, in quibus inciderunt, habetur late in dictione Absolutio quoad Fratres, in multis. §. vbi in margine posita est hæc dictio Excommunicatio.

Excommunicationes pertinentes ad sæculares.

¶ Secundo principaliter in præfatis Priuilegijs inuenitur, qualiter personæ sæculares, occasione prædictorum Fratrum, aut Monialium, quæ eorum

curę

A curæ sunt commissę, seu Ecclesiarum, & Monasteriorum suorum, incurrere possunt multas Excommunicationes. Et istæ subdistinguuntur.

¶ Nam, quędam Generaliter sunt promulgatę contra violatores Priuilegiorum prędictorum Fratrũ, prout habetur in dictione, Priuilegia. §.12. & 22.

¶ Aliæ tangunt illos, qui aliquam violentiam inferunt Ecclesijs, aut domibus, seu rebus, vel personis prędictorum Fratrum: & hæc habentur in dictione Ecclesię Fratrum.§.3.& in dictione Eleemosyna.§.6. & 7.& 10. & 13. & in dictione Exemptio.§.9. & 23.

¶ Aliæ vero Excommunicationes respiciunt illos, qui contra stigmata Beati Francisci aliquid dicere præsumpserint; aut qui ausi fuerint depingere Sanctam Catharinam de Senis cum stigmatibus: & hæc habentur in dictione Stigmata.§.8.& 9.ac 10.

B

¶ Aliæ autem Excommunicationes spectant ad ingredientes Monasteria Sanctæ Claræ, contra tenorem suæ regulę, aut indultorum Apostolicorum, prout continetur in dictione Ingredi Monasteria Monialium.§.2.& 15.

¶ Nonnullę alię Excommunicationes continentur sub varijs dictionibus huius Compendij, quas longum foret hic referre, reperientur tamen signatæ in marginibus foliorum cum hac dictione Excommunicatio.

¶ Qualiter autem personæ sęculares valeant absolui a præfatis Fratribus ab Excõmunicationibus supradictis, habetur supra in dictione Absolutio quo- C ad sęculares, in omnibus §.vbi posita est hæc dictio Excommunicatio. *De absolutione Excõmunicationum prędictarum.*

¶ Insuper quoad euitationem Excommunicatorum, quomodo Fratres se debeant habere, reperietur infra.§.1. & 2.& 4.ac 6.

GREGORIVS 9. concessit Fratribus Minoribus euntibus ad partes infidelium, seu ibidem existentibus, vt in terris illis, sit eis licitum cõmunicare cum Excommunicatis in ijs, quæ ad salutem pertinent animarum. b. fo.26.Et ffo.22.conc.3. 1 *Infideles.*

¶ Aduerte, quod istud modo est ius commune. *Collector.*

CLEMENS 4. concessit Fratribus Minoribus, vt in terris Excommunicatorum libere commorari possint, & ab eis tunc, & quando per eorũ D terras ipsos transire contigerit, necessaria vitæ deposcere, ac recipere. B.fo.56. Et ffo.140.conc.317. 2 *Pro terris Excommunicatorum.*

¶ IDEM Clemens concessit Fratribus Minorib. ne ab aliquo Legato, nisi de latere Sedis Apostolicæ misso, vel Delegato, aut Subdelegato, auctoritate litterarum Sedis prędictę, possint Excommunicari, suspendi, vel interdici, nisi litterę ipsę plenam, & expressam de Ordine pręfato, & indulto huiusmodi, facerent mentionem.b.fo.29.Et ffo.29.conc.25.Et b.fffo.3.conc.1. 3 *Exemptio.*

EVGENIVS 4. concessit Fratribus Minoribus Obseruantibus, quod non teneantur euitare Excommunicatos, nisi nominatim sint a Iudice denuntiati, & euitentur a Clero, & populo. Et sic, quod non teneantur Fratres euitare dictos Excommunicatos, nisi quando in communi euitantur. Et quod E idem sit de interdicto, & de obseruatione cuiuslibet censurę Ecclesiasticę. o. fo.61. Et ffo.64.Conc.75 Et fffo.95.conc.312. 4 *De euitatione Excõmunicatorum. Nota. Interdictũ.*

¶ IDEM Eugenius fecit alias concessiones, pertinentes ad materiam Excommunicationis, quę positę sunt in dictione Exactiones.§.2.& 3. 5

¶ IDEM Eugenius concessit, quod si tempore nostro contigerit (quod absit) schisma, possint Fratres Minores participare cum schismaticis; nec teneantur Fratres recedere a locis suis. Et quod toties, quoties dixerint orationem Deus omnium fidelium, &c. pro vero Papa, habeant centum dies indulgentię.o.fffo.101 conc.402. 6 *Indulgẽtia*

7 *Prælati Fratrum.* LEO X. concessit, quod Prælati Ordinis Min. Regularis Obseruantiæ, cum aliquem Fratrem propter apostasiam, vel aliam caussam excommunicant in Capitulo Fratrum, aut in communitate, non teneantur proferre sententiam in scriptis, prout in iure, sub pœna suspensionis, præcipitur proferentibus. o. ffo. 93. conc. 291. A

8 *Prohibitio pro Fratribus Minor. Obseru. & Conuentualibus.* ¶ IDEM Leo præcepit firmiter, & mandauit sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrenda, a qua nullus præterquam in mortis articulo, nisi a Summo Pontifice, aut Sede Apostolica possit absolui, ne aliquis Frater Ordinis Sancti Francisci appellet alium Fratrem eiusdem Ordinis malitiose, & irrisorie, seu improperiose Priuilegiatum, Collectanum, Bullistam, Amadeitã, Clarenum, de Euangelio, seu Capuccio, Bigotum, aut alio quouis nomine, etiam de nouo reperto, seu alio quouis irrisorio, seu improperioso nomine, aut quod pro improperioso a patientibus habeatur. Nec non omnibus tam Clericis, quam Laicis, ne Fratres huiusmodi, aut eorum fautores præfatis nominibus irrisorie, seu malitiose appellent, sed omnes Fratres ipsius Ordinis, Fratres Minores, seu Sancti Francisci, a seipsis, & omnibus alijs nominentur. B. ffo. 30. conc. 99. B

Collector. VLTRA prædicta, quæ continentur in Priuilegijs Fratrum Mendicant. circa Excommunicationes, oportet nonnulla notabilia hic apponere, vt Fratres prædicti sint plenius informati de huiusmodi materia, in qua eximium periculum verti solet.

Primum notabile circa Excommunicationes. PRIMVM scire expedit Excommunicationes contentas in processu Annali, seu in Bulla, quæ appellatur in Cena Domini, ne quis de illis absoluere ex ignorantia præsumat. Et quia præfatæ Excommunicationes a diuersis Summis Pontificibus diuersimode promulgatæ, & numeratæ reperiuntur, & a posterioribus latius positæ sunt, ideo illas hic ponere curaui, prout in prædicto processu per Leonem decimum facto, sub forma, & Ordine sequenti existunt. b. ffo. 138. C

Capuccin°. *Verum quia modo plura alia reperiuntur addita, ideo loco Bullæ Leonis, ponam Bullam Cenæ Sixti V. anno Domini 1586. publicatam.*

D

EXCOMMVNICATIONES, QVAE IN Bulla Cenæ Domini, Sixti V habentur.

RIMO Excommunicantur omnes Hæretici cuiuscumque sectæ, eorumque fautores, legentes eorum libros, retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes; & omnes Schismatici.

2. Excommunicantur omnes, a Rom. Pont. ad futurum Concilium appellantes. E

3. Excomm. Piratæ, eorumque receptatores, & fautores.

4. Excomm. omnes ij, qui surripiunt bona Christianorum naufragantium, licet talia bona in littore inueniantur.

5. Excommunicantur imponentes noua pedagia, seu Gabellas, vel augentes, seu imponi, aut augeri prohibita exigunt.

6. Excomm. falsificantes litteras Apostolicas, aut supplicationes signatas a quocumque auctoritatem habente.

7. Excomm. deferentes arma, & alia vsui bellico idonea, ad turcas, vel ad alios

A alios inimicos nomini Christiano.

8. Excom. Qui impediunt,& inuadunt portantes victualia, & alia necessaria in Vrbem Romæ.

9. Excom. Qui sua, aut aliorum opera, lædunt, venientes ad Sedem Apostolicam, vel ab ea recedentes.

10. Excom. qui læserint Romipetas, ac peregrinos ad Vrbem accedentes, & in ea morantes, & ab ipsa recedentes; & qui dant auxilium, consilium, & fauorem.

11. Excommunic. Qui nocuerint S. R. E. Cardinalibus, & alijs Prælatis, eosque ab eorum Diœcesi eiecerint; eorumque fautores.

B 12. Excommunic. Qui lædunt, & fauent lædentibus eos, qui ad Romanam Curiam in negotijs suis recurrunt, vel per se, vel per alios.

13. Excommunic. Qui appellant a grauamine, vel futura executione litterarum Apostolicarum ad Laicam potestatem.

14. Excommunic. Quicumq; executionem litterarum Apostolicarum, aut aliarum expeditionũ impediunt,& ad gratias impetrãdas accedentes prohibẽt.

15. Excommunic. Iudices sæculares, qui trahunt ad sua tribunalia personas Ecclesiasticas,quiq; tollunt, aut perturbant Ecclesiasticam libertatem.

16. Excommunic. Qui impediunt Prælatos,omnesque alios Iudices Ecclesiasticos, Ordinarios, ne sua iurisdictione vtantur: quique illorum, & delegatorum iudicia eludentes ad Cancellarias recurrunt.

17. Excom. Vsurpantes Sedis Apostolicæ, & quarumcumq; Ecclesiarum iurisdictiones, vel fructus etiam sequestrantes.

C 18. Excom. Imponentes Decimas, & alia onera personis Ecclesiasticis, Ecclesijs, Monasterijs, aut eorum fructibus.

19. Excom. Iudices Sæculares, qui se interponunt in caussis Capitalibus, seu Criminalibus contra Ecclesiasticas personas.

20. Excom. occupantes bona, aut Terras Ecclesiæ Romanæ, & in illis supremam iurisdictionem vsurpantes.

Ceterum a prædictis sententijs nullus per alium,quam per Romanum Pontificem,nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita, absolui possit, etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorum quibuscumq; personis Ecclesiasticis, sæcularibus, & quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium, ac militiarum Regularibus, etiam Episcopali, vel alia maiori dignitate præditis, ipsisq; Ordinibus, & eorum Monasterijs, Conuentibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegijs,Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis pijs, nec non Laicis,& Imperiali, Regali,& alia mundana Excellentia fulgentibus, per nos, & dictam Sedem, ac cuiusuis Concilij decreta Verbo,litteris, aut alia quacumque Scriptura in genere, & in specie concessorum, & innouatorum, ac concedendorum,& innouandorum,nisi in eis,etiam casus præsentibus litteris expressi, comprehendantur. *Absolutio soli Pontif. reseruatur.*

D (marginal letter beside "clesiæ mandatis"); E (marginal letter beside "concedendorum")

Quod si forte aliqui,contra tenorem præsentium, tali excommunicatione, & anathemate laqueatis,vel eorum alicui,absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint, eos Excommunicationis sententia innodamus, grauius contra eos spiritualiter, & temporaliter, prout expedire nouerimus processuri.

¶ Quia (vt supra diximus) diuersi Summi Pontifices præcedentes sub diuersis formis fecerunt supradictum processum, seu Bullam Cenæ Domini, & similiter credendum est, quod facient successores eorum, ideo oportet semper inquirere quolibet anno, vtrum aliquid fuerit innouatum per Pontificem tunc *Collector.* *Nota.*

tunc præsentem. Nam alias forte ex ignorantia iuris (quæ neminem excusat) mitterent falcem in messem alienam, seu absoluerent a quibus non possent, & sic inciderent in Excommunicationem Papalem, & pœnas suprascriptas. A

Secundum notabile circa Excommunicationes. ALTERVM sciendum quoad prędictam materiam Excommunicationis est, quod Sixtus iv. in extrauaganti, quæ incipit; Et si Dominici gregis, posuit multos alios casus, a quibus etiam nequeunt Fratres absoluere, quorum tamen aliqui sunt de contentis in Bulla Cenæ Domini, & sunt sequentes, videlicet. Offensa Ecclesiasticæ libertatis; Violatio interdicti a Sede Apostolica: Crimen hæresis, postquam de eo fuerint sententialiter condemnati, declarati, seu publice diffamati; Conspiratio in Romani Pontificis personam, aut eius statum, vel dictæ sedis; Mutilatio membrorum, aut cuiuscumq; in sacris constituti occisio: Offensa personalis in Episcopum, seu alium Prælatum: Inuasio Romipetarum, seu quorumcumq; ad Romanam Curiam venientium. Prohibitio deuolutionis caussarum ad dictam curiam: Inuasio, occupatio, deprædatio, aut deuastatio terrarum, Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectarum: Delatio armorum, & aliorum prohibitorum ad partes infidelium: Impositio nouorum onerum realium, vel personalium, Ecclesijs, vel Ecclesiasticis personis: Demum simoniæ super Ordinibus, vel beneficijs assequendis, in dicta curia, vel extra eam quomodolibet contractæ. B

Collector. ¶ Aduertendum est, quod præfata Bulla Sixti iv. solum habet locum in concessionibus ab ipso factis, non autem in alijs, prout ex ipsa Bulla clare colligitur: Et sic quidam famosus Doctor vniuersitatis Salmantinę declarauit. Itaq; de casibus in ea contentis non est curandum, nisi tantum de illis qui in dicto processu Cenę Domini continentur, excepto quod per aliquod confessionale Sixti, nullus posset ab aliquo prædictorum absolui. C

Tertiũ notabile circa Excommunicationes. ALIVD insuper notandum est, quod in casibus inferius annotatis incurrunt Excommunicationis sententiam Fratres prædicti. Et ideo vt ab illis se abstineant, ponuntur hic succincte. Qui autem illos plenius voluerit intelligere, videat originalia, vel ad minus Summistas.

Collector. SEQVVNTVR Excommunicationum sententiæ, quę in iure Canonico reperiuntur, contra Religiosos, præsertim Ordinum Mendicantium, specialiter latæ. D

1 *Ex iure cõmuni. Studium.* HONORIVS iij. protulit Excommunicationis sententiam in Religiosos, de claustris ad audiendum leges, vel physicam exeuntes, & infra duos menses ad claustrum non redeuntes; Quam sententiam, vel pœnam voluit eos ipso facto incurrere. Ac districte præcepit vt tam a Diœcesanis, & Capitulis ipsorum, quam a ceteris Episcopis, in quorum diœcesibus huiusmodi student, tales Excommunicati publice nuntientur. Habetur in c. Super specula, extra Ne Clerici, vel Monachi. E

2 *Ex iure cõmuni. Habitus. Studium.* BONIFACIVS viij. vt periculosa Religiosis euagandi materia subtrahatur, districtius inhibuit, ne de cetero aliquis quamcumq; Religionem tacite, vel expresse professus, in scholis, vel alibi temere habitum Religionis suæ dimittat: Nec accedat ad quæuis studia litterarum, nisi a suo Prelato cum consilio sui Conuentus, vel maioris partis eiusdem, sibi eundi ad studium, licentia primitus sit concessa. Si quis autem horum temerarius violator extiterit, Excommunicationis sententiam voluit incurrere ipso facto. Doctores quoque, siue Magistri, qui Religiosos, habitu suo dimisso, leges, vel physicam

A eam audientes, scienter docere, aut in scholis suis præsumpserint retinere, similis, eo ipso, sint sententia innodati. Habetur in c. Vt periculosa. Ne clerici vel Monachi. lib. 6.

CLEMENS v. in Concilio Viennensi protulit sententiam Excommunicationis contra Religiosos simplices, seu subditos, non habentes aliquam administrationem, vel beneficium, qui Decimas Ecclesijs debitas vsurpare præsumunt; nisi post requisitionem desistant a præmissis infra mensem, & lamnificatis Ecclesijs emendam infra duos menses faciant: prout latius positum est supra in dictione Decimæ. 3 *Ex iure cõmuni.*

¶ IDEM Clemens, temerarios violatores illius Constitutionis, quæ Religiosis, & Clericis sæcularibus prohibet, ne aliquos ad vouendum, iurandum, vel fide interposita, seu alias promittendum inducant, vt sepulturam apud eorum Ecclesias eligant, vel iam electam vlterius non mutent; sententiam Excommunicationis (pœna in dicta Cõstitutione contenta in suo perdurante robore) incurrere voluit ipso facto, ab alio quã a Sede Apostolica (præterquam in mortis articulo) nullatenus absoluendos; nullis Priuilegijs, aut statutis cuiuscumque tenoris existant, in contrarium super his valituris. Habetur in Clementina Cupientes. de pœnis. 4 *Ex iure cõmuni. Sepultura.*

B

¶ Constitutio, de qua hic fit mentio est Bonifacij viij. quæ ponitur in dictione Sepultura. §. 6.

¶ IDEM Clemens prohibuit, ne Monachi, aut Regulares Canonici administrationem aliquam non habentes, ad curiam Principum, absque speciali Prælatorum suorum licentia se conferant. Quod si, vt damnum aliquod inferant suis Prælatis, aut Monasterio, se conferre præsumpserint, Excommunicationis sententiam eos incurrere voluit ipso facto. Habetur in Clementina Ne in agro 1. de statu Monachorum. 5 *Ex iure cõmuni.*

C

¶ IDEM Clemens, Monachos infra septa Monasterij sine licentia Abbatum suorum arma tenentes, Excommunicationis sententiæ ipso facto decreuit subiacere. Habetur in Clementina Ne in agro. §. præfatæ. De Statu Monachorum. 6 *Ex iure cõmuni. Arma.*

¶ IDEM Clemens statuit, quod Religiosi, qui Clericis, aut Laicis Sacramentum vnctionis extremæ, vel Eucharistiæ ministrare, Matrimoniaue solemnizare, non habita super his parochialis presbyteri licentia, aut qui Excommunicatos a Canone (præterquam in casibus, a iure expressis, vel per Priuilegia Sedis Apostolicæ concessis eisdem) vel a sententijs per Statuta Prouincialia, aut Synodalia promulgatis, seu a pœna, & culpa absoluere quemquam præsumpserint, Excommunicationis sententiam incurrant ipso facto, a Sede Apostolica dumtaxat absoluendi. Habetur in Clementina Religiosi. De Priuilegiis, & excessibus Priuilegiatorum. 7 *Ex iure cõmuni. Sacramẽta*

D

¶ IDEM Clemens, Religiosos, qui aliqua, vt audientes a Decimarum Ecclesijs debitarum solutione retrahant, in sermonibus suis vel alibi proferre præsumunt, Excommunicationis subiacere sententiæ decreuit ipso facto. Habetur in Clementina Cupientes, de pœnis. 8 *Ex iure cõmuni.*

E

¶ IDEM Clemens statuit, quod Religiosi, qui scienter postposuerint confitentibus conscientiam facere de soluendis Decimis Ecclesijs debitis, ab officio Prædicationis tamdiu maneant ipso facto suspensi, donec confitentibus ipsis (si hoc ipsum eis dicendi cõmode facultatem habuerint) conscientiam fecerint, Exinde Excommunicationis incursuri sententiam ipso facto, si prædicare præsumpserint, prædicta negligentia, (vt præmittitur) non purgata. Ad Religiosos tamen Monasteriorum, vel Rectores Ecclesiarum Decimas percipientes, noluit hoc extendi. Habetur in Clementina Cupientes. De pœnis. 9 *Ex iure cõmuni. Decimæ.*

¶ IDEM

10 *Ex iure cōmuni. Interdictū.* ¶ IDEM Clemens circa interdictorum Obseruantiam Generalium, auctoritate Sedis Apostolicæ, aut a locorum Ordinarijs positorum, districte præcipiendo mandauit, quatenus Religiosi quicumque, tam exempti, quam non exempti, cuiuscumque Ordinis, & conditionis existant, cum Cathedralem, vel Matricem, seu parochialem loci Ecclesiam illa viderint, aut sciuerint obseruare (non obstantibus quibuscumque appellationibus, antea etiam ad eamdem sedem, vel alium, seu alios interiectis, & alijs obiectionibus quibuscumque) absque dolo, & fraude, cum moderatione tamen Decretalis Alma mater, inuiolabiliter ea obseruent: Alioquin non seruantes Excommunicationis sententiæ, eo ipso voluit subiacere. Quod etiam in interdictis, & in cessationibus a diuinis indictis per Prouincialium Conciliorum Statuta, vel ipsorum auctoritate voluit obseruari. In cessationibus vero Generalibus a diuinis Ciuitatum, Terrarum, & aliorum locorum quas aliquando ex consuetudine, vel alias, Capitula, Collegia, vel Conuentus Sæcularium, aut Regularium Ecclesiarum sibi vendicant, idem voluit intelligi. Habetur in Clementina Ex frequentibus. de sententia Excommunicationis. A B

11 *Ex iure cōmuni. Apostasia ab ordine.* MARTINVS iv. statuit: vt nullus ex professoribus alicuius ex Ordinibus Mendicantium quorumcumque, in aliquem Monasticum Ordinem tam Sancti Benedicti, quam Cisterciensis, Calmaldulensis, Vallis Vmbrosæ, Canonicorum Regularium S. Augustini, vel aliorum Monasticorum Ordinum (Carthusiensium dumtaxat excepto) possit, aut debeat per quemcumque recipi, vel admitti virtute alicuius indulti, absq; Sedis Apostolicę licentia speciali, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna incurrenda, Papæ reseruata; quam tam recipientes, quam recepti ipso facto incurrant. Et secus facta, non teneant ipso iure. Habetur in extrauaganti, quæ incipit. Viam ambitiosæ. C

12 *Ex iure cōmuni. Alienatio rerū ecclesiæ.* PAVLLVS ij. protulit sententiam Excommunicationis in eos, qui bona Ecclesiastica quęcumque alienant, vel pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, faciunt, & in illos, qui ipsa alienata recipiunt; ipsamq; alienationem nullius voluit esse momenti. Habetur in extrauaganti. Ambitiosæ. Quæ habetur latius supra in dictione Alienatio. §. 4. D

13 *Ex iure cōmuni. Cōtra fratres, & sorores tertij ord.* SIXTVS iv. statuit, quod Excommunicationem incurrant ipso facto Fratres, & Sorores tertij Ord. qui collegialiter viuentes, post factam professionem; & emissionem trium votorum substantialium in manibus sui Ministri, vel Ministræ, matrimonium contrahunt, seu ante contractum consumant, aut Religionem ipsam dimittunt, ad sæcularem vitam euntes.
Et tale matrimonium est nullum, nec possunt absolui, nisi habitu reassumpto, suam professionem, collegialiter viuentes obseruent, a suis Superioribus absolui meruerint. Habetur in extrauaganti quę incipit. Ad Christi Vicarij presidentis. E

14 *Cōtra fratres Mi. & Præd.* ¶ IDEM Sixtus statuit: quod Excommunicationem incurrant Fratres Minores, & Prædicatores recipientes, siue admittentes ad Priuilegia, & immunitates Ordinum suorum, quoscumq; laicos vtriusq; sexus, prætextu tertij Ordinis, seu alterius modi, nisi gestauerint habitum prædicti tertij Ordinis solitum, & professionem emiserint solitam, & in aliqua domo, seu Congregatione dictorum Fratrum, vel Sororum vitam duxerint in communi. Non obstantibus quibuscumque litteris Apostolicis. Habetur in Bulla, quæ incipit: Detestanda nonnullorum ambitio.

ANNO-

A

ANNOTATIO CORDVBÆ.

QVOAD §. 14. notandum, quod vltra ea quę ibi Sixt. 4. explicat, possunt admitti ad communicationem Priuilegiorum nostri Ordinis mulieres, castam, seu vidualem vitam ducentes, voto expresso sub Tertio Ordine, etiamsi in proprijs domibus, vel consanguineorum viuant, vt patet per Leo. 10. §§§. 28. & infra in eodem Compend. tit. Tertiarij Fratres. §. 20. habetur. possunt etiam admitti alij, quoad hoc priuilegiati, etiam per confirmationem Priuil. per Clem. 7 vt familiares suo modo, & alij eiusmodi, de quibus in Cõpendio, in diuersis titulis secundum subiectam materiã habetur, & ibid. B *tit. Tertiarij, latius videbitur, qui Tertiarij possint, & qui non, & quõ vti nostris Priuilegijs. Et notandum insuper quod hac Bulla Sixt. 4. quam hic ponit Collector, non debuit allegari, tamquam numquam visa, & inusitata, seu moribus vtentium non approbata: Immo, & videtur iam per non vsum, aut per oppositam consuetudinem omnino derogata, & nihil valere, sicut, & multa alia eiusmodi Bullæ, statuta, leges, & Consuetud. per dissuetudinem non valent, vt elicitur ex Gerson. in 3. parte, de vita spirituali lect. 5. & 6. Et Caietan. tit. Excommunicatio, in Summula post cap. 81. & facit ad hoc, quod habetur infra tit. Simonia, similiter. §. 1. annotatum.*

Admitti ad cõicationẽ nostrorum priuilegiorum, quando possunt Tertiarij.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

C *VLTRA supradicta Collectoris notabilia, sunt etiam alia valde necessaria. Vnde Notandum, quod secundum Conc. Trid. sess. vlt. cap. 12. de Regular. Censura, & interdicta, nedum a Sede Apostolica emanata, sed etiam ab Ordinarijs promulgata, mandante Episcopo, a Regularibus in eorum Ecclesijs publicari, atq; seruari debent.*

Cõc. Trid.

Pro eo, quod dicitur in §. 4. de euitatione excommunicatorum.

Primo est notandum, quod hodie per Constitutionem Concilij Constantiensis quę magis recepta est, quam Basileensis, quam refert Couar. in C. Alma mater. §. 2. num. 9. vers. superest, Nullos tenemur vitare excommunicatos, nisi in duobus casibus.

In §. 4.

D *Primus est si sint nominatim excommunicati, & denuntiati, sicut vsus, & communis interpretatio Doctorum in hunc sensum accipit prædictam Constitutionem, vt refert Couar. qui supra nu. 7. versic. 4.*

Vt inquit Sotus in 4. d. 22. q. 1. art. 4.

Secundus, si percussores Clericorum sint adeo notorij per operis euidentiam, vt factum nequeat aliqua tergiuersatione celari, atq; nulla valeat ratione excusari, quod tamen secundum vetera iura satis erat esse notorium, eo modo, quo aliquid dicitur notorium iuris, scilicet, per confessionem, vel per sententiam, & similia. cap. Vestra. c. fin. de cohab. Cleric. vel mulier, & ita absq; dubio tenendum est contra cox. in cap. cum non ab homine de sent. excom. Verum, si essent notorij alia ex caussa, quam percussionis Clericorum, illos non tenemur vitare, vt Decius in cap. a nobis. num. 21. de except. & So- E *tus vbi supra, contra Silu. in vers. excom. 5. nu. 9. qui extendit dictam extrauagantem ad omnes notorios excommunicatos, ita vt participantes cum illis, sint excommunicati, quam Silu. opinionem sequitur etiam, omnibusq; viribus conatur defendere Auctor Catechesis Neap. in lib. 5. cap. 13. in noua illius editione, allegans nonnullos alios Doctores huius opinionis, & præcipue Nauar. in Man. cap. 9. num. 8. & c 27. nu. 35. Attamen hac opinio, licet in rigore verborum supradictę extrauag. videatur vera; non est tamen vsu recepta, sed tantum illa Soti, scilicet, vt non euitare teneamur, nisi illas duarum excommunicatorum species, quas prędictum Conc. iussit. Et ita tenendum esse concluditur in Sum. Cassin. lib. 4. c. 11. nu. 2.*

Duo genera excõicatorum debẽt euitari.

Alia opin.

Cõtrariari sibi videtur Nau 1 c. 27. nu. 35. etc. 9. nu. 8. Et lex, vsu non recep-

Secundo. Notandum, quod cum Concil. Constantiense supradictum, loquatur de

publico

pta, non ligat. gloss. in c. 1. de treg. & pace. Sil. I verb. lex. Notorium duplex iuris, & facti. 11. q. 1. nos quemquã. 5. q. si Epiphan. de prob. c. fin. de cohab. Cleric cap. vestra. §. ceterum. Nau. ca 25. nu. 73. Pan. in d. c. vestra.

K

publico Clerici percussore, ita vt nulla tergiuersatione possit celari. Ideo sciendum est, iuxta tex. in cap. vestra, & cap. fin. de cohabit. Cleric. Notorium duplex esse, iuris, & facti. Iuris dicitur, quando percussio fuit facta occulte, & secrete, tamen deductum est delictum in foro contentioso, & lata est super eum sententia excommunicationis, vel quia ipsemet percussor confessus fuit delictum, vel quia erat conuictus. Et tunc talis percussor dicitur publicus notorietate iuris, & per consequens euitandus est. Notorietas vero facti dicitur illa, cuius percussio est adeo manifesta, vt nulla possit tergiuersatione celari, supple probabiliter; quando ita deprehensus est quis in crimine, vel ita delictum patens est, & certum omnibus, quod non est locus inficiationi; vt quia publice tenet concubinam, ac vxorem. 2. q. 1. de manifest. l. si vicinis. C. de secund. nupt. Vel eius delictum est notorium maiori parti Ciuitatis, vel Villæ, Oppidi, Collegij, vel Viciniæ, siue Gymnasij, modo in eo sint saltem decem, vel etiam pauciores; quando illi pauciores essent maior pars Villæ, Gymnasij, &c. qui ad minus debent esse sex. Ita Nauar. & Panorm. Et hinc ipse Nauarr. de senten. excommunic. lib. 5. cons. 40 consuluit Religiosum esse publicum excommunicatum censendum, & ita vitandum, qui coram maiori parte Conuentus Clericum a sede expulit, vel brachio violenter extraxit, & ita etiam refert, & tenet Sum. Cassin. vbi supra.

I

Tertio. Sed quando in percussorem Clerici, requiratur citatio, & sententia declaratoria excommunicationis incursa, vide in eadem Sum. Cassin. D. Iacobi de graff. lib. 2. c. 63. cum sequentibus, & vide infra verbo Exemptio, in Annotatione nostra.

Excõicatus specialiter ob cõtumaciam nõ cõparẽdi, vel non parendi, non est euitandus.

C

Quarto. Item nota, excommunicatum specialiter ob contumaciam non comparendi, vel non parendi, antequam declaretur, & denuntietur, non esse hodie euitandum; propter verbum, quod sequitur in dicta extrauag. ibi (specialiter & expresse) quia oportet eum, qui non est notorius, esse, non solum specialiter, sed etiam expresse, idest nominatim denuntiatum, & ita vsus Vrbis, & Orbis habet, & consentit etiam Nauarr. Et sic quando sciuerim aliquem esse excommunicatum, puta, quia detinet rem alienam, propter quod lata fuit excommunic. aut quia legit, & detinet libros prohibitos, aut quia non communicauit in Paschate, non teneor illum euitare etiam in secreto; immo potest coram ille celebrari, ratione supradicta, nec teneor euitare, quando crimen est notorium, vel est fama publica, & adhuc non est delinquens nominatim, & expresse denuntiatus, & hæc sunt memoria tenenda, quia quotidiana.

D

Orare pro publico excõicato, nõ denũtiato.

Quincto. Item nota, hodie propter dictam extrauag. licere orare publice pro excommunicato, dummodo non sit denuntiatus, aut notorius. Nec obstat. D. Thomæ doctrina, & aliorum Theologorum; quia eo tempore dicta Extrauag. non fuerat emanata; vnde nec etiam sepultura ei negatur. Quapropter, doctrina Theologorum tradita super participatione cum excommunicatis, restringitur hodie ad duos casus tantum, videlicet, ad excommunicatos notorios, & ad denuntiatos, loquendo de iure; sed de consuetudine, & in praxi hodie est receptum, vt euitentur illi tantum, qui specialiter, & nominatim fuerint excommunicati, vel declarati; vel si percussissent Clericum notorie.

Vt ait Nau. vbi supra. c. 27. nu. 35.

Ipsi excommunicati etiã occulti non possunt participare in diuinis.

E

Sexto. Ipsi tamen excommunicati, etiam occulti, in nullo releuantur per prædictam Extrauag. nec quantum ad pœnas spirituales, nec quantum ad temporales. Vnde non possunt tales participare in diuinis; & peccant semper mortaliter, quoties audiunt Missam, vel intersunt diuinis officijs, aut adsunt cum alijs in publicis rogationibus; aut adstant benedictioni Mensæ cum alijs, aut huiusmodi. Ita, quod non requiritur aliqua publicatio, quantum ad pœnas, & præsertim spirituales, quas excommunicati ipso facto incurrunt. Pro quo vide Nauar. in Manual. c. 27. nu. 31. not. 2.7. Quapropter tenentur Confessarij de hoc suos pœnitentes admonere, quando sciunt eos in aliquam excommunicationem incurrisse.

Aduertant Cõfessores

Dubium difficile.

Septimo. Sed num Catholici Galliæ, aut Germaniæ, aliorumq; Regnorum, qui cum hæreticis manifestis, immo & palam se tales esse asserentibus, in eorum Prouincijs participant in externo conuictu, peccent, atque in excommunicationem minorem incurrant;

eum

A *cum tales Lutherani, aut Caluinistæ, &c. sint manifeste, & notorie excommunicati propter hæresim notoriam, & propter Bullam Cenæ Domini? Et respondetur, illos non peccare, & excusari propter necessitatem, & propter consuetudinem, quæ dicitur optima legum interpres. Quæ consuetudo cum sciatur, & toleretur a Summis Pontificibus, qui propter illorum multitudinem non audent procedere, excusat catholicos illa vtentes; vt tenet Nauar. in Man. c. 9. nu. 8. & c. 27. nu. 35.*

Pro Fratribus S. Hier. Cisterciens. Camaldul. & Soc. Iesu.

Octauo. Notandum, quod Fratres. & personæ Ordinis Sancti Hieronymi Hispan. ab alijs, etiam Legatis Apostol. nisi de speciali mandato Sedis Apostolicæ, excommunicari, vel suspendi non possunt. Nec Monasteria Ordinis, contra istud Priuilegium, interdici possunt. Ita concessit Honorius 3. Cisterciens. vt refertur Priuileg. 10. Et Vrbanus 4. B *eisdem, Priuileg. 35. & 36. Quod etiam extenditur, ad familiares, benefactores, & seruientes, vel ad Molendina Ordinis venientes; ne, quia illud participant, a quoquam excommunicari possint: alias quidquid contra attentatum fuerit, irritum, & inane declarauit Innoc. 4. Priuileg. 19. Cisterciens. Et Leo 10. pro Congreg. Camaldulens. Priuileg. 14 Et tandem Paullus 3. anno 1549. hanc declarationem fecit pro Societate Iesu. vt in illius Compend. verbo Prælati. §. 2. & refertur in Compend. Priuileg. S. Hieron. Hispan. fol. 96. §. 4.*

An detur cõicatio cẽsurarũ adinuicẽ inter Mendicantes vide supra l verbo Cõmunicatio Priu.

Pro oĩbus Regular.

Nicolaus 4. Noluit Fratres Minores ligari aliqua sententia excommunicationis, suspensionis, aut interdicti, iuris, vel hominis. nisi nominatim fiat mentio; nec sufficit si dicatur in sententia generaliter, vt perinde valeat, ac si essent nominati expresse. Habetur hæc declaratio Pontificis, in Cæremoniali, seu Pontificali in Bibliotheca Vatica- C *na, vt refertur in Compendio Societatis Iesu, verbo Excommunicatio. §. 3.*

Nono. Quoad illud, quod supra dictum est a Collectore, in primo notabili, de excommunicationibus reseruatis in Bulla Cenæ, plura alia sunt notanda.

Quoad Bullam Cenæ.

Et primo Not. quod in Bullis Cenæ emanatis a Greg. 13. vsque ad istam vltimam a S. D. N. Papa Clem 8. publicatam; nihil fere reperitur esse immutatum. vel additum; sunt tamen, multæ alia excommunicationes in istis reseruatæ, quæ non sunt in supraposita Bulla Leonis 10. a Collect. & fortiores non obstantia, ac clausula derogatoria, vt in illis est videre, ad quas, breuitatis caussa me remitto; solum loco illius Bullæ Leonis, volui ponere illam Six. v. vt supra.

Excom. cõtra absoluẽtes a casib. Bull.

2. Not. quod quicumque Sacerdos absoluit aliquem (nisi in articulo mortis) ab ali- D *quo casu existente in Bulla Cenæ Domini, est ipso facto excommunicatus; & omne officium legendi, prædicandi, & sacramenta administrandi, est sibi interdictum, & tamen quidquid agit absoluendo, vel alias, nullius est roboris, vel momenti.*

Et hanc sequitur in Cat. Neap. lib. 1. c. 25. nu. 1.

Et hæc excommunicatio licet, secundum aliquos dicatur quod sit in eadem Bulla reseruata Papæ; tamen Nauarr. in expositione dictæ Bullæ, tenet quod non; & videtur melior opinio, quia hodie inflictio dictæ Censuræ, in dicta Bulla apponitur, non ante, sed post reseruationem omnium excommunicationum, ibi contentarum. Olim vero fortasse non sic, & ideo, tunc Doctores illi recte senserunt.

Sixt. 4.

3. Not. Quod in articulo mortis constitutus potest absolui a sententijs huius Bullæ, & a casibus illis 12. quos Sixt. 4. ponit in extrauag. Et si dominici, de pœnit. & re- E *miss. sic ait Caiet. in Summula de excommun. cap. 77. Nota casus huiusmodi dupliciter inueniri. Primo vt non remanserit pœnitens ad satisfaciendum obligatus. & tunc potest in articulo mortis quilibet absolui, cum promissione, vel iuramento, quod præsentabit se (si euaserit) valenti legitime absoluere; non quidem pro absolutione, sed ad standum mandatis Ecclesiæ. Si autem pœnitens remanserit obligatus ad satisfaciendum, præmitti debet (si potest) satisfactio; quod si non potest, tunc præstare debet idoneam cautionem, antequam absoluatur, prout ipse Papa mandat: Vocatur autem cautio pigneratitia; quod si hanc non potest, det fideiussoriam; & si hanc etiam non potest, det iuratoriam; & in hoc aduertant bene confessores, ne illaqueentur.*

De hoc etiã vid. D. Th. 3. par. l addit q. 8. art. 6. ad 2.

Et quia quotannis hæc Bulla posset immutari, curandum est, vt singulis annis, ab

Ordina-

A tentes incurrant ipso facto. B. fo. 92. Et ffo. 175. concessione 410.

NICOLAVS quintus, concessit Ministro Generali Fratrum Minorum, quod possit visitare, & corrigere quoscumq; Fratres exemptos præfati Ordinis, prout late positum est supra in dictione Correctio. §. 9. 5 *Minister Generalis.*

SIXTVS iv. statuit, vt si aliqui Fratres Minores, aut Prædicatores obtinuerint habilitationem ad habenda beneficia Ecclesiastica, & quod interim, vel postquam ea habuerint, valeant residere in domibus dicti Ordinis, & ibidem cameras, ac vocem actiuam, & passiuam in Capitulis Generalibus habere, & Priuilegijs dictorum Fratrũ, & Ordinum gaudere, & quod isti tales postquam aliquod beneficium pacifice adepti fuerint, aut pro Capellanis in B aliquibus Ecclesijs deseruire cœperint, concessionibus prædictis nequeant gaudere, aut alijs consimilibus Ordinem concernentibus, nisi de Prælatorum consensu. Et idem statuit de promotis ad Cathedrales, etiam titulares, ac alias dignitates Ecclesiasticas. B. fo. 66. Et ffo. 149. concess. 365. 6 *Pro fratribus prædicatoribus & Minor. Officia ordinis. Episcopi.*

¶ IDEM Sixtus concessit, seu statuit, vt nullus professor Ordinis Carmelitarum beneficia sæcularia, seu etiam regularia, quorumuis Romanorum Pontificum, aut Sedis Apostolicę, vel Legatorum eius Concessione, vel indulto, quouis modo in titulum, vel commendam pro tempore obtinentium, aut quæ futuris temporibus quomodolibet obtinebunt, etiam si illa simpliciter, vel alio quouis modo dimiserint, in Capitulis Generalibus, vel Prouincialibus, aut Congregationibus, seu negotijs, officiis, vel alijs administrationib. C dicti Ordinis (nisi Generalis pro tempore consensu interueniente) quomodolibet admittantur sub excommunicationis pœna, quam admissi, & admittentes ipso facto incurrant. B. ffo. 188. concess. 482. 7 *Ex Priuil. Carmelit. Excõicatio.*

IVLIVS Secundus, commisit vniuersis Prælatis, & alijs personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, vt requisiti a Prælatis Ordinis Minorum, & Commissarijs Romanæ Curiæ, aut alijs Fratribus ad hoc per eosdem deputatis, examinent quascumq; litteras Apostolicas, quas Fratres dicti Ordinis super exemptionibus, & habitus mutationibus, & dimissionibus, & alijs extorsionibus impetratas repererint; & quod caussas per eosdem Fratres in illis allegatas dijudicent; & si veras non repererint, eas reuocent, & annullent, ac eisD dem Fratribus minime suffragari debere declarent. Ac quod prædictis Fratribus ad Ordinem Canonicorum Regularium translatis, seu vt sæculares incedentibus, ne in ciuitatibus, oppidis, vel locis, vbi domus dicti Ordinis fuerint, permaneant, inhibeant: vel si in eis manere voluerint, vt ad Ordinem, seu familiam, cuius habitum temere reliquerint, redeant, B. ffo. 13. conce. 50. 8 *De examinatiõe Priuileg. exemptionũ Fratrum particularium. Nota.*

LEO X. statuit, quod nullus Frater Ordinis Mino. obseruantiæ obtinere possit aliquam Exemptionem, aut Indultum Apostolicum, sub quauis forma, & expressione verborum: nisi Generalium, aut Commissariorum suorum, in Romana curia existentium, ad hoc expressus accedat assensus. Et quod, si illa impetrauerit, illa nullatenus sibi suffragentur, vt illorum obtentu, a PręE latorum suorum iurisdictione, & Regulari disciplina exemptus censeatur, B. ffo. 15. concess. 52. 9 *De licentia requisita pro impetratione exemptionis.*

¶ Idem Leo statuit, quod nullus Prælatus, aut Apostolicæ Sedis Nuntius, aut Legatus, nisi esset de latere Legatus, aliquem ex professoribus Ordinis Mino. ad secum morandum, vel pro suis negotijs promouendum, absq; Generalis, seu Prouincialium petita, & obtenta licentia, & in scriptis habita, assumere possit, sine speciali Sedis Apostolicæ mandato, de pręsentibus specialem mentionem faciente. Super quo ponit censuras, B. ffo. 15. concessione 53. 10 *Vide Conc. Trid. sess. 22. de reform. c. 1.*

Idem Leo iterum prohibuit, ne aliquis Frater Minor cuiuscumque conditionis & gradus existat, vigore cuiusuis rescripti Apostolici, sub quauis verborũ 11 *De licentia Cõmissarij*

pro impetratione exemptionis.

forma, & cum quibusuis derogatorijs, & efficacissimis clausulis quomodolibet emanati, exemptus a iurisdictione suorum Prælatorum in aliquo censeatur: nisi prius Commissarij dicti Ordinis in Romana curia residentis, ad hoc expressus,& in scriptis accedat assensus, decernens irritum,& inane quidquid secus a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, B. ffo. 18. concess. 59. A

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD §. 6. notand. quod Clem. 7. fff. 75. concessit nobis, & prohibuit omnibus Fratribus ab Ordine nostro exemptis quomodolibet, & quibuscumque dignitatibus fungentibus: ne possint contra Statuta, ūoresq; nostra Religionis in nostris domibus commorari, aut in nostris officijs, aut Capitulis se immiscere, seu intromittere. & de his exemptis Fratrib. videatur ēt in eod. Comp. tit. Apostata secundum materiam. B

¶ Quoad. §. 7. quomodo censura, aut sententia inflicta contra alios, occasione nostra, contra nostra Priuil. non sint vniuersaliter nulla in casu speciali per Priuilegium aliquod cōcessum, sed generaliter sint annullanda; quamuis contra nos ipsos inflicta sint ipso facto nulla; Videatur inf. tit. Priu. §. 4. & alibi secun. subiectam materiam. Maxime tit. Canonica portio. §. 5. & 6. & tit. Exemptio. §. 22. & alibi vide, vt oportet.

EXEMPTIO. C

1 *Exemptio a Prælatis Ecclesiasticis.*

CLEMENS IV. exemit Fratres in multis a iurisdictione, & subiectione Prælatorum Ecclesiæ. Primo concessit, quod per litteras Apostolicæ Sedis, aut Legatorum, seu Delegatorum ipsius conueniri a quoquam minime valeant prædicti Fratres Minores. ¶ Secundo, quod ad pecuniam colligendam cogi non possint inuiti, etiam per litteras Sedis Apostolicæ de cetero impetrandas. ¶ Tertio, quod nullus prædictorum Fratrum teneatur correctionis, seu visitationis, vel inquisitionis officium, Monasterijs, vel Ecclesijs, seu quibuscumque personis impendere, vel ad cognitiones caussarum, seu citationes partium, & denunciationes sententiarum interdicti, & excommunicationis procedere. D ¶ Quarto, quod non teneantur recipere curam Monialium, seu religiosarum, quarumlibet ue personarum per quascumque litteras Apostolicas, nisi de hoc indulto, & ordine prædicto expressam fecerint mentionem, B. fo. 57. & ffo. 140. concess. 321.

De Monialibus & alijs Religiosis.

2 *De Monialibus. Visitatio.*

Idem Clemens concessit, vt ad visitandum aliqua Monasteria Monialium cuiuscumque Ordinis, vel ad audiendas confessiones earum, nequeant prædicti Fratres aliquatenus compelli. Nec ad recipiendum commissiones caussarum, seu sententiarum executiones, vel alia contingentia caussas ipsas, per litteras Sedis Apostolicæ (in quibus non facta fuerit de indulto huiusmodi mentio specialis) siue per Legatos, vel Delegatos ipsius, aut etiam per alios quoscumq; B. fo. 57. Et ffo. 140. concess. 322. E

3 *De exemptione ab omnibus actibus fori iudicialis.*

Idem Clemens concessit insuper, quod nullus Archiepiscopus, vel Episcopus, nullusq; alius Prælatus Ecclesiasticus valeat compellere Fratres Minores ad portandum, seu deferendum litteras, vel exequendum, aut denuntiandum sententias contra Principes sæculares, communitates, populos, seu alios quoscumq; benefactores eorundem Fratrum. Ac etiam, quod nullus Delegatus, vel ordinarius Iudex possit eosdem Fratres cōpellere ad faciendum citationes, vel cōmissiones recipiendas, siue vt sint in aliquib. caussis assessores, siue ad lites, & con-

A & controuersias contingentes, in caussis, quę coram ipsis tractantur, sine Sedis Apostolicę speciali mandato, vel licentia, expressam faciente de huiusmodi Indulto mentionem. Nec quisquam eorum teneatur parere, vel intendere super his monitionibus, seu mandatis, aut iussionibus eorumdem, aut facere, vel implere quod in hac parte duxerint iniungendum, B. fo. 57. Et ffo. 140. concessione 323.

Idem Clemens concessit, quod nullus Legatus, nisi de latere, auctoritate litterarum Apostolicarum specialem de indulto huiusmodi, & Ordine prædictorum Fratrum Minorum non facientium mentionem, nullusq; alius Prælatus, nec aliqua persona religiosa, vel sæcularis de huiusmodi Fratribus ad sua, vel alterius negotia procuranda, seu ad secum manendum, aliquem assumere va- B leat, nisi quos Generalis, vel Prouinciales Ministri tamquam idoneos, & discretos eis duxerint assignandos: quos etiam subiacere voluit Ordinis disciplinæ, B. fo. 57. Et ffo. 141. concessione 325. 4 *Exēptio ab occupatione in quibuslibet negotijs extra Ord.*

Idem Clemens prohibuit vniuersis Ecclesiarum Prælatis, & alijs, ne confessiones Fratrum Minor. inuitis Prælatis eiusdem Ordinis audire præsumant. Nec eos compellant ad Synodos, seu Congregationes suas accedere, vel cum eis extra ciuitates, vel intra, processionaliter exire, aut suis constitutionibus subiacere, vel Capitula, scrutinia, & inquisitiones in locis, seu Monasterijs Fratrum, vel alibi, de eisdem facere. Aut fidelitatem iuramento firmatam, & manualem obedientiam a Ministris, seu Custodibus, vel Guardianis eiusdem Or- C dinis, exigere, aut de ipsorum institutione, vel destitutione, siue de Statutis Ordinis se aliquatenus intromittere, seu prohibere, ne ad ciuitates, & villas, vbi religiose viuere, & morari possint, a populis euocati, audeant accedere; ibiq; pro suis vsibus construere ædificia, seu Ecclesias, & Oratoria, aut in sic accedentes, seu in construentes Fratres huiusmodi, vel receptatores ipsorum, excommunicationis sententias proferre præsumant, B. fo. 58. Et ffo. 142. conc. 338. 5 *Cōfessiones* *Process.* *Obediētia.* *Aedificare.* *Excōicatio.*

Idem habetur quoad Fratres Carmelitas, B. ffo. 186. Conceff. 476. Et quoad Fratres Prædicatores, B. 238. conceff. 564. Et quoad Augustinienses, B. ffo. 246. conceff. 604. *Collector.*

Idem Clemens exemit præfatos Fratres a solutione canonicæ portionis, de D ornamentis, & pluribus alijs, prout ad longum positum est supra in dictione Canonica portio §. 3. 6 *Canonica portio.*

Idem Clemens concessit eisdem Fratribus Minoribus, vt ad præstationem procurationum Legatorum Sedis Apostolicæ, vel Nuntiorum ipsius, seu diœcesanorum locorum, aut exactionum, vel collectarum, seu subsidiorum, vel pro uisionum quorumcumque minime teneantur. Nec ad ea soluenda per litteras dictæ Sedis Apostolicæ, aut Legatorum, vel Nuntiorum eiusdem, seu Rectorum terrarum Ecclesiæ Romanę, cuiuscumq; tenoris fuerint, compelli possint: nisi huiusmodi litteræ Apostolicę impetrandæ, plenam, & expressam de hoc indulto, & Ordine prædicto fecerint mentionem, B. fo. 59. Et ffo. 142. conc. 341. 7 *Exemptio a quibuslibet exactionibus.*

Idem Clemens exemit eosdem Fratres ab omni iurisdictione Prælatorum E Ecclesiæ ordinariorum, ita, quod non obstante constitutione Innocentij IV. non teneantur, etiam ratione delicti, contractus, seu rei, de qua agitur locorum Ordinarijs subiacere. Decernens irritum, & inane quidquid secus attentari contigerit, B. fo. 59. Et ffo. 142. conceff. 342. 8 *De exēptione ab omni iurisdictione Pręlatorū Ecclesię.*

Idem Clemens prohibuit, ne Fratres Minores ab aliquo Legato (nisi de latere Sedis Apostolicæ misso) vel Delegato, aut Subdelegato, auctoritate litterarum Apostolicarum excommunicari, suspendi, aut interdici possint; nisi litteræ ipsæ plenam & expressam de prædicto Ordine, & indulto huiusmodi facerent mentionem, B. ffo. 3. concessione 1. 9 *Excōicatio.*

De immediata subiectione Sedi Apostolica. Collector.

NICOLAVS IV. concessit Exemptionem totalem Ordini Minorum, decernens Ordinem prædictum, & Fratres eiusdem immediate Sedi Apostolicæ subiacere: Ac Ecclesias, & oratoria, domus, loca, libros, vtensilia, & alia mobilia, & immobilia (quorum vsum habent Fratres præfati) in ius, & proprietatem Sedis Apostolicæ suscepit, B. fo.28. Et ffo.112. concess.243. A

Vide ampliationem præfatæ concessionis, infra, §. 14.

11 *Cõfirmatio exēptionū suprascriptarum.*

BONIFACIVS VIII. confirmauit litteras prædecessorum suorum super Exemptione prædicta, & de nouo exemit Fratres Minores præfatos, & illorum Ordinem, ab omnium, & singulorum quorumlibet Prelatorum, & personarum Ecclesiasticarum, omnimoda potestate, ac iurisdictione, decernens præfatos Fratres, & Ordinem eorum, immediate Sedi Apostolicę tantummodo, & Romano Pontifici subiacere, b.fo.32.Et. ffo.32. conc.34. B

12 *Pro Monialib. Sancta Clara.*

Idem Bonifacius concessit Monialibus Sanctæ Claræ, vt ad præstationem decimarum de quibuscumque possessionibus, & omnibus alijs bonis, quæ iuste habuerint; vel ad contribuendum in procurationibus quorumlibet Ordinariorum, & etiam Legatorum, & Nuntiorum Sedis Apostolicæ, ac quibuslibet taliis, & collectis, aut ad exhibendum pedagia, telonea, & alias exactiones quibusuis Regibus, Principibus, seu alijs personis, minime teneantur: nec ad id compelli aliqualiter valeant. B. fo.38. & ffo. 122. concess.267.

13 *Pro Augustiniensib.*

Idem Bonifacius dedit copiosam Exemptionem, Fratribus Augustiniensib. & eorum Ordini; sicut concesserat Fratribus, & Ordini Minorum. B. ffo.247. concess.619. C

14 *Ampliatio exemptionū suprascriptarū.*

BENEDICTVS XI. exemit Ordinem Fratrum Mi. sicut fecerat Nicolaus IV. supra. §. 10. & addidit, quod nec etiam ratione delicti commissi, vel initi contractus, aut rei sitæ, vel positæ, seu existentis extra loca eorumdem Fratrum exempta, possint coram Ordinarijs, vel alijs Prælatis Ecclesiasticis molestari, seu quomodolibet conueniri. Non obstante constitutione Innocentij IV. in contrarium faciente, B. fo.24. Et ffo.108. concess.232.

15 *Plenissima exēptio pro Fratribus Prędicatoribus, et alijs personis eis subiectis.*

MARTINVS V. approbauit, & confirmauit litteras Bonifacij IX. qui dedit amplissimam Exemptionem Ordini Fratrum Prædicatorum, & ab eo dependentibus, sub sequentibus verbis: Vestigijs nonnullorum prædecessorum nostrorum inhærentes, Ordinem ipsum, ac Magistrum Generalem, & Priores, & Fratres prædictos, necnon quascumque Sorores, ac domos, Monasteria, & Hospitalia quæcumque, quæ sub cura, & regimine Ordinis Fratrum Prędicatorum fuerint pro tempore constituta, & eorum Rectores, & Gubernatores cum omnibus suis iuribus, & pertinentijs, quæ in præsentiarum obtinent, & in futurum (dante domino) iustis modis poterunt adipisci, ab omni iurisdictione, dominio, subiectione, & potestate quorumlibet Ordinariorum, & Prælatorum, ac personarum Ecclesiasticarum, necnon a solutione cuiuscumq; collectæ, pedagij, aut cuiuscumq; alterius generis exactionis, de Apostolicæ potestatis plenitudine, & de certa scientia prorsus eximimus, & totaliter liberamus, illaq; in ius, & proprietatem Beati Petri, & Sedis Apostolicæ, & sub eorum speciali, & immediata protectione suscipimus, decernentes, Ordinem, Magistrum, Priores, Fratres, & Sorores, qui nunc sunt, & erunt pro tempore, domos, Monasteria, loca, & hospitalia supradicta, eorumq; rectores, & gubernatores, cum omnibus iuribus, & pertinentijs huiusmodi solum immediate Sedi Apostolicæ subiacere. Ita quod Ordinarij, & Prælati huiusmodi, siue quæuis alia persona generaliter, vel specialiter, aut communiter, vel diuisim, non possint, quauis auctoritate, excõicationis, suspensionis, & interdicti sententias promulgare, aut alias etiam ratione delicti, seu contractus, vel rei de qua agitur, vbicumque committatur delictũ, iniatur contractus,

Exactiones (margin)

Censurę Ecclesiasticę. (margin)

A contractus,aut res ipsa consistat,potestatem, seu iurisdictionem aliquam quomodolibet exercere. ¶ Ibidem etiam concedit omnibus supra nominatis, exemptionem a solutione decimarum, & pedagiorum, & collectarum valde copiosissimam,ita quod in omnibus exemptionibus Ordinum Mendicantium, nulla reperitur copiosior, b. ffo. 262. concess. 681. Et habetur sub authentico B. ffo. 80. concess. 240. sub nomine Eugenij iv. *Decimę.*

EVGENIVS IV. approbauit, & confirmauit litteras Bonifacij ix. & Martini v. in quibus datur copiosissima Exemptio Ordini Fratrum Prædicatorum, vt supra positum est. §. 15. Hęc autem approbatio Eugenij habetur authentica, B.ffo.80. concessione 240. 16 *Pro Fratribus Prędicatoribus.*

B Idem Eugenius exemit Ordinem Sanctæ Claræ, Abbatissas, Conuentus, Moniales, Monasteria, & loca eiusdem Ordinis, cum omnibus iuribus, & pertinentijs, ac bonis mobilibus, & immobilibus quibuscumq; ab omni iurisdictione,ac dominio,& potestate quorumcumque Legatorum,& Prælatorum Ecclesiasticorum, cum maximis clausulis, & non obstantijs: Ac similiter exemit a præstatione, seu solutione decimarum, collectarum, taliarum, subsidiorum, angariarum,ac quarumlibet aliarum exactionum, b.ffo.41.conc.46. Et ffo.85. concess. 248. 17 *Pro Monialibus Sanctæ Claræ. Decimę. Exactiones*

NICOLAVS V. quia aliqui Ecclesiarum Prælati, & alij non obseruabant Exemptionis litteras concessas Fratribus Mino. statuit, & mandauit, vt nulla persona cuiuscumque dignitatis, gradus, status, vel conditionis existat, C de cetero prædictos Fratres molestare, aut perturbare præsumat, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, si post monitionem, ab huiusmodi Fratribus factam, contrarium præsumpserit. ¶ Et ibidem concedit Generali Ministro potestatem corrigendi omnes Fratres dicti Ordinis, siue in Monasterijs Monialium, siue in alijs domibus, & Eremitorijs, seu locis commorantes, etiam ab obedientia, visitatione, & correctione dicti Ministri per specialia Sedis Apostolicæ indulta se exemptos esse (præter Regulæ, & Statutorum dicti Ordinis formam) prætendentes. Non obstantibus quibuscumque Priuilegijs, exemptionibus, & indultis Apostolicis in genere, vel in specie concessis,b. ffo. 47. concess. 50. Et ffo. 87. concess. 250. 18 *Excõicatio. Generalis Minister. Correctio.*

D SIXTVS IV. exemit Fratres Minores a solutione decimarum quarumcumque,etiam Papalium,vt habetur supra ad longum in dictione Decimę.§.5. 19 *Decimę.*

Idem Sixtus exemit Moniales Sanctę Claræ a solutione decimarum, etiam illarum terrarum, & possessionum, quas per colonos faciunt cultiuari, prout positum est supra in dictione Decimæ. §.7. 20 *Decimę.*

Idem Sixtus exemit Ecclesias parochiales apud quas Monasteria Fratrum Minorum sunt constructa, & Capellanos in illis pro parte Fratrum eorumdem positos ad seruiendum, a iurisdictione, & superioritate Ordinariorum, B. fol. 60. Et ffo. 144. concess. 151. Et habetur supra latius,in dictione Ecclesiæ Fratrum. §. 5. 21 *Pro Ecclesiarum visitatione ab Ord. faciẽda videgl. meam supr. verbo Ecclesię Fratrũ. Parochial. Ecclesię.*

E Idem Sixtus inhibuit locorum Ordinarijs, sub interdicti ingressus Ecclesię, & suspensionis a regimine, & administratione Ecclesiarum suarum, ac Rectoribus & alijs quibuscumque, sub excommunicationis latæ sententiæ,& priuationis earumdem parochialium Ecclesiarum, ac omnium aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ obtinent, necnon inhabilitationis ad illa, & alia in posterum obtinenda, pœnis eo ipso per eos qui contrafecerint incurrendis, ne Ordines Fratrum Prædicatorum, & Minorum, & illorum domos, & professores, præter, aut contra tenorem Priuilegiorum suorum per litteras Apostolicas concessorum, eos inquietare, seu molestare præsumant; Nec eos, aut testamẽtorum vltimarumq; voluntatũ executores, & hæredes, seu quoscumq; alios 22 *Pro Fratr. Pręd et Mi. Excõicatio.*

Quarta. alios directe, vel indirecte, ad solutionem cuiuscumq; quartæ Parochialis, seu Canonicæ, vel alterius portionis, seu oneris; vel ad faciendum celebrari aliquod officium in eorum Ecclesijs, vel alibi, dum apud ipsos Fratres decedentium corpora tumulantur, ante, vel post eorum sepulturam cogant; Nec confessis dictis Fratribus, Eucharistiæ, seu Extremæ vnctionis Sacramenta sine rationabili caussa denegare; vel illorum exhibitionem malitiose differre; aut eorum Parochianis, ne prædictis Fratribus confiteantur, prohibere, vel persuadere; nec etiam ad præmissa, aut aliquod præmissorum auxilium, consilium, vel fauorem dare directe, vel indirecte quoquo modo præsumant, B.fol.61. Et fol. 145. concessione 356. A
Sacraméta

23 *Inhibitio.* Idem Sixtus statuit, ne locorum Diœcesani, aut alij Ordinarij, seu alij quicumque in personas, aut loca Fratrum Minorum, contra prohibitionem supra positam Clementis iv. §. 8. & 9. sibi quamcumque iurisdictioné, aut superioritatem vendicare præsumant. Ac districte inhibuit, ne quispiam, absque Sedis Apostolicæ speciali commissione, aut auctoritate, in personas, domos, & loca dicti Ordinis (vtpote prorsus exempta) aliquas censuras, vel sententias, specialiter, vel generaliter promulgare audeat, B.ffo.144. conce.347. B

24 *Censuræ.* *Pro Fratribus Carmelitis.* *Excõicatio.* ¶ Idem Sixtus concessit Fratribus Carmelitanis copiosam Exemptionem, dicens in summa, quod nullus Ordinarius, seu Legatus, quauis auctoritate vtens, quamcumq; superioritatem super prædictos Fratres sibi vendicare præsumat: Neque aliquis, absque speciali commissione Sedis Apostolicæ, faciente mentionem de verbo ad verbum de huiusmodi Indulto, valeat promulgare aliquas sententias excommunicationis, seu alias censuras super eosdem. Et voluit, quod processus facti contra Fratres præfatos pro infectis habeantur, etiam si eorum Exemptio (vtpote notoria) non fuerit allegata, B. fol.99. Et ffo.183. conce.449. Et etiam ffo. 185. conce. 446. extendit Exemptionem prædictorum Fratrum ad hoc, vt nullus possit compellere eos ad cognoscendum caussas, & pleraq; id genus, etiam per litteras Apost. non facientes de indulto hoc specialem mentionem. C

25 *Pro Carmelitis.* Idem Sixtus exemit prædictos Fratres Carmelitas a quacumque iurisdictione Inquisitorum hæreticæ prauitatis, cum magnis non obstantijs, B.ffo.112. Et ffo. 196. concess.489.

26 *Pro Fratribus Prædic.* ¶ Idem Sixtus dedit copiosam Exemptionem Fratribus Ordinis Prædicatorum, ad instar Exemptionis datæ Fratribus Carmelitis, & Minoribus, B.ffo. 238. concess. 560. & 564. & vsque ad concess. 570. & fit de illa mentio in summa Armill. tit. de Exemptione, num.1. D

Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.

EVGENIVS iv. concessit Monachis Sancti Benedicti Congregationis Italiæ, vt cum contigerit fieri Concilia generalia, prouincialia, seu synodalia, etiam Apostolica, aut quauis auctoritate firmata, seu quasuis Congregationes, quouis nomine censeantur, Ecclesiasticarum, vel laicarum personarum cuiuscumque dignitatis, aut status existant, Prælati, seu Monachi præfati, ad ea ire, seu mittere, nisi ad ipsius Congregationis Capitulum generalem celebrandum, aut alia, iuxta eorum ordinationes, nullatenus compelli possint, etiam per litteras Apostolicas, non facientes specialem mentionem de huiusmodi Indulto præfatæ Congregationi concesso. ¶ Nec Congregationis personæ huiusmodi, quod in eorum locis Missa, aut alia Diuina Officia celebrentur, Ordines conferantur, vel agitentur caussæ ciuiles, seu criminales, processiones conuocentur, aut Synodus, Conuentus, seu quæuis congregationes, tam Eccle- E
Missa.

A Ecclesiasticarum, quam laicarum personarum congregentur: siue quod huiusmodi Congregationis loca ad vsum, hospitium, habitationem, detentionem, & incarcerationem Ecclesiasticarum, vel laicarum personarum deputentur, astringi, seu cogi aliqualiter valeant: Contra quæ omnia, vel aliquod prædictorum, quæuis persona cuiuscumq; conditionis, aut status existat, attentare præsumens, nisi, facta ei de huiusmodi indulto notitia, destiterit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat.

Idem Eugenius, ne Prælatos, & Monachos Sancti Benedicti, e caussarum strepitus inquietet, & ab otio deducat, concessit, ne quis Prælatos, Monachos, & personas prędictas subire de calumnia, & veritate dicenda iuramentum, aut ad B ferendum testimonium quacumq; ex caussa compellat inuitos, siue extra ciuitates, & Diœceses suas trahat, seu in eos, vel eorum aliquem propterea excommunicationis sententiam, vel alterius censuræ, seu pœnę sententiam proferat per litteras Apostolicæ Sedis, vel Legatorum eius: nisi in eisdem litteris de huiusmodi indulto, plena, & expressa, ac de verbo ad verbum facta fuerit mentio specialis. B. Excõicatio. Excõicatio.

Ex Priuilegijs Congregationis S. Hieronymi Fesulani.

GREGORIVS xiij. eorum personas, & loca cum omnibus bonis, quæ tunc rationabiliter possidebant, & in futurum possiderent, sub sua, & Beati Petri C *protectione suscepit: omnesque libertates, immunitates, priuilegia, prærogatiuas, vel alias indulta, a prædecessoribus suis Romanis Pontificib. eis & eorum ordini, succedentibus temporibus concessas & innouatas, necnon libertates, & exemptiones secularium exactionum, a Regibus & Principibus, ac alijs Christifidelibus, eis rationabiliter indultas, & præcipue decimas, primitias, census, fructus, redditus & prouentus, terras, domos, hortos, campos, prata, pascua, nemora, siluas, molendina, lacus, piscarias, grangias, casalia, possessiones, & alia singula bona, quæ pro eorum vsibus, & communi necessitate communiter obtinerent, sicut ea pacifice possidebant, eis auctoritate Apostolica confirmauit, 8. die Septemb. 1573.* Additio.

D

CAPVCCINI ANNOTATIO.



HOC Scias fuisse reuocatum a Pio IV. anno 1560. vt in const. 17. De salute gregis, &c. quæ est confirmata a Concil. Trid. Sess. 6. cap. 3. de reformatione, vbi habetur, vt nemo secularis clericus, vel regularis, extra Monasterium degens, etiam sui Ordinis Priuilegij prætextu, tutus censeatur, quo minus, si deliquerit, ab Ordinario loci, tamquam super hoc a Sede Apostolica delegato, secundum Canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat, Sed modificatur in Sess. 25. tit. de Regul. cap. 14. vbi dicitur, Regularis non E *subditus Episcopo, qui intra Claustra Monasterij degit, & extra ea ita notorie deliquerit, vt populo scandalo sit, Episcopo instante, a suo Superiore, intra tempus ab Episcopo præfigendum, seuere puniatur; ac de punitione, Episcopum certiorem faciat; sin minus, a suo Superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit. Idem statuitur in Sess. 21. cap. 8. de reformat. Quod si Episcopus aliquem Regularem incarceraret, An excommunicationem incurreret? vide supra verbo Conuentus in Ind. in fine nostræ Annotationis. fol. 161.* In §. 14. & 15. Vt dixi sup. in verbo cõueniti in Indic.

Sed an, si Regularis exemptus percusserit clericum secularem extra claustra, in Diœcesi Episcopi, possit Episcopus ipse illum denuntiare excommunicatum? R. quod sic. facit tex. in cap. 1. de Priuileg. in 6. vbi Ioan. Andr. tenet, quod exemptus delinquens

in loco non exempto possit puniri per Episcopum, quod idem confirmat Francus in c. 2. A
de constit. in 6. Quod intellige nisi esset exemptus ratione delicti, etiam in loco non exem
pto; vt sunt ij in supradicto. §. 14. & 15. a Benedicto XI. & a Clemente V. expres-
si: quia tunc non posset denuntiari excommunicatus, facit tex. in Clem. 2. §. fin. vers.
sibi subiectos de pœnis. Et nec obstat tex. in Clem. 1. vers. suffragante de Priuileg. vbi
denuntiatio extenditur etiam ad exemptos, quia dupliciter responderi potest. Primo, vt
sit ibi speciale, cum de ipsis specialis mentio fiat, ergo regulariter nequit Episcopus in
illos manus extendere, cum immediate subsint Papæ. C. si Papa de Priuileg. in 6 C. pe-
nult. de Offic. Ordin. Vel secundo, quod ille Tex. loquatur de exemptis ratione delicti,
etiam in loco non exempto, facit tex. in d. c. 1. de Priuil. in 6. & per Domin. in cap. 1. de B
statu Regul. Quare concludendum videtur, quod in Regulari non subdito Episcopo, ob-
seruetur dispositio supradicta Concil. Trid. Sess. 25. c. 14. de Regul. Qui intra Clau-
stra Monasterij degit, & extra ea, ita notorie deliquerit, &c.

Si vero delictum esset notorium, & ageretur de pœna excommunicationis incursa ip-
so iure. An Episcopus posset denuntiare exemptos excommunicatos, ad finem, vt a
suis subditis euitentur? Domin. in c. Episcoporum, Vers. sed posset saluari, & ibi Fran
cus num. 3. de Priuileg. lib. 6. inquit, quod sic. Et Anton. de butri. in cap. patenti-
bus vlt. notab. de Priuileg. & ibi Abbas in gloss. 2. qui dicunt, quod quando exem-
pti in loco exempto aliquid committunt, cuius effectus extra locum exemptum porrigi-
tur, Ordinarius potest eos corrigere, & punire; vt idem Abbas in cap. cum inter, nu-
mer. 3. de consuet. affert exemplum in illicita pulsatione campanæ, seu vocum prola C
tione; & facit id quod dicit Bart. in l. 2. §. siquis in suo. ff. ne quid in loco publico,
de projiciente lapidem extra locum exemptum, quod tunc possit a loci illius Ordinario
conueniri. Sed hoc quidem intellige, quando exemptio conceditur aliquibus ratione cer-
ti loci, vt Monachis respectu Monasterij, quia possunt conueniri per Ordinarium, quan-
do effectus protenditur extra locum exemptum, vel delictum: secus vero si exemptio
concederetur personæ; quia tunc non possent coram Ordinario conueniri, ratione delicti,
vt sunt supradicti Religiosi exempti: vt probat prædictus D. Iacob. Cassinens. vbi
supra lib. 2. cap. 49. num. 70.

Vbi etiam probat quod si exempti citarentur ab Ordinario, & essent notorie exem
pti, & iam diu tolerati Priuilegio exemptionis, non tenerentur comparere; alias si non D
essent notorie exempti, & partibus, & Iudici, vel communiter; tenerentur comparere,
& allegare Priuilegium, &c.

Sed quomodo & quando ipsi Regulares exempti teneantur parere Curiæ sæculari ban-
nitos persequenti, eisque Monasteria, & Ecclesias aperire, iam dictum est supra in
verbo Ecclesiæ, in nostra Annotatione.

Circa autem materiam exemptionum Clericorum, & Ecclesiasticarum personarum
a pedagijs, vectigalibus, Datijs, Doganis, guidagijs, & alijs oneribus, & grauami-
nibus, & sæcularibus exactionibus pro rebus suis proprijs, quas, non caussa negotiandi
deferunt, vel deferri faciunt, seu transmittunt; aut etiam pro personis suis, videndum
est Cap. Quamquam, de censib. lib. 6. vbi hæc habentur, & ait.

Ecclesiastici iure diuino sunt immunes ab exactiõib. sæcularibus, &c. & idẽ sentit. Cõc. Trid.

Quamquam pedagiorum exactiones, tam iure Canonico, quam Ciuili, regulariter E
merito sint damnatæ; tanto tamen districtius, ne ab Ecclesijs, & personis Ecclesiasti-
cis, talia exigantur, prohiberi oportet; quanto, si id fiat, maioris inde transgressionis
reatus incurritur, & offensa euidentior comprobatur: licet igitur Ecclesiæ, Ecclesiasti-
cæq; personæ, ac res ipsarum, non solum iure humano, quinimmo & diuino, a sæcu-
larium personarum exactionibus sint immunes, constitutionem felicis recordationis
Alexand. Papæ IV. prædecessoris nostri, qui statuit; Eccl. & personas Ecclesiast. ad
pedagia, & guidagia penitus non teneri; nec ad exhibendum, vel soluendum talia,
pro rebus suis proprijs, quas, non caussa negotiandi deferunt, vel deferri faciunt, seu
transmittunt, volentes propter multorum insolentiam, & abusum pœnæ adminiculo
adiuuare.

A *adiuuare. Adijcimus, districtius inhibendo (contraria consuetudine quorumcumq; , quæ dicenda est corruptela verius, non obstante) vt nec Collegium, nec Vniuersitas nec aliqua etiam singularis persona, cuiuscumq; sit dignitatis, conditionis, aut status, a præfatis Ecclesijs, aut personis pro personis ipsis, aut rebus prædictis, talia exigat, vel extorqueat per se, vel per alium, suo nomine, vel etiam alieno; aut eas ad huiusmodi persoluenda compellat. Qui vero contra fecerint; si personæ fuerint singulares, excommunicationis; si autem Collegium, vel Vniuersitas, Ciuitatis, Castri, seu loci alterius cuiuscumque; ipsa Ciuitas, Castrum, vel locus, Interdicti sententias ipso facto incurrant: nec ab excommunicatione huiusmodi absolutionem, vel Interdicti relaxationem obtineant, donec exacta plenarie restituerint, & de transgressione satisfecerint competenter.* Hodie est in Bulla Cenæ Sixti V. nu. 18.

B *Et in Concilio Viennensi (vt habetur in Clem. de censib. c. præsenti) fuit præceptum Episcopis impositum, super executionem superioris Constitutionis; vt excommunicationis & Interdicti sententias a iure prolatas omnino publicent, vel a suis subditis, tamdiu faciant publicari, donec illi, sic exacta restituerint, & de transgressione huiusmodi satisfecerint competenter.*

Primo notandum, quod prædicta Excommunicatio, quamuis vigore præfatorum Capitulorum sit Episcopalis, hodie tamen est Papalis, vt ait Sylu. in verbo excommunic. 4. §. 21. & Tabien. In verbo Excommunic. 5. casu 19. & Armil. eodem titu. excomm. 11. quia continetur, vt aiunt, in Bulla Cenæ Domini. cap. 18. sub illis verbis; vbi ait Papa (vel qui prohibita exigunt) scilicet excommunicamus, & anathematizamus. Notãda circa prędicta.
C *Reliqua omnia, quæ pro libertate, & immunitate Ecclesiasticarum personarum faciũt, amplissime videas hodie in Bulla Cenæ Domini; per quam quidem, fauores omnes, pro hoc in iure concessi, augentur, & ampliantur: & plurimæ Doctorum opiniones, restringentes prædictam immunitatem, corriguntur, & e medio tolluntur. Qua in re multi Doctores decipiuntur; qui in multis, dum doctrinam communiter scribentium sectantur, incidunt in Censuram Bullæ in Cena Domini; negligentes obseruare, immo etiam legere ea, quæ Romanus Pontifex in prædicta Bulla corrigit, aut innouat.* Pro Regularibus specialiter, vide extrau. Pij V. Dum ad vberes, quæ ponetur in fin. huius Compẽdij, cum aliquibus alijs Annotationibus valde necessarijs. Error multorum Doctorum.

Deinde est valde notanda confirmatio, seu dispositio illa facta a Sacro Concilio Trid. sess. 25. cap. 20. de reformatione. circa huiusmodi immunitates, & exemptiones.

Cupiens (inquit) Sancta Synodus, &c. Decernit itaque, & pręcipit Sacros Canones, Cõc. Trid. verba.
D *& Concilia generalia omnia, nec non alias Apostolicas Sanctiones in fauorem Ecclesiasticarum personarum, libertatis Ecclesiasticæ, & contra eius violatores editas, quę omnia præsenti etiam decreto innouat, exacte ab omnibus obseruari debere. Propterea admonet Imperatorem, Reges, &c. & omnes & singulos cuiuscumq; status extiterint, vt quo largius bonis temporalibus, atque in alijs potestate sunt ornati, eo sanctius quæ Ecclesiastici iuris sunt, tamquam Dei præcipua, eiusq; patrocinio tecta, venerentur, nec ab vllis lędi patiantur: sed seuere in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque iurisdictionem impediunt, animaduertant.*

E LEO X. confirmauit litteras prædictas Innocentij VIII. ac de nouo concessit easdem, inserendo illas de verbo ad verbum, decernens illas debere inuiolabiliter obseruari a quibuscumque Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, B. ffo. 21. conc. 64. 28

Idem Leo iterum prohibuit districte Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, ne se vllo modo intromittant de Fratribus Minoribus. Super quo dedit Conseruatores vniuersos Ecclesiarum Prælatos, B. ffo. 20. conc. 63. 29 *Inquisitores hæresis.*

Idem Leo approbauit, ac de nouo concessit litteras suorum prædecessorum, qui exemerant Moniales Sanctæ Claræ ab omni iurisdictione, & a solutione quarumcumque decimarum, etiam de terris, & possessionibus, quas per colonos faciunt cultiuari, B. ffo. 44. conc. 139. & 140. 30 *Pro Monialib. S. Claræ*

Idem

31 *Pro Mon. Sanctę Clara,& Tertia.* Idem Leo postea exemit Moniales S. Claræ, & tertiarias a solutione cuiusuis decimæ, vel taxæ, etiam per Sedem Apostolicam impositæ: si tamen ita sunt pauperes, quod ipsarum redditus non sufficiant pro commoda illarum sustentatione, B.ffo.48.conc.143. A

32 *De cōmissarijs Cruciata. Collector.* Idem Leo exemit Fratres Minores Obser. a iurisdictione Commissariorum Cruciatæ,& alijs consimilibus, præcipiens huiusmodi Commissarijs, sub grauibus censuris, ne assumant Fratres Minores præfatos ad prædicandum Cruciatam, B.fffo.48.conc.144.

Hoc positum est supra, ad longum, in dictione Cruciata, §.4.

De exemptione a quartæ funeralis solutione, sunt multæ Concessiones diuersorum Pontif. supra positæ, in dictione Can. portio.

Circa præfatam materiam est sciendum, quod suprascriptarum Exemptionum,& nonnullarum aliarum Concessionum in fauorem Fratrum Mendicantium concessarum, fuerunt aliquæ derogatæ per Concilium Lateranense, vltimo celebratum, vt positum est in dictione Concilium.§.6. Attamen, quia, vt ibidem.§.7. dicitur, fuerunt reualidata nostra Priuilegia, & per consequens sunt annullatæ huiusmodi modificationes, seu derogationes: ideo non oportet illas hic inserere; præsertim, quia quo ad exemptionem proprie sumptam, fere nil innouatum, seu derogatum est per Concilium præfatum. B

FAMILIARES, SEV FAMVLI FRATRVM.

C

1 *Interdictū.* ALEXANDER IV. fecit quamdam concessionem famulis, seu familiaribus, & procuratoribus, ac operarijs Fratrum pro tempore interdicti, quæ ponitur ad longum in dictione Interdictum 3. in §.1.

2 *Ex Priuil. Carmelitarum.* ALEXANDER IV. concessit Fratribus Ordinis Carmelitarum facultatem ministrandi Ecclesiastica Sacramenta familiaribus suis, ac tradendi eos sepulturæ Ecclesiasticæ, cum decesserint, B.fo.85. Et ffo 168.conc.391.

3 *Sacramēta Sepultura.* CLEMENS IV. concessit Fratribus Minoribus, vt his, qui in eorum morantur obsequijs, cuncta libere ministrare possint Ecclesiastica Sacramenta; & ipsos, cum decesserint, in suis Cœmeterijs sepelire, B.fo.56. Et ffo. 140.cōc.315. D

4 *Interdictū.* Idem Clemens statuit, quod, si quando in terras, in quibus resident Fratres Minores, vel in earum personas, excommunicationis, seu interdicti sententias contigerit promulgari, pueri seruitijs Fratrum deputati, negotiorum quoque gestores, & operarij, qui in locis Fratrum pro eorum operibus personaliter continuo extiterint, huiusmodi sententiis obnoxii minime habeantur: Ibiq; possint audire Diuina, iuxta formam, quæ ipsis locis in eo casu a Sede Apostolica est concessa: nisi iidem caussam dederint, vel contigerit eosdem excommunicari specialiter, seu interdici, B.ffo.150.conc.316.

5 *Ex Priuil. Fratrum Prædic.* GREGORIVS XI. fecit consimilem Concessionem familiaribus Fratrum Ordinis Prædicatorum, per eadem verba, sicut Clemens IV. fecerat familiaribus Fratrum Mino. vt supra positum est.§.3.& 4.B.ffo.236.conc.546. E

6 *Indulgent.* SIXTVS IV. concessit, quod illi, qui sunt in seruitio Fratrum Minorum & Sororum Sanctæ Claræ, habeant Indulgentiam plenariam in morte, ac semel in vita, de reseruatis, o.fo.62. Et ffo.66.Concess.96.

7 *Ex Priuil. Fratr. Minimorum. Sepultura.* IVLIVS II. concessit, Fratribus Ordinis Minimorum, quod famuli domorum sui Ordinis, nec non ceteri, eiusdem Ordinis habitum portantes, & in articulo mortis, in dictis domibus sepulturam eligentes, omnibus, & singulis Priuilegijs, Ordini Minimorum huiusmodi quomodolibet concessis, gaudere,

libere,

A libere,& licite valeant,B.ffo.8.Concessione 22.

LEO X. in Concilio Lateranensi statuit,quod Fratres, famulis eorum obsequio insistentibus, sacramenta ecclesiastica nullatenus ministrare valeant, nisi illorum durante obsequio,B.ffo.26.Conces.74. 8 *Prohibitio.*

Idem Leo,vbi supra,statuit,quod Procuratores, & negotiorum gestores, ac operarij,Fratrum seruitijs insistentes, sententijs excommunicationis promulgatis illaqueati sint,& esse censeantur, si illis caussam dederint, aut dantibus consilium,auxilium,vel fauorem præstiterint,B.ffo.26.conc.85. 9 *Excommunicatio.*

Aduerte,quod nonnulla alia concessa sunt in fauorem familiarium Fratrum pro tempore interdicti.Et hæc ponuntur in dictione Interdictum,3. *Collector.*

B

Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.

MARTINVS V. concessit Monachis Sancti Benedicti Obseru. Hispaniæ,vt confessiones quorumcumq; familiarium suorum, tam Laicorū, quam Regularium,& sæcularium,intra,& extra septa suorum Monasteriorum commorantium audire,& pro eorum commissis,debitam eis absolutionem impendere; necnon dictis familiaribus,tam intra,quam extra septa præfata commorantibus,Ecclesiastica sacramenta, quoties fuerit opportunum, ministrare valeant, b. 10 *Confessio. Sacramēta*

C

¶ *Ex Priuilegijs Fratrum Sancti Ioannis Hierosolymitani.*

ALEXANDER IV. confirmauit litteras Honorij, & Innocentij prædecessorum suorum,quibus auctoritate Apostolica interdixerunt, vt nemini liceat,sine speciali mandato Romani Pontificis, Fratres Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani, vel seruientes eis Clericos,siue laicos, donec in seruitio domus fuerint,excommunicationi,vel interdicto subiicere: Et siqua sententia in præfatos aliter lata fuerit,eam irritam esse,& inanem censuit,B. 11 *Excommunicatio. Interdict.*

D

CAPVCCINI ANNOTATIO.

HOC sane debet intelligi,secundum Const.17.Leon.X.vt in Bullario, videlicet,pro tempore,quando in actuali eorum seruitio perseuerauerint, & sint professi. Et an,& quando possint immunitatibus gaudere, vide sup. titu.Excomm.in fine,num.14.& Conc.Trid.sess.24.de Reform c.11.sed Tertiarij, qui viuunt in communi, sub obedientia Fratrum Minorum, gaudent immunitatibus,& eorum exemptionibus,vt in Const.63.Pij V. & dicemus infra,in verbo Tertiarij. In §. 3.

E

FERIÆ.



SIXTVS IV. concessit, quod quando quis solus dicit Matutinum in quadragesima,non teneatur dicere litanias duplices,pro ut in choro dicuntur,quando fit de feria,o.fo.64.Et ffo. 68. conc. 132. Et ffo.96.conc.328. 1

IVLIVS II. statuit,vt quoties in Aduentu & Quadragesima occurrunt responsoria aliqua, vel laudes propriæ, fiat de feria: nisi tunc festum duplex,vel sollemne occurreret. 2

Hoc non habetur in libris Priuilegiorum Ordinis,sed fuit impressum in Kalendario *Collector.*

lendario ordinato in Capitulo generali,celebrato apud Rothomagum, tempore præfati Papæ. A

3 LEO X. concessit,quod Fratres prædicatores,& Confessores Ordinis Mino.de Obseruantia,quando actu prædicant,& confessiones audiunt, vtputa in Aduentu & Quadragesima,possint officium feriale anticipare,& festa illis diebus,reseruare,in quibus amplius laborare necesse est. Ita tamen, quod non fiat in fraudem Diuini Officij : sed vt liberius valeant studio vacare : & spirituali consolationi fidelium populorum incumbere , o. fffo.91. conc. 165.

4 Idem Leo declarauit,seu concessit, quod Fratres Mino. dicendo officium extra chorum,propter occupationes occurrentes , non teneantur duplicare litanias: quę ex ordinario in Quadragesima solent,post Matutinum,dici,o.fffo.91. conc.266.Et ffo.96.conc.328. B

¶ *Ex Priuilegijs Congreg. S. Hieronymi Fesulani.*

Additio. *Capuccini.* MARTINUS V. concessit Prioribus, & Fratribus prædictæ Congregationis,tam in Monasterijs,quam alibi,vbicumque existant, cum in sequenti die sit Officium dicendum de Feria, quod possint ipsi præuenire per ante noctem,Canticum gradum,& Horas Virginis Mariæ ; vt matutinum diei, & Psalmi Pœnitentiales,cum sint dicendi,spatiosius dicantur.]

¶ FESTIVITAS.

QVAE *sequuntur , vsq; ad Annotationem Capuccini, deerant in priore editione , sed reposita sunt, ex vetusto Codice , a Correctore .*

1 *De Sancto Francisco .* GREG. IX. præcepit vniuersis Ecclesiarum Prælatis , vt excitent deuotionem fidelium , ad venerationem Sancti Francisci : ac quod sollemnitatem eius,4.die Octobris,annis singulis,sollemniter celebrent,& celebrandam denuntient.b.fo.19.& ffo.22. conc.2. C

2 *De Sancto Antonio .* Idem Greg. similiter præcepit Ecclesiarum Prælatis, quatenus, deuotionē fidelium,ad venerationem Sancti Antonij de Padua,excitantes,festiuitatem ipsius,idibus Iunij,annis singulis, celebrent,& faciant sollemniter celebrari. B. fo.117.& ffo.220.conc.491.

3 *Officium di uinum . Octaua.* Martinus V. statuit, quod de omnibus festis trium lectionum , festa nouem lectionum fiant; & quod vtrumque festum Sanctæ Crucis,sub duplici officio celebretur: Ac quod rubrica,de festis occurrentibus infra octauam , non intelligatur de præcedentibus,seu residuis,sed solum de existentibus, seu occurrentibus infra octauam.b.ffo.36.conc.44. D

4 *Pro sęcul. & laboratoribus .* Eugenius 4. dixit, quod,sæculares laborantes in festis Sanctæ Crucis, & Sancti Michaelis,Septembris,ac Sanctorum Innocentium , & Sancti Siluestri , non vult,quod peccent mortaliter,nisi venerint in Dominica.o.fo.61. & ffo.64.con cess.83.& ffo.101.conc.396.

5 Idem Eugenius dispensauit , cum barbitonsoribus , vbi est consuetudo in Sabbatis,& Vigilijs,de sero, radere barbas.o.ffo.101. concess.400.

6 *De S.Bonauentura .* Sixtus IV. concessit , quod fiat festum Sancti Bonauenturæ,Dominica secunda Iulij,nisi fuerit primo ponenda. o.fo.84.& ffo.68.conc.134. E

7 *De Sancto Francisco . Indulgētia* Idem Sixtus concessit vniuersis,& singulis Christi fidelibus, vere pœnitentibus,& confessis,qui gloriosi Sancti Francisci festiuitatem,quam,perpetuis futuris temporibus,celebrem esse,& vt festum duplex a cunctis Christianis celebrari,ab omniq; opere seruili abstineri,& sub obseruantia, & præcepto cōprehendi voluit,celebrauerint annuatim, decem annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs.B.fo.46.Et ffo.130.conc.291.

Collector. Aduertendum est circa prædicta , quod in libro intitulato Firmamenta triū ordinum Beati Francisci,in Gallijs impresso , continetur hæc eadem Bulla seu Breue;attamen vbi hic dicitur decem annos &c. dicitur illic quinquaginta annos

A nos &c. dicitur illic quinquaginta annos &c. & similiter reperi scriptū in quadam tabula antiqua Priuilegiorum Ordinis. Vtrum autem istorum sit verius, non potuit determinate scire.

Idem Sixtus concessit, quod Fratres Minores, possint vbiq; solléniter & publice, Festū quinq; Martyrū sui Ordinis, qui apud Marochium passi sunt, s. Berardi, Petri, Adiuti, Accursij & Othonis, sub officio duplici maiori die 16 Ian. celebrare; qua die ab hoc sæculo per martyriū recesserunt. B. ffo. 131. cōc. 294. 8 *De quinq; Martyrib.*

Idē Sixtus concessit, quod possimus dicere Credo in Festiuitatibus, seu sollemnitatibus Sanctorum nostri Ordinis, & S. Claræ. o. fo. 63. & ffo. 67. cōc. 118. 9 *Credo.*

Idē Sixtus concessit, quod Fratres Min. possint dicere officium proprium Sācti Ludouici Episcopi & confess. sui Ordinis. o. fo. 63. & ffo. 67. conc. 119. 10 *Sācti Lud.*

B Alexander vii. concessit, omnibus & singulis Fratribus Minoribus de Obser. vt in Festo Præsentationis Virg. Mariç, ac Sancti Gabrielis Archangeli, & S. Catharinæ, Virg. & mart. propria officia dictarum Festiuitatū libere & licite recitare, ac dicere possint & valeant: & quod Festū prædictæ Virg. & mart. Catharinæ sub minori duplici celebrare possint, & quod pro introitu Missæ eiusdem dicatur Gaudeamus omnes &c. o. fo. 66. & ffo. 20. conc. 165. 11 *De officijs proprijs quarumdā festiuitatū*

Idem Alexander concessit, quod fiat festum Sancti Gabrielis, in vigilia Sancti Ioseph. o. fo. 66. & ffo. 70. concel. 186. 12

Idem Alexander concessit Fratribus Minoribus de Obser. vt in sollemnitatibus Sanctorū, proprias eorum historias (etsi in Breuiario non sint) dicere, & recitare valeant, & quod festum omnium sanctorum dicti Ordinis, sub vna celebritate, possint dicti Fratres dicere ac recitare. o. ffo. 261. conc. 629. 13

C Iulius ii. concessit, quod quæ sunt concessa in festiuitatibus Sanctorum Ordinis Prædicatorum, illa omnia in festiuitatibus Ordinis Minorum (quamuis sint in maiori numero, quam festa Prædicatorum) concessa sint, & esse intelligantur. B. ffo. 228. conc. 533. & ffo. 74. conc. 222. 14

Leo X. concessit Fratribus Minor. & Monialibus S. Claræ, vt in Ecclesijs Monasteriorum suorum dumtaxat, possint libere, & licite celebrare publice ac sollemniter officium de Beatissimis Martyribus Daniele, Angelo, Samuele, Donulo, Leone, Nicolao, & Hugolino, Fratribus dicti Ordinis Mino. qui pro Christi nomine mortem subire libenter, & martyrij palmam, in saracenorum partibus consequi meruerunt, sub officio duplici maiori in die determinanda a Generali Capitulo: Ac etiam in Litanijs, & alijs diuinis officijs, prout fit de alijs Sanctis, per Sedem Apostolicam Canonizatis, memoriam facere; & quod similiter propriam legendam eorum in choro cantare possint. B. ffo. 19. conc. 60. 15 *De Septem Martyrib. Fratrib. Minorib.*

D Idem Leo concessit Monialibus S. Claræ, sub cura & regimine Fratrum Obseru. existentibus, quod festa Beatę Agnetis, & vndecim millium Virginum perpetuis futuris temporibus, sub ritu duplicis maioris celebrare libere & licite valeant & possint. ffo. 42. conc. 134. 16

E ## CAPVCCINI ANNOTATIO.

PIVS V. anno 1569. die 15. Maij Pontificatus sui anno 4. viua vocis oraculo concessit, vt officia Propria Sanctorum Ordinis Minorum, ad formam Breuiarij Romani, a se editi, redacta, imprimerentur, & a Fratribus eiusdem Ordinis dicerentur.] Additio.

De Indulgentia, qua conceditur confessis, & communicatis visitantibus Ecclesiam aliquam Conuentualium, vel Capuccinorum, vel de Fratrum, Obseruantia in Festis Sancti Francisci, Bonauentura, Ludouici, Antonij, Bernardini, & S. Clara, est Const. 13. Sixti V. In §. 1. Indulg pro Visitātibus Ecclesias.

Idem

Idem Sixtus V. mandauit, vt Festum S. Antonij sub duplici off. celebraretur, ac sic in kalendario describeretur, vt in Const. 19. in 1. par. eius Bulla. & Indulg. plen. pro hoc Festo concessit visitantibus Ecclesias Fratrum Conuentualium Capucc. & de Obseru. vt in Const. 13. vt supra diximus, A

In §. 6. *Sed hac non obstante Sixti IV. ordinatione, Sixtus V. in anno 1587. statuit, & ordinauit, vt Festum Sancti Bonauentura, pridie Idus, idest, 14. Iulij, sub duplici off. & Doctoris Ecclesia nomine, ab omnibus Christifidelibus, Religiosis, siue secularibus celebretur; eoq; die a primis Vesperis, vsq; ad occasum Solis eiusdem diei. qui Ecclesias Fratrum Minorum Sancti Francisci deuote visitauerint, decem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis, seu quomodolibet debitis pœnitentijs, eis concedit: sed in vrbe Roma. Confessis, & Eucharistia Sacramentum sumentibus, Festumque hoc obseruantibus, Iddulgentiam plenariam elargitur, vt in Bulla, quincta, in 2. parte Bullarij eius, patet.* B

De S. Bonauentura.

Tamen aduertendum est, quod in Const. eiusdem 13. in prima parte eius Bullarij, in anno 1585. emanata, concedis Indulgentiam plenariam omnibus visitantibus Ecclesias Conuentualium, Capuccinorum, & de Obseruantia Fratrum in Festiuitate Sancti Francisci, Bonau. Antonij, Ludouici, ac Bernardini; vt sup est dictum.

In §. 11. Additio. *[Sixtus V. in Const. 14. Intemerata Matris Dei Maria, &c. Kal. Septembris 1585. edita, mandauit vt Prasentationis Beata Maria semper Virg. Festum, die vndecimo Kal. Decemb. per omnes totius Orbis Ecclesias, duplici officio, prout in Natiuitatis die, sumpto Prasentationis vocabulo peragatur; idemque in kalendario, cum duplicis adiectione inseratur, Pracipiens &c.]*

Fratres debẽt obseruare Festa, quæ Populus et Clerus, obseru. Cõc. Trid. *Item Fratres debent obseruare, & celebrare illa alia Festa, qua populus, & clerus obseruare solent, vltra alia Curia Romana: & licet, Summ. Ang. titu. fer. nu. 5. dicat, Episcopum, & Clerum non posse festa aliqua obseruari iubere; tamen Conc. Trid. Sess. 25. titu. de Regul. c. 12. contrarium ordinauit, scilicet, vt Regulares teneantur obseruare Festa illa, qua Episcopi in sua Diœcesi obseruari iusserint.* C

FRANCISCVS PATER NOSTER SERAPHICVS.

1 *Festiuitas.* REGORIVS IX. ascripsit beatum Franciscum catalogo Sanctorum, maxima cum sollemnitate; ac præcepit omnibus Ecclesiarum Prælatis, vt quarto nonas Octobris celebrent, & celebrandam denuntient populis, eiusdem Sancti Festiuitatem, b fol 19. Et ffo. 22. conc. 2. D

2 *Stigmata.* Idem Gregorius dedit multas Bullas, seu Breuia in fauorem Stigmatum Beatissimi Patris nostri Francisci; quæ reperiuntur infra, in dictione Stigmata.

3 EVGENIVS IV. concessit, quod in Festiuitatibus Sancti Francisci possint Fratres dicere propriam Præfationem, & Credo, o. fffo. 101. conc. 408.

4 *Indulgent.* SIXTVS IV. concessit indulgentias celebrantibus Festũ Beati Francisci; ac voluit, quod sub ritu duplici celebretur ab omnibus. Et mandauit huiusmodi Festum sub præcepti vinculo obseruari; vt supra, in dictione Festiuitas, §. 8. latius positum est.

5 *Credo. Collector.* Idem Sixtus concessit, vt possit dici Credo, in Octaua Festiuitatis Sancti Francisci, o. fo. 64. Et ffo 68. conc. 133. Sed secundũ Missale Rom. nunc est dicendum per totam octauam. E

6 Vide supra in dictione Credo, declarationem huius Concessionis.

Præfatio. Idem Sixtus concessit, quod in die Sancti Francisci, & Stigmatum eiusdem, possint Fratres Minores dicere propriam Præfationem in Missa, o. fo. 63. Et ffo. 97. conc. 110. Et fffo. 100. conc. 186.

7 *Præfatio.* Idem Sixtus concessit, quod in omnibus Missis votiuis Sancti Francisci, dicatur propria Præfatio, o. fffo. 102. conc. 412.

Idem

A Idem Sixtus concessit aliqua in fauorem habitus trium Ordinum S. Francisci; prout habetur in dictione Habitus, §. 8. & 9. & 10. & 11 Et in dictione Indulg. plen. quoad Fratres, §. 12. 8 *Habitus Ord.*
Multi alij Summi Pontifices concesserunt magnas remissiones peccatorum morientibus, & sepeliri se mandantibus in habitu Sancti Francisci; quæ etiam reperientur infra in dictione Indulgentiæ, quoad Sæculares, 6. *Collector.*
Quamplures etiam Summi Pontifices concesserunt multas, & varias Indulgentias, & peccatorum remissiones visitantibus Ecclesias Sancti Patris Francisci: ac etiam in illis sepeliri se mandantibus, aut in earum Claustris, & Cœ- *Indulgẽtia.*
B meterijs; necnon porrigentibus manus adiutrices pro illarum ędificatione, aut reparatione, & similiter exhibentibus opera pietatis, & charitatis Fratribus Mino. filijsq; præfati Sanctissimi Patris Quæ omnia distincte reperientur infra, in dictione Indulgentiæ, quoad sæculares, 1. & 2. & 3. & 4.
Insuper nonnulla pertinentia ad Stigmata prædicti Seraphici Patris, ponuntur infra in dictione Stigmata. *Stigmata.*

GENERALIS ORDINIS.



C LEMENS IV. statuit, quod Generalis Minister statim, postquam electus (secundum Regulam, & Constitutiones Ordinis) fuerit, eo ipso verus eiusdem Ordinis Generalis Minister effectus, curam animarum Fratrum ipsius Ordinis plenam habeat, & libere gerat: ac, quod Fratres prædictos, auctoritate propria, ligare, ac soluere: necnon in eodem Ordine agere valeat, quæ ipse Minister, & Diffinitores Capituli Generalis, iuxta constitutiones prædictas, Ordini, & Fratribus, secundum Deum, viderint expedire. Ipsiq; Fratres huiusmodi Generali Ministro, deuote, ac humiliter obediant. Et similiter voluit, quod Generalis Minister a Prouincialibus Ministris, & Custodibus, secundum Regulam, & Constitutiones ipsius Ordinis, absolui, & amoueri possit, B. fol. 56. & ffo. 139. conc. 307. 1 *Electio.* 5
D Idem Clemens fecit aliam Concessionem, circa electionem Generalis Ministri; quæ posita est supra, in dictione Electio, § 3. Vide etiam ibidem alias duas Nicolai IV. §. sexto, & septimo. 2 *Electio.*
Concilium Constantiense statuit, quod Generalis Fratrum Min. possit, & debeat Conuentus sibi subditos, ad statum strictæ obseruantiæ consonum, iuxta declarationes, & Statuta Sedis Apostolicæ, & Ordinis, reducere; tollẽdo quascumque superfluitates, siue sint in rebus mobilibus, quantum fieri poterit, bono modo; habito semper consilio maiorum, & Discreторum sibi obedientium. Ac eligendo (si opus fuerit) aliquas personas, quæ ipsas superfluitates, auctoritate dicti Concilij, vendant, commutent, aut alias in operibus Conuentuum conuertant, B. fo. 26. Et ffo. 110. conc. 236. 3 *Reformatio* *Vendere.*
E VRBANVS V. concessit Generali Ministro, posse dare de toto Ordine suffragia indulgentiarum, & orationum, ac beneficiorum spiritualium, quibuscumque personis deuotis, & benefactoribus Ordinis nostri, b. ffo. 261. concess. 671. 4 *Indulgẽtię.*
BONIFACIVS IX. concessit Magistro Generali Ordinis Prædicatorum pro tempore existenti, quod in quolibet Capitulo Generali dicti Ordinis pro tempore celebrando, vni ex Fratribus dicti Ordinis in theologica facultate prouecto, qui per Generalẽ, & Diffinitores dicti Capituli, vel aliquos Magistros ad hoc assumendos, diligenti examinatione sufficiens, & idoneus inuẽtus fuerit, Magisterij honorem, & docendi licentiam, seruatis conditionibus 5 *Ex Priuil. Pradi. Magister.*

Vien-

Viennensis Concilij, & alijs sollemnitatibus in talibus consuetis, auctoritate Apostolica elargiri possit: Sibiq; vt intra dictum Ordinem & extra, omnibus gratijs, Priuilegijs, libertatibus, & indulgentijs, tam a Sede Apostolica, quam ab Ordine prædictis Fratribus eiusdem Ordinis in eadem theologia Paris. Magistratibus concessis, perinde vti,& gaudere valeat, ac si in Parisiensi studio huiusmodi Magisterium recepisset,b.ffo.117.concessione 426. A

6 EVGENIVS IV. concessit,vt Generalis possit tollere superflua a Conuentibus sibi subiectis, ac in alijs Conuentibus reponere, aut commutare, o. ffo. 261. concessione 676.

7 ¶ Idem Eugenius districte præcipiendo mandauit Prouincialibus, & alijs Fratribus Ordinis Mino. Regularis Obseruantiæ,quatenus Generalibus dicti Ordinis pro tempore existentibus (appellatione & contradictione qualibet remota) in omnibus, & singulis licitis, & honestis, Regulam, & Statutum,ac Ordinem ipsorum Obser. necnon officium eorumdem Generalium quomodolibet concernentibus, quæ dicti Generales pro tempore duxerint ordinanda, seu illis iniunxerint,aut mandauerint,humiliter pareant, & intendant, ac illa efficaciter studeant adimplere,b.fo.47. B

Statuta.

8 NICOLAVS V. concessit Generali Ministro prædicto,quod omnes singulosq; Fratres sui Ordinis, quantumcumque exemptos, virtute litterarum Apostolicarum,præter Regulæ, & Statutorum eiusdem Ordinis formam, possit visitare,corrigere, & punire. Non obstantibus quibuscumq; in contrarium facientibus; prout latius positum est supra, in dictione Correctio Fratrum. §. 12. C

Exēpti Fratres. Correctio.

9 PIVS II. concessit, quod Generalis Ordinis Minorum possit dare auctoritatem celebrandi per vnam horam ante Auroram, quibus sibi videbitur, Apostolica auctoritate, o. ffo. 97. concess. 346.

Celebrare.

10 SIXTVS IV. concessit facultatem Generali Fratrum Minorum,vt quandocumq; viderit Fratres suos, vel aliquem ipsorum abuti gratijs, & facultatibus Apostolicis ab eodem concessis, possit gratias, & facultates huiusmodi suspendere, ac suspensas tenere, donec consulat Summum Pontificem, & ab ipso responsum accipiat, b.fo.56. Et ffo.52. concess.58. D

De suspensione Priu. particularium.

Collector. Vide circa hoc illam concessionem Leonis infra, §. vltimo.

11 Idem Sixtus concessit,quod Generalis Fratrum Carmelitarum administret, & exerceat ea,quæ ad suum officium Generalatus pertinent,reiecta quauis professorum sui Ordinis,& aliorum, sibi ratione dicti officij subditorum, appellatione; quæ ab eius præceptis, monitionibus, ordinationibus, & mandatis,ac decretis, Regulari disciplina, quomodolibet interponi contigerit, B.fo.99. Et ffo.182. concess. 446.

Ex Priuil. Carmelitarum Appellatio.

12 Idem Sixtus fecit consimilem Concessionem,sicut immediate suprapositam, Generali Fratrum Augustiniensium in suo Mari magno, B. ffo.251. conce.636.

Appellatio.

13 INNOCENTIVS VIII. concessit, quod Minister Generalis possit benedicere Corporalia; & similiter Prouinciales Ministri, o. ffo. 98. concessione 354. E

Benedicere.

14 Idem Innocentius concessit, quod Generales, & Prouinciales Ministri possint dispensare cum Fratribus suis, vt ad Sacerdotium promoueantur in vigesimo secundo anno completo, hoc est cum attingentibus vigesimum tertium annum, o. ffo. 99. concess. 356.

Dispēsatio.

Collector. Circa hanc Concessionem, vide supra in dictione Dispensatio, §. 15. & ibi notata.

15 ALEXANDER VI. concessit,quod Generalis possit dispensare cum Bizochis viuentibus in communitate, seu in Congregatione, quando fecerunt

Dispēsatio

Votum

A Votum Religionis, Sanctæ Claræ, quod remaneant ibi, si commode non pos-
sunt ingredi Monasteria S. Claræ, o. ffo.99. conce.360.
Quoad præfatam Concessionem, vide supra, in dictione Dispensatio, §.20. *Collector.*
¶ IVLIVS II. concessit Generali Fratrum Augustiniensium, & Fratribus 16
sui Ordinis, Motu proprio, ac ex certa scientia, & de plenitudine suæ pote- *Pro Augu*
statis, vt quæcumq; Instrumenta, Exemplaria, seu Transumpta suorum Priui- *stiniesibus.*
legiorum ostendantur firmata, seu signata sigillo Generalis prædicti, eamdem *Priuilegia.*
omnino vim habeant, ac illis eadem fides adhibeatur, ac si plumbi signum, vel
sigillum haberent, b. ffo.267. concessione 698.
B ¶ LEO X. confirmauit, ac de nouo concessit, immediate præcedentem 17
Concessionem Iulij ij. b. ffo.123. concess.559.
¶ Idem Leo concessit, quod Generalis Minister possit etiam, extra Capitu- 18
lum declarare, quæ res debeant dici viles, aut parui valoris, ad hoc, vt intra, *Declarare.*
& extra Ordinem, possint a Fratribus dari; prout latius positum est supra in *Paupertas.*
dictione Dare, §.2. Et habetur, O. ffo.59. concessione 175.
¶ Idem Leo in Bulla Vnionis statuit, quod ex tunc in perpetuum eligatur 19
Minister Generalis totius Ordinis Mino. a Ministris, & Custodibus Reforma- *Electio.*
tis, seu Obseruantibus eiusdem Ordinis: qui similiter sit Reformatus, & pro
Reformato habitus a communitate Fratrum Reformatorum. Et quod huius-
modi Generalis habeat plenariam auctoritatem super omnes Fratres Mino.
C prout ex Regula ei competit. Ac quod Ministeriatus officium duret tantum
per sexennium: nisi antea vniuersitati Ministrorum Prouincialium, & Custo-
dum visum fuerit debere deponi: & quod dicto sexennio elapso, sit absolutus
ab officio: decernens irritum, & inane quidquid in contrarium factum fuerit;
sicut magis late habetur supra, in dictione Electio, §. 10. & 11. B. ffo.29. con-
cessione 93. & 94.
¶ Idem Leo statuit, quod Minister Generalis eligatur semel, seu vno sexen- 20
nio ex Fratribus cismontanis; & alio sexennio ex vltramontanis, &c. prout ha- *Electio.*
betur vbi supra, in dictione Electio, §.11. B. ffo.29. conce.93. & 94.
¶ Idem Leo ordinauit, quod primus Minister Generalis ex Obseruantibus 21
D electus Romę tempore eiusdem Leonis, non obstante illius assumptione ad Car *De Genera*
dinalatum, haberet officium Generalatus, vsque ad primum sequens Capitu- *li facto Car*
lum generale in Festo Pentecostes, anno sequenti celebrandum, B. ffo.34. con- *dinali.*
cess. 117.
¶ Idem Leo annullauit electionem Generalis Ministri Fratrum Mino. Con 22
uentualium, factam sub nomine Ministri Generalis, B. ffo.33. conce.116. *Electio.*
¶ Idem Leo concessit, quod Generalis Minister possit visitare, & corrige- 23
re Moniales, seu Sorores qualcumq; quæ per Prouinciales, vel Visitatores so- *De Visita-*
litæ sunt visitari; præcipiens Monialibus, & Sororibus huiusmodi in virtute *tione Mo-*
Sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quatenus *nialium.*
præfato Generali pro tempore existenti, humiliter obediant, & ipsum ad Vi- *Excommu-*
E sitationis officium admittant, seque & earum Domos, ac Monasteria, & loca, *nicatio, Vi*
visitari in capite, & in membris, & corrigi, ac puniri libere permittant, B. ffo. *sitatio.*
34. concess.118.
¶ Idem Leo concessit Generali Fratrum Mino. vt in suo Capitulo Genera- 24
li, de consensu eiusdem Capituli, vel maioris partis, declarare possit, & va- *Oracula.*
leat, vtrum ab vsu alicuius Concessionis viuæ vocis Oraculo factæ abstineri *Capitulum*
debeat; post quam quidem declarationem, tam Fratres, quam Moniales suæ *generale.*
obedientiæ, ac si Concessio huiusmodi per Sanctitatem suam suspensa, vel re-
uocata fuisset, Concessione eadem in posterum non vtantur, o. ffo. 94. con-
cessione 296.

R CA-

CAPVCCINI ANNOTATIO. A

In. §. 3.



QVOMODO superfluitates, curiositates, & pretiositates circa omnes res, quę ad victum, & vestitum, habitationem, & ad Diuinum cultum pertinent sint prohibita, videatur declaratio Nic. iij. in C. Exijt §. Insuper. Et ad quem pertineat, superflua ista iudicare, & cuius iuditio sit standum, videas Cord. in Exposit. 6. cap. Regul.

Item conceditur a Iulio ij. Generali, & Prouincialibus, vt in visitationibus possint Fratribus, & Sororibus Indulgentiam Plenariam Concedere. Idem concessit Leo x. vt infra in verbo Indulg. Plen. quoad Fratres, §. 16.

In. §. 4. Item Generalis in Capitulo generali potest taxare, ac moderare numerum Missarum, prout magis ad Dei honorem, & cultũ, atque Ecclesiarum vtilitatem viderit expedire. B

Passarello fo. 232. Sacræ Con greg. Card. responsum. Idem etiam Episcopus in diœcesana synodo potest, vt in Conc. Trid. sess. 25. de Refor. cap. 4. & vide infra in verbo Missa. Hoc autem debere intelligi de onere Missarum ante Conc. Trid. imposito, respondit Passarello, in anno 1573. Sacra Card. Congreg. Ac alibi declarauit, hanc taxationem esse intelligendam de Missis tantum, & non de alijs suffragijs, Nec de Missis in fundatione impositis, sed de relictis alio modo a testatoribus.

GLORIA IN EXCELSIS DEO.

1 Hodie tamen debẽt celebrari secundũ Rubricas Missalis noui.

ALEXANDER IV. concessit, Fratribus vniuersis Ordinis Mino. quod in Missis votiuis, tam sollemnibus, quam priuatis, quas de Spiritu Sancto, aut de Beata Virgine Maria dixerint, possint dicere hymnum Angelicum. s. Gloria in excelsis Deo. Ac quod similiter possint dicere Prosas, seu sequentias, b. fo. 23. Et ffo. 25. conce. 14. C

2 SIXTVS IV. concessit Fratribus Mino. de Obseruantia, vt possint dicere in omnibus Missis votiuis, Gloria in excelsis Deo, o. ffo. 69. conce. 143. Et fff. 100. conce. 389.

Collector. Licet supra dicatur in omnibus; non per hoc est intelligendum posse dici in illis Missis, quæ in suis proprijs diebus carent illa; vt in Missis Dominicarum Aduentus, & Septuagesimæ, & consimilium.

3 LEO X. ad instantiam cuiusdam boni Patris, qui ignorabat suprascriptas Concessiones generales, concessit, Fratres prædictos posse dicere Gloria in excelsis Deo, in Missis votiuis, quando vocantur ad loca, vbi requiescunt corpora Sanctorum, ad celebrandum: vel, vbi habetur de illis celebris memoria; sicut Ianuæ, de Sancto Ioanne Baptista: & in Prouincia S. Ludouici, & sanctę Mariæ Magdalenæ, o. fff. 92. concessione 166. D

Collector. Aduertat qui hæc legerit, quod hæc vltima Concessio stricta, non derogat in aliquo præcedentibus magis amplis; quia Pontifex concessit conformiter ad relationem petentis, qui, vt alias dictum est, ignorabat Concessiones latiores ante factas. Aliter enim non est credibile, quod sic petisset.

GVARDIANVS.

1 Absolutio.



CLEMENS IV. concessit, siue statuit, vt Guardiani, qui secundum Statuta Ordinis Fratrum Minorum aliter quam per electionem instituuntur, post ipsam institutionem, seu prouisionem de ipsis factam, curam animarum Fratrum sibi subditorum habeant; ipsosque ligare, ac soluere possint, iuxta ipsius Ordinis Instituta, B. fo. 56. Et fo. 139. conce. 309.

SIX-

A SIXTUS IV. fecit consimilem concessionem Prioribus Conuentualibus Fratrum Ordinis Carmelitarum, vt habetur in suo Mari Magno, B. ffo. 182. concess. 446. 3 *Habitus Fratrum.*

¶ Idem Sixtus statuit: quod habitus Fratrum Mino. non possit dari his, qui cum eo se elegerint sepeliri, nisi per Guardianos dicti Ordinis, vel eorum Superiores, B. ffo. 149. conc. 364. 4

Ista concessio habetur latius infra in dictione Habitus Fratrum. §. 11. *Collector.*

IVLIVS II. concessit, quod omnia Priuilegia, & Indulta Apostolica, concessa Ordini Fratrum Prædicatorum, quę spectant ad Priores Conuentuales dicti Ordinis, pertineant etiam ad Guardianos Conuentuum Ordinis Mi- 5 *Priuilegia.*
B no. B. ffo. 73. concessione 222.

Quoad præfatam Concesionem est notandum, quod auctoritas Priorum Conuentuum Ordinis Prædicatorum est valde magna, vt patet in Mari Magno prædicti Ordinis, & alijs eorum Priuilegijs; quia semper parificantur Priores Conuentuum, Prioribus Prouincialibus, quoad suos subditos; quod numquã, aut raro reperitur in Priuilegijs Fratrum Minorum in Guardianis, & Prouincialibus. Attamen virtute suprascriptæ Concesionis, poterunt Guardiani vti omnibus concessis Prioribus Fratrum Prædicatorum: saltem inquantum non fuerit eis restrictum per Superiores. Et circa huiusmodi auctoritatem, vide supra, in dictione Absolutio ordinaria, quoad Fratres, post. §. 7. fol. 6. Et in C eadem dictione prope finem, vbi dicitur Tertium dubium est fol. 15. Vide etiam supra in dictione Apostatæ, post. §. 8. & 9. & 11. fol. 85. Et in dictione Nouitius, §. 21. *Collector.*

¶ LEO X. concesit, quod omnes Fratres, qui sunt nimis scrupulosi, possint in oĩbus dubijs, conscientiã suã tangentibus, secura conscientia stare determinationi sui Guardiani, vel cuiuscumq; alterius Prælati, o. ffo. 93. conc. 287. 6 *Declarare Scrupulos.*

Circa suprascriptam Concesionem est aduertendum, quod in ipsa non conceditur aliqua auctoritas noua Prælatis, vt valeant determinare ad libitum suum: sed solum prouidetur serenitati conscientiarum subditorum. *Collector.*

De duratione autem officij Guardiani, vide infra, in dictione Officia Ordinis, §. 2.

D

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD. §. 1. notandum, quod Guardiani quomodocumque electi, secundum Statuta nostri Ordinis, sunt vere Prælati, & habent curam animarum, vt declarauit Clem. iiij. & Six. iiij. ff. 139. Et in Comp. tit. Absolutio, quoad Fratres, in multis §. habetur quod ibi a Pontificibus vocantur Prælati. Et Iulius ij. in Priuileg. Exponi nobis. ff. 226. & fol. 16. vo at eos Prælatos, & alibi sępius. Et in Compendio tit. Accedere ad Monasteria. §. 13. & quod super eodem annotatum est, vt etiam habetur in c. 2. fin. de pœniten. & remiss. E secundum Panor. ibidem, &c. Et concordat Siluest. tit. Prælatus, §. 1. & sum. Ang. tit. delegatus. §. 3. vbi etiam habetur, quod habens dignitatem Ecclesiasticam; insuper habetur idem in Statutis generalibus Ordinis nostri. Et tandem in Cap. generali Florentiaci, anno Dom. 1493. celebrato, sic habetur. Declaratur, quod nomine Prælati intelligitur Generalis Prouincialis, & Custos, & Guardianus. Ita quod quandocumque, in Regula, & Declarationibus Summorum Pontificum, Statutis, & Ordinationibus aliquid continetur faciendum, vel prohibendum per Prælatum, seu Prælatos, aut de eorum licentia, seu concessione, intelligitur de aliquo prædictorum, qui sunt vere Prælati ordinarij, si non exprimitur alter eorum, per quem sit tale quid faciendum, prohibendum, vel corrigendum, hæc ibi. Guardiani sunt vere Prælati.

Item, an præfati Guardiani ex officio suo sint illi Prælati, qui secundum cap. fin. de pœnit. & remissio. possunt sibi eligere Confessorem vbicumque; & an per Superiores possit hoc Priuilegium ab ipsis tolli, latius dictum est in his annotationibus super. tit. Accedere ad Monasteria, super tit. Absolutio ordina. quoad Fratres, §. 7. ibi videatur latius de his. A

GRADVS SCHOLASTICI.

1 *Prohibitio.* *De ascensu ad grad. m magisterij.*



MARTINVS V. præcepit in virtute sanctæ obedientiæ vniuersis Cancellarijs, Rectoribus, Decanis, Magistris, & Doctoribus studiorum, ac vniuersitatibus eorumdem, vbicumque consistentium, ne Fratribus Mino. seu alicui eorũ, gradum, & honorem, ac insignia magisterij conferre præsumát, nisi cursum per constitutiones Apostolicas, & Ordinis præfati instituta perfecerint, & alias ad dictum gradum obtinendum idonei existant. Et decreuit, ac statuit, quod quilibet ex Magistris, aut Doctoribus, qui alias (quam vt prædictum est) gradum, & insignia alicui Fratrum prædictorum impendere præsumpserit, gradu, & honore Magisterij careat, atq; Lecturis, & alijs actibus, & gratijs Magistralibus, ipso facto, sit perpetuo priuatus, & ad eadé de cetero inhabilis existat: voluit insuper, quod eisdem pœnis subiectus sit, quicumq; præter rigorem huiusmodi, gradum & insignia prædicta suscipere præsumpserit, b. ffo. 35. conce. 40. B C

2 *De gradu Bachalariatus.* ¶ Idem Martinus ordinauit, quod si aliqui ex Fratribus prædictis Bachalariatum, pro huiusmodi gradu Magisterij assequendo, contra Constitutiones Apostolicas, & instituta prædicta, fuerint adepti, & illius prætextu, libros sententiarum publice, & actualiter legant, a lectura huiusmodi (sub pœnis supradictis) penitus, & omnino cessent: alias ab eorum Superioribus, per censuram Ecclesiasticam arceantur, b. ffo. 35. conce. 40.

3 *De gradu Magisterij.* ¶ Idem Martinus statuit, & decreuit, quod quicumque Fratres Ordinis Mino. promoti fuerint ad magisterij gradum in theologia extra vniuersitates ab ipso Ordine per generalia Capitula ad hoc specialiter electas, & absque eo, quod ante perfecerint debitos cursus suos, ac sententias legerint in vniuersitatibus approbatis, & actus legitimos, & cetera exercitia scholastica fecerint, prout legere, & facere tenentur de consuetudine, vel de iure in huiusmodi rite magistrandi scientia, minime de cetero gaudere possint beneficijs, officijs, honoribus, gratijs, priuilegijs, exemptionibus, & indulgentijs, tam in dicto ordine, quam extra, magisterio in theologia (Apostolica vel alia quauis auctoritate) concessis, & quibus Magistri huiusmodi vti, & gaudere consueuerunt. Et insuper statuit, quod prædicti promoti non seruatis modis debitis, nõ habeantur, nec reputentur pro Magistris in theologia, nec se pro talibus gerere, & nominare præsumant. Ac etiam mandauit Generali, & Prouincialibus Ministris, Custodibus, & Guardianis, & eorum vices gerentibus, ac generalibus, & prouincialibus Capitulis, & officialibus quibuscumque prædicti Ordinis, sub pœna excommunicationis, quatenus has litteras (quantum vnumque concernunt) obseruent, & faciant inuiolabiliter obseruari, non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus, b. ffo. 39. conce. 43. D E

Excommunicatio.

¶ EVGENIVS IV. prædictas litteras Martini V. quoad promotos post ipsarum litterarum datam; voluit inuiolabiliter obseruari, & eas auctoritate Apostolica confirmauit, inserendo illas de verbo ad verbum in suis litteris, b. ffo. 39. conce. 43.

4 *Magistri.* BONIFACIVS IX. cócessit Magistro Generali Ordinis Prædicatorũ, vt in

A vt in Capitulo suo Generali possit promouere vnum Fratrem sui Ordinis ad gradum Magisterij, prout positum est supra in dictione Generalis. §. 5.

INNOCENTIVS VIII. statuit, quod nullus Frater Ordinis Prædicatorum Reformatorum, seu de Obseruantia, Prouinciæ, aut congregationis Hispaniæ, magisterij, vel alium quemquam gradum in Sacra Theologia (nisi ad illum per Capitulum dictæ Congregationis expositus fuerit) assumere quoquo modo præsumat. Et quod si qui aliter promoti fuerint, pro non promotis habeantur; & ad huiusmodi gradus inhabiles sint, & esse censeantur, b. ffo. 75. conce. 194. *6 Pro Fratribus Prædicato. Particularis pro Hispan.*

¶ Idem Innocentius concessit Fratribus Ordinis Prædicatorũ, quia propter B magnas expensas, quæ in suscipiendis gradibus in vniuersitate Salmantina fiunt, Fratres prædictæ Congregationis, gradus huiusmodi ibidem suscipere commode non possunt, quod Regens, & in eius absentia, Prior domus Sancti Stephani Salmantinæ, dictę Congregationis, possint conferre quoscumq; gradus Fratribus eiusdem Congregationis, per eamdem Congregationem expositis, & admissis per Capitulum, vel Magistrum generalem dicti Ordinis, dummodo sic graduandi peregerint cursus suos, b. ffo. 75. conce. 194. *7 Pro Fratribus Prædicatoribus. Particularis pro Hispan.*

HABITVS FRATRVM, ET MONIALIVM.

C INNOCENTIVS III. firmiter inhibuit, ne quis Monachorum, seu Religiosorum lineis camisijs vtatur. Habetur in capitulo cum ad Monasterium, extra de statu Monachorum. *1 Ex iure cõmuni.*

GREGORIVS IX. prohibuit, ne sub habitu Fratrum Minorum, liceat alicui extra obedientiam euagari. Et quod si qui forte pręsumpserint, liceat Generali, & Prouincialibus Ministris, & Custodibus, in Fratres ipsos, donec resipuerint, censuram Ecclesiasticam exercere, B. ffo. 201. conce. 94. *2 Apostatę.*

¶ Idem Gregorius præcepit Ecclesiarum Prælatis, quatenus mulieres deferentes habitum sanctæ Claræ, & cum illo per ciuitates discurrentes (cum requisiti super hoc fuerint) monitione præmissa, compellant per censuras D Ecclesiasticas ad dimittendum huiusmodi habitum, b. fol. 21. Et ffo. 23. concessione 7. *3 De habitu S. Claræ.*

INNOCENTIVS IV. prohibuit, vt nullus, qui non sit de Religione Fratrum Minorum, habitum dictorum Fratrum, aut ita consimilem, quod propter eum, Frater Minor credi possit, deferre præsumat, absque mandato speciali Sedis Apostolicæ. Et mandauit Ecclesiarum Prælatis, quatenus singuli eorum in suis Ciuitatibus, & Diœcesibus, illos, qui præfatum habitum, vel ei consimilem deferre præsumpserint, ad deponendum ipsum, cum a Fratribus prædictis fuerint requisiti (monitione præmissa) compellant, B. fo. 19. Et ffo. E 103. concessione 216. *4 Prohibitio.*

CLEMENS IV. inhibuit, vt nullus, siue Religiosus, siue Sæcularis, habitum Fratrum Minorum, aut ita consimilem, quod propter eum Frater Minor credi possit, deferre valeat, absq; mandato speciali Sedis Apostolicæ. Et, vt dicta inhibitio maiorem consequatur effectum, statuit, vt ij, qui habitum prædictum, vel ei consimilem deferre præsumpserint, ad deponendum ipsum per diœcesanos locorum, cum requisiti fuerint (monitione præmissa) per censuram Ecclesiasticam (appellatione postposita) compellantur, B. fo. 58. Et ffo. 141. concessione 333. *5 Prohibitio.*

¶ Idem Clemens, & multi alij Summi Pontifices successores eius concesserunt plures Indulgentias morientibus, & sepultis cum habitu Fratrum Mino- *6 Indulgētię.*

rum, ac etiam osculantibus habitum Ordinis;prout habetur infra, in dictione indulgentiæ, quoad Sæculares, ratione habitus, 6. Ac similiter aliæ Indulgetiæ pertinentes solum ad Fratres, ratione huiusmodi habitus, habentur in dictione Indulgentiæ plenariæ, quoad Fratres, §. 3. A

7 *Ex iure cõmuni.* *Studium.* *Excommunicatio.* BONIFACIVS VIII. vt periculosa Religiosis vagandi materia subtrahatur, distinctius inhibuit, ne de cetero aliquis, quamcumque Religionem tacite, vel expresse professus, in scholis, vel alibi temere habitum Religionis suæ dimittat: Nec accedat ad quæuis Studia litterarum, nisi a suo Prælato, cum consilio sui Conuentus, vel maioris partis eiusdem, sibi eundi ad studiũ licentia primitus sit concessa: Si quis autem horum temerarius violator exstiterit, excommunicationis sententiam voluit incurrere, ipso facto: Doctores quoque, siue Magistri, qui Religiosos, habitu suo dimisso, leges, vel physicam audientes, scienter docere, aut in scholis suis præsumpserint retinere, simili, eo ipso, sint sententia innodati. Habentur in cap. Vt periculosa. Ne Clerici, vel Monachi, lib. 6. B

8 *Sepultura.* *Excommunicatio.* SIXTVS IV. auctoritate Apostolica perpetuo indulsit omnibus, & singulis vtriusque sexus personis, in habitu Fratrum Minorum sepeliri volentibus, quod id eis liceat (sine tamen aliquo alterius præiudicio) districtius inhibens Curatis, & Rectoribus Ecclesiarum, sub excommunicationis pœna; quam (canonica monitione præmissa) contrafacientes incurrant: & a qua per alium, quam Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo dumtaxat, absolui non possint: ne taliter sepeliri volentibus, quouis modo impedimentum afferant, sed permittant illos patenter ad Ecclesias, & locum sepulturæ, in habitu huiusmodi deferri, Iure parochialium Ecclesiarum, & cuiuslibet alterius, in omnibus semper saluo, b. ffo. 88. conce. 351. C

9 *Sepultura.* Idem Sixtus decreuit, vt illi, qui ordinauerint, quod eorum corpora cum habitu Fratrum Minorum sepeliantur; ne ex illorum corporum delatione, ad alia loca, Ordini, & Fratribus prædictis iniuriæ irrogentur, tales apud Fratres huiusmodi esse sepeliendos, etiam si alibi suam elegissent sepulturam: nisi fiat de licentia, & assensu Fratrum Domus loci, in quo tales decesserint, B. fo. 60. Et ffo. 144. concessione 350.

Collector. Circa hoc vide infra §. vltimo Decretum Leonis in Concilio Lateranensi; quod in foro exteriori saltem debet obseruari. D

10 *Pro Carmelitanis.* Idem Sixtus fecit consimilem Concessionem Fratribus Carmelitis per eadem verba, addendo, quod contradictores sint excommunicati, B. ffo. 182. concessione 444.

11 *Pro prędicatoribus, & Mino. insimul.* Idem Sixtus in Bulla Aurea statuit, quod habitus Fratrum Minorum, vel Prædicatorum, non possit dari his, qui cum eo elegerint sepeliri, nisi per Guardianum Domus Ordinis Minorum, aut per Priorem Domus Ordinis Prædicatorum loci, in quo tales decedere contigerit; vel per Superiorem Prælatum dictorum Ordinum; aut cui illi duxerint committendum: & non per alium, quauis auctoritate, vel prælatione fungentem, exhiberi debere. Et voluit, quod prædictum habitum recipientibus, declarare teneantur prædicti Prælati, quod apud eorum Ordinum Ecclesias debent sepeliri, quorum habitum suscipiunt. E

Sepultura. Ac etiam statuit, quod illorum sic indutorum cadauera discooperta, nullo pallio, vel tegumento superimposito, cum habitu huiusmodi, ad sepulturam deferri possint. Non obstante Ordinariorum locorum (etiam sub censuris) prohibitione, & ordinatione qualibet in contrarium edita, B. fol. 65. Et ffo. 149. concessione 364.

12 *De electione incorri-* ALEXANDER VI. concessit, vt Generalis Fratrum Minorum per semetipsum, & Prouinciales, cum consensu maioris partis Capituli prouincialis, pos-

A lis, possint Fratres prædicti Ordinis, quos incorrigibiles repererint, (tamquã membra putrida) habitu sui Ordinis expoliare, & a se eijcere. Ac etiam possint contra quoscumque, eis forsan auxilium, consilium, vel fauorem, publice, vel occulte, directe, vel indirecte, aut quouis quæsito colore, supra dicti habitus delatione præstantes, etiam cuiuscumque, dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis existant, per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia (appellatione postposita) procedere, b. ffo. 56. concessione 65. *gibilium ab Ordine.*

Circa præfatam Concessionem, oportet notare illa, quæ supra, in dictione Eijcere, post §. 4. posita sunt. *Collector.*

LEO X. in Concilio Lateranen. statuit, quod volentes sepeliri in habitu 13
B Fratrum, si non sunt personæ, in Claustro, seu in eorum domibus degentes, *Sepultura.*
sed in proprijs domibus habitantes, in eorum vltima voluntate sepulturam sibi alibi libere eligere possint, B. ffo. 26. concessione 77. Vide etiam infra, in verbo Sepelire, & Sepultura, §. 14. eiusdem Leon. dispositionem quando possint intrare Fratres Parochias cum cruce ad leuanda corpora, &c. & habetur in Bulla Const. 17. ipsius Leonis.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

C *VOAD hanc materiam notandum etiam, quod sæculares ludibriose, seu ignominiose habitum Religionis approbatæ portantes in ludis, vel lasciuijs, peccant mortaliter, & insuper incurrunt alias pœnas ciuiles criminales, & possent grauiter puniri, etiam per Iudices sæculares, secundum iuras vt de hoc habetur latius in Summistis, præcipue Siluestr. tit. Habitus §. 5. &c.* Contra portantes habitum ludibriose.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

D *IRCA formam habitus Congreg. Ioannis de Dio, approbatę a Pio V. in anno 1571. est sciendum, quod a Sac. Card. Congreg. anno 1588. fuit interpositum Decretum, vt non deberent portare Capuccium acutum, sed rotundum. At a Sixto V. eodem anno fuit concessa innocatio brachij Sæcularis, contra eos: & Gregor. xiiij. in anno 1591. (renouando Const. Paul. iiij. vbi idem, quod supra §. 4. & 5. præcipiebat, & Constit. Pij IV. vbi nec habitus consimilis Capuccinis sed omnino alius portari iubetur, & Const. 13. in qua, ne Tertiarij Conuentualium nuncupati, habitum, nisi berettini coloris, vt a Capuccinis distinguantur deferant, inhibetur:) fecit Constitut. in qua sub pœnis taxatis a supradictis Pontificibus iubetur, vt Reformati Conuentualium non tantum Capuccium rotundum, & colorem berettinum, vel subcineritium, vt prædictũ est, sed etiam mantellum longum ad Conuentualium longitudinem, deferre; & mozzettam latam, & longam, non sub mantello, sed super gestare teneantur, vt a Capuccinis* De hoc tamen habuerunt gratiã
E *realiter, & vere distinguantur. Et insuper prohibuit sub eadem excommunicationis sententia, ne ipsi Reformati præsumant recipere Capuccinum aliquem, incurrenda, tam a Capuccinis receptis, quam ab ipsis recipientibus: & hoc etiam determinat de Eremitis, circa habitum, vt latius in ipsamet Bulla est videre, posita in fine huius Compendij.*

Circa tamen dimissionem habitus a quocumque Religioso factam, est sciendum, quod in Cap. vt periculosa, in sexto, ne cleric. vel monac. excommunicantur omnes Religiosi temere habitum suæ Religionis dimittentes, Et tunc dicuntur temere illum dimittere, cum quis dimittit habitum ad finem vagandi, quia dicitur in tex. vt periculosa Religiosis vagandi materia subtrahatur. Item temere fit, cum fit ex turpi caussa, cum scandalo, secundum Palud. in 4. dist. 18. q. 3. art. 3. puta cum quis dimittit habitum eundo de no- De excommunicatione habitũ dimittent.

ut ad lupanar, & simile. Secus autem esset, quando habitum quis dimitteret non temere, sed iusta, & rationabili aliqua caussa, vt notant Doctores: quo casu non esset peccatum. A

Dimittentes habitũ suæ Religionis, & assumẽtes alterius Religionis, nũ incidunt in censuram.

De dimittentibus autem habitum suæ Religionis, & assumentibus habitum alterius Religionis, sunt opiniones, an ipsi incidant in censuram: Siluest. tenet (quem sequitur Caiet. in Summa, & Nauar. in man. c. 27. num. 131.) quod sic: quia propterea in textu ponitur illud pronomen, suæ Religionis: aliter frustra poneretur: sed Gem. tenet oppositum, & ita Consulit Iapus, & ad verbum, suæ Religionis respondet, quod non obstat, quia vna est Religio generaliter sumpta, quoad tria Vota; quamuis Silu. dicat, quod, secundum istum intellectum, satis fuisset dicere, Religionis, absolute, sine ille pronomine sua: sed pro concordantia potest dici illud, quod a simili de Apostasia dicit Caie. 2. 2. q. 12. art. 1. quod si quis dimittit habitum suæ Religionis cum effectu, & transit ad aliam Religionem, approbatam, non incidit. & sic posset sustineri opinio Gem. dummodo cum effectu statim, sine temporis intermissione subinduendo habitum alterius Religionis intret illam Religionem; rationabiliter tamen secundum Caiet. in Summa, quia si quis habitum suum dimittendo non statim intrat sed circumeundo ambulat; vt sic exutus, cuius in alia Religione recipiatur: incidit secundum Rosellam, in verbo excommunicatio 16. Sed si cum effectu non transit, sed solum portat habitum alterius Religionis extra Claustra, incidit: & sic posset sustineri opinio Siluest. B

Portare habitũ abscõditum sess. vlt de Reg. Cap. 19.

De portantibus autem habitum absconditum, est aduertendum, quod ex vigore Conc. Trid. nulli Regulari potest dari licentia occulte ferendi habitum suæ Religionis.

HÆREDITAS, ET HÆREDES. C

1 *Pro Fratribus Minor. & Prædic.*

CLEMENS IV. concessit, quod Fratres Ordinis Prædicatorum, & Minorum possint libere succedere in bonis temporalibus, in quibus succederent in sæculo existentes; ac bonorum ipsorum possessionem apprehendere, & vendere libere bona ipsa, eorumque pretium in vtilitatem suam conuertere; prout Prælatis dictorum Ordinum melius visum fuerit expedire, B. fo. 64. Et ffo. 147. concessione 357.

Collector. Huiusmodi Concessio, seu relaxatio non habet locum in Fratribus Mino. Obseruantibus; vt in sequentibus. §. apparebit: præsertim in §. 2. & 4. D

2 *Paupertas.* CLEMENS V. in declaratione, quæ incipit, Exiui de Paradiso, super Regulam Fratrum Mino. declarauit, quod huiusmodi Fratres nullatenus sunt capaces successionum hæreditatum. Ac etiam, quod non licet eisdem Fratribus, valorem hæreditatum talium, vel tantam earum partem, quasi sub modo, & forma legati, dimitti sibi facere (quod præsumi posset hoc in fraudem fieri)

Legata. vel sic demissa recipere. Quin potius ista sic fieri ab ipsis Fratribus, simpliciter prohibuit, B. fo. 14. in tracta. 3. Et ffo. 15. tractatu secundo.

3 *Pro Cõuentualibus. Fratribus Mino.* SIXTVS IV. concessit Fratribus Mino. quod hæreditates, quæ eisdem Fratribus (si in sæculo forent) ab intestato deferrentur, deferantur Ecclesiæ Romanæ, quæ ipsorum Fratrum (quoad hoc) locum tenet. Et quod ipsa Ecclesia Romana, quoad hæreditates, & bona, quæ Ordinem prædictum ingredientes, sub conditione mortis eorum sine filijs, restituere grauati sunt, filiorum locum teneat; sicut tenent Monasteria proprium habentia in communi: si tales Fratres grauati illum ingressi forent. Ac concessit, vt prædicta petere possit Syndicus Romanæ Ecclesiæ, præfato Ordini deputatus, B. fo. 63. Et ffo. 146. concessione 356. E

Collector. Huiusmodi concessio non est intelligenda de Fratribus Mino. Obser. vt inferius ab eodem Sixto, & ab alijs Summis Pontificibus declaratur.

¶ Idem

A ¶ Idem Sixtus postea declarauit, se fecisse prædictam Concessionem generalem ad importunam nonnullorum instantiam: ac ex certa scientia decreuit, & declarauit, suæ mentis, & intentionis fuisse, & esse, vt prædictæ suæ litteræ, & aliæ similes, circa successionem hæreditatum huiusmodi, ad Fratres de Obseruantia nullatenus extendantur; nec eis, aut illorum alicui, in iudicio, vel extra, quoquo modo suffragentur; nec aliquam vim habeant. Et insuper mandauit prædictis Fratribus de Obseruantia in virtute sanctæ obedientiæ, ne quis eorum, Concessione huiusmodi vti velle præsumat, quouis prætextu, vel colore: quinimmo in puritate suæ Regulæ (sicut eos docet) permaneant, perinde ac si litteræ prædictæ numquam emanassent, B. fo.22. Et ffo.106. concessione 228. 4 *Pro Obseruantibus Fratribus Mino. Pauperibus.*

B ALEXANDER VI. decreuit, quod nullus Professor Ordinis Mino. de Obseruantia, si illam egrediatur, & ad Conuentuales eiusdem Ordinis transeat, possit succedere parentibus, propinquis, vel affinibus suis, quouis modo, nec aliquo indulto, prædictis Fratribus Conuentualibus ad hoc concesso, gaudere valeat. Nec etiam Conuentus aliquis occasione Fratris sic egredientis, ius aliquod in hæreditate, vel quauis alia successione propinquorum acquirere, & consequi possit, b. ffo.56. concessione 66. Et ffo.3. concess.4. 5 *Pro Fratribus Obser. transeuntibus ad Côuentuales.*

¶ Idem Alexander iterum decreuit, & prohibuit supradicta, scilicet, ne Fratres Obser. transeuntes ad Conuentuales, succedere propinquis valeant vllo modo; prout habetur sub authentico ad litteram; sicut in Concessione immediate supraposita, B. ffo.136. concess.302. 6 *Prohibitio.*

C Circa præfatam materiam hæreditatum, est aduertendum, & notandum, quod, licet Fratres Minores non sint capaces hæreditatum, & relictorum in testamentis, vt patet in Clementina Exiui de Paradiso, §. Cum igitur, de verbo. signif. Et per Bart. in l. Ne quidquam, §. fin. ff. de Offic. procon. Et in l. 1. colum.4. de lega. primo: Attamen eis consulitur duplici remedio, secundum Doctores. ¶ Primo enim eis consulitur Iudicis officio. Potest namque Iudex ex suo mero officio (nemine etiam ad hoc agente) compellere hæredem, vel illum, qui ad hoc tenetur ex testamento, vel alias, quatenus relicta Monasterio, vel Fratribus Mino. adimpleat, & exsoluat. Hoc tenet Speculator, in titulo de instru. edi. §. Nunc vero aliqua. Et Barto. in dicta l. Ne quidquam. Et Ioan. Andr. in c. Si hæredes, extra de testa. Et est videndus ad hoc Baldus, in l. Nulli, C. de Episcopis, & Clericis. ¶ Sed circa hoc quærendum videtur, quæ potuit esse ratio istius Decisionis; & vnde potuit hoc venire. Respondeo, quod duplex est ratio huius. ¶ Prima, quia interest rei publicæ, ne sua quis re male vtatur, vt in §. Sed hoc tempore. Insti. De ijs, qui sunt sui, vel alieni iuris. Et ratio etiam istius rationis est, & colligitur a fortiori. Nam, si commodum rei priuatæ prouidetur; vt in l. Si quis, C. de bonis proscrip. fortius circa voluntates defunctorum prouidendum est. De quo per Andream Barba. in rubrica De testa. colum.25. Et per glo. in l. Iulianus. ff. de actio. emp. Et arguit bene in hoc casu Barba. in c. Tua nobis, colum.26. extra, de testa. facit etiam, quia anima cunctis rebus præferenda est, l. Sancimus, C. de sacrosc. eccles. Et authentica Multo magis, &c. Numerosa est ad hoc iurium silua. ¶ Secunda ratio est; quia, si ita cautum non esset, accideret nonnumquam, quod pium propositum defunctorum, improba fraudantium calliditate celaretur; vt dicit ille textus notabilis in dicta l. Nulli, C. de Episcopis, & Clericis. Et quia magna est pietas, voluntatem illius adimpleri, qui nec se iuuare, nec iam loqui potest: Ideo voluntati defunctorum ita consultum iri oportuit. Et hoc est primum remedium, quo Fratribus Mino. & alijs pauperibus nõ valentibus agere in iudicio, subuentũ est, officio Iudicis. ¶ Deinde aũt dicũt Doctores, q̃d *Collector. Primum remedium. Quæstio.*

D

E

alterum

Alterũ remedium. Modo ē aduertendum q Pius V. fecit testamentorum executores Ministros fabrica S. Petri, modo & forma qua in cõst. 95. & 96. habentur. Collector.

alterum remedium, quo dictis Fratribus consulitur, est illud, quod sequitur. Quia cuilibet de Populo competit actio, & quilibet de Populo potest agere, vt legata, & relicta ad pias caussas, puta Monasterio, Hospitali, Fratribus, Pauperibus, & similibus, adimpleantur per illum, qui grauatus est a testatore, vel alias ad hoc tenetur. Iura sunt de hoc bona, textus in authentica De Ecclesiasticis titulis, §. Si autem, collatione 9. Et tenet Ludouicus Romanus in authentica Simile, C. ad legem falci. Et fuit originale dictum Angeli de Perusio, in dicto §. Sin autem. Ita etiam tenet Bar. in dicta l. Ne quidquam; qui allegat l. Hereditas, ff. de pe. hære. Et l. Quinctus, de annuis legatis. Et est de hoc, casus formalis, & in indiuiduo, in dicta l. Nulli, C. de Epis. & cler. in fine. Et facit ad hoc dictum Barba. in c. Nos quidem, colum. 16. De testa. ¶ Prædicta fuerunt practicata in Ciuitate Barbastri Regni Aragoniæ; vbi ab Vniuersitate eiusdem ciuitatis fuit constitutus Procurator, seu Syndicus ad agendum pro legatis relictis Monasterio Beati Francisci, anno a Natiuitate Domini 1521. quo tempore erat Aduocatus dicti Monasterij quidam insignis vtriusque iuris Doctor nomine Leonardus de sancto Angelo: qui suprascripta fundauit, & exequi fecit. A B

Nota.

Ex supradictis infertur, quod purius facerent hoc modo præfati Fratres, quam procurando, quod eis vel suis Ecclesijs, aut Conuentibus relicta in testamentis, petantur in iudicio per Syndicum deputatum a Sede Apostolica, vtendo concessionibus relaxatiuis, & destructiuis perfectionis voti paupertatis in sua Regula promissi: præsertim cum facilius possint obtinere huiusmodi relicta in testamentis, medio alicuius deuoti iudicis, qui in hoc potest prouidere ex suo officio; vt supra probatum est; aut vtendo altero remedio, scilicet, quod Aduocatus Fratrum, vel alius amicus spiritualis petat prædicta in iudicio, non tamen vt Syndicus, sed sicut vnus de populo: cum etiam hoc fieri possit; sicut supra dictum est. C

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD §. 6. vbi in fine ait Collector, quod Fratres Minores purius facerent procurando per aliquem de populo, nomine populi, quam per Syndicum nomine Papa, in iudicio, legata sibi facta, &c. Notand. quod quamuis, propter bonum exemplum sæcularium, & propter vitandas alias occasiones ad peccata alia, sit purius sic facere, vt ibi dicit Collector; hoc tamen non obstan. potest Syndicus petere nomine Papę, &c. & hoc est licitum Fratribus potentibus vti Syndico ad prędicta, & dummodo fiat cum alijs debitis circumstantijs circa hoec vt de his latius habetur in expositione Reg. 4. c. q. 16. ibi vid. D

CAPVCCINI ANNOTATIO.

In §. 2. & 4. Fratres hæredes esse nō possunt nec directe nec iure fideicōmiss.

VM ergo claro constet ex supradictis Priuilegijs in §. 2. & 4. ex Fratribus Minoribus Conuentuales tantum, & non eos, qui Regulam, secundum suam puritatem profitentur, posse hęreditatum, & relictorum in testamento esse capaces: est proinde sciendum, quod, si ipsi incapaces de facto instituerentur, hęreditas ipsa pertineret ad cohæredem, vel substitutum, si habet; vel ad venientes ab intestato; vt comprobatur in l. pr. C. de hęredib. instituendis, & l. 1. §. 1. C. de Caducis tolle. Et hoc non tantum habere locum aiunt communiter expositores Regul. post Clem. Exiui, & Barthol. in Minorica, lib. 1. dist. 1. c. 2. & d. 2. cap. 1. in hæreditatibus directo prouenientibus, sed etiam, iure fidei commissi relictis. E

Et ipso

A Et ipse Bartholus ibidem asserit, harum hæreditatum æstimationem, ab adeuntibus hæreditatem, ipsis Fratribus institutis deberi: quoniam iure cauetur, quod, quando quis non potest capere rem sibi relictam, propter qualitatem personæ suæ, absque suo delicto, tunc tenetur hæres ad æstimationem. Vt de legat. 1. l. apud Iulium. §. fin. cum l. seq. & ibi notatis, & de legat. 3. l. fidei commissum. §. si seruo. Idemq; dicendum esse putat, quando Fratres instituerentur hæredes cum Clausula: Quod si non valet iure Testamenti, valeat iure Codicilli, & omni modo, quo valere potest. quoniam prædicta verba hoc important de iure, vt institutione irrita, videantur rogati per fideicommissum hi, ad quos hæreditas deuenerit, restituere institutis. Vt l. eam, quam C. de fid. com. & l. ex Testamento, & ibi notatas, & .ff. de Vulgar. & pupil. subst. l. cohæredi. §. cum filię. Nisi tamen (inquit ipse Bart.) valor hæreditatum talium, non sit tantus, nec tanta ea-
B rum pars, quod præsumi possit in fraudem esse paupertatis; hoc est, quod quantitas non sit tanta, quod magis thesaurizationem, quam pro imminentibus necessitatibus prouisionem sapiat: Et tunc (cum ipsi Fratres sint omnis iuris, ex voto, & professione sua incapaces) non ipsi propria auctoritate, sed Syndicus potius Romana Ecclesia, vel Episcopus, æstimationem illam repetere potest; vt hic etiam ipse Collector, ait.

Sed quibusdam alijs nostræ Reg. professoribus videtur (& forte tutius) hanc æstimationem Fratribus non deberi, nec per eos, vt debitam, posse recipi; illa Clausula freti in Clemen. exiui posita; Fratres, successionum, quæ ex natura sui indifferenter ad pecuniã, & etiam ad alia mobilia, & immobilia se extendunt, considerata sui puritate voti, nullatenus sunt capaces, &c. Nota illam particulam Nullatenus, &c. si enim Vniuersa-
C lium successionum, nullo modo Fratres capaces sunt; ergo nec æstimationis earumdem. Nam vnus modus percipiendi successionem, est, eius æstimationem recipere, argum. l. si domus. §. constetur. ff. de legat. 3. Vnde si Fratres talium hæreditatum æstimationem recipere non possunt, nec ergo ad eam dandam tenebuntur hæredes, vel ij, ad quos hæreditas deuenerit.

Æstimatio hæreditatis non est licita Fratribus

Et quia a Corduba in exposit. 6. cap. nostræ Regul. q. 4. & 5. & ab alijs expositoribus nonnulla alia scitu digna, ad huiusmodi supradictam materiam pertinentia, discutiuntur exacte; ideo illarum aliquas resolutiones, ad communem legentium eruditionem, breuiter afferre censui.

Quæritur enim An possint Fratres institui hæredes cum caussa apposita; quod pro
D eorum necessitatibus vendatur, & in eas conuertatur. Ad quod Bart. in Minoric. lib. 1. dist. 5. c. 2. respondet quod talis dispositio defuncti, licet non teneat, quoad institutionem hæredum, & habeatur pro non scripta: cum talium institutionum Fratres, penitus sint incapaces; tenet tamen, & validum est testamentum, quoad caussam piam ibi appositam, vt scilicet, vendatur, & conuertatur in necessitates Fratrum. Nec obstat, quod non subest persona, in qua ius, & nomen hæredis cadat: quia persona (vt diximus) ipsorum Fratrum subducitur, & pro non scripta habetur, & sic testamentum videtur non valere, & pro non scripto esse; sicut quando instituitur hæres, qui iam est mortuus: Quoniam in pijs caussis sufficit, quod hæreditas ad piam caussam relinquatur; vt puta, sic generaliter, pro redemptione captiuorum, pro Ecclesijs construendis, pro alimentis pauperum, & similibus, vt C. de Episcopis, & Cler. l. si quis ad declinandam. Constat au-
E tem Fratres Minores in summa paupertate esse: ergo ad validitatem Testamenti sufficit, quod sit apposita pia caussa (scilicet, pro eorum necessitatibus) licet eorum subducatur persona, & pro non scripta habeatur. Nec est verum, quod non subest persona, quæ hæreditatem adeat, quia personam repræsentabit Episcopus, vel Respublica, vt dicitur in d. l. siquis ad declinandam. Et pro hoc facit. §. siquis in nomine, Authentica de Ecclesiast. Titu. Vbi siquis instituit hæredem aliquem Sanctum, cuius Ecclesia non reperitur in illa ciuitate, nec in eius territorio: dabitur hæreditas Ecclesiæ illius Ciuitatis, vbi testator habet domicilium. Et sic, licet Ecclesia illius Sancti instituti non adsit, testamentum tamen, cum sit ad piam caussam, subsistit, & valet; & de necessitate

Pretiũ hæreditatis non potest a Fratribus acceptari.

Opin. Bart. singularis.

ſtato intelligitur facta inſtitutio in memoriam, & reuerentiam dicti Sancti, hoc eſt, vt in honorem ipſius hæreditas expendatur, & Epiſcopus capiat hereditatem. A

Reſpondet obiectioni Baldi.

Nec obſtare videtur, quod obijcit Bald. in Authent. Ingreſſi de ſacroſ. Eccleſ. nu. 5 o. Quod hereditas eſt ius vniuerſale, cuius Minores Fratres incapaces ſunt, & ſic deſtructo principali, ipſa, ſcilicet, heredis inſtitutione, deſtruitur, & acceſſorium, ſcilicet, cauſſa adiecta, quod hereditas vendatur, & conuertatur in neceſſitates Fratrum. Nam, licet verum ſit, quod teſtamentum ſit nullum, quoad primum caput de heredis inſtitutione cum inſtituti ſint incapaces; valet tamen Teſtamentum ex ſecundo capite, ſcilicet, quia relicta eſt hereditas ad piam cauſſam, & ipſa pia cauſſa ſuſtinet vicem heredis: vt iura prædicta probant.

Nec eſt verum quod deſtructo antecedenti, deſtruatur, & conſequens, quia hoc eſſet, quando vnum eſſet ab ſubſtantiandum, ſeu qualificandum alterum: ſed in caſu, neutrum eſt ad ſubſtantiandum alterum, quando ſi teſtator, omiſſo primo capite inſtitutionis heredis in perſonam Fratrum, diſpoſuiſſet de ſecundo, ſcilicet, Relinque hereditatem meam, vt vendatur, & conuertatur in neceſſitates Fratrum Minorum; valida eſſet diſpoſitio, vt dicitur in d. l. ſiquis ad declinandam. ergo non eſt verum, quod irrito Teſtamento, quoad inſtitutionem heredum, ſit etiam irritum, quoad venditionem hereditatis conuertendæ ad piam cauſſam: quia ex pia cauſſa, quę ſuſtinet vicem hęredis, validum ſit Teſtamentum, vnde concludit ipſe Bart. quod, vbi cauſſa pia eſt expreſſa voce, vel ſcripto, vel ſaltem nutu certo ipſius teſtatoris (quæ neceſſario requiritur, vt iura volunt) ſufficit ad validandum teſtamentum alias inualidum, ex inſtitutione Fratrum. B

Illo tamen ſemper intellecto (vt ſupra dictum eſt) quod quantitas non ſit tam magna, quod videatur in fraudem facta paupertatis, ſed quod tantum ſit ad ſubleuandas Fratrum neceſſitates præſentes, vel imminentes. quia alias ſaperet theſaurizationem. C

Pretiũ hęreditatis quãdo poterũt acceptare Fratres.

Si autem Fratres non inſtituerentur hęredes, ſed alter, qui debeat hereditatem ipſam vendere, & eius pretium in Fratrum neceſſitates expendere; hoc nullo videtur iure Fratribus eſſe prohibitum. Quare licite hoc poterunt acceptare (modo quantitas non ſit immoderata) ex quo non ſuccedunt in aliquod ius defuncti.

Eccleſia ſeu Capella Fratrũ nũ poſſit inſtitui hæres.

Sed cum Fratres Minores, nec inſtitui, vel ſubſtitui, nec directe, nec per fidei commiſſ. heredes poſſint, dubitatur, num eorum Eccleſia, vel Altare inſtitui valeant? Ad quod (licet Barthol. in Minorica lib. 1. d. 4. cap. 1. dicat, quod ſic) reſpondendo reſolute dicimus cum Bald. in Authent. Ingreſſi. Et Petro Anchar. in dicta Clemen. exiui, & Soren. conſcientia q. 17. & Corduba in expoſit. 6. cap. Reg. q. 5 1. quod non poſſint, cum in ſucceſſionibus (vt ſupra dictum eſt) dominium transferatur pecuniarum, & aliorum bonorum in hęredem. Et licet Bartholi opinio ſatis probabilis videatur; tutius tamen eſt, pro puriori Regulæ obſeruantia, negatiuam cum prædictis Doctoribus partem tenere; prout ſic nos Capuccini obſeruamus. D

Circa autem obſeruantiam aliorum Mendicantium, & non Mendicantium ad hanc materiam ſucceſſionum ſpectantem, ad eorum Conſtitutiones, & Statuta me remitto; cum ſingulorum illa præ manibus habere minime potuerim. Illud tamen de iure pro certo habetur, quod Monachi ad vtilitatem Monaſterij, ſinguli de Religione, ſuis parentibus, & agnatis ab inteſtato, quemadmodum, & alij exiſtentes in ſæculo, poſſunt ſuccedere. Quinimmo non licet eorum parentibus, eos a portione legitima repellere, vt probatur in l. de nobis C. de Epiſc. & Cler. in C. vnico 18. q. 1. & cap. non liceat Parentibus 19. q. 1. Et hoc indubitanter eſt tenendum de Religione, quæ licet ſingulis de Religione proprietatem deneget, eis tamen in communi concedit. Vt in Regula Caſſin. Carthuſ. & aliorum. Sed in illis Religionibus, in quibus ex propria Regula interdicitur dominium, & proprietas alicuius rei particularis in communi, vt eſt noſtra Religio Minoritana, & diximus ſupra ex Clem. exiui. §. prouide de verb. ſignif. communis eſt opinio, vt inquit Panor. in Conſ. 27. in 2. Volum. quod non admittantur Religioſi, ſed veniunt alij ſuccedentes ab inteſtato, ac ſi ipſi eſſent mortui. Argum. ff. de his. qui pro non ſcript. E

A *non script. hab. l. in Metallum, & C. de hæred. Instit. lib. 1.*

Hodie vero per Priuil. g. Nicol. Mare Magn. Ordin. Minorum Prædicatorum, Eremitarum, & Carmelitarũ statuitur, quod, licet non possint habere bona immobilia, possunt tamen habere fructũ bonorũ stabiliũ, ut inquit Napod. in consuet. Neap. si quis, vel si qua, in verbo proximiores. Et Refert Cassin. in Sũma lib 3. de Reg. cap. 5. n. 34. sed secus est de Fratribus Minoribus, pure Regulam obseruantibus, vt est iam supra dictum. D Iacobus de Graffijs.

[*Tandem Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. de Regularibus concessit omnibus Monasterijs, & domibus tam virorum, quam mulierum, & mendicantium, exceptis domibus Fratrũ S. Francisci Capuccinorum, & eorum, qui Minorum de Obseruantia vocantur, etiam quibus, aut ex Constitutionibus suis erat prohibitum, aut ex Priuilegio Apostolico non erat concessum, vt deinceps bona immobilia eis possidere liceat*] Additio.

B

HÆRESIS, ET HÆRETICVS.

GREGORIVS IX. concessit Fratribus Minoribus proficiscentibus in terras infideliũ, vt eos, qui per apostasiam, schisma, vel hæresim, a Christiani nominis confessione recesserunt, inter Sarracenos habitantes, absoluere possint, ac reconciliare per gratiam pœnitentiæ salutaris, si ad obedientiam Ecclesiæ Romanæ in humilitatis spiritu voluerint redire, b. ffo. 22. concessione 4. 1 *Pro terris infidelium. Absolutio.*

C

¶ Idem Gregorius concessit præfatis Fratribus euntibus ad terras infideliũ, vt eos, qui quomodolibet a fide, vel vnitate Romanæ Ecclesiæ discesserunt, si redire voluerint, & satisfacere, pro commissis, valeant reconciliare, & ab anathematis vinculo (quo tenentur) absoluere, b. ffo. 257. concess. 641. 2 *Pro terris infidelium. Absolutio.*

ALEXANDER VI. concessit omnibus, & singulis Prælatis Ordinis Minorum de Obseruantia (scilicet Generalibus, Prouincialibus, & Custodibus) plenariam facultatem, & auctoritatem, vt quoscumq; subditos suos (Fratres, videlicet, & Moniales S. Claræ, ac vtriusq; sexus Tertiarios) inuenerint in aliquo hæresis, vel apostasiæ crimine lapsos, ac etiã relapsos, possint eos absoluere, & cum eis dispensare; prout magis late positum est hoc, supra, in dictione Absolutio ordinaria, quoad Fratres, §. 18. & o. fo. 65. Et ffo. 70. conc. 164. 3 *Absolutio, quoad Fratres ac relapsos.*

D

Aduertendum, quod supradictus casus est de contentis in processu Bullæ Cenæ Domini; & ideo dicendum est de illo, sicut de alijs similibus, prout habetur supra, in dictione Absolutio ordinaria, quoad Fratres, post §. 13. *Collector.*

Reliqua attinentia ad huiusmodi materiã: præsertim circa Inquisitores huius criminis, vide infra, in dictione Inquisitores hæreticæ prauitatis.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

E *SED nunc est aduertendum, quod obstat Bulla Cena Domini, vt supra dixi In verbo Absolutio ordinaria, in Resolutionibus Materia Absolutionum, in primo notab. primi capitis. fol. 46.* In §. 3.

IEIVNIVM.

EVGENIVS IV. ordinauit, quod Moniales Sanctæ Claræ, ac Tertij Ordinis Sancti Francisci, & aliorum Ordinum Sorores, (scilicet, sub obedientia prædictorum Fratrum existentes) solummodo teneantur ad illa ieiunia, ad quæ Fratres Ordinis Mino. Regulam obseruantes obligati sunt; & eosdem modos 1 *Pro Monialibus S. Claræ & Tertiarijs.*

seruent

seruent in cibis, quadragesimali tempore: exceptis debilibus, & infirmis, b. fo. 46. Et ffo. 42. conce. 47. A

2 *Pro Saecularibus laboratoribus. Collector.*

¶ Idem Eugenius declarauit, quod artifices laboriosas artes exercentes, & rustici, siue diuites sint, siue pauperes, non teneantur ieiunare sub praecepto peccati mortalis, Et quod absolui possunt, & induci ad eleemosynas, & alia bona facienda, o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 82. Et fffo. 101. conce. 395.

Aduerte, quod hoc praecipue intelligendum est de rusticis laboratoribus, qui arant, vel similia opera laboriosa exercent. Et nota pro Confessoribus nimis scrupulosis, in absoluendis istis.

3 *Pro infirmis Fratribus.*

SIXTVS IV. concessit, quod Fratres Minores non potentes ieiunare bono modo, propter infirmitatem, vel debilitatem, non teneantur, o. fo. 62. Et ffo. 66. concessione 99. Et fffo. 100. concess. 384. B

4 *Pro itinerantibus Fratribus.*

¶ LEO X. concessit, quod Fratres Min. Obseruantes, itinerantes, possint transferre ieiunium diei itinerationis, in alium diem, o. fffo. 93. conc. 286.

5 *Pro Fratribus praedicantibus.*

¶ Idem Leo concessit, quod Fratres Mino. Maxime praedicatores, actu praedicantes, possint sine scrupulo, & seruato ieiunio, anticipare, seu retardare (iuxta suam consolationem) horas comestionis, & serotinae collationis, o. fffo. 93. concessione 282.

Ex Priuilegijs Fratrum Sancti Hieronymi.

6 *Pro Fratribus, & domesticis.*

SIXTVS IV. concessit, quod in diebus ieiuniorum, ad quae Fratres obligantur ex praecepto Ecclesiae, vel Ordinis Statuto, seu Consuetudine, Priores, iuxta eorum conscientiam; Fratres vero, & domestici, iuxta consilium, & licentiam Priorum, siue Superiorum suorum; cum aliqua infirmitate, vel debilitate grauantur, possint licite sumere aliquam collationem de pane, & vino, aut fructibus, seu alias, o. C

7 *Pro Fratribus, & familiaribus.*

¶ EVGENIVS IV. concessit, quod Prior Monasterij dicti Ordinis, seu Vicarius in eius absentia, possit dare licentiam de cōsilio Medici, vel sine eius consilio, si commode non possit haberi, vt Fratres Religiosi, & Familiares Monasterij praesentes, & futuri, infirmi, seu debiles, possint comedere carnes, vel oua, seu alia sanis interdicta, in quadragesima, & alijs ieiunijs Ecclesiasticis, sine licentia diaecesani. Vel quod non teneantur ieiunare in praedictis temporibus, etiam sine consilio Medici. Et quod eamdem licentiam possit cōcedere praedictis Priori, & Vicario, eorum Confessor, o. D

ANNOTATIO CORDVBAE.

1 *Licentia.*

VOAS 1. notand. quod idem Eug. iiij. fo. 28. ff. 112. concessit Cap. gener. facultatem ordinandi, & declarandi, in quibus locis, & prouin. Fratres debeant ieiunia Regulae in cibis quadragesimalibus obseruare, & in quibus debeant Patrum consuetudines imitari, vel aliter se habere.

IMPETRARE LITTERAS APOSTOLICAS. B



AVLLVS II. statuit, quod nullus Fratrum Mino. impetrare, nec recipere valeat aliquem locum, seu domum, etiam quarumcumque litterarum Apostolicarum obtentu; nisi de licentia Generalis, vel Prouincialis illius Prouinciae, in qua locus, seu domus ipsa consistit; nisi his litteris fuerit specialiter derogatum, B. fo. 10. Et ffo. 94. concessione 103.

SIX-

A ¶ SIXTUS IV. districte inhibuit Fratribus Mino. ne impetrent a Protectore Ordinis aliquas litteras, vel aliquid aliud, vltra quam sua facultas, in Regula Prædictorum Fratrum, concessa, se extendit: nec etiam taliter ab alijs impetratis vtantur. Et voluit, quod, qui contrarium fecerint, puniantur illis pœnis, quibus essent pro grauibus culpis (secundum Statuta dicti Ordinis) puniendi. Ac, quod tales sint nihilominus priuati actibus legitimis, & a suis (si quæ habent) suspensi Officijs, ipso facto, B. fo. 53. Et ffo. 137. concessione 303. 1 *Protector Ordinis.*

Qualiter nequeant prædicti Fratres impetrare aliquod Indultum Apostolicum, præsertim Exemptionem; sine licentia suorum Superiorum; vide supra in dictione Exempti Fratres, §. 9. & 11. *Collector.*

B

ANNOTATIO CORDVBÆ.



VOAD §. 1. notand. quod ista suspensio ipso facto, quam hic Six. iiij. infligit contra impetrantes litteras a Protectore aliter, quam ipse decernit, iam non valet secundum illos, qui tenent, quod Six. iiij. reuocauit omnes obligationes, & pœnas ipso facto contentas in omnibus Statutis, & Declarationibus, etiam Papalibus pro nostro Ordine specialiter editas, vt habetur infra, in Statuta Ordinis, § 1.

C

IMPRIMERE LIBROS.

CLEMENS VII. quia in Concilio Lateranensi prohibitum est, ne imprimantur aliquæ scripturæ, nisi prius per loci Ordinarium, & Inquisitorem, visæ, & approbatæ fuerint; Concessit Fratribus Mino. Obseruan. licentiam imprimi faciendi, spectantia ad eorum Ordinem, sine dicta Ordinarij, & Inquisitorum reuisione, o. 1 *Obstat Côc. Trid. sess. 4. de vsu & edit. librorum.*

D

CAPVCCINI ANNOTATIO.



EST hic aduertendum, quod Conc. Trid. sess. 4. de vsu, & editione librorum sacrorum, modum tradens Impressoribus, ait. Nulli liceat imprimere, vel imprimi facere quosuis libros de rebus sacris, sine nomine auctoris, Neque illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere, nisi primum examinati, probatique fuerint ab Ordinario, sub pœna anathematis, & pecunia in canone Concilij nouissimi Lateranensis apposita. Côc. Trid.

E *Et si Regulares fuerint, vltra Examinationem, & probationem huiusmodi, licentiam quoque a suis superioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris, iuxta formam suarum ordinationum: Qui autem scripto eos communicant, vel euulgant, nisi antea examinati, probatique fuerint, eisdem pœnis subiaceant, quibus Impressores:* Contra Regulares.

In Conc. autem Lateranensi supradicto Leo x. in Const. 10. Inter sollicitudines, ait. Statuimus, & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus, nullus librum aliquem, seu aliam quamcumque scripturam, imprimere, seu imprimi facere, præsumat: nisi in Vrbe prius per Vicarium nostrum, & sacri Palatij Magistrum; in alijs vero ciuitatibus, & diœcesibus, per Episcopum, vel alium habentem peritiam scientia libri, seu scriptura huiusmodi imprimenda, ab eodem Episcopo ad id deputandum, ac Inquisitorem hæretica Const. 10. in bullar. Pœna apposita.

hæreticæ prauitatis, diligenter examinetur, &c. Qui autem secus præsumpserit, vltra librorum impressorum amissionem, & illorum publicam combustionem, ac centum ducatorum fabricæ basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe sine spe remissionis, solutionẽ, ac anni cõtinui exercitij impressionis suspensionẽ, Excõicationis sentẽtia innodatus existat. A

Pœna in Cõstitutionibus Capuccinorũ apposita.

Et in nostris Constitutionibus, cap. 9. ordinatur, ne aliquis Fratrum audeat imprimere, aut imprimi facere, aut publicare libros, absq; licentia in scriptis habita admodum R. P. Generalis, vltra aliam Ordinarij licentiam, in Conc. Trid. requisitam. Et siquis aliter contrafacere præsumpserit, ipso facto sit priuatus omni actu legitimo, vltra pœnam Concilij Lateranensis.

Ex quibus omnibus supradictis elicitur, primo, supradictæ Clementis vij. concessioni obstare Concilium Trid. Ac quoad nos Capuccinos, etiam obstare nostras Constitutiones: Ita quod si quis ex Minoribus, alijsq; Regularibus, absque suorum Superiorum, & Ordinarij licentia, librum aliquem imprimere, vel imprimi facere præsumeret, absque dubio pœnas supradictas incurreret. B

Actus legitimi qui dicantur.

Secundo, quod Capuccini, vltra pœnã Lateranen. Conc. incurrerent in priuationẽ ipso facto, cuiuscumq; actus legitimi: & per actus legitimos intelliguntur ad hoc propositũ, regere, prædicare, confessionẽ audire, legere, visitare, diffinire, eligere, eligi, accusare, testificari, & ad ordines promoueri, vt Angelica, in verbo Actus, §. 3. quę etiã in Constit. Farinerij, dicũtur Off. Ordinis: sed per cõstitutiones Fratrũ Minorũ de Obseruãtia Romę impressas ann. 1585. p hmõi priuationẽ, nõ intelligitur priuari ab executiõe Ordinũ, nec a testificatione in iudicio, nec a lectione, nec a voce actiua, &c. sed a cõfessione sæcularium.

Congreg. Cardinal.

Tertio circa id, quod dicitur supra, in Conc. Trid. Qui autem scripto eos cõmunicant, sacra Congreg. Card. supra Conc. declarauit, ibi etiã comprehendi Lectiones, Annotationes, Disputationes, Conciones, & alia similia, necnon Tractatus pertinentes tum ad deuotionem tum ad quietationem conscientiarum stimulatarum Fratrum, & cetera huiusmodi, quæ sibi inuicem communicant Fratres, etiam si concionatores fuerint approbati ab Ordinario: Verum, quia ex huiusmodi declaratione varia fuit exorta inter Religiosos perturbatio: Ideo eadem met Congreg. ex Relatione Illustrissimi Cardinalis Alciati, declarauit, supradicta esse intelligenda tantum, quando darentur, vt typis mandarentur: prout sic reperitur Authentica Romæ, in nostro Archiuio. C

Additio.

[Quarto notandum quod in nouo Indice Romano edito anno 1596. in Regula nouiter apposita, in tit. De impressione librorum § 1. cauetur vt nullus liber in posterum excudatur, qui non, in fronte nomen, & cognomen, & patriam præferat Auctoris. Quod si de Auctore non constet, aut, iustam aliquam ob caussam, tacito eius nomine, Episcopo, & Inquisitori, liber edi posse videatur, nomen illius omnino describatur, qui librum examinauerit atque approbauerit.] D

INCARCERARE.

Collector.

QVALITER possint, & debeant Fratres Minores delinquentes incarcerari, vide supra in dictione Correctio. E

INCORRIGIBILES FRATRES.

De eiectis Ordine.

NNOCENTIVS IV. prohibuit districte, ne Fratres Minores, quos a Generali, aut a Prouincialibus Ministris, ab Ordine, pro suis culpis, & demeritis expelli contigerit, præsumant prædicare, seu Confessiones audire, vel docere, nisi de licentia Sedis Apostolicæ, aut prædictorum Ministrorum, ad alium transierint Ordinem; prout latius positum est supra, in dictione Eijcere, seu Expellere ab Ordine. §. 1. Et habetur, B. fol. 16. Et fo. 120. conce. 261.

ALE-

A ALEXANDER VI. concessit facultatem Generalibus, & Prouincialibus Ordinis Minorum, vt possint Fratres incorrigibiles, habitu Ordinis, expoliare, & ab Ordine eijcere; prout habetur supra, in dictione Habitus Fratrum. §. 9.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

EST aduertendum, quod concessio Maris magni, vt Prælati, quos indignos iudicauerint, eijcere, & expellere possint ab ordine, sane est intelligenda. Quia S. Thom. Quolibet. vlt. dicit, quod nullus Religiosus, quantumcumque malus, si non vult corrigi, debet expelli, quoniam pœna expulsionis, est sicut B *excommunicatio in Ecclesia: vnde nullus, nisi propter contumaciam, expellendus est, sed est in carcere sequestrandus, vel alio modo secundum ordinationis sua Religionis, puniendus. Plura alia ad hoc pertinentia, vide supra quę dixi in verbo Eijcere, in verbo Apostata.* In §. 2.

INDVLGENTIÆ.

¶ *Distinctio materię Indulgentiarum.*



CIRCA materiam Indulgentiarum, Ordini Minorum, & alijs Ordinibus Mendicantium, concessarum, sic proceditur. Primo enim ponuntur Indulgentiæ, tam Plenariæ, quã aliæ, quæ solum attinent ad personas Fratrum Minorum, necnon ad alias personas, quæ eorumdem Priuilegijs vniuersaliter gaudere possunt. Deinde subiunguntur aliæ, quę pertinent ad sæculares deuotos Ordinis, tam Ecclesias eorumdem Fratrum visitantes, quam aliqua alia, respectu ipsorum Fratrum, & suorum Monasteriorum facientes, ac etiam multæ aliæ Indulgentiæ, prout infra patebit. *Collector.* C

D

INDVLGENTIÆ, QVOAD FRATRES.

Distinctio materię Indulgentiarum quoad Fratres.

CIRCA Indulgentias pertinentes solum ad Fratres, sic proceditur. *Collector.*

¶Primo, ponuntur omnes Plenariæ.

¶Secundo, adduntur aliæ Indulgentiæ non Plenariæ.

¶Tertio superadduntur Indulgentiæ Stationum Vrbis Romę, ac Hierusalem, & Sancti Iacobi.

E

Indulgentia Plenarię quoad Fratres.

MARTINVS 5. Eugenius 4. Nicolaus. 5. Callistus 3. Pius 2. ac Sixtus. 4. concesserunt omnibus Fratribus Mino. de Obseruantia, quod possint eligere Confessorem, qui ipsis possit concedere Indulgentiam Plenariam, in articulo mortis. Et quod si occurrerit casus, quod non possint Confessorem eligere, seu habere; tunc etiam consequantur prædictam Indulgentiam, si sunt in statu gratiæ, b. fo. 71. concessione 185. *Pro articulo mortis.*

2 *Pro receptione habitus.*

SIxtus 4 concessit, quod in receptione Habitus cuiuslibet Fratrum Ordinis Sancti Francisci, sit Indulgentia Plenaria recipienti. Et similiter, in die obitus.o.fo.63.Et ffo.67.conc.104 Et fffo.95.conc.320. A

3 *Pro festis Dominę nostræ.*

IDEM Sixtus, concessit vere pęnitentibus, & confessis, visitantibus Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Populo, Vrbis Romæ, in festiuitatibus præcipuis Dominæ nostræ, scilicet, Conceptionis, Natiuitatis, Purificationis, Annuntiationis, Visitationis, & Assumptionis, a primis Vesperis, vsque ad secundas Vesperas, Plenariam omnium peccatorum remissionem, & veniam.B.fffo.77.conc.233.

Ex Priuil. Augustiniẽsium.

¶ Hac concessione gaudere possunt Fratres, ratione generalis Concessionis Indulgentiarum Vrbis Romæ, necnon & alterius specialis Concessionis, quæ habetur hic infra.§. vltimo.

Collector.

IDEM Sixtus concessit omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui prædictam Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Populo visitauerint qualibet die Sabbati singularum hebdomadarum quadragesimæ, omnium peccatorum suorum remissionem, & veniam.B. fffo.78.conc.234. B

4 *Pro Sabbatis quadragesimę.*

Collector.

¶ Huiusmodi concessione, possunt etiam gaudere Fratres extra Vrbem Romam, propter generalem Concessionem Indulgentiarum prædictæ Vrbis, eis plenissime factam. Non tamen poterunt gaudere huiusmodi Indulgentijs, personæ sæculares, quæ visitauerint Ecclesias huiusmodi Fratrum extra dictam Vrbem, prout aliqui Fratres asserere nisi sunt. Quapropter, Leo X. fecit super hoc quamdam Declarationem, & Concessionem, quæ ponitur infra. § vltimo.

5 *Communicare.*

INNOCENTIVS 8. concessit, vt Fratres Minores Sacerdotes, celebrantes in diebus Dominicis, & sollemnitatibus Domini, & Beatæ Mariæ, & Sanctorum nostri Ordinis, habeant Indulgentiam Plenariam, & Fratres Laici quando communicant.o.ffo.69.conc.148. Et fffo.99.conc.361. C

6 *Cõicare.*

IDEM Innocentius concessit, vt Moniales communicantes habeant Indulgentiam plenariam.o.ffo.69.conc.150.

7 *De Corona Dominę nostræ.*

IVLIVS 2. concessit, quod Fratres Mino. Obseruantes, toties, quoties Coronam Virginis Mariæ, quæ continet 72. Aue Maria, & octo Pater noster (præmittendo ante quaslibet decem Aue Maria, vnum Pater noster) dixerint; lucrentur Indulgentiam Plenariam, addendo tamen, vnum Aue Maria pro ipso Domino Papa.o.ffo.92.conc.273. D

Collector.

¶ Vide infra.§.11.cum additionibus sequentibus.

8 *De Corona Domini nostri.*

IDEM Iulius concessit, quod prædicti Fratres, dicendo Coronam Saluatoris nostri Iesu Christi, quæ continet.33.Pater noster, & totidem Aue Maria, in memoriam annorum vitæ Christi, lucrentur consimilem Indulgentiam Plenariam, sicut pro Corona Beatæ Virginis o fffo.92.conc 274.

Collector.

¶ Vide circa hoc infra.§.11. cum ibidem additis.

9 *De Corona B. Virginis.*

LEO X. concessit, quod Sorores Sanctæ Claræ, & Tertij Ordinis, de pœnitentia nuncupatæ, in congregatione commorantes, & sub cura Fratrum Minorum Obseru. viuentes, toties quoties Coronam Virginis Mariæ dixerint, lucrentur Plenariam Indulgentiam, o.fffo.62.conc.272.

Collector.

¶ De huiusmodi Coronis, ponitur infra alia Concessio melior.§. 11. E

10 *Pro Monialibus in cõmunione.*

IDEM Leo concessit supradictis Monialibus, vt quoties sacram sumunt Communionem, ea die, Plenariam Indulgentiam consequantur.B. fffo 42.concessione 133.

11 *De Coronis*

IDEM Leo, concessit Sororibus, seu Ancillis Ordinis Beatæ Mariæ, vt dicendo Coronas Domini Iesu, & Beatæ Mariæ Virginis, consequantur Plenariã Indulgentiam suorum peccatorũ. Et declarauit, quod hoc idem (licet forte minus clare) concesserat ipsemet Leo Monialibus S.Claræ.B.fffo.43.conc.134.

Collector.

¶ Ex hac Concessione, & ex alijs suprascriptis colligitur, bis concessum esse

Fratri-

A Fratribus Mino.& Monialibus Sanctæ Claræ,vt dicendo Coronas Domini nostri,& Dominæ nostræ,consequantur Indulgentiam Plenariam,licet clarius in Oraculis viuç vocis supra positis,scilicet,§.7.& 9.

¶Notandum est autem, quod Corona Domini nostri Iesu Christi continet 33. Pater noster,& totidem Aue Maria, in honorem annorum vitę eiusdẽ Christi. Corona vero Beatæ Virginis, dicitur ab aliquibus continere.63. Aue Maria,& de decem in decem,vnum Pater noster . Et sic habetur in litteris Leonis superius allegatis. Sed,vt alij dicunt,& melius,continet 72. Aue Maria,in memoriam.72.annorum,quos Beata Virgo in hoc sæculo creditur vixisse . Et ita ponitur in alijs litteris eiusdem Leonis B.ffo.63 conc.204. *Corona Christi continet 33. Pater. Corona Beatæ Virg.continet,vel 63. vel 72. Aue Maria*

12 B IDEM Leo concessit,supradictis Ancillis Beatæ Mariæ, & Monialibus Sanctæ Claræ,vt quoties sacram sumpserint Communionem, ea die Plenariam eõ sequi valeant Indulgentiam. Et quod possit eis impendi Benedictio Papalis. B. ffo.43.conc.127. *Cõicare.*

13 IDEM Leo concessit,quod Fratres infirmi,ac senes in decrepita ętate constituti,dicendo vnum Psalm.vel hymnum Virginis,vel Domini nostri, lucrentur Indulgentias concessas , dicentibus Coronas Iesu Christi Domini nostri, & Matris suę,quia huiusmodi personæ non possunt semper tot dicere. O. ffo. 60.conc.181. *Nota. Pro ĩfirmis*

14 IDEM Leo concessit,quod in Sabbato in Ramis Palmarum, & in die sancti Ioannis Euangelistæ,ac in festo eiusdem, quod dicitur , ante Portam Latinam,quilibet Fratrum Mino.regularis Obseruan.dicendo Psalm. Pœnitentiales,vel quinquies Pater noster , cum totidem Aue Maria , ante Sacramentum Altaris,possit liberare vnam Animam a Purgatorij pœnis . Voluit tamen præfatus Pontifex , quod Fratres prędicti in perpetuum , die qua prędicta gratia vtentur, dicant pro Sanctitate sua vnam Coronam Beatę Virginis Mariæ. O. ffo 61.conc.184. *Liberatio animarum a Purgatorio.*

C

15 ¶Solum tres præfatæ Concessiones pro liberandis animabus Purgatorij, inueniuntur authẽticæ. Aliæ autem, quæ ponuntur, vbi explicantur Indulgentiæ per singulas ferias Quadragesimæ , reperiuntur in multis Summarijs Romæ impressis. Et ideo non debent contemni, quamuis de ipsis nulla habeatur certitudo,nec practicentur Romæ. Valeant tamen,prout valere possunt. *Collector. Nota.*

D

15 IDEM Leo concessit,quod Fratres Minores dicentes , vel recitantes officium defunctorum pro animabus existentibus in Purgatorio , vel Septem Psal. Pœnitentiales,easdem consequantur Indulgentias, quas consequuntur dicentes Coronam Beatæ Virginis Mariæ,scilicet, Indulgentiam Plenariam , toties quoties dixerint.O.ffo.61.conc.187. *De officio Defunctorum. De Psalm. Pœnitent.*

16 IDEM Leo concessit,quod omnes Prouinciales Fratrum Minor. Obseru. acta visitatione ordinaria in Conuentibus suę Prouinciæ , habeant facultatem concedendi Indulgentiam Plenariam , omnibus Fratribus cuiuslibet Conuentus sic visitati. Et idem de Monialibus Sanctæ Clarę , & Tertiarijs in Congregatione viuentibus.o. ffo.93.conc 185. *De visita. Conuentuũ quę fit a Prouincialibus.*

E [*Idem Concessit Greg. 13. Societati Iesu,vt in eorum Compend. Priuilegiorum, verbo Visitatores.*]

17 IDEM Leo concessit,quod toties, quoties Fratres Minor. de Obseru. dicunt Missam Conceptionis Virginis Mariæ,ac intendunt orare pro sua Sanctitate,& vniuersali Ecclesia,habeant Indulgentiam Plenariam o. *Pro dicen. Missam Cõcept.*

¶Prædicta Concessio non est alias impressa , quia post impressionem Librorum Priuilegiorum fuit obtenta,seu ad partes Hispaniæ adducta: Nihilominus tamen pro indubitata haberi potest, cum habeatur in Registro Commissariorum Curiæ Romanæ,ac inde sit fideliter extracta. *Collector.*

S 2 IDEM

18 *Pro audientibus missam Conceptionis.* IDEM Leo ampliauit supradictam Indulgentiam, pro fratribus eiusdem Ordinis, audientibus præfatam Missam Conceptionis, ac etiam pro Monialibus S.Claræ in Congregatione viuentibus, similiter audientibus prædictam Missam. o. A

Collector. ¶Hæc Concessio non est alias impressa, propter caussam supradictam in fine concessionis præcedentis.

19 *De cantico graduum.* IDEM Leo concessit Monialibus Sanctæ Claræ, sub cura fratrum Minor. Obser. existentibus; ac per consequens eisdem fratribus, quod dicendo Canticum graduum, lucrentur Indulgentiam, quam lucrantur dicendo Coronam Virginis Mariæ, scilicet, Indulgentiam plenariam. o. B

Collector. ¶Ista Concessio non est impressa, propter caussam suprascriptã in calce. §. 17.

20 *De decem Psal. Passionis Christi.* IDEM Leo concessit præfatis religiosis, quod dicendo decem Psal. Passionis Christi, scilicet, Deus Deus meus respice in me, &c. vsque ad Psal. In te Domine speraui inclusiue, lucrentur id, quod lucrantur dicendo Coronam Domini nostri Iesu Christi, scilicet, Indulgentiam Plenariam. o.

Collector. ¶Præfata Concessio, non est alibi impressa, propter caussam supradictã. §. 17.

¶Aduertendum est circa hanc vltimam concessionem, quod decem Psalmi de quibus in ea fit mentio, quinque, sunt primi quinq; Psalmi, qui habentur in principio Primæ dominicalis: Reliqui vero quinque, sunt etiam primi existentes in principio feriæ secundæ. Appellantur autem Psalmi Passionis Christi, quia creditur, quod ipse Redemptor noster, pendens in Cruce dixerit illos. C Nam primum verbum, quod dixit in Cruce, scilicet, Heloi, &c. est in Hebreo principium primi Psal. prædictorum. Et vltimum verbum, quod ibidem protulit, scilicet, In manus tuas, &c. habetur in vltimo Psalmo præfatorum decem.

Collector. ¶Sciendum, quod vltra supradictas Indulgentias Plenarias fratribus Minoribus concessas, sunt etiam eisdem fratribus concessæ multæ Absolutiones Plenariæ in varijs Festiuitatibus, alijsq; diebus & temporibus anni, quarum nonnullæ habent insimul Indulgentias plenarias. Sed quia huiusmodi Concessiones positæ sunt in dictione, Absolutio extraordinaria quoad fratres, ideo hic non ponuntur. D

Sequuntur nonnullę aliç Indulgentię Plenarię concessę directè alijs Fratribus Ordinum Mendicantium.

Pro fratribus Prædicatoribus.

21 *Pro festo S. Dominici. Particularis pro Regnis Castellæ & legionis.*

IXTVS IV. concessit Fratribus Ordinis Prædicatorum, & Monialibus eorumdem de Obseruantia, ac Tertiarijs eiusdem Ordinis, in regnis Castellæ, & Legionis consistentibus, vere pœnitentibus, & confessis, vt anno quolibet in festo Sancti Dominici, & semel in mortis articulo, Plenariam Indulgentiam omnium peccatorum suorum consequantur: Ac etiam quod omnes Indulgentias, & peccatorum remissiones, quas certis anni temporibus almę Vrbis Ecclesiasticas Stationes nuncupatas visitantes consequuntur, valeant consequi, prout Fratribus Min. concessũ est. b. fo. 55. Et ffo. 73. conc. 191. & fffo. 119. conc. 540. E

Collector. ¶Huiusmodi Concessione Indulgentiæ Plenariæ, nequeunt vti Fratres Min nisi illi, qui sunt in Prouincijs dictorũ Regnorũ, quia ipsi habent ad hoc specialé concessioné. Dico autem, quod possunt hac Concessione vti, non in die sancti Dominici, vt littera dicit, sed in die Sancti Fracisci, prout declaratũ est per Iuliũ 2. & positum est supra in dictione Cõmunicatio Priuilegiorũ, §. 12. & 13.

Pro Fratribus Augustiniensibus.

A INNOCENTIVS 8. concessit fratribus Augustiniensibus Obseruantibus, Congregationis Hispaniæ,& Monialibus, vt Priores dictæ Congregationis, & Confessores ab eis deputati, eisdem personis dictæ Congregationis vere pœnitentibus,& confessis,quamdiu sub Obseruantia regulari dicti Ordinis vixerint,ac in sinceritate fidei, & vnitate sanctæ Matris Ecclesiæ, & obedientia Sedis Apostolicæ permanserint,semel in quolibet anno; in festo Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, & deinde in mortis articulo, omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti,& ore confessi fuerint, Plenariam Indulgentiam impendere valeant.b.fo.131. Et ffo.264.conc.683. 22 *Pro die Natiuitatis Domini nostri Particularis pro Hispania.*

B IVlius 2.concessit Fratribus Augustiniensibus, vt Confessores idonei, & regulares,quos ipsi,de licentia suorum Superiorum,duxerint eligendos, possint eos absoluere ab omnibus excessibus,& delictis,ac semel in vita,& in mortis articulo,omnium peccatorum suorum remissionem elargiri. B.fffo.66.concessione 207. 23 *Pro semel in vita & in mortis articulo.*

Pro omnibus fratribus Mendicantibus,ac eorum Tertiarijs.& familiaribus eorumdem.

C LEO X. concessit,quod vniuersi,& singuli Ordinum Mendicantium Fratres,& Moniales, Tertijq; ordinis vtriusq; sexus, & familiares eorum dũtaxat,possint gaudere omnibus,& singulis Indulgentijs,& gratijs, per prædecessores suos,& per ipsum,domui Beatæ Mariæ de Populo de Vrbe concessis, & concedendis,perinde ac si ipsi prædictam domum de Populo personaliter visitarent,illis diebus etiam, & festiuitatibus, quibus Indulgentiæ huiusmodi concessæ sunt,aut fuerint.B.fffo.56.conc.157. 24 *De Indulgentijs sancta Mariæ de Populo.*

¶Quæ autem sint huiusmodi Indulg.dictum est supra.§.4.& 5.

¶Sciendum est circa prædicta,quia idem Leo,informatus, quod aliqui asserebant,quod præfatis Indulgentijs poterant gaudere sæculares, visitantes Ecclesias fratrum prædictorum,fecit quamdam inhibitionem post concessionem suprascriptam,sub sequentibus verbis. *Collector.*

D ¶Inhibemus in virtute Sanctæ Obedientiæ,& sub excommunicationis latæ sententiæ pœna,eo ipso per contrafacientes incurrenda, omnibus, & singulis fratribus cuiuscumq; Ordinis,& quibuslibet alijs personis, ne prædicent, aut publice,vel priuate nuntient,quod Indulgentiæ, & gratiæ huiusmodi sanctæ Mariæ de Populo,ad personas sæculares extendantur. Non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus, quæ,quoad præmissa, reuocamus,& annullamus.B.fff.56.conc.157.in fine. *Excommunicatio.*

¶Vide circa hoc,supra in dictione Communicatio Priuilegiorum. post.§.23. *Collector.*

E ## ANNOTATIO CORDVBÆ.

QVAD §.11. circa id quod ibi Collector dicit,quod,scilicet alij dicunt, & melius, quod Corona Dominæ nost. continet 72. Aue Maria, &c. Notandum quod ly melius,nulla ratione probatur:nam ad vtramque partem sunt diuersæ opiniones:in tota autem Italia (vt refert quidam pater fide dignus) tam Fratres, quam sæculares communiter dicunt Coronam 63. Aue Maria, vt hic primo expresserat Leo X. Sicque (vt ait idem Pater) diuersæ sunt Concessiones,& pro vtraque Corona concessa est nobis Indulgentia Plenaria. Pro Corona 62. Aue Maria,est in tota Italia communis opinio apud fratres nostros, concessisse nobis Corona B. Mariæ quot contineat Aue Maria.

Sixt.4. Indulgentiam præfatam, & de hac assertione loquitur Leo X. in hoc §.11. & habetur fff.43. in princ. Pro Corona autem 72. Aue Maria, sunt facta prædicta Concessiones consensa in eod. Compen. paullo superius §.7. per Iulium 2. etiam, & vt hic annotatur per Collectorem etiam esse concessum per Leo. X fff.63. A

CAPVCCINI ANNOTATIO.

Ex Priuile. Carthusiens.

VILIBET Frater Ordinis fratrum S. Hieronymi Hispaniæ, potest in die Natiuitatis Gloriosæ Virginis Mariæ, vnum, ex expositis per Priorem, Confessorem sibi eligere, qui eum ab omnibus suis peccatis, & excessibus, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, absoluat, Plenariamq; remissionem concedat. Ita concessit Sixt.4. Carthusiensibus, & refertur in Compend. Cistercienſ. Hispan. verbo Indulgentia. §.5. B

Canonicis Lateranenſ. de Vrbe. *Fratres dicentes vnum Miserere, Indulgentiam plenariam consequuntur; ita concessum est a Sixt.4. Canonicis Lateranensis Ecclesiæ de Vrbe, & habetur in manuscripto. fol.50. pag.2. in fine. Dicentes autem vnum Miserere, in quolibet altari suæ Ecclesiæ, consequuntur Indulgentias Vrbis, illius diei. Idem Sixt.4. eisdem, vt refertur in Compendio Societatis Iesu. verbo Indulgentia. §.13.*

Congregat. Cassinenſ. Not. Emphasim verborum. Innoc. 8. *Quicumq; Confessor, quemlibet Ordinis religiosum, in articulo mortis, ab omnibus Casibus (nullo excepto) cum omnimoda auctoritate, ac si in illo actu esset Summus Pontifex, absoluere potest; & eadem auctoritate ei Indulgentiam plenariam concedere. Ita concessum est per Innocent. 8. Monachis Congreg. Cassin. Ordinis S. Benedicti. Et refertur in lib. Priuil. & Constis. eiusdem Congregationis fol.47. §.1. & fol.48. §.2.* C

Congrega. Lateran. Iulius 2. *Quicumq; ex Fratribus, Psal. Miserere mei, in Ecclesia dixerit singulis diebus in perpetuum, cum oratione pro Pontifice, scilicet, Deus omnium fidelium Pastor, &c. vel Omnipotens sempiterne Deus, lucratur omnes, & singulas Indulgentias, quę sunt concessę Ecclesiis & locis totius orbis. Hoc concessum est perpetuo per Iulium 2. personis Congreg. Lateranen. anno 1506. vt in manuscripto fol.50. & refertur in Compend. Societ. Iesu, Verbo Indulg. §.17. & in Compendio fratrum S. Hieron. Hispan. fol.124. §.2.*

Congrega. S. Iustinæ. *Leo X. concessit Sacerdotib. Congreg. S. Iustinę, Ordinis Sancti Benedicti, vt dicentes tres Missas, pro anima alicuius defuncti consanguinei, intra 3. gradum, super vno altari, per Priorem in propria Ecclesia assignati, liberent illius animam, a pœnis Purgatorij, ac si celebrassent, super altare S. Gregorij, aut S. Sebastiani Romæ; ita refertur in Compend. Priuil. Canonic. S. Saluatoris in Lauro de Vrbe. fol.30. qui eisdem gratijs, & Indulgentijs gaudent: & in Compend. Fratrum S. Hieron. Hispan. fol.36.* D

Eidem Cōgreg. S. Iustinæ & Montis Olиueti. Pius 2. Iulius 2. *Tempus, quo Septem Psalm. dicere tenemur ad lucrandam Indulgentiam plenariam semel in vita, & in mortis articulo abbreuiari potest, ita vt satisfactum sit Priuileg. si toties prædictos Psalm. dicamus quot sunt in anno Hebdomadæ, etiam si insimul eos dicamus: ita concessis Pius 2. Congreg. S. Iustinę, & Iulius 2. Congreg. Montis Oliueti, vt refertur in Compend. S. Hieron.*

Fratribus Eremitis S. Hieron. alias de Pisis. Pius V. *Quilibet Religiosus, illius Ordinis, in quarta Dominica Quadragesimæ, confessus ore, & contritus corde, Indulgentiam plenariam, & remissionem omnium peccatorum, a culpa, & pœna, in forma amplissima Iubilai, consequitur. Ita concessit Pius V. anno Domini 1571. Fratribus Eremitis S. Hieron. alias Beati Petri de Pisis. Et refertur in Compendio Priuil. S. Hieron. Hispan. fol.121. §.15.* E

Societati Iesu. Pius V. *Possunt Patres Societatis Iesu. Indulgentias omnium Stationum Vrbis, eisdem diebus in propria Ecclesia, vel domo consequi, dummodo visitent, quinq; altaria, vel in vno, quinque psalmos, aut si nesciant legere, alias orationes dicant; Pius V. viua vocis Oraculo. Refertur in Comp. Priuil. ipsorum Patrum, in verbo, Indulgentia, §.14.*

Fratribus Minoribus. *Generalis Ordinis Minorum, Prouinciales, & alij Superiores, ac vniuscuiusque eorum antiquior Socius secundum Religionis ingressum, quocumq; se ex obedientia transferre*

A *ferre contigerit, singulis secundis, & quartis ferijs, pro animabus defunctorum celebrantes, easdem indulgentias pro defunctis consequuntur, ac si in Altaribus Romę priuilegiatis, tam intra, quam extra muros celebrarent; in quibus qui celebrant, singulas animas, per singulas Missas, a pœnis Purgatorij liberant. Clemens VII. Minoribus concessit, vt in Priuil. manuscripto fol. 63. & refertur in Compend. Priuileg. Patrum Societatis Iesu, §. 36.*

Liberatio animarũ a Purgatorio Clemens VII.

Item Confratribus multorum Confraternitatum, a Gregorio XIII. fuerunt concessę Indulgentiæ plenariæ, vt puta, Confraternitatis Sanctissimæ Trinitatis de Vrbe, pœnitentibus, & contritis, qui nomen Iesus in mortis articulo nominauerint, eorumque Ecclesias visitauerint in die Sanctissimę Trinitatis, & Natiuitatis, Assumptionis, Purificationis, & Visitationis B. Mariæ: Et confratribus Archiconfraternitatis Corporis Chri- B *sti de Vrbe in Damaso, visitantibus Altare, vbi fuerit Sacramentum Eucharistiæ, in festo Corporis Christi, vel infra eius octauam, & ibi deuote pro statu Ecclesiæ orantibus: Ac Confratribus Confraternitatis Corporis Christi supra Mineruam, omnibus confitentibus peccata sua, in festo, vel infra octauam Corporis Christi, & Sacramentum Eucharistiæ deuote suscipientibus, aut celebrantibus: Ac Confratribus Confraternitatis Confalonis Vrbis, omnibus pęnitentibus, & confessis celebrantibus, vel Sacramentum Eucharistiæ deuote sumentibus, singulis, tam Domini nostri Iesu Christi, quam eiusdem Matris B. Marię festiuitatibus, necnon S. Lucię, S. Alberti, SS. Quadraginta Martyrum, S. Mariæ Magdalenæ, SS. Petri, & Pauli festiuitatibus. Vt videre est in eorum Bullis, & narrantur in Compendio Priuilegiorum Fratrum S. Hiero.* C *Hispan. Collecto a Patre Garsia anno 1591. fol. 121.*

Confraternitatibus.

Sãctissimæ Trinitatis de Vrbe.

Corporis Christi, in Damaso.

Corporis Christi supra Mineruam.

Cõfalonis.

¶ Pro Fratribus Camaldulensibus.

EST notandum, quod Clemens VII. anno Domini 1529. concessit viuę vocis Oraculo, omnibus Fratribus Camaldulensibus, oblatis, & Nouitijs, qui visitauerint, ad hunc, vel alium effectum, quamlibet Ecclesiam, aut Oratorium Eremitorij, vel alterius loci, ipsis Fratribus, tunc, vel in futurum subiecti; recitando semel Psalm. Exaudiat te Dominus; vel ter Pater noster, & ter Aue Maria, rogando pro felicitate status suę Sanctitatis, dum viueret, & post mortem, pro sua anima salute; omnes Indul- D *gentias, quæ a Sede Apostolica in generali, aut particulari, aut quouis alio modo, ad illud vsque tempus erant concessę, & quæ in posterum essent concedendę, sub quauis forma verborum, tam Ecclesiis intra Vrbem Romam consistentibus, quam extra, & in omnibus Mundi partibus fabricatis, ita & eo modo, ac si in specie prędicti Eremitę, in propria persona, statutis temporibus, Ecclesias, & loca illa visitassent, ac ea, quæ pro illis consequendis essent necessaria, fecissent. Insuper si quis eorum, legitimo impedimento impeditus, vt prędictas eorum Ecclesias, aut Oratoria, visitare non possit, tunc sufficiat, vt dicat dictum Psalmum, Exaudiat, vel ter Pater noster, & Aue Maria, quocumque in loco se inuenerit: & si quis omnino ea dicere non posset, sufficiat illud dicere, sola mente, vel intentione. Et insuper, concessit, quod consequantur omnes Indulgentias,* E *& peccatorum remissiones quas consequerentur, si recitassent Rosarium, vel Coronam Dominæ nostræ, secundum ordinem dicendi Rosarium pro consequendis Indulgentijs, dicto Rosario, a B. Dominico instituto, concessis: Cuius viuæ vocis Oraculi concessionis, authenticum testimonium datur a Laurentio Episcopo prænestinensi, ac S. R. E. Cardinale, & ipsorum Camaldulensium tunc protectore; & ego eam vidi Romę in nostro Monasterio Capuccinorum, vulgari sermone impressam.*

Indulgẽtia amplissima

Et notandum etiam, quod hęc est copiosissima Indulgentia, eamque nos Capuccini specialiter participamus, per communicationem Priuilegiorum, gratiarum, & Indulgentiarum omnium Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium nobis factam per

Huius indulgẽtiæ testimonium

Pium IV. Anno Domini 1560. & etiam omnes alij Mendicantes, & participantes, ratione communicationis facta a Sixto V. anno 1588. A

¶ Indulgentiæ non Plenariæ quoad Fratres.

1 *Pro euntibus, ad Capitula. Collector.*

LEXANDER IIII. concessit Indulgentiam vnius anni, & quadraginta dierum, Fratribus euntibus per obedientiam ad Capitulum Generale: Euntibus autem ad Capitulum Prouinciale centum dierum Indulgentiam.b. B

Hanc concessionem reperi in quadam tabula Priuilegiorum antiqua, facta per quemdam Commissarium Romanum.

2 EVGENIVS IIII. concessit, quod toties, quoties, Fratres Minores dixerint orationem, Deus omnium, pro vero Papa, habeant centum dies Indulgentiæ.o.fol.101.conc.402.

Collector. Aduerte, quod supradicta concessio videtur debere intelligi pro tempore schismatis solum.

3 *Pro Vers. Maria Mater gratia, &c.* ALEXANDER VI. concessit omnibus dicentibus in officio Beatæ Virginis, in Hymnis: Quem terra pontus: & O Gloriosa Domina: Versum, Maria Mater gratiæ, &c. decem annos Indulgenciarum pro qualibet vice.o.fo. 66.Et fo.70.conc.170.Et fol.100.conc.378. C

4 *Pro vulneribus Christi.* LEO X. concessit Ancillis Beatæ Virginis, & Monialibus S. Claræ, ac Sororibus Tertij Ordinis, in Congregatione viuentibus; necnon Fratribus Min.de Obseruantia, vt dicendo qualibet die quindecim Pater noster, & totidem Aue Maria, in commemorationem omnium vulnerum, quæ Saluator noster Iesus Christus in suo Sacratissimo Corpore passionis tempore, pro humani generis salute pertulit, consequantur quindecim millia annorum de vera Indulgentia, & remissionem peccatorum suorum.B.fol.43.conc.135.

5 *Pro indulgentijs etiã plenarijs.* IDEM Leo concessit Fratribus Min.Obseru. vt Indulgentias, quæ generaliter conceduntur porrigentibus manus adiutrices, possint prædicti Fratres, eas omnes etiam plenarias, promereri, dicendo quinquies Pater noster, & Aue Maria, pro felici statu Papæ, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ: Et hoc in eisdem locis, vbi sunt concessæ, aut in Ecclesijs suis.O.fol.59.conc.173. D

6 *Pro nomine Iesu.* IDEM Leo concessit, quod omnes dicentes infrascriptos quinque Psalmos cum Antiphona, Versu, & Oratione, eamdem Indulgentiam habeant, quam habent dicentes orationes Pietatis, seu Sancti Gregorij. Antiphona. In nomine Iesu. Psalmus Iubilate Deo omnis terra, &c. Exaudiat te Dominus. Saluum me fac Domine, quoniam defecit Sanctus. Vsquequo Domine obliuisceris me, &c. Sæpe expugnauerunt me. Antiphona. In nomine Iesu omne genuflectatur Cœlestium, Terrestrium, & Infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria Dei Patris est. V. Sit nomen Domini benedictum in sæcula. R. Ante Solem permanet nomen eius. Oratio. E

Omnipotens sempiterne Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo, vt in nomine dilecti Filij tui, mereamur bonis operibus abundare. Per eumdẽ Christum Dominum nostrum.o fol.92.conc.270.

7 *Pro defunctis.* IDEM Leo concessit Fratribus Minorum Obseruant. vt Indulgentias coram imagine Pietatis a Sancto Gregorio concessas, possint ipsi etiam pro animabus defunctorum lucrari.o.fol.92.conc.383.

Collector. Ampliatio huius concessionis ponitur immediate infra.

8 *Pro defunctis.* IDEM Leo concessit, vt Indulgentias a sanctitate sua concessas pro viuis s.de Corona Domini, & Beatæ Mariæ Virginis, ac de orationibus Sãcti Gregorij

ad

A ad Pietatem, & de Psalmis nominis Iesu,& alias similes,etiam ab alijs,sanctitatis suæ prædecessoribus datas, possint Fratres Min. Obseruantiæ ad animas defunctorum extendere,ac pro illarum redemptione, sicut pro viuis lucrari; Et hoc per modum suffragij. o fol. 94. concessione 302.

IDEM Leo concessit,quod omnes,tam Fratres,quam Sęculares, dicentes quindecim Pater noster, & totidem Aue Maria, pro existentibus in peccato mortali, in qualibet vice consequantur remissionem tertiæ partis suorum peccatorum,cum hoc sit opus maximæ charitatis. o. fol.94.concess.300. 9 *Pro exist. in peccato mortali.*

IDEM Leo concessit, quod Religiosi Ordinis Min. qui officium diuinum soluerint per librum, consequantur remissionem dimidiæ partis peccatorum B cōmissorum in illa die,qua prædictum soluerint officium.o.fol.94.concess.298. 10 *Pro officio diuino.*

IDEM Leo concessit, quod Fratres Trium Ordinum Sancti Francisci, dicentes semel Pater noster, & ter nomen Iesus, semel in die, lucrentur tria millia annorum de Indulgentia. o. 11 *Pro Pater noster.*

Huius Concessionis non ponitur hic quotatio,propter caussam superius dictam, in §. 17. in Verbo Indulg.Plen. *Collector.*

Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.

BENEDICTVS XIII. concessit Monachis Sancti Benedicti, quadraginta dies Indulgentiæ pro ceremonijs Ordinis,pro qualibet die.o. 12 *Pro ceremonijs.*

C EVGENIVS IV. concessit, quod omnes, & singuli Monachi supradicti,Professi,Conuersi, Fratres,& Nouitij cum fuerint debiles,infirmi,aut occupati,obtineant; perpetuis temporibus, quascumque Indulgentias, a Sanctitate sua,& alijs Romanis Pontificibus; existentibus in diuinis officijs, in Festo Corporis Christi,per eiusq; octauas; necnon in processione,ac veneratione eiusdem, quomodolibet concessas, ac si præsentes illi tunc ibidem fuissent, & cetera alia in venerationem eiusdem Dominici Corporis peregissent. O. 13 *Pro festo Corporis Christi.*

Ex Priuilegijs Monachorum Carthusiensium.

D BENEDICTVS XIII. Carthusiensibus, qui in Matutinorum officio, dum in Hymno, Te Deum laudamus, ille magnæ deuotionis Versus, Te ergo quæsumus tuis famulis subueni,quos pretioso sanguine redemisti, cantatur,genib⁹ flexis steterint,tres quadragenas de pęnitētijs iniūctis relaxauit.O. 14 *Pro Vers. Te ergo quęsumus, &c.*

IDEM Benedictus, Carthusiensibus, quotiescumq; in Præfatione Missæ, hæc verba,videlicet, Gratias agamus domino Deo nostro,audientes genuflexerint,& Presbyteri sic celebrantes,caput reuerenter inclinauerint,centum dies de iniunctis eis pœnitentijs,relaxauit. O. 15 *Pro Vers. Gratias agamus.*

Ex Priuilegijs Fratrum Sancti Hieronymi.

E MARTINVS V. concessit, quod Fratres Ordinis Sancti Hieronymi, pro qualibet horarum, Matutino, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Missa, Vesperis, & Completorio,cum eas dixerint in Choro cum alijs, lucrentur centum dies Indulgentiæ. o. 16 *Pro singulis Horis Canonicis.*

IDEM Martinus concessit,quod Fratres Clerici,vel Laici Ordinis S.Hieronymi,dum in Ecclesia, vel in Capellis Ecclesiæ contiguis, interfuerint Missis, & horis diuinis,vel steterint intra Monasteria de mandato Prioris,vel Vicarij in Prioris absentia, lucrentur, & obtineant omnes, & singulas gratias, & Indulgentias concessas Fratribus Clericis, qui huiusmodi Missis, & horis interfuerint. o. 17 *Missæ, Horę Canonicę.*

IDEM

Pro festo Corporis Christi. IDEM Martinus concessit, quod Fratres occupati per obedientiam in Monasterio vel extra, ita quod non possint interesse horis; gaudeant indulgentijs concessis interessentibus Missis, & horis in Festo Corporis Christi, & in eius octauis: vt continentur in Clementina, Si dominum, de reli. & vene. sanctorum, & in alijs Bullis Apostolicis. o. A

19 *Nota.* EVGENIVS IV. concesit, quod Prior, & Fratres præfati, Ecclesiam suam visitantes, Indulgentijs gaudeant, licet manus non porrigant adiutrices. o.

Indulgentia Stationum, quoad Fratres.

1 *Pro Fratribus Min. Obseru.* PIVS II. concesit Fratribus Min. Regularis Obseruant. vt ipsi certas Capellas, & loca deuota, in suis Ecclesijs, & Oratorijs contenta, visitando, illas, & easdem Indulgentias promereri valeant, quas, personaliter visitando Ecclesias, Oratoria, Capellas, & Altaria in alma Vrbe consistentia (etiam in diebus Stationum) promereri possent. B *Pro Monialib. S. Claræ* Et hanc eamdem concesionem extendit ad Moniales Sanctę Claræ, in obedientia Regulari viuentes, sub obedientia Generalis obseruantiæ, Fratrum Minorum. Ita tamen, quod septem Psalmos Pœnitentiales, cum Litania dicant, visitando loca prædicta, per Prælatos deputanda, seu deputata. o. fol. 52. Et fol. 66. conceß. 93.

Collector. Vide super hoc latiorem Concesionem infra §. 7. & 11. ac. 15. C

2 *Pro Fratribus Laicis.* IDEM Pius postea confirmauit prædictam Concesionem, declarando, q. Fratres Laici dicere posint loco septem Psalmorum, Pater noster, secundum discretionem suorum Prælatorum. ¶ Et circa hoc fuit determinatum per Generalem, qui tunc temporis erat, quod quilibet Frater Laicus, pro huiusmodi Indulgentijs, dicat viginti Pater noster, & totidem Aue Maria. o. fol. 66. concesione 93.

3 *Pro Fratribus Min. & Mon. S. Claræ, & Tertiarijs.* SIXTVS IV. concesit Fratribus Minor. Obseru. & Monialibus sanctæ Claræ, atq; Tertiarijs vtriusq; sexus, & Seruitoribus Fratrum, & Seruitricibus Monialium, & Sororibus, in Ecclesia exteriori, vel vbi quæstuando steterint, Indulgentiam sanctæ Mariæ de Angelis, atq; omnes alias Indulgentias generales, tam plenarias, quam non plenarias Almæ Vrbis, dicendo quinque Pater noster, cum totidem Aue Maria, in suis Ecclesijs, ac si visitarent loca personaliter, vbi sunt istæ indulgentiæ diebus suis. o. fol. 64. Et fol. 68. conceß. 136. Et fol. 67. conceß. 123. Et fol. 96. conceß. 333. D

Collector. Vide Ampliationem huius concesionis infra §. 7. & 11. ac 15.

4 *Pro Monialib. S. Claræ, & Seruitricibus earum.* IDEM Sixtus concesit iterum, quod omnes Indulgentias Stationum Romæ, & Portiunculæ concessas Fratribus in locis suis, habeant Moniales, siue Sorores in earum Ecclesijs ab intra, eo modo, & forma, quo Fratres, videlicet, cum quinque Pater noster, & totidem Aue Maria, cum Gloria patri. Et quod earum Seruitrices in Ecclesia exteriori, similiter habeant easdem Indulgentias. o. fol. 67. concesione 114. Et fol. 96. conceß. 327. E

5 *Pro Fratribus extra Cœnobius.* IDEM Sixtus concesit, quod Confessores Monialium, & Socij eorum, habeant omnes Indulgentias, vbi adesse eos contigerit, quas habent in Ecclesijs suis. Et similiter Fratres, maxime prædicatores, & socij eorum. o. fol. 67. conceß. 122. Et fol. 96. conceß. 332. & 333.

6 *Pro Fratribus itin. & seruit. Mo* IDEM Sixtus concesit, quod omnes Fratres exeuntes, & Seruitrices Monialium pro quæstu euntes, habeant omnes Indulgentias, quas lucrari poterant modo supradicto in Ecclesijs, vbi adesse contigerit, sicut in Ecclesijs suis. o. fol. 64. Et fol. 68. conceß. 139. Et fol. 96. conceß. 333.

A IDEM Sixtus concessit, quod omnes Indulgentiæ plenariæ,& non plenariæ, quæ sunt Romæ in singulis Ecclesijs, quocumque tempore, & die, eodem tempore,& die sint in Ecclesijs Fratrum Min. pro ipsis tantum. Et dixit,quod per nullam aliam Bullam factam,vel fiendam, intendit sua Sanctitas tali Indulgentiæ derogare, quæ non præiudicat Cruciatę. o. fol. 67. concessione 351. 7 *Stationes, & indulg. plenar. pro Fratribus Min.*

Notandum est hic, tam pro ista Concessione, quam pro ceteris aliis, quod (cum par in parem non habeat Imperium) non est dubitandum, quin Successor, si voluerit, possit a Prædecessore concessa derogare, ac similiter, & idem Pontifex ea, quæ ipse concessit, si mutauerit intentionem. Ac propterea, non obstantibus quibuscumq; clausulis, etiamsi dicatur in prima Bulla, seu Concessione, quod nisi de verbo ad verbum fiat de illa mentio, non possit reuocari, vel aliæ insolitæ clausulæ ponantur, reuocabitur per sequentem,si ponantur istæ clausulæ Non obstantibus quibuscumq; Priuilegijs, etiam si de illis deberet fieri mentio de verbo ad verbum, vel aliæ similes. Nam licet super hoc fuerit aliquando altercatio inter Iuristas, tamen stylus Curię hoc decidit, quia sic habet in Practica, & Consuetudine, quæ est optima Legum interpres. Et ita determinauit Felinus in cap. Nonnulli, de rescriptis; dicens, quod stylus Curiæ præualet,præsertim,quia maior pars Doctorum hoc tenet. Et ideo non decipiantur Fratres credendo, quod sua Priuilegia sint irreuocabilia. *Collector. Nota.* B

C IDEM Sixtus concessit, quod Moniales S. Claræ, quæ dicuntur Coletanæ.i. primæ Regulæ eiusdem Sanctæ, & earum Nouitiæ possint promereri omnes indulgentias Almæ Vrbis, visitando suas Ecclesias. o. fol. 261. concessione 678. 8 *Pro Nouitijs.*

Aduertendum, quod cum nos non habeamus alicubi expresse, quod Nouitii possint promereri Indulgentias Almæ Vrbis,ex ista Concessione poterimus adiuuare illos. *Collector.*

INNOCENTIVS VIII. concessit, quod Fratres Minores Prædicatores, & alii, qui per obedientiam reperiuntur extra Conuentus, & loca, possint promereri Indulgentias Stationum, & alias eisdem Fratribus concessas in suis Ecclesiis, dicendo quinquies Pater noster, & Aue Maria, in quacumq; D Ecclesia,& loco ea dixerint, pro intentione, & proposito illius Indulgentiæ, prout illi, qui in prædictis suis locis dicunt: Ac etiam Infirmi in suis Infirmariis, & Cellis, & etiam in lectulis, quando commode aliter dicere non possunt. o. fol. 65. Et fo. 69. concess. 160. Et fol. 100. concess. 390. 9 *Pro Fratribus itinerătibus. Pro infirmis.*

IVLIVS II. concessit Fratribus Ordinis Minimorum, qui singulis Quadragesimæ, & aliis cuiuslibet anni temporibus Stationum,aliquam sui Ordinis Ecclesiam, vel aliam, in qua eos pro tempore cum obedientiæ merito fore contingeret, visitauerint, & inibi ante illius altare maius, quinquies orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam, deuote recitauerint, vt omnes, & singulas Indulgentias consequantur, quas temporibus huiusmodi consequuntur visitantes Ecclesias Stationum Vrbis, & alias extra ipsius muros, pro Stationibus deputatas; quasq; Fratres ipsi consequerentur, & consequi possent, si Ecclesias Stationum huiusmodi, eisdem temporibus personaliter visitarent B. fol. 6. concess. 17. 10 *Ex Priuil. Fratrŭ Minimorum.* E

Ista Concessio est solŭ pro Stationibus, & non pro aliis Indulgentiis Romę. *Collector.*

LEO X. concessit, per quoddam breue, Monialibus S. Claræ, sub cura Fratrum Minor.Obseru. viuentibus,ac etiam eisdem Fratribus,Indulgĕtias sanctæ Mariæ de Angelis,siue Portiunculæ in Assisio,secunda die Augusti, & de quinque Pater noster,cum Gloria Patri coram Sacramento Altaris, recitandis, & de Psalmis Pœnitentialibus, pro Stationibus Vrbis consequendis, 11 *Pro Monialibus Sanctæ Claræ.*

prout

prout dictis Fratribus antea erant concessæ. B. ffo. 42. concessione 131. A

Collector. Vide circa hoc infra §. 15. latiorem Concessionem eiusdem Leonis.

12 *Pro Monialibus Domina nostra.* IDEM Leo concessit ancillis, & Sororibus Ordinis B. Mariæ, sub cura, & regimine Fratrum Minorum degentibus, Indulgentias S. Mariæ de Angelis, & Stationum Vrbis Romæ, prout ante concesserat Monialibus sanctæ Claræ, vt supra positum est. B. ffo. 42. concess. 134.

13 IDEM Leo concessit, quod Fratres Min. Obseru. possint quocumq; tempore diei, vel noctis, dicendo orationes, vel ps. prout ipsis concessum est, consequi Indulgentias, & Stationes Romæ, in domibus propriis. O. ffo. 61. concessione 193. B

14 IDEM Leo fecit Concessionem magnam pro liberatione animarum Purgatorii, tribus diebus anni, prout habetur supra in dictione, Indulgentiæ plenariæ. §. 14.

15 *Pro Fratribus, &c. Stationes, ac Indulgẽtia plenaria.* IDEM Leo concessit omnibus Fratribus Min. Reg. Obseru. ac Monialib. sanctæ Claræ, & Tertii Ordinis, quod dicendo quinquies Pater noster, cum Aue Maria, & in fine cuiuslibet, Gloria Patri, & pro Sanctitate sua, vnum Pater noster, cum Aue Maria, similiter cum Gloria Patri, lucrentur Stationes, Indulgentias, & remissiones, tam Vrbis, quam etiam Portiunculæ, siue Hierusalem, ac S. Iacobi in Compostella. Et quod quacumque hora diei, vel noctis, & quocumq; in loco dicant. s. Choro, Ecclesia, Claustro, Oratorio, ac Cella, lucrentur illas. O. ffo. 50. concess. 180. fol. 60. *Nota.* C

Collector. Hæc Concessio est melior, & latior reliquis omnibus præcedentibus in hac materia; si tamen in ipsa, specificatio facta esset de Indulgentiis plenariis. De omnibus tamen intelligi debet, quia petens (prout ab ipsomet ego accepi) de omnibus habuit intentionem. In huiusmodi autem semper voluntas concedentis, intelligitur conformari intentioni petentis.

16 CLEMENS VII. confirmauit omnes Indulgentias, & remissiones peccatorum contentas, & annotatas in libris impressis Priuilegiorum Fratrum Min. illasq; etiam de nouo concessit. o.

Collector. Præfata Concessio facta est anno Domini 1527. Iccirco intelligenda est de contentis in libris, vsq; ad illud tempus impressis, s. Monumentis Ordinis, Supplemento, & Compendio. Nec debet intelligi de additis nunc in huiusmodi libello, quia de præteritis, & non de futuris loquitur suprascripta Concessio. D

Ex Priuilegijs Monachorum Carthusiensium.

17 *De ps. Miserere mei Deus.* SIXTVS IV. concessit Carthusiensibus, vt visitando maius, & alia Altaria consistentia in ambitu Ecclesiæ domus, in qua eos tempore degere contigerit, & ante quodlibet Altare earumdem, genibus flexis psal. illum pœnitentialem, qui incipit: Miserere mei Deus; seu si illiterati forent, septem Dominicas orationes, cum totidem Angelicis Salutationibus, deuote dicendo; vere pœnitentes, & confessi, easdem prorsus Indulgentias, & peccatorum remissiones, etiam plenarias consequantur, quas consequerentur cum, vel sine adiutricum manuum porrectione, ex Apostolica, vel alia Concessione, quæ hactenus, vel pro tempore, tunc iam emanasset, si ea die, qua id fecerint, Basilicas, vel aliam, seu alias, Ecclesiam, vel Ecclesias, consistentes in Vrbe, aut alia Ciuitate, Terra, Castro, Villa, seu alio loco Diœcesis, in qua domus ipsa, cuius Ecclesiæ Altaria sic per eos visitata forent, existerent, visitarent, in omnibus, & per omnia; perinde ac si ipsi Fratres sic dicta Altaria visitantes, Basilicas, seu Ecclesias prædictas Vrbis, Ciuitatis, Terræ, vel Castri, loci, vel Diœcesis, *Nota.* E

A cessis, in qua domus ipsa; eiusq; Ecclesiæ Altaria, pro tempore, fuerint per eos visitata, consistit, personaliter visitassent, & omnia illa fecissent, quæ ad consecutionem Indulgentiarum huiusmodi forent quomodolibet opportuna. B.

IDEM Sixtus concessit postea, quod præfati Carthusienses litterati dicentes, & deuote recitantes septem psalmos pœnitentiales; illiterati vero viginti- 18
quinque orationes Dominicas, totidemq; Salutationes Angelicas, in Oratorijs Cellarum, vel locorum, in quibus ex ordine persoluunt officium diuinum, consequantur illasmet Indulgentias, quæ in suprascriptis litteris exprimuntur, & quas consecuti fuissent, si illa Altaria, vt præmittitur, visitassent, & psalmos, Miserere mei Deus, septemq; orationes Dominicas, coram ipsis Altaribus dixissent. B.

De septem Ps. pœnitentialibus.

B ALEXANDER vi. concessit prædictis Carthusiensibus infirmis, & 19
debilibus, præfatos septem psalmos, cum socio dicentibus, vel ipsis infirmitate impeditis, aliquem ex Confratribus illos dicentem audientibus, necnon Prioribus, & Procuratoribus dicti Ordinis pro tempore existentibus, itinerantibus, psalmos huiusmodi, cum vno socio similiter dicentibus, vt eas Indulgentias in omnibus, & per omnia consequantur, quas consequerentur, si contenta in supradictis litteris plene adimplerent. B.

Pro infirmis, & itinerantibus.

SEQVVNTVR INDVLGENTIAE SEPTEM ECCLESIARVM *Principalium Vrbis Romæ, quæ sunt priuilegiatæ maiori Priuilegio, & gratia, ac dignitate, quam aliæ eiusdem Vrbis.*

C

PRIMA Ecclesia Vrbis, est Sacrosancta Lateranensis Ecclesia, quæ ab antiquo dicebatur Basilica Saluatoris, nunc autem communiter vocatur, Ecclesia sancti Ioannis Lateranensis, quæ ab Imperatore Constantino, in latere sui proprij Palatij ædificata, & a sancto Siluestro Papa, in honorem Sanctissimi Saluatoris nostri Domini Iesu Christi, & Sanctorum Ioannis Baptistæ, & Ioannis Euangelistæ dedicata fuit; in qua fertur, quod, scilicet, Silnester, & Gregorius, Summi Pontifices, qui eam successiue consecrauerunt, deuote visitantibus concesserunt tot
D Indulgentias, quod eas nemo, nisi solus Deus enumerare potest.

De Indulg. Ecclesiæ Lateranensis.

¶ Nota primo, quod in hac Ecclesia, iuxta Rubricas Missalis noui Pij V. iussu instituti, sunt Stationes Dominica prima Quadragesimæ, Dominica Palmarum, Feria 5. maioris Hebdomadæ, in Sabbato Sancto, & in Albis, Vigil. Pent. in die S. Ioan. ante Portam Latinam, & est Indulgentia plenaria, & liberatio vnius Animæ a Purgatorio. Et a die S. Bernardini, quæ est 20. mensis Maij, vsq; ad primum diem Augusti, die quolibet est Indulgentia plenaria. 1

Nota etiam, quod in hac Ecclesia sancti Ioannis Lateranen. habetur quædam tabula antiqua, in qua continentur sequentia, quæ quidam bonus Pater nostri Ordinis, tempore Capituli Generalissimi, anno 1517. ab illa extraxit. 2

Primo, ad Altare maius sunt Indulgentiæ 48. annorum, & totidem quadra-
E genæ, & remissio tertiæ partis omnium peccatorum. 3

¶ Item Constantinus Imperator, postquam mundatus fuit a lepra, per sacri baptismatis susceptionem, dixit beato Siluestro, Pater, ecce domum meam in Ecclesiam ordinaui, infunde in eam tuam largam benedictioné, pro venientib. ad eam. Et ait ad eum beatus Siluester, Dñs Iesus Christus, qui te mundauit a lepra, & purificauit te fonte perenni, per suam misericordiam mundet, & purificet omnes huc venientes sine peccato mortali, & auctoritate Petri, & Paulli, & nostra, sit eis remissio omnium peccatorum quocumque tempore anni. 4 5

Item sanctus Gregorius Papa, qui hanc Ecclesiam consecrauit, post destructionem

ctionem eius factam per Hæreticos, confirmauit Indulgentiam positam per B. Siluestrum Papam antedictum. A

6 ¶ Item, Bonifacius dixit, Indulgentiæ Ecclesię Lateranensis numerari non possunt, nisi a solo Deo, & ego omnes illas confirmo.

7 † ¶ Item, in Festo Saluatoris, cuius Imago visibiliter apparuit omni Populo Romano miraculose, scilicet, quando sanctus Siluester consecrauit dictam Ecclesiam primo, vbi fuerat Populus Romanus congregatus, tunc prædicta Imago apparuit visibiliter omni Populo de Vrbe, quę Imago remansit in pariete, nec comburi potuit, cum Ecclesia bis combusta fuerit, est remissio omnium peccatorum.

8 † ¶ Item, Papa Bonifacius dixit, Si quis ad Sedem nostram Lateranen. caussa deuotionis, orationis, peregrinationis accesserit, ab omni sorde peccati fit mundatus totus. B

9 Item, in Ecclesia prędicta, in Capella sancti Ioannis Baptistæ, in quam mulieres non intrant, ibidem ad fontes, est remissio omnium peccatorum.

10 † ¶ Item, in Capella sancti Laurentij, in quam similiter mulieres non intrant, quæ dicitur Sancta sanctorum, est remissio omnium peccatorum.

11 ¶ Item, si scirent homines Indulgentias Ecclesiæ Lateranensis, dicerent, tot & tantæ sunt, quod non oportet nos ire ad sanctum Sepulcrum vltra Mare.

De indulg. Ecclesia S. Petri.

1 ¶ SECVNDA Ecclesia principalis, est ad sanctum Petrum, vbi nunc est sancta Sedes Apostolica, & Palatium sanctissimi Domini Nostri Papæ, in qua sunt omni die, sex mille, & 48. anni, & totidem quadragenæ, & remissio tertiæ partis peccatorum. Et in hac Ecclesia sunt Stationes in die Epiphaniæ, in Dominica prima, & secunda Quadragesimæ, in Sabbato post primam Dominicam Quadragesimæ, fer. 2. Paschæ, in die Ascensionis, in die Pentecostes, in Sabbato post Pentec. in omnibus Sabbatis quattuor Temporum, in Dominica prima Aduentus, & in tertia, & in quarta, & in die Natiuitatis Domini. C

2 ¶ Item, in eadem Ecclesia, fuisse dicuntur centum, & nouem Altaria, quæ nunc pro magna parte sunt remota, & in melius, sub pauciori numero redacta, siue ordinata, Et pro quolibet 18. anni Indulgentiæ dati sunt, Et inter alia sunt septem Altaria principalia, quæ in gyrum cancellis cupreis vallata sunt, olim deauratis; in quibus per solum annum integrum sunt Stationes. Attamen in diebus Festiuitatum, tam illorum, quam aliorum Altarium sunt in eis Stationes, ac infinitæ aliæ Indulgentiæ. D

3 Item, quandocumque est Festum sanctorum Petri, & Paulli, vel Vocationis dictorum Altarium, seu etiam Festum Natiuitatis Dominicæ, Paschę, seu omnium Sanctorum, aliudque Festum duplex, duplicantur omnes prædictæ Indulgentię.

4 ¶ Item, in Festo Annuntiationis Beatę Marię, sunt ibi mille anni Indulgentiæ.

5 ¶ Item a prędicto Festo, vsq; ad Kalendas Augusti, sunt ibi duodecim anni Indulgentiarum, & totidem quadragenę, & remissio tertiæ partis omnium peccatorum. E

6 ¶ Item, quicumque ascendit gradus sancti Petri deuote, huic conceduntur pro quolibet gradu septem anni Indulgentiarum, per Alexandrum VI. sunt aliæ Indulgentiæ, vt infra.

De indulg. Ecclesia S. Paulli.

TERTIA Ecclesia, est ad sanctum Paullum, in qua sunt omni die sex mille, & 48. anni Indulgentiarum, & totidem quadragenæ, & remissio tertiæ par-
1 tis omnium peccatorum. Et in hac Ecclesia sunt Stationes Dominica quarta

Quadra-

A Quadragesimæ, feria tertia Paschæ, Dominica in Sexagesima, in die SS. Innocentium, & Conuersionis sancti Paulli.

Item, in Conuersione sancti Paulli, sunt ibi centum anni Indulgentiæ, & totidem quadragenæ, & plenaria omnium peccatorum remissio. 2

¶ Item, in Festo sanctorum Innocentium, quorum multa Corpora requiescunt ibi, sunt ibidem 48. anni Indulgentiæ, & totidem quadragenæ ab antiquo: modo vero est Indulgentia plenaria. 3

¶ Item, in Dedicatione eiusdem, quæ est in octaua sancti Martini, sunt ibi mille anni Indulgentiæ, & totidem quadragenæ, & remissio omnium peccatorum. 4

B ¶ Item, si quis intrauerit dictam Ecclesiam omnibus diebus Dominicis, habet tantas Indulgentias, ac si iret ad sanctum Sepulcrum Hierosolymis, ac ad sanctum Iacobum Galitiæ. Ac visitans septem Altaria huius Ecclesiæ, tot lucrabitur Indulgentias, quot, si visitasset septem Altaria sancti Petri. 5

QVARTA Ecclesia, est ad Sanctam Mariam Maiorem, in qua sunt omni die sex mille, & 48. anni Indulgentiæ, & totidem quadragenæ, & remissio tertiæ partis omnium peccatorum. In hac Ecclesia sunt Stationes in omnibus quartis ferijs quattuor Temporum, feria quarta maioris Hebdomadæ, in die Paschæ, Dominica prima Aduentus, in Vigilia, & die Natiuitatis, in die Circuncisionis. 1 *De indulg. Ecclesiæ S. Mariæ Maioris.*

C ¶ Item in Vigilia Ascensionis Domini, in qua celebratur Festum Translationis Corporis Sancti Hieronymi, ibidem quiescentis, ad Altare ipsius, est remissio tertię partis omnium peccatorum, concessa a Pio Papa Secundo, & Indulgentia plenaria. 2

¶ Item, in omnibus Festiuitatibus Beatæ Mariæ, sunt ibi mille anni Indulgentiæ, & plenaria peccatorum remissio. 3

¶ Item, a Festo Assumptionis Virginis, vsque ad eius Natiuitatem, sunt ibi duodecim millia annorum Indulgentiæ, vltra prædictas quotidianas Indulgentias. 4

D Nota tamen, quod quarta Ecclesia, ab antiquo semper, fuit Sancti Laurentij; sed tempore Alexandri Sexti, Sancta Maria tempore Iubilæi, fuit assignata pro quarta, numero, & aliæ tres, non visitabantur ex debito, sed ex deuotione tantummodo, ad parcendum laboribus Peregrinorum, & Romanorum.

QVINCTA Ecclesia est ad Sanctum Laurentium extra muros, in qua sunt omni die 7048. anni Indulgentię, & totidem quadragenę, ac remissio tertiæ partis omnium peccatorum. Item sex mille anni Indulgentię. 1 *De Indulg. Ecclesiæ S. Laurentij Mart.*

In hac Ecclesia sunt Stationes Dominica Septuagesimæ, Dominica tertia Quadragesimæ, Feria quarta, infra octauam Paschę, & Feria quincta, post Pentecost.

E ¶ Item in Festiuitatibus Sanctorum Stephani, & Laurentij, quorum Corpora ibidem requiescunt, & per Octauas eorum, & in singulis Stationibus eiusdem Ecclesiæ, sunt centum anni Indulgentię, & remissio tertiæ partis omniũ peccatorum, concessi ab antiquo. ¶ Sed Callistus Tertius concessit omnibus vtriusq; sexus Christi fidelibus dictam Ecclesiam deuote visitantibus, in singulis Festiuitatibus, & Stationibus eiusdem Ecclesię, plenariam remissionem omnium peccatorum. 2

¶ Item, si quis intrauerit dictam Ecclesiam per annum, omni quarta feria, liberat vnam Animam a Purgatorio. 3

¶ Item intrans per Ianuam Australem eiusdem Templi, de vna Cruce ad aliam, 4

aliam, contritus, & confessus, habet remissionem omnium peccatorum.

1 . SEXTA Ecclesia, est ad sanctum Fabianum & Sebastianum extra muros, in qua sunt omni die 6048. anni indulgentię, & totidem quadragenæ, ac remissio tertiæ partis peccatorum. Et in die S. Sebast. & in omnibus Dominicis mensis Maij Indulgentia Plenaria.

De Indulg. Ecclesia S. Sebast.

2 ¶ Item in eadem Ecclesia sunt quotidie mille anni Indulgentiæ dati a Pelagio Papa.

3 Item in eadé Ecclesia ad catacumbas, ibi prope maius Altare, sunt tot & tátæ indulgentiæ, quot & quantæ sunt in Ecclesijs Apostolorum Petri & Pauli; quia ibi prius corpora eorum iacuerunt abscondita longo tempore, in puteo quodam, super quem est vnum altare. ¶ Item Siluester, Gregorius, Honorius, Pelagius, Nicolaus, & Ioannes Summi Pontifices concesserunt quilibet eorum mille annos indulgentiæ, quocumq; tempore anni, deuote visitantibus dictam Ecclesiam. B

4 ¶ Item, ibidem, in Cœmeterio Callisti est plenaria remissio omnium peccatorum, secundum quosdam.

5 In hac Ecclesia subtus terram est Cœmeterium Callisti Papæ. Quæ quisq; ingrediens contritus & confessus, Indulgentiam Plenariam consequetur ob merita 74000. Martyrum & 46. Summorum Pontificum ibi sepultorum, quorum fuerunt 18. Martyres.

1 SEPTIMA Ecclesia, est ad Sanctam Crucem in Hierusalem, in qua sunt omni die 6940. anni indulgentiæ, & totidem quadragenæ; ac remissio tertiæ partis omnium peccatorum. C

De Indulg. Ecclesia S. Crucis.

In hac Ecclesia sunt stationes Dominica 4. quad. feria 6. maioris hebdomadæ. Dominica 2. Aduentus. In diebus Inuentionis, & Exaltationis S. Crucis & in eorum octauis, & in omnibus supradictis diebus est indulgentia plenaria.

2 Item, omni die Dominica sunt in eadem Ecclesia trecenti anni Indulgentię, & totidem quadragenę, ac etiam remissio tertiæ partis omnium peccatorum.

3 Item; in Dedicatione eiusdem, quę celebratur in vigilia sancti Benedicti abbatis, in mense Martio, est ibi plenaria remissio omnium peccatorum. D

4 Similiter, in inuentione tituli sanctę Crucis, quod ibi in sublimi muro inuentum est, tempore Alexandri 6. vigesima sexta Ianuarij, & etiam quotidie in capella sanctę Helenæ, in quam mulieres non intrant, nisi semel in anno, est Indulgentia Plenaria. Item per omnes dies anni est Indulgentia Plenaria.

5 Sunt etiam, & aliæ Indulgentiæ Romæ hincinde in diuersis Ecclesijs, & locis; Aliquæ tertiæ partis peccatorum, aliquæ quadragenarum, aliquæ annorum, & aliquæ dierum, quæ similiter concessæ sunt Fratribus, & Sororibus Minorum, & personis quibusdam supra declaratis; quæ, quia sunt nimis diuersæ, & minoris nunc reputationis, omittuntur.

6 Sunt, & quamplurimæ aliæ indulgentiæ tam plenariæ, quam non plenariæ, quæ in diebus Stationum, & nonnullis alijs, habentur in Ecclesijs Vrbis Romæ; quas omnes lucrari possunt prædicti Fratres, vt supra dictum est. Sed pro illis videnda sunt compendiola illa infra dicta fol. 295. & c. ibi enim omnes distincte recensentur. E

Collector. Nota. Stationū ordo nunc est obseruādus vt in Missali nouo.

CIrca Stationes est notandum, quod sicut dicit S. Thomas in 4. dist. 20. & Cardinalis de Turrecremata in c. Mensuram, de Pœnitentijs, dist. prima, illas instituit B. Gregorius, & in qualibet die Stationis, septem annos remissionis concessit. Attamen in multis tabulis, & summarijs ampliores remissiones reperiuntur, prout hic sequuntur.

NO-

A Notandum est, ꝙ secundum aliquos, Romę est quotidie ad minus in tribus locis (vbi mulieres non ingrediuntur) remissio plenaria omnium peccatorum. Et in octo locis ad minus remissio tertię partis: Et in vno loco remissio quartę: Et in alio septimę: Et in diuersis Ecclesijs, & locis ipsius Vrbis, Indulgentię quasi innumerabiles: Et secundum aliquos, sunt in summa 4000 annorum, & 1500. quadragenę Indulgentiarum. ¶ Item sunt alię multę, & magnę Indulgentię in diuersis locis, & Ecclesijs quotidie, & in Dedicationibus Altarium, & Ecclesiarum, & in diuersis temporibus, & locis, & Festiuitatibus Sanctorum augentur Indulgentię. Et duplicantur omnes in Quadragesima. ¶ Vltra prędictas B Indulgentias, additę sunt nonnullę alię de nouo a Sixto 4. & ab alijs, maxime in Ecclesijs ab eodem factis, seu reędificatis, prę sertim in S. Maria de Pace, & in Sancta Maria de Populo, in Festis Beatę Virginis, & Sabbatis Quadragesimę, & a Sabbato de Passione, vsq; ad octauas Paschę, vbi est maximus concursus Populi Romani. ¶ Has autem omnes Indulgentias (vt præmittitur) possunt quotidie lucrari Fratres, & Sorores, & alij supra expressi, visitando Ecclesias in quibus morantur, & dicendo quinquies Pater noster, & Aue Maria, vt supra: Vel visitando septem loca deputata, specialiter in memoriam septem principalium Ecclesiarum Vrbis Romę, & dicendo Septem Psalmos pęnitentiales cum litania: Et laici dicendo certum numerum Pater noster sibi a Superioribus prętaxatum. Qui quidem modus adhuc seruatur a multis laudabiliter, ne tanta gra C tia faciliter contemnatur. Attamen per illum non lucrantur Indulgentias Hierusalē, & S. Iacobi, nisi dicātur 6. Pater noster, & Aue Maria: prout hr̄ sup. §. 15.

Epilogus multarum Indulgentiarum.

Aduertendum est etiam, ac valde memorię commendandum (ne quis de cetero decipiatur, sicut hucusque multi decepti sunt) ꝙ Indulgentię plenarię superius annotatę, nec aliquę alię, quę per anni circulum in Ecclesijs Vrbis Romę habentur, non conceduntur accipientibus Bullas Cruciatę, vel fabricę Sancti Petri, aut habentibus alias Concessiones, vel Cōfessionalia: Quia (prout apparet in Bullis originalibus huiusmodi Cruciatę, &c.) ibi solū cōceduntur Stationes, & Indulgentię propter Stationes concessę. Et si forte aliquādo ibi absolute concederentur Indulgentiæ Ecclesiarum Vrbis, tamen ex quo numquam D expresse fit ibidem mentio de Indulgentijs plenarijs (quod tamen secundum stylum Curiæ Romanæ, & Regulam expressam Cancellariæ Apostolicę, necessario requiritur ad hoc, vt tales Indulgentiæ intelligantur concessæ, prout a peritissimis Curialibus asseritur) ideo virtute huiusmodi Bullarum, eas habentes nequeunt lucrari, nisi ad plus Stationes, & Indulgentias non plenarias; Immo credo, quod non amplius, quam septem annos, prout beatus Gregorius concessit, sicut supradictum est; & multo minus Indulgentias liberationis animarum a Purgatorio, nisi specificentur in Bullis prædictis: Quæ tamen specificatio numquam reperitur facta. Sed quæstores, seu Commissarij (lucri causa, vel ex ignorantia) ponunt tales Indulgentias in Summarijs, quæ ipsi pro libito suo componunt; subducendo ex Summarijs Ordinis nostri Minorum, E quibus, vt supradictum est, expresse omnes Indulgentiæ, etiam plenariæ concessæ sunt. Propter quod superfluum, & perinde prohibitum est nobis strictissime, tales Bullas accipere; nisi cum magnis modificationibus, quæ vix simul concurrent; vt habetur supra fo. 60. concess. 178. & sup. in dictione, Abolutio ordinaria, quoad Fratres, §. 21. & 22. Et in dictione Cruciata, §. 3.

Collector. Nota.

Notandum est insuper, ꝙ vltra prędictas Indulgentias, directe, ac pręcise concessas personis Fratrum Min. & Monialium S. Clarę, &c. possunt etiam ijdem Fratres, & Moniales gaudere Indulgentijs concessis generaliter visitantibus suas Ecclesias, vel Monasteria in certis Festiuitatibus, & alijs diebus anni, visitando similiter suas Ecclesias, vel Capellas cū intentione lucrādi huiusmo

Collector. Nota.

di Indulgentias, aut remissiones peccatorum. Et hoc etiam, si in Concessionibus talium Indulgentiarum sit additum, ꝙ eas lucrentur porrigentes manus adiutrices: Nam tunc dicendo quinq; pater noster, & totidem Aue Maria, pro felici statu S. Ecclesię, poterunt istas absq; dubio lucrari, etiamsi essent in alijs Ecclesijs concessæ. Et hoc virtute cuiusdam Concessionis Leonis X. suprapositæ in dictione, Indulgentię non plenarię, quoad Fratres, in §.5. & supra §.17. A

Quæstio. CIRCA præfata tamen dicit Felynus, in quodam sermone, quem fecit de hac materia, & incipit. Hodie mecum eris in Paradiso. Quid autem de Clericis commorantibus in loco, vbi conceditur Indulgentia, & diuina officia celebrantibus? *Responsio.* Respondet Nicolaus de Lyra in suis Quolibetis, quod si cõceditur Indulgentia venientibus, & benefacientibus illi loco, & aliud non dicitur, non participant ipsi de Indulgentia, quia non videtur intẽtio dantis dirigi ad hoc; sed vt alliciat ad deuotionem illius loci, & subueniatur administrantibus, vt possint seruire Ecclesię. Quod nota, (dicit prędictus Felynus) quia nõ inueni ab alio tactum. ¶ Sed licet ita sit respectu aliorum, non tamen respectu Fratrum Minorum propter supradicta §. 17. & in dictione Indulg. non plen. quoad Fratres, §.5. B

Collector. Pro validitate, & firmitate supradictarum Indulgentiarum, notanda est sequens Concessio.

30 LEO X. concessit, & declarauit, ꝙ virtute Bullarum Cruciatę contra Infideles, aut aliarum Indulgentiarum generalium, quascumq; reuocationes, vel suspensiones Priuilegiorum Ordinum, etiam Mendicantium continentes, numquam intelligantur reuocata, nec suspẽsa Indulta, Priuilegia, & gratię concessę, quoad personas Fratrum Minorum Obseru. & quoad suspendendum interdictum in Festiuitatibus Sanctorum sui Ordinis, nisi de ipsis specifice, ac nominatim mentionem facerent. O. ffo 59. conc. 177. C

Collector. Aduertendum tamen est circa hęc, quòd non propterea debet credi, non posse reuocari pręfatas Indulgentias, & alia Priuilegia Fratribus concessa. Circa quod vide, quæ supra posui in hac dictione Indulgentiæ Stationum, quoad Fratres, in fine cuiusdam Concessionis Sixti post §. 7. Et similiter vide infra posita in dictione Priuilegia, in fine Concessionum.

ANNOTATIO CORDVBÆ. D

VOAD §.5. notandum, quod anno Domini 1535. die 18. mensis Iulij Reuerend. Pater Frater Ant. Ortiz, dixit se impetrasse a Dom. Papa Paullo III. quod Fratres Mino. possint lucrari prędictas omnes Indulgentias, quas hic concessit Leo X. recitando prędicta sex Pater noster. & Aue Maria, cum Gloria Patri, &c. Et hoc non solum in Choro, Ecclesia, Claustro, Oratorio, ac Cella, vt concesserat Leo X. sed & in quocumq; loco, ubi recitentur, sine vlla restrictione.

INDVLGENTIÆ QVOAD SÆCVLARES, PRIMO. E

¶ *Distinctio Indulgentiarum, quoad Seculares.*

Collector. Distinctio Indulgentiarũ, quoad seculares. QVIA Indulgentię, quę continentur in Priuilegijs Fratrum Min. quibus possunt gaudere personę Seculares, sunt diuersę, ac respectu diuersorum operum, quę ad illas promerendas oportet huiusmodi seculares facere; adeo vt melius agnosci valeant, subsequenti ordine distinguuntur. ¶ Primo namq; ponuntur Indulgentię concessę visitantibus

A Ecclesias Fratrum Minorum,in præcipuis festiuitatibus anni. Secundo apponūtur,quæ pro tempore quadragesimali concessę sunt. Tertio alię, quę pro reliquis diebus anni concessę reperiuntur. Quarto sequuntur Indulgentiæ concessæ facientibus prædictis Fratribus aliqua opera pietatis. Quinctò adduntur nonnullæ remissiones peccatorum, quas concedere possunt Fratres prædicantes. Sexto superadduntur multæ aliæ Indulgentiæ concessę sęcularibus ratione habitus prędictorum Fratrum. Septimo annectuntur nonnullæ aliæ,in fauorem Conceptionis B.Virginis datæ. Octauo subsequuntur aliæ Indulgentiæ, ab eisdem Fratribus pro sæcularibus obtentæ.

B *Indulgentia pro visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, in pręcipuis festiuitatibus. Primo.*

GREGORIVS IX. concessit omnibus visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, in festiuitatibus principalibus Domini nostri,ac in festiuitatibus, & commemorationibus Dominę nostrę, ac Ioannis Baptistæ, & omnium Sanctorum, ac Sancti Francisci, & beati Antonij, & beatę Helisabeth, centum annos, & totidem quadragenas Indulgentię.b.fol 61.Et fol.64. concess.73. Et ffo. 107.concess.426. 1 *Pro festis Domini nostri,ac Dominæ no. stræ, & alijs.*

IDEM Gregorius concessit omnibus visitantibus Ecclesiam Montis Aluernæ,in die Stigmatum beati Francisci, remissionem medietatis omnium de- C lictorum: Visitantibus autem alias Ecclesias Ordinis,eadem die, dedit de Indulgentia annos triginta.b.ffo.260.conc.647. 2 *Pro die Stigmatum.*

INNOCENTIVS IV.alias 6. concessit visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum,in festiuitatibus Domini nostri Iesu Christi, & B. Mariæ Virginis,ac beatorum Ioannis Baptistæ,Apostolorum Petri,& Paulli,nęcnon Sancti Francisci,& aliorum Sanctorum Ordinis prędicti, Indulgentiam quadraginta annorum b.ffo.261.conc 669.Et fol. 109.conc.453. 3 *Pro Festis pręcipuis.*

ALEXANDER IV.concessit omnibus visitantibus Ecclesias nostras, in festiuitatibus,& translationibus beatorum Francisci, & Antonii, & Clarę,de Indulgentia annos quinquaginta.b.fol.260. conc.652. Vel prout habetur in Supplemento,sunt anni quadraginta.ffo. 08.conc 429. 4 *Pro Festis Ordinis.*

D CLEMENS IV. concessit visitantibus Ecclesias Fratrum Min. in Festiuitatibus Domini nostri Iesu Christi, & B.Mariæ Virginis, & Apostolorum,ac B.Ioannis Baptistæ,& B.Francisci,& Sanctorum nostri Ordinis,Indulgentiam 46.annorum.b.ffo.260.conc.658. 5 *Pro Festis præcipuis.*

IDEM Clemens concessit visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, in Dedicationibus earum, & per octo dies sequentes, & in Festiuitatibus Beatæ Mariæ,ac Sanctorum Francisci,& Antonij,& Clarę,ac aliorum Sanctorum,qui bus Altaria maiora dedicata sunt,Indulgēciam centū dierū b.ffo.108.cōc.449. 6 *Pro Dedicationibus.*

GREGORIVS X. concessit omnibus visitantibus Ecclesias Fratrum Minor.in Festiuitatibus Domini nostri Iesu Christi, & B. Mariæ Virgi- E nis,& Apostolorum, ac Beati Ioannis Baptistæ, & Sancti Francisci, ac Sanctorum Ordinis nostri,Indulgentiam annorum quadraginta. b.ffo.260. conc.659. Et ffo. 109.conc.457. 7 *Pro Festis pręcipuis.*

NICOLAVS 3. concessit omnibus visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum,in Festiuitatibus suprascriptis immediate, Indulgentiam annorum quadraginta.b.ffo.260.conc 660. 8

MARTINVS V. concessit omnibus visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, in Festiuitatibus Natiuitatis Domini,Circumcisionis, Epiphanię,Purificationis,Annunciationis Beatæ Mariæ,ac Resurrectionis, Ascen- 9 *Pro Festis præcipuis.*

 sionis,

sionis, Pentecostes, beati Ioannis Baptistæ, Apostolorum Petri, & Paulli, Assumptionis Virginis Mariæ, Natiuitatis eiusdem, ac omnium Sanctorum, & beatorum Francisci, Antonij, Claræ, Helisabeth, necnon in Translationibus eorumdem, Indulgentiam annorum quinquaginta, & duodecim quadragenarum. b. ffol.260.conc.662. Et ffol.108.conc.433. A

10 *Pro Festis Angelorũ.* NICOLAVS IV. cofirmauit Ordini Fratrum Minorum omnes Indulgentias, datas a suis prædecessoribus, & extendit easdem Indulgentias ad Festiuitates Angelorum, & illorum Sanctorum, in quorum honorem sunt ædificatæ Ecclesiæ prædictorum Fratrum, vel quorum reliquiæ ibi habentur. b.ffo.261.conc.665. Et ffol.109.conc.456.

11 *Pro Festis præcipuis.* IDEM Nicolaus concessit omnibus visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, in Festiuitatibus Domini nostri Iesu Christi, & Beatæ Mariæ Virginis, Beati Ioannis Baptistæ, Apostolorum Petri, & Paulli, Beati Francisci, & Sanctorum sui Ordinis, quadraginta annos Indulgentiæ. b.ffol.108.conc.446. B

12 *Confirmatio Indulgentiarum.* IOANNES XXII. confirmauit Indulgentias datas a suis prædecessoribus visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, in Festiuitatibus Beatæ Virginis Mariæ, Sanctorumq; Francisci, Antonij, Ludouici, Claræ, ac in Consecrationibus Ecclesiarum, & Altarium, & vocationibus earumdem, & per octauas. Istæ autem Indulgentiæ, prout præfatus Papa epilogauit, sunt decem anni, & quinquaginta dies. B.fol.24. Et ffol.108.conc.331. Et b.ffol.108. conc.436.

13 *De Indulg. Portiũculæ.* BENEDICTVS XII. confirmauit Indulgentiam Sanctæ Mariæ de Portiuncula, seu de Angelis, declarauitq; datam esse a Christo viua voce. b. ffol.261.conce.668. Alias habetur, quod est Benedicti vndecimi. b. ffol. conc.455. C

14 *Pro festis præcipuis.* VRBANVS V. couceffit visitantibus Ecclesiam Fratrum Minorum, in Festiuitatibus Domini nostri, ac Dominæ nostræ, & Apostolorum, & beati Ioannis Baptistæ, ac beati Francisci, & Sanctorum sui Ordinis, Indulgẽtiam 40.annorum. b.ffol.261.conc.670. Et ffol.109.conc.458.

15 *Pro Sanctis Ordinis Prædicatorum, & Mino.* SIXTVS IV. vniuersis, & singulis Christifidelibus vtriusq; sexus, vere pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesias, & Oratoria Domorum Fratrum Prædicatorum, & Minorum visitauerint, in singulis Festiuitatibus Sanctorum Dominici, & Francisci, centum annos, & totidem quadragenas, de iniunctis pœnitentiis relaxauit. Et similiter visitantibus dictas Ecclesias Fratrum Prædicatorum, in Festis Sanctorum Petri Martyris, Thomæ de Aquino, Vincentij, S. Catharinæ de Senis, ac visitantibus Ecclesias Fratr. Minorũ, in Festis Sanctorũ Antonij de Padua, Ludouici Episcopi, Bernardini, Claræ, ac Helisabeth, a primis Vesperis, & per totum diem ipsarum Festiuitatum quinquaginta annos, & totidem quadragenas, de iniunctis pœnitentijs, relaxauit, dum tamen manus porrigant adiutrices. B.ffo.148.conc.359. Et ffo.109.conc.463. D

16 *Confirmatio, & noua concess. omnium Indulg.* IDEM Sixtus in Bulla, quæ appellatur Aurea, directa Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, motu proprio, & ex certa scientia, quascumque gratias spirituales, Concessiones, & Indulgentias, ac peccatorum remissiones, in genere, vel in specie, visitantibus prædictorũ Fratrum Domos, & Capellas, & Oratoria concessas (quarũ tenores, ac si de verbo ad verbum inserti fuissent, haberi voluit pro expressis) approbauit, & robur perpetuæ firmitatis obtinere decreuit, & potiori pro cautela, de nouo concessit. B.fol.65. Et ffo.148. conc.358. E

17 *Pro S. Francisco.* IDEM Sixtus concessit omnibus vere pœnitentibus, celebrãtibus Festum Beati Francisci, de Indulgentia quinquaginta annos, & totidem quadragenas. b.ffo.109.conc.465.

Collector. Prædicta Concessio fuit extracta ex libro intitulato, Firmamenta trium Ordinum, in Gallijs compilato, & impresso. Aliter tamen habetur in Monumẽtis Ordinis,

A Ordinis,vbi continetur,q; præfatus Sixtus vniuersis fidelibus, vere pœnitentibus,& confessis, qui gloriosi Confessoris Francisci Festiuitatem deuote celebrauerint annuatim,decem annos,& totidem quadragenas, de iniunctis eis pœnitentijs relaxauit.B.fo.46.Et ffo.130.concess.291.

IVLIVS 2. concessit visitantibus Ecclesias Fratrum Min. in Festo S. Bonauenturæ,Indulgentias,quas sui prædecessores concesserant, pro Festiuitati bus aliorum Sanctorum dicti Ordinis.B.fo.43. Et ffo.127.concess. 284. Et hoc idem concesserat antea Sixtus 4.B.fo.51.Et ffo.135.concess.309. 18 *Pro S. Bonauentura.*

IDEM Iulius declarauit,quod verba in Priuilegijs Fratrum Min.contenta scilicet,quòd visitantes sua loca,& manus porrigentes adiutrices consequãtur Indulgentias tales,vel tales, referantur etiam ad facientes eleemosynas de B pane,& alijs pro eorum victu,& vestitu, ac Domorum suarum reparatione necessarijs.B.fo.39.Et ffo.126.conc.280. 19 *Eleemosyna.*

Suprascriptæ Indulgentiæ,ac nonnullæ aliæ, quæ ad manus nostras nõ peruenerunt,reperiuntur summatim recollectæ in Monumentis Ordinis, sub forma sequenti. *Collector.*

Hæc est summa Indulgentiarum Ordinis Fratrum Minorum,a diuersis Summis Pontificibus concessarum; circa quas nullus dubitare velit obsecro, quia Reuerendus Pater Frater Ioannes de Argumanes, Prouincialis Prouinciæ S. Iacobi,asserit se vidisse in authẽticis litteris veritatem huius rei:Quæ litteræ habentur in archiuio Conuentus Salmantini. Et sequitur. *Epilogatio notabilis.*

C Visitantes Ecclesias Fratrum Minorum, in Festiuitatibus Domini nostri, & Dominæ nostræ,B Ioannis Baptistæ,Apostolorum,B.Francisci,omniumq; Sanctorum dicti Ordinis,habent Concessionẽ, pro qualibet prædictarum Festiuitatum,mille,tercentorum,quadraginta annorum,quadringentarumq; quadraginta,& sex quadragenarum,atque triginta,& vnius diei.ffo.71.conc. 180. *Nota.*

Aduertendum est etiam,quòd in alia summa,extracta ex libro intitulato,Firmamenta trium Ordinum,habetur subsequenti modo. *Collector.*

Summa Indulgentiarum Festiuitatum Domini nostri Iesu Christi, eiusque Sanctissimæ Matris, ac etiam Patris nostri Francisci, & Sanctorum Ordinis, ascendit ad annos quingentos,quadraginta,& octo,& dies ducentos sexaginta. D ffo.109.post conc.467.

Sequuntur Gratiæ, & Indulgentiæ concessa visitantibus Ecclesias aliorum Fratrum Mendicantium, in præcipuis Festiuitatibus. Et primo ponuntur concessa visitantibus Ecclesias Fratrum Ordinis Prædicatorum.

SAnctissimus Dominus Honorius Papa 3.concessit 20.annos,& dies 180. visitantibus Ecclesias Prædicatorum, in anniuersarijs Dedicationis earum. Clemens Papa 3. annos decem, & dies quadraginta. Bonifacius Papa 8. annos 20.& dies 40. Alexander Papa 4.annos 20.& dies 180.Benedictus Papa 10.Frater de Ordine Prædicatorum,annos 30 & dies 120.Ioannes Papa 21.annos de- E cem,& dies 80. Gregorius Papa 9 annos 9.& dies 80. Nicolaus Papa 4. Frater Minor,annos 30.& dies 180.Alexander Papa 5. Frater Minor annos 18. & dies 80.b.ffo.110.conc.481. 20 *Ex Priuil. Fratrum Prædicatorum. Pro Dedicationibus Ecclesiarũ.*

Summa prædictarum Indulgentiarum est annorum 169.& dierum 350.

In Natiuitate Virginis Mariæ, visitantibus Ecclesias Fratrum Predicatorum,conceduntur a Clemente 4. anni 10. & dies 40. a Gregorio 9. anni 20. & dies 40 a Bonif.8.anni 9.& dies,40.a Nicolao 4.anni.30.& dies.180. 21 *Pro Natiuitate Beatæ Mariæ.*

Summa prædictarum Indulgentiarum est annorum.69.& dierum. 210.b.ffo. 110.conc.482.

22 *Pro Purificatione B. Virginis.* In Purificatione B. Mariæ semper Virginis, visitantibus Ecclesias Prędicatórum, conceduntur a Clemente iv. anni decem, & dies 40. a Gregorio 9. anni 20. & dies 40. a Bonifacio 8. anni 9. & dies. 40. a Nicolao 4. anni 30. & dies 180. A

Summa prædictarum Indulgentiarum est annorum 69. dierum 300. b. ffo. 110. conceff. 483.

23 *Pro Assumptione B. Virginis.* In Assumptione Virginis Mariæ visitantibus Ecclesias Fratrum Prędicatorum conceduntur a Clemente 4. anni decem. & dies 40. a Gregorio 9. anni 20, & die 40. a Bonifacio 8. anni 9. & dies 40. a Nicolao 4. anni 30. & dies 180.

Summa prędictarum Indulgentiarum est annorum 69. & dierum 300. b. ffo. 110. conceff. 484. B

24 *Pro festo sancti Dominici.* In Festo beati Patris Dominici, visitantibus Ecclesias Prædicatorum, conceduntur a Clemente 4. anni 10. & dies 40. a Gregorio 9. anni 20. & dies 40, a Bonifacio 8. anni 9. & dies 40. a Nicolao 4. anni 30. & dies 180. ab Innocentio 4. anni 9. & dies 40. ab Alexandro 4. anni 20. & dies 180. a Benedicto 11. anni 30. & dies 120. a Ioanne 21. anni 10. & dies 180. ab Alexandro 5. anni 18. & dies 80. a Sixto 4. Fratre Minore anni 100. & totidem quadragenæ.

Summa prædictarum Indulgentiarum est annorum. 247. & dierum 330. b. ffo. 110. conceff. 485.

25 *Pro festo sancti Petri martyris.* In Festo sancti Petri martyris, visitantibus Ecclesias Fratrum Prędicatorum conceduntur a Clemente 4. anni 10. & dies 40. a Gregorio 9. anni 20. & dies 40. a Bonifacio 8. anni 9. & dies 40. a Nicolao 4. anni 30. & dies 180. ab Innocentio 4. anni 9. & dies 40. ab Alexandro 4. anni 20. & dies 180. a Benedicto 11. anni 30. & dies 120. a Ioanne 21. anni 10. & dies 180. ab Alexandro 5. anni 18. & dies 80. a Sixto 4. anni 50. & totidem quadragenæ. C

Summa prædictarum Indulgentiarum est annorum 206. & dierum 320. b. ffo. 110. conceff. 486.

26 *Pro festo S. Thomæ.* In Festo S. Thomæ de Aquino, visitantibus Ecclesias Prædicatorũ, conceduntur a Ioanne 22. anni 21. & dies 80. ab Alexandro 5. anni 18. & dies 80. ab Vrbano 5. anni 100. & dies 220. a Sixto 4. anni 50. & totidem quadragenæ.

Summa prædictarum Indulgentiarum est annorum 189. & dierum 215. b. ffo. 110. conceff. 487. D

27 *Pro S. Vincentio.* In Festo sancti Vincentij Confessoris, visitantibus Ecclesias Fratrum Prædicatorum conceduntur de indulgentia, a Sixto 4. anni 50. & totidem quadragenæ. b. ffo. 111. conceff. 488.

28 *Pro S. Catharina.* In festo sanctæ Catharinæ de Senis, conceduntur visitantibus Ecclesias Prędicatorum, a Sixto Papa 4. anni 50. & totidem quadragenæ. b. ffo. 111. concessione 489.

29 *Pro Missis primarijs.* Venientibus ad sollemnitatem primarum Missarum Fratrum Prædicatorum, conceduntur Indulgentiæ, ab Honorio 3. dies 100. a Bonifacio 8. dies 100. ab Alexandro 4. dies 100. ab Alexandro 4. dies 100. a Gregorio 9. dies 100. ab Innocentio 4. dies 100. a Benedicto 11. dies 20. a Clemente 4. dies 100. a Nicolao 4. dies 100. ab Vrbano 5. dies 100. ab Honorio 4. dies 100. E

Summa prædictarum Indulgentiarum est annorum trium, & dierum duorum. b. ffo. 111. conceff. 490.

Sequuntur aliqua alia gratię concessa visitantibus Ecclesias Fratrum Augustinianorum, in pręcipuis Festiuitatibus.

30 *Ex Priuil.* INNOCENTIVS Papa omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui in Natiuitatis, Circuncisionis, Epi[illegible]aniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Pente-

A Pētecoſtes, necnō Aſſumptionis, Natiuitatis, Annūtiationis, & Purificationis Beatæ Mariæ, ac Natiuitatis Ioannis Baptiſtæ, & Apoſtolorum Petri, & Paulli, & in ſollemnitatibus Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, atq; in omnibus Feſtiuitatibus Sancti Auguſtini, ac Eccleſiarum Dedicationibus, & celebritate omnium Sanctorum, & per ipſarum Natiuitatis, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, necnon Natiuitatis, & Aſſumptionis Beatæ Mariæ, ac Natiuitatis Ioannis Baptiſtæ, & Apoſtolorum Petri, & Paulli: Prædictarum Feſtiuitatum Octauas, Eccleſias Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini deuote viſitauerint annuatim, & ad reparationem, & conſeruationem earum, manus porrexerint adiutrices, conceſsit in ſingulis prædictis Feſtiuitatibus, ac per earum Octauas, mille annos, & totidem quadragenas. b.ffo.124.conc.562. *Auguſtiniē ſium. Pro feſtis præcipuis.*

B IVLIVS 2. viſitantibus Eccleſias prædictorum Fratrum Auguſtinienſiū, in ſingulis Sancti Auguſtini, & Nicolai de Tolentino, ac Sanctæ Monicæ Feſtiuitatum diebus, a primis Veſperis, vſque ad ſecundas Veſperas feſtiuitatum earumdem incluſiue, ac inibi manus adiutrices porrigentibus, centum annos, & totidem quadragenas, de iniunctis eis pœnitentijs in Domino relaxauit. B.ffo.66.conc.208. *31 Pro feſtis Auguſtinienſium.*

¶ Sequuntur alia Indulgentia conceſſę viſitantibus Eccleſias Fratrum Carmelitarum, in præcipuis Feſtiuitatibus, prout extractę ſunt ex quadam Bulla Sixti. 4. qua habetur. B.ffo.107. Et ffo.190.conce 485. Et ffo.111. & ſunt ordinata per Feſtiuitates modo ſubſequenti.

C PRIMO in Feſtiuitatibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſcilicet, in ſua Natiuitate, Paraſceue, Reſurrectione, Pentecoſte, & duobus feſtis Sanctę Crucis, & octauis earum, Leo Papa.4. conceſſit ſeptem annos, & duodecim quadragenas, viſitantibus Eccleſias Fratrum, & pias Eleemoſynas largientibus. ¶ Hadrianus, 2. Stephanus.5. Sergius.3. Ioannes.10. & Ioannes.11. Sergius.5. & Innocentius.4. tertiam partem peccatorum remiſerunt, viſitantibus Eccleſias eorumdem, in prædictis Feſtis, & eorum octauis. ¶ Honorius 9. Viſitantibus eaſdem Eccleſias in die Paraſceues, & in die Sanctæ Crucis 40. annos, & totidem quadragenas, de iniunctis pœnitentijs relaxauit. ¶ Clemens 3. Alexander 2. Gregorius.5. & Gregorius. 7. in prædictis Feſtis, & quolibet eorum, ſimilem gratiam largiti ſunt. ¶ Honorius.9. conceſſit viſitantibus dictas Eccleſias, ſeu manus adiutrices porrigentibus, in die Paraſceues. 40. annos, & totidem quadragenas de iniunctis pœnitentijs. ¶ Benedictus, 10. omnes prædictas Indulgentias duplicauit. ¶ Nicolaus.5. omnia ſupradicta duplicando confirmauit, atq; annos.7. & totidem quadragenas in Domino relaxauit. B.fo.107. Et ffo.190. conceſ.485. Et b.ffo.111.conc.497. *32 Ex Priuil. Fratrum Carmelitarum. Pro feſtis Domini noſtri, & Sanctæ Crucis.*

D

SEcundo in Feſtis B.Mariæ, ſcilicet, Natiuitatis, Annuntiationis, Purificationis, Aſſumptionis, & earum octauis, omnes prædictas remiſſiones ijdem Pōtifices conceſſerunt. ¶ Clemens. 4. vltra prædictas Indulgentias conceſſit.30. annos, & totidem quadragenas, in prædictis quattuor Feſtiuitatibus Dominæ noſtræ. ¶ Honorius.9. conceſſit in dictis Feſtiuitatibus, Viſitantibus ſupradictas Eccleſias, vel manus adiutrices porrigentibus.40. annos, & totidem quadragenas, de iniunctis pœnitentijs. ¶ Ioannes. 22. conceſſit ſimiliter in eiſdem quattuor feſtiuitatibus. 40. annos, & totidem quadragenas de pœnitentijs iniunctis. ¶ Vrbanus 5. in Feſto Annuntiationis Virg. Mariæ conceſſit 7. annos, & 12. quadragenas. ¶ Sixtus 4. conceſſit in prædictis quattuor Feſtiuitatibus Beatæ Mariæ, a primis Veſperis, vſq; ad occaſum Solis diei Feſti, viſitantibus dictas Eccleſias 30. annos, & totid[illegible] quadragenas quolibet anno. ¶ Item Sixtus *33 Pro feſtis Dominæ noſtræ.*

E

extendit prædictas Indulgentiás,a se concessas,ad Festa Conceptionis,Presentationis,& Visitationis B.Mariæ Virginis.B.fo.107.Et ffo.190. conc.485. Et b. fffo.111.conc.498. A

34 *Pro festis præcipuis.* TERTIO. In Festiuitatibus omnium Sanctorum, Sancti Michaelis, & Natiuitatis S.Ioannis Baptistæ,Petri,& Paulli,Fabiani, & Sebastiani, & per octauas eorum,& in Sanctis,quorum vocationes principales habent in suis Ecclesijs,concesit Leo Papa 4. septem annos, & 12. quadragenas. ¶Hadrianus 2. Stephanus 5. Sergius 3.Ioannes 10.Ioannes 11. Sergius 5. & Innocentius 4. visitantibus dictas Carmelitarum Ecclesias,in prædictis Festiuitatibus,tertiã partem peccatorum relaxauerunt. ¶ Clemens 4. Alexander 2. Gregorius 5. & Gregorius 7. in prædictis Festiuitatibus,similẽ gratiam largiti sunt. B. fo.107. Et ffo.190.conc.485.Et b.fffo.112.conc.499. B

35 *Pro Festis vocationũ Ecclesiarũ.* QVARTO. Honorius 9. in diebus vocationum Ecclesiarum prædictarum 40.annos,& totidem quadragenas,relaxauit de iniunctis pœnitentijs.¶Benedictus 10. eisdem vocationis diebus, Honorij Indulgentiã etiam concesit,& duplicauit omnia concessa in prædictis Sanctorum Festiuitatibus,octauis,& vocabulis Ecclesiarum. ¶Nicolaus 5. duplicauit etiam concessa a suis antecessoribus,in dictis Festiuitatibus,& vltra,annos septem,& totidem quadragenas relaxauit. ¶Sixtus 4. concesit etiam in diebus vocabulorum,visitantibus dicti Ordinis Ecclesias 30. annos, & totidem quadragenas, de iniunctis pœnitentijs.B.fo.107.Et ffo.190.conc.485.Et fffo.112. conc.500.

C

Indulgentia concesse Visitantibus Ecclesias Fratrum Congregationis S.Hieronymi Fesulani in Festiuitatibus infrascriptis.

Additio. Capuccini. SIXTVS IV. Christifidelibus,qui loca dictæ Religionis, vel aliquem ipsorum locorum,ecclesiarum seu Capellarum,In videlicet Natiuitatis Domini,& eius vigiliæ cum omnibus diebus sequentibus vsq; ad Epiphaniam inclusiue,necnon Resurrectionis eiusdem, cum Septem diebus præcedentibus,& septem sequentibus,& Ascensionis, ac eius vigiliæ, Pentecostes, cum duobus diebus sequentibus,ac Corporis Christi, Inuentionis Sanctæ Crucis, Omniũ Sanctorum,& Commemorationis Defunctorum, necnon Sancti Saluatoris, & D singulorum locorum eiusdem Religionis, Dedicationis, atq; Annuntiationis, Assumptionis,Natiuitatis,Visitationis,Conceptionis,& Niuis,ipsius gloriosæ Dei genitricis Mariæ,& singulorum Apostolorum, ac Euangelistarum, atque quattuor Doctorum Ecclesiæ,necnon Sancti Blasij Episcopi & martyris,Sãctę Agathæ virg.& mart.Cathedræ S.Petri Apostoli,in die Cinerum,S. Thomæ de Aquino,B Benedicti Abbatis,S.Georgij mart.B. Ioannis ante portam latinam, Apparitionis S.Michaelis Archangeli, S. Iuonis Confeß. B. Ioannis Baptistæ, Commemorationis S.Paulli,Translationis S.Thomæ,B. Mariæ Magdalenæ, S. Petri ad Vincula,B.Dominici,S.Ludouici Episcopi, & Confeß. Decollationis S.Ioanni, Baptistæ,Exaltationis Sanctæ Crucis, Dedicationis S. Michaelis.S. Francisci Confeß.B.Martini Episcopi,Dedicationis Basilicæ Apostolorum Petri & Paulli,B.Ceciliæ,S.Clementis,B.Catharinæ virg.& mart.S. Nicolai Episcopi & Confeß.atq; B Luciæ virg.& mart.Festiuitatibus,in qualibet ipsarum Festiuitatum,deuote visitauerint, & manus porrexerint, adiutrices omnibus videlicet vere pœnitentibus,& confesis,tres annos indulgentiarum, & totidẽ quadragenas,de omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Paulli Apostolorum eius, auctoritate confisus, de iniunctis sibi pœnitentijs, misericorditer relaxauit.] E

In-

A *Indulgentia concessa visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, tempore Quadragesimali. Secundo.*

ALEXANDER IV. Nicolaus 3. Innocentius 4. & Benedictus 11. concesserunt, a quarta Feria Cinerum, vsq; ad Pascha Resurrectionis inclusiue, venientibus ad Ecclesias Fratrum Minorum, semel in die, caussa deuotionis, de Indulgentia annos 122. & dies 576. 1

¶ Venientibus autem quando ibidem prædicatur, feria 2. & 4. & 6. additur Indulgentia annorum 6. & dierum 26. Et sic ascendit cum prima ad annos 138. ac dies 201. Habetur b. fffo. 108. concess. 439. *Prædicatio.*

VRBANVS IV. concessit oĩbus visitantibus Ecclesias Fratrũ Minorum in Quadragesima, Indulgentiam quadraginta annorũ. b. ffo. 260. conc. 657. 2

B In summa superius allegata, reperiuntur sequentia. *Collector.*

Visitanti Ecclesias Fratrum Minorum, qualibet die Quadragesimæ, concessi sunt quattuor anni, & 236. dies Indulgentiæ. ffo. 71. concess. 181. 3

In alia summa, extracta de libro intitulato, Firmamenta trium Ordinum, habetur modo sequenti. *Collector.*

Sũma Indulgentiarũ concessarum visitantibus Ecclesias Fratrũ Mino. in diebus Quadragesimæ, est trium millium, & octingẽtorum, ac quinquaginta septem annorum, & ducentorum, ac septem dierum fffo. 109. post conc. 467. *Nota.*

Sequuntur Indulgentię, quæ reperiuntur concessa visitantibus Ecclesias Fratrum Augustiniensium, tempore Quadragesimali, & adhuc a die Septuagesimę.

C INNOCENTIVS IV. omnibus vere pœnitẽtibus, & confessis, qui a Dominica Septuagesimæ inclusiue, vsque ad Dominicam in Palmis inclusiue, deuote visitauerint Ecclesias Fratrum Augustiniensium annuatim, & ad reparationem, & conseruationem earum, manus porrexerint adiutrices, concessit mille annos, & totidem quadragenas Indulgentiæ. b. ffo. 124. conc. 562. 4 *Ex Priuil. Fratrũ Augustinien.*

IDEM Innocentius omnes vere pœnitentes, & confessos, qui prędictas Ecclesias deuote visitauerint in die Mercurij, & in die Iouis, ac in die Veneris Hebdomadæ Sanctæ, & ad reparationẽ, & conseruationẽ earumdẽ, manus porrexerint adiutrices, a pęna, & culpa misericorditer relaxauit. b. ffo. 124. cõc. 562. 5

SIXTVS IV. fertur concessisse visitantibus Ecclesias prædictorum Fratrum Augustiniensium, & manus adiutrices porrigẽtibus, a sexta feria post Dominicam tertiam Quadragesimæ, vsq; per totam octauam Paschæ Resurrectionis, pro singulis diebus, Indulgentiam trium millium septingentorum decem & octo annorum, & 130. dierum. Bulla dicitur esse Romæ, & Ferrariæ. Et a quodam præcipuo Patre dicti Ordinis audiui, quod ipse viderat transumptum authenticum prædictæ Bullæ. Habetur tamen. b. fffo. 111. conc. 394. 6 D *Nota.*

Sequuntur nonnulla alia Indulgentię, concessa visitantibus Ecclesias Fratrum Carmelitarum, tempore quadragesimali.

BEENEDICTVS X. visitantibus Ecclesias Fratrum Carmelitarum, feria, 2. & 4. & 6. quadragesimæ, concessit octoginta annos, & totidem quadragenas Indulgentiæ, ac bis remissionem septimæ partis peccatorum. B. fol. 107. & ffo. 190. concess. 485. Et b. fffo. 112. conc. 502. 7 E

Ex Priuilegijs Ordinis Sancti Ioannis Hierosolymitani.

Benedictus Papa, omnibus vere pęnitentibus, & confessis, qui Ecclesias, vel Oratoria, per vniuersũ orbẽ Ordini sancti Ioãnis Hierosolymitani subiectas, ter in hebdomada, per totã quadragesimã, videlicet, secunda, quarta, & sexta ferijs, in Festo Sancti Vocabuli dictarum Ecclesiarũ visitauerint; & secundũ eorum facultates manus porrexerint adiutrices, quadraginta annos, & quadraginta quadragenas, & septimam partem de iniunctis pœnitentijs misericorditer relaxauit. b. 8

In-

Indulgentię concessæ visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum in quibuslibet diebus anni Tertio. A

1 LEXANDER 4. concessit visitantibus Ecclesias Fratrum Minor caussa deuotionis, qualibet hora diei, Indulgentiam 40. dierũ. Innocentius 4. concessit similiter 40. dies. Clemens 4. cõcessit 80. dies. Nicolaus 4. concessit Indulgentiam vnius anni, & 40. dierum. Summa istarum Indulgentiarum sunt, tres anni, & 240. dies. Et numerando per dies, sunt. 1365. dies. B. fo 24. Et ffo. 108. conce. 231. Et, b. fffo. 108. concessione 438.

2 *Pro horis Canonicis.* IDEM Alexander concessit omnibus venientibus ad horas canonicas in Ecclesijs Fratrum Minor. infra annum, diebus singulis, Indulgentiam centum dierum. B. ffo 290. concess. 653. Alias sunt centum, & quadraginta dies, vt habetur. fffo. 108. conce. 430. B

3 *Missæ. Prędicatio.* IDEM Alexander concessit accedentibus ad Ecclesias Fratrum Minorum causa audiendi Missas Beatæ Mariæ Virginis, vel Beati Francisci, vel sermones, quocumque tempore anni, qualibet vice, Indulgentiam centum dierum. B. fffo. 24. Et ffo. 108. conce. 231. Et fffo. 108. conce. 437. vbi nihil specificatur de Missis Beatæ Mariæ, aut Beati Francisci.

4 CLEMENS 4. concessit visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, in quibuslibet diebus anni, centum dies Indulgentiæ. b. ffo. 260. conce. 658.

5 NICOLAVS 3. concessit similiter, sicut Clemens præfatus, centum dies Indulgentiæ. b ffo. 260. conce. 660. C

6 *Missæ.* NICOLAVS 4. concessit accedentibus, caussa deuotionis, ad loca Fratrum Minor. Indulgen. vnius anni, & dierum. 40. B. fo. 24. Et ffo. 108. concessione. 231. ¶ Et alibi reperitur, quod idem Pontifex concessit, propter prędictam caussam, centum dies Indulgentiæ b. fffo. 108. concess 446. ¶ Et alibi etiam inuenitur, quod concessit audientibus Missas Beatæ Virginis, ac Beati Francisci, in domibus Fratrum Minorum, Indulgentiam centum dierum. b. fffo. 108. concess. 442.

7 *Confraternitas.* VRBANVS 5. concessit omnibus Fraternitatibus, quæ sunt, & erunt in Ecclesijs Fratrum Minorum, centum dies Indulgentiæ. b. ffo. 261. concessione 672. Et fffo. 109. concess. 459. D

8 IDEM Vrbanus concessit visitantibus prædictorum Fratrum Ecclesias, quacumq; die, de Indulgentia centum dies. b. ffo. 261. Et ffo. 109. concess. 458.

Collector. In summa authẽtica Indulgentiarum superius annotata, reperitur id quod sequitur.

9 ITEM qnolibet die anni visitans Ecclesias Fratrum Mino. consequitur annum, & 244. dies Indulg. ffo. 71. concess. 182.

Collector. In alia summa, extracta de libro intitulato Firmamenta trium Ordinum, habetur sub forma sequenti.

Nota. Summa Indulgentiarum concessarum visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, in quibuslibet diebus, est annorum quadraginta, & dierum trecentorum. b. fffo. 109. post concess. 467. E

Sequuntur aliqua Indulgentię concessa visitantibus Ecclesias Fratrum Carmelitarum infra annum quacumq; die: sed pręsertim diebus Dominicis, & Sabbatis.

10 *Pro Sabbatis, & Do-* BENEDICTVS 10. concessit visitantibus Ecclesias Fratrum Carmelitarum, in diebus Sabbatorum, & Dominicis totius anni 40. annos, & totidem quadragenas Indulgentiæ, ac septim artem peccatorum relaxauit.

Et

A Et Nicolaus 5. prædictam Indulgentiam Sabbatorum duplicauit. B. fo. 107. Et ffo. 190. concessio 485. Et ffo. 112 conce. 501.

INnocentius 4. & Gregorius 8. concesserunt cuilibet dicenti vnum Pater noster, & Aue Maria, pro viuis, & defunctis, in prędictis Ecclesijs Carmelitarum, quadraginta dies Indulgentiæ. Benedictus 10. eosdem. 40. dies duplicando concessit. Nicolaus 5. prædictos dies duplicatos iterum reduplicauit, & concessit. Et sic sunt. 160. dies. Vel sunt ducenti, computando, quod quilibet duorum Pontificum prænominatorũ concesserit. 40. dies, quia numquam solent concedere minus. B. fo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et b. ffo. 112. concessione 503. 11 *Collector.*

B Circa omnes Indulgentias superius annotatas, est sciendum, quod in quadam Summa antiqua Priuilegiorum Fratrum Min. per quendam Patrem Commissarium Curiæ Romanæ facta, reperitur sequens clausula.

SIxtus 4. in Bulla, quę incipit, Solet Sedes apostolica, declarauit, quod Indulgentiæ concessæ visitantibus Ecclesias domorum vnius Ordinis Mendicantium, non conceduntur visitantibus Ecclesias domorum aliorum Ordinum Mendicantium, licet sit reciprocatio gratiarum, & indultorum vnius Ordinis ad alium, propter confusionem, & ne vilescant Indulgentiæ, aut minuatur deuotio, & propter alias rationes. Hæc vbi supra. Bullam tamen præallegatam, nullibi potui reperire. 12

C Aduerte, quod non obstante prædicta Bulla, possunt gaudere visitantes Ecclesias Fratrum Minorum, in Festiuitatibus sanctorum sui Ordinis, omnibus concessis visitantibus Ecclesias Fratrum Ordinis Prædicatorum in Festis sanctorum eiusdem Ordinis, prout in dictione Communicatio Priuilegiorum. §. 13. prope finem. Et visitantes Ecclesias Fratrum Prædicatorum possunt gaudere omnibus concessis visitantibus Ecclesias aliorum Ordinum Mendicantium, virtute cuiusdam concessionis eis factæ per Leonem 10. quæ habetur supra, in præfata dictione, Communicatio Priuilegiorum. §. 20. Et similiter potest dici de visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum, ratione amplissimæ communicationis Priuilegiorum, quæ est inter ipsos, & fratres Prædicatores, prout patet in supradicta dictione Communicatio Priuileg. §. 12. & 13. *Collector.*

D IDEM est aduertendum, & notandum circa omnes suprascriptas Indulgentias, quod quia, sicut ex tenore ipsarum patet, fere omnes conceduntur visitantibus prædictas Ecclesias, & manus porrigentibus adiutrices, & quia Fratres Min. nequeunt habere cippos, aut truncos, seu capsas pro recipiendis pecunijs, idcirco Iulius 2. concessit, quod præfata verba, scilicet, manus porrigentes adiutrices, referantur etiam ad facientes eleemosynam de pane, ac alijs victui Fratrum necessarijs, prout in sequenti titulo latius ponitur, §. 9. Et habetur. B. fo. 43. Et ffo. 126. conce. 280. *Collector.*

Indulgentia concessa exhibentibus, Fratribus Minoribus, aliqua opera pietatis, Quarto.

E INnocentius 4. concessit omnibus porrigentibus manus adiutrices Fratribus Minoribus vbicumque 40. dies Indulgentiæ. Nicolaus 1. totidem. Clemen 4. dies 100. Et sunt in summa, 180. dies. B. fo. 24. Et ffo 108. conc. 231. Et b. ffo. 108. conceß. 441. 1

ALexander 4. concessit omnibus recipientibus Fratres Min. viatores, in domibus suis, & ministrantibus eis alimenta, & soluentibus naula, seu passa pro hospitalia, ac alia pietatis obsequia dictis Fratribus exhibentibus, Indulgentiam 40. annorum. b. ffo. 260. conce. 655. Et fffo. 108. conce. 432. 2 *Pro hospi- tantib. Fr. Minores.*

MArtinus 4. cõcessit tam Procuratoribus, quam Aduocatis, qui in Curijs Ecclesiasticis, & ciuilibus, [illegible] sæcularibus laborauerint, pro defensione Ordinis Fratrum Minorum, Eccle[illegible]mque eiusdem Ordinis, singulis annis, In- 3 *Pro aduocatis et Pro*

curatorib. Fratrum. Indulgentiam centum annorum.b.ffo.360 conce.663. Et ffo.108 conce.434. A

4 *Pro Fabrica. Sepultura.* IDEM Martinus concessit cunctis fidelibus, qui manus adiutrices porrexerint,ad construendas Ecclesias,vel Monasteria Ordinis Fratrum Minorum, ac omnibus qui sepulturam elegerint in cœmeterijs , aut claustris præfatorum Fratrum Indulgentiã.40.annorum.b.ffo.260.conce.664.Et ffo.108.conc.435.

5 *Pro Fabrica.* NIcolaus 4.concessit omnibus porrigentibus manus adiutrices, pro fabricis Monasteriorum Fratrum Minorum 40. annos Indulgentiæ. b. ffo. 108.concess.446.

6 *Generalis, & Prouinciales.* VRbanus 5.concessit, vt Generalis, & Prouinciales totius Ordinis Minor. possint communicare suffragia, Indulgentias,orationes, & bona spiritualia benefactoribus Ordinis.b.ffo.261.conce.671. Et ffo.109.conce.459. B

7 *Pro Syndicis seu Procuratorib. Fratrum.* INnocentius 8.concessit,vt Procuratores Fratrum Minorum,eorumque substituti,liberi, parentes, fratres, sorores, & vxores possint promereri Indulgentias Stationum, & alias Fratribus concessas, dicendo in Ecclesijs Fratrum prædictorum quinque Pater noster,& totidem Aue Maria, pro felici statu Romanæ Ecclesiæ.o.ffo.70.conce.162.Et ffo.99.conce.367.

8 *Pro medicis Fratrũ.* ALexander 6. concessit, vt Medici ordinarij Fratrum Minorum, & Sororũ sanctæ Claræ,habeant eadem Priuilegia,& gratias,quibus gaudent Syndici,& Procuratores prædictorum Fratrum.o.ffo.70.concessione. 177. Et ffo. 99.concessione 370.

9 *Elemosinæ* IVlius 2.concessit,seu declarauit, quod verba in Priuilegijs Fratrum Minorum contenta,scilicet, quod visitantes suas Ecclesias,& manus porrigentes adiutrices, consequantur Indulgentias tales,vel tales; referantur etiam ad facientes eleemosynas de pane,ac alijs pro eorum victu, & vestitu, & domorum suarum reparatione,necessarijs.B.fo.3.Et ffo.126.concessione 280. C

Collector. In præallegata summa authentica,continentur infrascripta.

10 Porrigentibus manus adiutrices ad Fabricam Ecclesiarum Fratrum Minorum,iuxta possibilitatem suam,concessa est,in articulo mortis,remissio omniũ peccatorum.ffo.71.concess.184.

Item concessi sunt centum viginti anni pro qualibet re , quolibetq; beneficio,quæ locis,vel Monasterijs Fratrum Minorum largiuntur.ffo.74.conc.184.

Collector. Vltra hoc, propter communicationem Priuilegiorum Fratrum Prædicatorum,sunt concessi amplius.79. anni Et in summa sunt ducẽti anni,vno minus. Vide infra §.13. D

Sequuntur aliæ multæ Indulgentiæ concessæ facientibus opera Pietatis , Fratribus Ordinis Prædicatorum,& eorum Domibus.

12 *Ex Priuilegijs Fratrũ Prædic. Pro fabrica monasteriorum.* POrrigentibus manus adiutrices ad fabricas domorum Fratrum Prædicatorum,conceduntur ab Honorio 3.anni 25. dies. 120. a Clemente 4. anni 25. dies.120.a Bonifacio 8.anni.25.& dies.120.ab Innocentio 4.anni.25.dies.120. ab Alexandro 3.anni 25.dies.120. a Gregorio 9.anni 25.dies.120. ab Vrbano 5. anni 25.dies.120.Alij Pontifices in summa concesserunt annos 40 & dies. 300. E

Sumamntur simul anni 218.dies.42.b.ffo.111.concess 492.

13 *Pro victualibus.* Dantibus eleemosynas prædictis Fratribus,ad victum, & vestitum, & alias necessitates graues Ordinis,conceduntur a Clemente 4.anni 7. a Bonifacio 8. anni septem,ab Innocentio 4.anni 7. Ab Alexandro 4.anni 7. a Ioanne 21. anni 7.a Gregorio 9.anni 7. a Benedicto 11. anni 14. a Nicolao 4. anni 7. ab Vrbano 5.anni 14.

Summantur omnes anni 79.b.ffo.111.conce.493.

14 Facientibus Missas , & alia diuina [illegible]orare a dictis Fratribus , in eorum Eccle-

A Ecclesijs,conceduntur ab Honorio 3.dies.80.a Bonifacio 8.dies.80.a Clemente 5.dies.80.ab Alexandro 4.dies.80.a Ioanne 21.dies.80.a Nicolao 4.dies.80. ab Innocentio 4.dies.10.a Gregorio 9.dies.10.ab Vrbano 4,dies 10. *Pro facientibus celebrare Missas.*

Summantur anni 2. & dies 248. Et numerando per dies,sunt ferè mille dies. b.ffo.111.conce.493.

IOANNES 23.concessit Benefactoribus Ordinis Prædicatorum, 10. annos,& totidem quadragenas,de iniunctis eis pœnitentijs.Et remittit eis iniurias Patrum,& Matrum,fine manuum iniectione violenta,& omnia festa male obseruata,& omnia iuramenta falsa,sine damno alterius. Et remittit Sacerdotibus,& clericis, in sacris Ordinibus constitutis, qui ad exemplum aliorũ, B manus porrexerint adiutrices, quidquid in diuinis officijs, aut horis canonicis dicere omiserint,aut propter infirmitatem,vel per negligentiam, seu defectum librorum.b.ffo.94.conce.305. 15 *Pro quibus libet benefactoribus Fratrum.* *Pro clericis sæcularibus*

IDEM Ioannes concessit,etiam de gratia speciali, quod huiusmodi Confratres, & germani Ordinis possint sepeliri(tẽpore Interdicti)in Ecclesia,vel cæmeterio: nisi fuerint excommunicati publice, vel nominatim, ibiq; diuina celebrare.b.ffo.95.conce.306. 16 *Sepultura. Interdictũ.*

Supradicta concessio,quoad sepelitionem Confratrum,& germanorum Ordinis fuit discussa,& ventilata in vniuersitate Salmantina;& fuit declaratum, & determinatum per plures insignes Doctores , iuris peritissimos , debere solum intelligi de illis Confratribus; qui licet remaneant in sæculo, & non mu- C tent habitum sæcularem;tamen sunt , vel fiunt Oblati Ordinis,& faciunt donationem,inter viuos,omnium bonorum suorum dicto Ordini ; reseruando sibi vsum fructum, quamdiu vixerint;& non de alijs Confratribus communiter visitatis. Fundatur autem hæc determinatio, & declaratio prædictorum Doctorum in c.Vt Priuilegia de Priuilegijs libro 5. Decretalium. Quod capitulũ ad litteram dicit, quòd solum tales prædicti Confratres gaudeant Ecclesiastica sepultura tempore interdicti,& non alij. *Collector.*

IDEM Ioannes concessit, quod animæ defunctorum, pro quibus Ordini, & Fratribus eiusdem collata fuerit eleemosyna,admitterentur ad omnia beneficia,& suffragia,& ad omnes gratias totius Ordinis.Et remittit eisdem Bene- D factoribus,septimam partem suorum peccatorum.b.ffo.95.conce.308. 17 *Pro defunctis.*

Sequuntur aliæ plures Indulgentiæ concessæ exhibentibus opera charitatis erga Carmelitanos , & eorum domos .

LEO 4.concessit Christi fidelibus,domos Ordinis Carmelitarum cõfractas reparantibus 7.annos,& 12.quadrage. Indulg. Innocentius 4. hanc Indulgentiam duplicauit. Nicolaus 5.hanc duplicationem duplicando concessit. Et sic sunt anni 28. & quadragenæ 48.B.fo. 107.Et ffo.190.conce.485.Et fffo.112.conce.504. 18 *Ex Priuil. Fratrum Carmel.* *Pro Fabrica.*

HADRIANVS 2.Stephanus 5.Sergius 3.Ioannes 10.& Ioannes 11.Sergius 5.& Innocentius 4. reficientibus Ecclesias dicti Ordinis,vel pro fa- E bricis ipsarum munera dantibus, ac Confratriam dicti Ordinis assumentibus, vel etiam vtensilia,vasa,mappas,paramenta,aut alia ad cultum Dei necessaria tribuentibus, vel ad ea habenda , manus adiutrices porrigentibus, in vita, vel in morte legantibus , tertiam partem delictorum relaxarunt . Innocentius 4. hanc peccatorum remissionem duplicauit.Nicolaus 5.iterum hanc duplicationem prædictis Benefactoribus duplicauit. B. fo 107. Et ffo.190.conce.485. Et fffo.112.conce.505. 19 *Pro Fabrica.* *Pro vtensilibus, & ornamentis Ecclesiarũ.* *Confraternitas.*

HONORIVS 10. & Nicolaus 4. omnibus verè pœnitentibus , & manus adiutrices dicto Ordini porrigentibus,omnium peccatorum veniam pol- 20

polliciti sunt. ¶ Innocentius 4. & Nicolaus 5. vnus post alium, hanc peccatorũ veniam duplicarunt. ¶ Honorius 9. omnibus manus adiutrices porrigentibus Ordini prædicto 40. annos, & totidem quadragenas concessit de iniunctis pœnitentiis. ¶ Prædicti vero Innocentius 4. & Nicolaus 5. vnus post alium, etiam dictos 40. annos, & quadragenas duplicarunt eisdem. ¶ Benedictus 10. omnia, a supradictis antecessoribus concessa duplicauit. B. fo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et ffo. 11 v. conce. 506. **A**

Nota.

Epilogatio suprascriptarum Indulgen. Et sic in summa, omnibus verè pęnitentibus, & manus adiutrices, vt supra, porrigentibus, est concessa ter remissio omnium peccatorum, & adhuc duplicata. Et trecenti viginti anni, & totidem quadragenę, de iniunctis pœnitentijs. **B**

Sequuntur nunc illa concessa facientibus opera pietatis Fratribus, & Domibus Ordinis Minimorum.

21 IVLIVS 2. concessit, quod singulæ personæ, quæ fuerint Ordinis Minimorum fundatrices, seu cultrices, cum earum, vtriusque sexus, liberis procreatis, & procreandis, omnibus, & singulis eiusdem Ordinis Minimorum Priuilegijs, gratijs, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, indultis, concessionibus, & Indulgẽtijs vti, potiri, & gaudere libere, ac licite valeãt. B. ffo. 9 cõc. 31.

Nota.

Ex Priuilegijs Fratrum Hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani. **C**

22 ALEXANDER 4. & Innocentius 3. ac Lucius 3. & Gregorius 9. successiuè, sub eadem verborum serie concesserunt, vt quicumque de facultatibus sibi a Deo collatis subuenerit Fratribus Hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani, & in tam sancta Fraternitate, se collegam statuerit, eisque beneficia persoluerit annuatim, septimę partis iniunctæ pœnitentiæ relaxationem consequantur B.

Confraternitas.

Ex Priuilegijs Ordinis S. Trinitatis.

23 LEO x. & Hadrianus 6. concesserunt omnibus, & singulis Christi fidelibus verè pęnitentibus, & cõfessis, cõsistentibus in Regnis Castellę, Legionis, & Granatę, qui Ecclesias Ordinis sanctissimę Trinitatis, & Redemptionis captiuorum, tam virorum, quam Monialium, illis anni diebus, quibus peccatorum remissiones, & Indulgentias, ijdem Fratres consequebantur, visitauerint; Ac qui deuotionis feruore ducti, in habitu Ordinis sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis captiuorum huiusmodi decesserint; Aut eorum corpora, seu cadauera, dum ab hoc sæculo migrauerint, in Ecclesijs Monasteriorum Ordinis prædicti sepeliri ordinauerint; Seu de proprijs bonis, pro redemptione captiuorum aliquam pecuniæ quantitatem, per Ministrum Prouincialem dicti Ordinis, pro tempore existentem, designandam, erogauerint; Aut etiam qui scapularium eiusdem præfati Ordinis, de manu alicuius illius Prælati, etiam absq; alicuius voti emissione, susceptum detulerint; Necnon vtriusque sexus eiusdem Ordinis Fratribus (Germanis nuncupatis) vt omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, Fratribus prædicti Ordinis Sanctissimæ Trinitatis concessas, consequantur, ac suffragiorum ipsius Monasterij, pro tempore factorum participes fiant. B. Habetur latius supra, in dictione, Communicatio Priuilegiorum. §. vltimo. fol. 137. **D** **E**

Particularis pro regnis Castella, legionis et Granatę. *Habitus.* *Sepultura.* *Eleemosyna.* *Habitus.* *Pro germanis hospitãtibus fratris.*

Collector. Ne decipiaris lector, credendo præfatam Concessionem extendi ad Indulgentias Plenarias, quia huiusmodi Plenariæ, numquam intelliguntur concessæ, nisi de ipsis fiat expressa mẽtio, prout in Regulis Cancell. Apost. cõtinetur.

AN-

A

ANNOTATIO CORDVBÆ.

Vod ad §. 23. ubi ponitur concessio facta per Leonem X. & Hadrianum VI. pro Germanis Ordinis Sanctę Trinitatis; notandum, quod paullo superius post §. 16. habetur declaratum, de quibus Germanis sit intelligendum.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

B *Irca Priuilegium in §. 6. supra positum, ab Vrbano 5. concessum, de communicatione suffragiorum, & bonorum spiritualium Benefactoribus Ordinis; Aliqua breuiter afferre, non ab re esse duxi, ex his quæ latissimè ad hoc propositum, tractat Scotus quolib. 20. et Corduba lib. 9. q. quęst. 3. Et de Ind. q. 42.* In §. 6. Scotus. Corduba.

Primo, An, videlicet, possit aliquis, nec ne, in alicuius persona, Communitatis, vel Congregationis, Communionem recipi; & quomodo, & per quem. 1

In quo talis receptio ei proficiet. & 2

Quę bona spiritualia possit Prælatus communicare; Ac si hoc Priuilegium, sit in aliquo, per Pium V. derogatum. 3

C *Ex horum etenim resolutione, multa, ab omnibus scitu digna dubia, & a Religiosis subditis valde peroptata, soluentur.*

Vnde, pro primi intelligentia est sciendum; quod solum possumus, de nostris bonis, aut commissis nostra dispositioni, prodesse alteri dupliciter, per viam, scilicet, satisfactionis, & per viam meriti: Via satisfactionis consistit in exsolutione, seu redditione æquiualentis ad pœnam, quæ redimitur in toto, vel in parte; Via autem meriti, consistit in aliquali dignitate, habendi, seu impetrandi sibi, vel alteri, aliquid, tamquam aliqualem mercedem, seu præmium operis, quod dicitur Meritorium; non curando nunc, an sit meritorium Congrui, Digni, aut Condigni, & quomodo sit talis dignitas, & vnde, & quomodo, sit merces tali merito respondens; De quibus Doctores latius in 2. dist. 27. & alibi. Participare quis potest de reb⁹ spiritualibus alterius dupliciter.

D *Ex hoc duplex sit differentia, inter participantes de bonis aliorum, per viam, videlicet, satisfactionis tantum, & per viam meriti tantum.* Differentia duplex inter tales participantes.

Prima defferentia est, quod ad hoc, vt quis per viam satisfactionis participet, requiritur specialis intentio, seu applicatio eius, qui communicat tale opus satisfactorium illi: Ita quod, nisi illi, seu illis sit applicata specialiter talis satisfactio, vel nisi sint illi recepti ad participandum de satisfactionibus alicuius personę, seu Communitatis, non proderunt eis talia bona satisfactoria, ad satisfaciendum pro suis peccatis; Quia alias sequeretur, quod quicumque existeret in charitate, esset immunis ab omni pœna, propter infinitatem thesauri Ecclesiæ, quem participat per Sacramenta, aut per communionem Sanctorum, ratione charitatis: Vel saltem, sequeretur quod existens in maiori charitate, esset debitor minoris pœnę in hoc sæculo, & in futuro: quod patet esse falsum, ex doctrina Scot. in In satisfactorijs requiritur specialis applicatio

E *20. quolibeto. Ergo, ex sola intentione facientis, seu applicantis habetur participatio ad satisfaciendum: Participatio autem ad merendum seu potius ad merita, seu per viam meriti, de bonis alterius, non semper requirit specialem intentionem, & applicationem; Nam potest dupliciter alicui valere meritum alterius; vno modo, ratione vnionis, quæ fit per charitatem, etiam sine speciali intentione, & applicatione facientis, directa ad ipsum participantem; iuxta illud Symboli, Credo Sanctorum communionem; & illud Psal. 118. Particeps ego sum omnium timentium te: Et hoc modo, peccator, etiam non excommunicatus, non erit per hanc viam vnionis particeps alicuius boni, quod fit in Ecclesia; cum non sit membrum Christi viuum per charitatem, quam non habet.* In meritorijs non requiritur specialis applicatio.

Alio

Alio modo valet bonum alicuius meritorium, alijs, ratione specialis intentionis, ipsius facientis, seu applicantis tale bonum specialiter pro illis, quibus applicat distincte, aut confuse, pro vno, seu pro multis. Et hoc modo potest valere iusto, & impio, vt communiter dicitur, per merita, de Congruo tantum, quæ soli liberalitati concedentis innituntur; Non enim obligauit se Deus, aut promisit, infallibiliter concessurum omne bonum, etiam expediens, quod vir iustus ab eo petierit, pro alio quocumque, sed aliquando sic, aliquando non; prout sibi placuerit, & visum fuerit; & sic dicit Augustinus, quod nisi Stephanus orasset, forte Paullus saluatus non esset. Et sic patet, quod hoc modo specialis intentionis, valde prodest, recipi ad participandum de bonis alicuius hominis, seu Congregationis in speciali, licet sint merita Congrui, aut Dei liberalitati innitentia, quoad hoc, vt dictum est. Quia si peccator est sic receptus, tunc participat de talibus bonis, per solam intentionem applicantis, quod sibi valebit ad multa, vt infra in alio puncto dicemus. Si autem est iustus in statu gratiæ, tunc participat de talibus bonis, dupliciter; scilicet, ratione vnionis charitatis; & ratione specialis intentionis applicantis, quod est melius, quam vnica tantum via, participare. Et hæc est prima differentia inter communicationem, seu participationem satisfactoriam, & meritoriam.

Bonũ meritoriũ quomodo valeat iusto, & peccatori.

Secunda differentia est, Quia per participationem ad satisfaciendum, seu ad satisfactoria tantum, fiunt peioris conditionis omnes participantes, quoad hoc; quia minuitur eorum vtilitas satisfactoria, saltem proueniens ex opere operantis, ex multitudine participantium: licet forte, non ea, quæ prouenit virtute Sacramenti, seu operis operati, si tale opus habet virtutem satisfactoriam ex opere operato, Quamuis aliunde ei augeatur ex charitate, qua sic alijs egentibus sua satisfactoria applicat, vt dicit Richardus.

Participatione satisfactoria, fiunt peioris cõditionis participantes.

Vnde si totum suum bonum satisfactorium, proueniens ex virtute operis operantis dederit, seu applicauerit alteri; tunc nihil sibi de tali satisfactorio remanet pro suis peccatis; & multo minus remanet, alijs postea receptis, seu quibus postea applicauerit. Quia cum talis virtus satisfactoria ex opere operantis, sit finita, certe diuisa inter multos, seu alijs & alijs applicata, iam minus, aut nihil remanet alijs, aut sibi.

Participatio autem meritorum, non minuitur ex multiplicatione participantium; Non enim fit deterior conditio alicuius, multiplicatis Electis, & bonis operibus, sed melior; vt colligitur ex doctrina Richar. in 4. d. 45. & Palud. latius ibidem q. 1. art. 1. & q. 2. art. 2.

Meritoria autem fiũt meliores.

Secundum punctum est, quod talis participatio ad merita; non valet ad hoc, quod ipsi participantes, ex hoc immediate sine suo bono opere, & dispositione, habeant gratiam gratum facientem, seu charitatem, sicut nec ad meritum, aut præmium gloriæ; Quia nullus potest vllo modo, mereri alteri immediate gratiam iustificantem, sed solum mediate, s. potest mereri de Congruo, vt Deus det alteri gratiam conuersionis, seu auxilium, aut bonam cordis motionem, aut illuminationem, cui alter, si velit consentire, debite disponatur ad gratiam, vt Doct. aiunt in 2. d. 27.

Secundum Punctum.

In quo prosũt tales bonorũ applicationes

Valet ergo talis participatio meritorum alicuius personæ, seu Congregationis, ad habendum a Deo gratiam conuersionis, & cordis illuminationem, & ad virtutum profectum: Valet etiam ad præseruationem a peccatis, & liberationem, & præseruationem a morte & alijs malis spiritualibus, & corporalibus, & ad collationem bonorum spiritualium, & temporalium, seu corporalium, & huiusmodi, quæ vnus alteri potest de congruo mereri, seu impetrare a Dei misericordia liberali; sicut per merita Abrahæ Dominus liberauit Loth; & propter iustos parcit, & benefacit iniustis, vt de his communiter Doct. in 2. d. 27. & 36. & specialiter D. Thom. in Addit. 3. part. quæst. 27. artic. 1. & alij, &c.

Sed videamus nunc tertium Punctum, Quis potest bona alteri communicare? Ad quod primo dicitur, quod quilibet potest alteri applicare s. seu communicare bona sua propria, tam quoad vim satisfactoriam, quam meritoriam, de Congruo, vt dictum est

Tertium Punctum.

Et

A Et similiter bona suorum, super quę habet auctoritatem, vt sunt Prælatis quia si temporalia bona possumus communicare ex charitate, quare non potius spiritualia? — Quis possit bona alteri communicare.

Et quod Prælati possint applicare, seu communicare bona communia suorum, huic, vel illi, distincte, aut confuse, probatur. Quia eo ipso, quod habent curam Congregationis, habent auctoritatem dispensatiuam, communium bonorum, ipsorum de sua Congregatione, vt facit cap. quanto, de translat. & 24. q. 1. c. quocumque, & etiam tenet Thom. in 4. dist. 20. q. 4. & Palud. & Richar. & Dur. in 4 dist. 45.

Secundo dicitur, quod generaliter non potest Prælatus, communicare ea bona specialia, quę quis eius subditus in particulari facit pro satisfactione suorum peccatorum, nisi ad hoc, aliquo modo subditus ipse consentiat, quia bona particularia, pro se facta, vel alijs a se specialiter applicata, non sunt bona Communitatis, & propterea

B non poterit Prælatus, regulariter, de illis, eo inuito disponere, cum non in omnibus absolute, subdatur subditus Superiori, neque in omnibus eius bonis spiritualibus habeat potestatem plenariam Prælatus; sed in spiritualibus tantum superabundantibus communicabilibus, vt dicunt Doctores, & probat Cordub. in præfata quęst. 41. de Indulgent. dub. 3. Hoc tamen dico regulariter loquendo, quia poterit euenire casus, & tales circumstantię vrgentissimæ concurrere, quod possent ipsi Prælati, bona satisfactoria, & meritoria suorum subditorum quantumuis ipsi subditi, illorum, pro se indigerent, alijs communicare, vt sæpe sæpius in Religionibus euenire solet; vnde ipsi Prælati iubent fieri disciplinas, orationes, ieiunia, & alia similia extraordinaria.

Et sic ex tam dictis sequitur, quod ipsi Prælati, etiam nescientibus subditis, satisfactoria bona, quę ipsi agunt, non alicui in particulari applicata, sed vniuersæ Ecclesiæ;

C possunt, vel animabus Purgatorij, vel benefactoribus, & deuotis, vel quibus maluerint, applicare.

Tertio dicitur quod bona opera, quoad vim satisfactoriam, si antequam fiant, vel dum fiunt non applicentur per facientem, vel per Superiorem, aliquibus actualiter, vel virtualiter, iam de cętero, postquam facta sunt, non possunt alteri applicari per ipsum facientem, neque per Prælatum. Quia neque ego faciens, neque Prælatus, possumus reseruare, nostra, vel Congregationis opera, quę ad vim satisfactoriam, vt sint reposita & reseruata, tamquam in thesauro, pro alio tempore futuro, quo voluero, aut indiguero, vt tunc per me, vel per Prælatum, mihi, vel alteri, applicentur. Cuius ratio est, non vt dicunt aliqui, quod statim atque illa opera satisfactoria fiunt, suum sortiantur effectum; hinc enim sequeretur, quod non possent talia reseruari, etiam in thesauro Ec- — Solū enim hoc modo pręsētia, & futura bona applicari possunt.

D clesię, ad Indulgentias, &c. Sed quia nullus potest thesaurizare sibi, vel alteri thesaurum satisfactorium particularem; & per consequens, neque de eo distribuere, aut alicui communicare; quia alias sequeretur, quod bona satisfactoria Religiosorum eis abundantia, numquam reconderentur in communem thesaurum Ecclesiæ, sed semper manerent sub potestate eorum, vel Prælati, ad applicandum ea, postea, cui voluerint: Et sic etiam nec esset communis thesaurus Ecclesiæ collectus de satisfactionibus Religiosorum, aut alterum Sanctorum, dum viuerent, quod est maximum absurdum; & ad id videatur Bonau. in 4. dist. 20. q. 3.

Ergo dicatur, quod si talia satisfactoria non applicentur, ante, vel dum fiunt, reseruantur, & reponuntur a Deo, in communem Ecclesiæ thesaurum.

E Quo ad vim autem meritoriam, tam ipse, qui facit, quam Prælatus quicumque, potest semper communicare, seu applicare talia bona preterita, præsentia, & futura, quibuscumque voluerit, vt virtute talium meritorum, mereatur de Congruo, seu potius impetret ipsis, vel alijs, bona spiritualia, & temporalia, & liberationem, & præseruationem a malis, &c. & de his bonis, quę ad vim meritoriam non congregatur thesaurus Indulgentiarum, vt probat Cord. q. 5 de Indulg. Nullum enim ex hoc pręiudicium subditis ipsis resultat (vt dixi supra) immo maxima vtilitas, habendo multos socios in merito suorum bonorum operum, vt etiam supra est explicatum.

Neque etiam faciendo ipsi Prælati communicationem bonorum spiritualium suorum subditorum, in quantum satisfactoria sunt, præiudicium aliquod, vel grauamen A *communitati inferunt, cum solum superabundantia (nisi aliud expresserint) communicent.*

Quarto dicitur, quod quia talis communicatio, seu receptio ad participationem bonorum Congregationis, & huiusmodi communiter fit a Prælatis informatis de talibus, quod sint benefactores, & iccirco recipiuntur in communicationem bonorum Ordinis (vt patet ex ipsis litteris Confraternitatis, seu filiationis.) Ideo notetur, quod si talis caussa, propter quam recipiuntur, non esset vera, quia, scilicet, non esset talis benefactor, vt ibi supponitur, non valeret ei, talis receptio, ad participationem, nisi secundum ratam, scilicet secundum quod fuerit benefactor: quia deficiente caussa finali, seu con- B *ditione Concessionis, deficit ipsa Concessio, & non valet, nisi quantum accesserit ad caussam talis Concessionis. Quod si sine vlla caussa, sed ad libitum vult recipere aliquem, ad participationem bonorum suorum, seu Congregationis, ex pura charitate motus, aut motu proprio: tunc bene valebit ei talis communicatio: & participatio, secundum intentionem, ei sua bona communicantis, quoad vim satisfactoriam, & meritoriam; & etiam secundum suam dispositionem participantis, quoad vim meritoriam speciatim: vt doctissime hæc omnia tractantur a Corduba lib. 1. qq. q. 3. & de Indulgentijs q. 42 & a Scoto, vbi supra.*

An hoc Priuilegiũ sit sublatum.

Et hoc Priuilegium supradictum ab Vrbano V. concessum non exstat aliquo modo derogatum, per Motum illum Pij V. qui incipit, Et si Dominici gregis, Const. 20. Anno Domini 1566. emanata, vt ex eo clare patet, cum ibi tantum reuocentur continen- C *tes facultatem quæstuandi, & pro quibus consequendis porrigendæ sunt manus adiutrices: Et hæc sufficiant pro huiusmodi Concessionis intelligentia.*

In §. 10. 11. & 12.

Pro quolibet die anni, Indulg. in Eccles. Carmelit.

Est etiam sciendum, quod vltra concessiones suprapositas in §. 10 cum sequentibus, Ecclesijs Carmelitarum factas, Clemens vij. concessit omnibus fidelibus deuote visitantibus, quolibet anni die, duo, vel tria Altaria in Ecclesijs Carmelitarũ, & manus adiutrices eis porrigentibus, omnes, & quascumque Indulgentias, peccatorum remissiones, ac animarum Purgatorij liberationes, quas consequerentur, si personaliter visitarent omnes Ecclesias pro stationibus deputatas, intus, & extra vrbem Romæ consistentes.

Et tandem Gregorius xiij. mutando illud, porrigendi manus adiutrices, in orationibus, statuit vt visitantes Ecclesias Carmelitarum, dummodo sint contriti & confessi, D *vnum ex istis facere teneantur, videlicet, vt septies orationem Dominicam, itidemque salutationem Angelicam recitent, vel habitum sanctum gloriosiss. Virg. Carmeli, sicut in litteris Apostolicis Ioan. xxij. ac Alexandri V. necnon Pij V. continetur, gestent, vel Vesperas pro Defunctis recitent, aut ante sanctissimum Sacramẽtum terram exosculentur, ac pro hæresum extirpatione, sanctæque matris Ecclesiæ tranquillitate, Christianorumque Principum pace & vnione, pias ad Deum preces effundant: atque ita supradictas Indulgentias consequantur. Vt reperitur in Compendio Indulgentiarum Carmelitanæ Religionis nuper impresso a R. P. M. Saluatore Palmerio, fol. 73. in quo omnes describuntur Indulgentiæ, quæ quolibet die in Romanis Ecclesijs reperiuntur concessæ, quas modo supradicti ijdem lucrari possunt: Ac nonnulla alia Priuilegia ad ipsam Carmelitarum* E *Religionem spectantia.*

Pro Fratribus Augustinianis.

Et plenius ipsæ Indulgentiæ referuntur in Compendio Eremitarum Sancti Augustini a R. P. Fratre Hieronymo Nelano edito: ibique nonnulla alia Priuilegia Religioni Sancti Augustini pariter concessa, recensentur.

In quibus Compendijs, cum copiosissime tum de Priuilegijs, cum etiam de Indulgentijs Fratribus, ac Confratribus, Cinturatis, vel habitum portantibus supradictorum Ordinum Augustiniensium, & Carmelitarum, maxima cum omnium vtilitate tractetur: Ideo breuitatis caussa ad illa me remitto, cum vnusquisque faciliter ea possit, qui voluerit, præ manibus habere.

Indul-

A *Indulgentiæ, quas lucrantur audientes verbum Dei a Fratribus Minoribus. Quinto.*

GREGORIVS viiij. concessit audientibus prædicationes Fratrū Mi- 1
norum, quindecim annos Indulgen. b. ffo 260. concess.469.

ALEXANDER iiij. concessit, vt Fratres Minores, in quibuscumque 2
Ecclesijs, vel locis eos prædicare contigerit, possint dare suis auditoribus
Indulgen. quadraginta dierum. b. ffo.60.concess.654.

¶ IDEM Alexander concessit accedentibus ad Ecclesias Fratrum Mino- 3
rum, caussa audiendi sermones, vel Missas, quocumque tempore, pro qualibet *Missa.*
vice, Indulgentiam centum dierum. B. fo.24. Et ffo. 108. concessione 231. Et
b. ffo. 108. concessione 437.

B ¶ IDEM Alexander, & Nicolaus iij. & Innocentius iiij. & Nicolaus iiij. 4
ac Benedictus xj. concesserunt venientibus ad Ecclesias Fratrum Minorum, *Pro Qua-*
tempore Quadragesimæ, feria 2. & 4. & 6. quando ibidem prædicatur, Indul- *dragesima.*
gentiam centum, triginta; & octo annorum, & ducentorum, & duorum dierum. *Nota.*
b. ffo, 108. concess.439.

CLEMENS iiij. vt testatur Ioannes xxij. concessit; quod Fratres Mi- 5
nores prædicantes extra domos suas, possint cōcedere auditoribus suis
80. dies Indulgentiæ. In domibus vero suis, vltra præfatas Indulgentias 100.
dies. B. fo.24. Et ffo.108. conc.231. Et ffo.108.conc.345. ¶ Vide infra post §.6. *Collector.*
epilogationem omnium, quæ possunt lucrari audiendo sermones Fratrum.

Sequuntur concessa audientibus sermones Fratrum Ordinis Prædicatorum.

C VENIENTIBVS communiter ad sermones annuales audiēdos, ad lo- 6
ca Fratrum Prædicatorum, conceduntur ab Honorio iij. dies 100. a Boni- *Ex Priuile-*
facio viij dies 100. ab Alexandro iij. dies 100. a Gregorio viiij. dies 100. ab *gijs Fratrū*
ab Innocentio iiij. dies 100. a Benedicto xj. dies 200. ab Vrbano v. dies 100. ab *Prædic.*
Alexandro v. dies 100. ¶ In summa autem sunt anni tres, & dies duo. b. ffo.
111. concess.491.

Epilogando omnes suprascriptas Concessiones, resolutio est ista, q̄d Fratres *Collector.*
præfati, quandocumq; prædicant in suis Domibus, quocumq; die anni, possunt *Epilogatio*
concedere suis auditoribus 18. annos, & 322. dies. Et numerando per dies, sunt *Concessio-*
septem millia, & 72. dies. Sed quando alibi prædicant, possunt cōcedere decē, *num supra-*
& octo annos, & ducentos, ac 22. dies. Et numerando per dies, sunt sex millia, *scriptarū.*
D & nongenti septuaginta duo dies. Attamen, q̄n prædicant tempore Quadrage-
simali, in Domibus suis feria 2. & 4. ac 6. possunt concedere vltra prædicta,
centum triginta, & octo annos, ac ducentos, & duos dies. Et in summa sunt in
præfatis ferijs centū quinquaginta sex anni, & quingenti viginti quattuor dies.

INDVLGENTIAE, QVAS POSSVNT LVCRARI
Sæculares, ratione habitus prædictorum Fratrum. Sexto.

CLEMENS 4. concessit morientibus cum habitu Fratrum Min. & qui 1
cum eo elegerint sepeliri, remissionem tertiæ partis omnium suorum de- *Sepultura.*
lictorum. b. ffo. 260. concess.658.

E NICOLAVS 3. concessit omnibus, qui moriuntur cum habitu Fratrū 2
Min. & qui cum eo elegerint sepeliri, remissionem tertiæ partis omniū *Sepultura.*
peccatorum suorum. b. ffo. 260. concessio. 661. Alias habetur, quod est remissio
quartæ partis. b. ffo. 108. concess.447.

VRBANVS v. concessit similiter Indulgentiam remissionis tertiæ par- 3
tis peccatorum illis, qui moriuntur cum præfato habitu Fratrum Mino-
rum. b. ffo. 261. concess.670. Alias habetur, quod concessit remissionem quartæ
partis. b. ffo. 109. conces.458.

Circa præfatas Concessiones habitus, in summa authentica, superius allega- *Collector.*
ta, reperitur absq; nominatione Pontificum, sequens Concessio.

¶ ITEM concessa est sepultis in nostris cœmeterijs, & morientibus in habitu nostro Fratrum Minorum, quarta pars peccatorum, a quattuor Summis Pontificibus. ffo.71. concessione 183.

5 Pro Monialibus Sanctæ Claræ. ALEXANDER vj. concessit, vt mulieres suscipientes ante mortem, vel post mortem habitum sanctæ Claræ, habeant talem relaxationem peccatorum, qualem habent viri pro habitu Fratrum Minorum. o. ffo.70. concessione 176. Et fffo.99. concessione 368.

6 Ind. plen. LEO informatus de prædictis Concessionibus, circa habitum Fratrum Minorum, confirmauit eas, ac de nouo concessit, & ad huiusmodi gratias suam portionem addidit, concedens, quod morientes in dicto habitu consequantur Indulgentiam plenariam. O. fffo.61. concess.185.

7 Ind. plen pro Tertia. ¶ IDEM Leo iterum confirmauit Concessiones supradictas, & addidit, quod tam morientes, & sepeliendi in dicto habitu, quam morientes, & sepeliẽdæ in habitu Sororum Tertiæ Regulæ eiusdem S. Francisci, sub obedientia Ministrorum Generalis, & Prouincialium degentium, consequantur Indulgentiã plenariam omnium suorum peccatorum. O. fffo.62. concess.201.

8 ¶ IDEM Leo declarauit, sufficere habitum prædictum petere, ac super se vsque ad mortem habere, ac in eo sepeliri, etiam si ante mortem non induatur. O. fffo.60. concess.183.

Ex Priuilegijs Fratrum Prædicatorum.

9 Pro osculantibus habitũ Fratrũ Collector. IOANNES xxiij. omnibus Christi fidelibus, osculantibus habitum Ordinis sancti Dominici, seu Fratrum Ordinis Prædicatorum, quinque annos, & totidem quadragenas, de iniunctis pœnitentijs relaxauit. b. fffo.95. conc. 307. Et numerando per dies, sunt duo millia. & 75. dies. ¶ Tantumdem lucrantur osculantes habitum Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium, ratione communicationis Priuilegiorum.

Ex Priuilegijs Fratrum Augustiniensium.

10 LEO x. concessit, quod viri, & fœminæ deferentes Zonam Fratrum sancti Augustini, datam ab aliquo Prælato eiusdem Ordinis ad hunc finem, lucrari possint Indulgentias prædictis Fratribus concessas. b. fffo. 122. concessione 566.

11 ¶ IDEM Leo extendit præfatam Concessionem, ad illos, qui detulerint chordam sancti Francisci, datam similiter ab aliquo Prælato Ordinis Minorum, vt supradictum est de Zona S. Aug.

Collector. Hæc Concessio non est impressa in libris Priuilegiorum, sed absq; dubio fuit impetrata ad instantiam Reuerendiss. Cardinalis S. Crucis bonæ memoriæ.

12 ¶ ITEM Sixtus iiij. concessit, vt si quis voluerit sæcularis ob deuotionem, cum eorum habitu sepeliri, possit in eorum Ecclesijs sepeliri, non obstante, quòd in alia Ecclesia sepulturam elegisset: vt refertur in Comp. Priuilegiorum 35. vt testatur P. F. Hieronymus Nolanus Ordinis S. Augustini, in Tractatu nuper ab ipso edito Priuilegiorum, & Indulg. eiusdem Ordinis, fol. 122. vbi late de hoc ipse pertractat.

Ex Priuilegijs Ordinis Sanctæ Trinitatis.

13 LEO x. & Hadrianus vj. decedentibus in habitu Ordinis Sãctissimæ Trinitatis, aut scapulariũ dicti Ordinis de manu alicuius illius Prælati, etiã

absque

A absque alicuius voti emissione suscipientibus, & deferentibus in Regnis Castellæ, Legionis, & Granatæ consisten. concesserunt omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, Fratribus prædicti Ordinis cõcessas, prout latius habetur in dictione, Communicatio Priuilegiorum. §. vlt. & supra, Indulgentiæ, quoad sæculares, quarto. §. 23.

CAPVCCINI ANNOTATIO.



IXTVS V. (vt in Constitutione 14. & 59. vt in Bullario) concedit Indulgentiam plenariam Confratribus chordæ S. Francisci in die quo confessi, & communicati receperint a Guardiano dictæ Confraternitatis chordam, Et in hora mortis, dicendo Iesus cum corde. Et etiam prædicti Confratres consequuntur oẽs Indulgentias Confraternitatis Confalonis, omnesq; alias Religioni concessas (obseruato tamen modo quodã in dicta Const. 59. requisito) quæ Confraternitas debet erigi a R. P. Generale Conuentualium in eorum Ecclesiis, vel Capuccinorũ, vel de Obseruantia, vt in supradicta Cõst. 24. habetur. Itaq; consuetudo illa vt benedicatur chorda a Guardianis, vel Sacerdotibus simplicibus, hodie non subsistit; Nam oportet, vt fiat per viam Confraternitatis supradictæ, vt in eademmet Const. 14. dicitur. De Indulgentia vere concessa confessis, & communicatis, visitantibus Ecclesiam aliquam Conuentualium, Capuccinorum, & de Obseruantia, in Festiuitatibus principalibus Ordinis, vide supra in verbo, Festiuitas, §. 2. in annotatione nostra.

In §. 11. Indulgẽtia pro chorda S. Frãcisci.

Indulgẽtia pro Festiuitatibus principalibus Ordinis.

B

C

Indulgentiæ impetratæ a Fratribus Minoribus pro Sæcularibus, in fauorem Conceptionis Immaculatæ Virginis Mariæ, Dominæ nostræ, Septimo.

ACROSANCTVM Concilium Basileense, cunctis Christi fidelibus, vere pœnitentibus, & confessis, in die Festiuitatis Conceptionis interessentibus Missarum sollemnijs centum, Primis aũt, vel secũdis Vesperis totidẽ; Sermoni vero verbi diuini de eadẽ Festiuitate 150. dies, de iniũctis sibi pœnitẽtijs relaxauit. b. fo. 42. Et ffo. 40. conc. 45.

D SIXTVS iiij. statuit, & ordinauit, q omnes, & singuli Christi fideles vtriusq; sexus, qui Missam, & officium Festi Cõceptionis B. Mariæ Virginis, cuius initiũ est: Sicut lilium inter spinas, &c. in Festo eiusdẽ Conceptionis deuote celebrauerint, & dixerint, aut illius horis canonicis interfuerint, quoties id fecerint, eãdem prorsus Indulgentiã, & peccatorum remissionẽ cõsequãtur, quã Vrbanus iiij. & Martinus v. & alij Romani Pontifices concesserunt illis, qui Missam, officium, & horas canonicas, in Festo Corporis Christi, a primis Vesperis, & per illius octauam (iuxta Romanæ Ecclesiæ institutionem) celebrant, & dicunt; aut Missæ, ac officio, & horis huiusmodi intersunt. B. ffo. 115. concess. 252.

E Istæ Indulgentiæ, vt colligitur ex quadã Bulla Eugenij iiij. quæ habetur b. ffo. 37. conce. 578. sũt in summa. Pro matutinis, & vtrisq, Vesperis diei Festi, & Missa, quadringenti dies. Pro reliquis horis, hoc est, pro qualibet ipsarũ, centũ sexaginta. Et in quibuslibet octauarũ diebus, pro singulis Matutinalium, Missarum, & Vesperorum, ducenti dies. Ac pro reliquis horis, octoginta dies. Item sequentibus Processiones, ac Missas deuote celebrantibus, tam in Festo, quam in octauarum diebus pro pace, ac tranquillitate Ecclesiæ; ac Sacramentum in Festo huiusmodi sumentibus, conceduntur ducenti dies Indulgentiæ. Et hoc vltra Indulgentias, supra positas, & concessas per Conc. Basileense. §. 1.

Collector.

Processiones.

Missas.

Communicare.

3 IVLIVS ij. concessit omnibus Christifidelibus, vere pœnitentibus, & confessis, in Regno Castellæ constitutis, qui imaginem B. Mariæ Virginis, & eius Filij (quam Moniales Ordinis sanctæ Conceptionis in scapulario, & homines in pectore deferre consueuerunt) detulerint, & nouies Salutationem Angelicam deuote recitauerint, similes, & prorsus easdem Indulgentias consequantur, quas consequerentur, & consequi possent, si decies Salutationem Angelicam, in honorem decem virtutum eiusdem B. Mariæ Virginis recitarent. b. ffo.89. concess.254. A

Particularis pro Regnis Castellæ.

Collector. Notandum est, quòd ad lucrandum præfatas Indulgentias, non oportet recipere ab aliquo insignia, nec illa deferre, sicut pro lucrandis Indulgentijs de decem Aue Maria; licet aliqui aliter opinentur. B

4 LEO x. concessit, quod viri deferentes Imaginem Conceptionis B. Virginis, & mulieres scapularium eiusdem Ordinis, cum prædicta imagine, easdem gratias obtineant, & consequantur, quas consequuntur, & consequi possunt deferentes chordam Fratrum Minorum, & corrigiam sancti Augustini. O. ffo.61. concess.188.

5 ¶ IDEM Leo concessit, intuitu Immaculatæ Conceptionis B. Virginis, nonnullas alias Indulgentias, & magnas valde. Sed quia istæ sunt pro Fratribus Min. & Monialibus, & alijs Religiosis, qui eorum Priuilegijs gaudent, & non pro sæcularibus; ideo non ponuntur hic. Habentur tamen supra, in dictione, Indulgentiæ plenariæ, quoad Fratres, §. 18. & 19. Vide supra in Verbo Conceptio Virginis fol.213. C

Ind. plen.

Indulgentia quædam, etiam pro Sæcularibus obtenta a quibusdam Fratribus Minoribus. Octauo.

1 CALLISTVS iij. concessit plenariam Indulgentiam pro Patribus, & Matribus omnium Fratrum Min. præsentium, & futurorum, etiam defunctorum, in Purgatorio existentibus. o. ffo. 65. concessione 90. Et ffo.101. concess.399.

Pro parentibus Fratrum.

Collector. Notandum est, quod post Cócessionem suprascriptam, posita, sunt ibidem immediate sequentia verba. Et sic quilibet Pater, & Mater Fratris Min. potest in articulo mortis eligere Confessorem idoneum, qui eum absoluat plenarie a culpa, & pęna de omnibus peccatis suis. Hæc ibi ad litteram. Circa quæ quidem oportet aduertere, quod, vt patet ex tenore ipsorum, non fuerunt, nec sunt verba de corpore Concessionis, sed potius bene intuenti apparebit, quod sint addita velut glossa declaratiua ab aliquo Fratre modicum sciente. Si enim prædicta clausula esset de corpore Concessionis, nó diceretur in principio eius. Et sic &c. sed vt sic &c. possit &c. Quod autem, qui præfatam clausulam addidit, fuerit indoctus, patet ex hoc, quia pro eodem sumpsit Indulgentiam plenariam, & absolutionem plenariam a pęna, & culpa, quæ tamen sunt valde diuersa. Nam Indulgentia plenaria, secundum Doctores, solummodo refertur ad pœnam, & non ad culpam. Est enim Indulgentia, quædam remissio pęnæ debitæ pro peccato post contritionem habitam de ipso: vt colligitur extra de pęn. & remis.c. Quod autem. Vel Indulgentia est pęnæ relaxatio, quam quis iuste pro culpis proprijs facere debuisset, de thesauro Ecclesiæ ad diuinam iustitiam persoluendam sumpta. Potest tamen saluari supradictum dicendo, quod cum in articulo mortis non sit casus aliquis reseruatus, iure communi potest ab omnibus casibus, & censuris absolui a suo Confessore, a quo etiam per præfatum Priuilegium poterit sibi concedi Indulgentia plenaria. Et sic absoluetur a culpa, & pęna. D E

Nota.

SIX-

A SIXTVS iiij. vniuersis, & singulis Christifidelibus dicentibus qualibet
die ad honorem Dei, & Beatissimæ Virginis Mariæ toties Angelicam Salu- 2. *Pro recitantibus psalterium, seu Rosarium B. Virginis*
tationem, quot sunt ps. in psalterio Dauidico; videlicet, centies, & quinqua-
gesies, præponendo Orationem Dominicam singulis decem Salutationibus
Angelicis, concessit, pro qualibet vice, qua, sicut dictum est, orauerint, pro
qualibet quinquagena prædictarum, quinque annos, & totidem quadragenas
Indulgentiæ. B. ffo. 135. concess. 299.

Suprascripta Indulgentia Psalterij B. Virginis, est eademmet, quam Fratres *Collector.*
Ordinis Prædicatorum publicant, & de qua faciunt Confraternitatem sub no-
mine Rosarij eiusdem B. Virginis. Attamen, vt patet ex litteris Sixti, non fuit *Nota.*
B concessa ad instantiam huiusmodi Fratrum, sed Ducis, & Ducissæ Britaniæ, qui
impetrauerunt hanc Indulgentiam pro omnibus fidelibus. Nec oportet ad lu-
crandum præfatam Indulgentiam, vt recipiatur quis in Confraternitate supra
nominata Rosarij, prout aliqui opinantur. Credibile est tamen, quod postea
Fratres Prædicatores obtinuerint ampliores remissiones super hoc, ac etiam
auctoritatem ad instituendum Confraternitatem.

INNOCENTIVS viij. concessit, quod Procuratores Fratrum Minorũ, 3
eorumque substituti, liberi, parentes, fratres, sorores, & vxores eorum pos- *Pro Syndicis Fratrũ.*
sint prometeri Indulgentias Stationum, & alias, Fratribus concessas, dicendo
in Ecclesijs prædictorum Fratrum quinque Pater noster, & totidem Aue Ma-
ria, pro felici statu Romanæ Ecclesiæ. o. fo. 65. & ffo. 70. concessione 172. &
C ffo. 99. concess. 367.

ALEXANDER vj. concessit dicentibus Coronam Virginis, cum ge- 4
nuflexionibus consuetis, illas Indulgentias, quas habent dicentes ora-
tiones Pietatis, cum oratione Dominica, & Salue Regina. o. ffo. 97. con-
cess. 372.

LEO x. ad instantiam cuiusdam Fratris Minoris innouauit Indulgentiam
versuum, qui dici solent coram imagine Pietatis. Quam Indulgentiam, 5 *De versibus S. Gregorij.*
populorum fides tenet, a sancto Gregorio fuisse concessam. Et casu, quo nõ es-
set, illam de nouo concessit. Addidit etiam sequentem versum.

O Domine Iesu Christe, adoro te ad iudicium progredientem, iustos ad Pa-
radisum vocantem, peccatoresque damnantem, deprecor te, vt tua Passio libe-
D ret nos ab illis pœnis. Amen. o. ffo. 91. concess. 264.

Aduerte, quod in hac Concessione non fuit expressum quanta sit huiusmo- *Collector.*
di Indulgentia; nec additum est aliquid a præfato Leone, prout aliqui falso
publicant, & asserunt; sed solum concessit de nouo quidquid erat concessum,
sine vlteriori explicatione. Et ego, qui hæc collegi, scio ita esse, quia vidi, &
legi Concessionem prædictam in Registro, quod habetur Romæ in sacro Con-
uentu de Araceli.

¶ IDEM Leo ad instantiam cuiusdam Fratris Min. concessit, quod om- 6
nes tam Fratres, quam sæculares dicentes xv. Pater noster, cum totidem Aue *Pro existentibus in peccato mortali.*
Maria, pro existentibus in peccato mortali, in qualibet vice, consequantur re-
missionem tertiæ partis suorum peccatorum, quia hoc est opus maximæ cha-
ritatis. o. ffo. 94. concess. 300.

¶ IDEM Leo concessit, quod dicendo semel in die quinquies Pater no- 7
ster, & Aue Maria in honorem, seu memoriam quinque plagarum Christi, & *De quinque plagis Christi.*
quinque præcipuorum dolorum Virginis Mariæ, consequantur Indulgẽtiam
decem millium dierum, & totidem annorum. b. ffo. 89. concess. 258.

¶ ITEM dicentibus duodecim Aue Maria, præmittendo vnum Pater no- 8
ster, in honorem duodecim excellentiarum Virginis Mariæ, datæ sunt Indul-
gentiæ duodecim mille dierum.

9 De horis canonicis. ¶ ITEM dicentibus vnam Aue Maria, quando audiunt pulsum ad horas canonicas, qui fit septies in die, dantur septem millia dierum Indulgentiæ. A

10 De horis diei. ¶ ITEM dicentibus, pro qualibet hora diei naturalis, vnam Aue Maria, dantur mille dies Indulgentiæ. Et sunt in summa pro omnibus viginti quattuor horis diei, & noctis, viginti quattuor millia dierum Indulgentiæ.

11 Confirmatio omnium Indulgentiarum. CLEMENS vij. confirmauit omnes Indulgentias, & remissiones peccatorum contentas, & annotatas in libris Priuilegiorum Fratrũ Minorum, illasq; etiã de nouo concessit. o. ¶ Hoc est intelligendum de contentis in libris impressis, vsque ad datam Concessionis, quæ fuit Anno Domini 1527.

Collector. *Sequuntur nonnulla notabilia circa præfatam Indulgentiarum materiam, & quorundam dubiorum decisiones, scitu dignissima, ex dictis Sacrorum Doctorum in 4. sent. dist. 20. & Cardinali de Turre cremata in cap. Mensuram, de pœnitentiis, & remiss. dist. prima. & Abulen. super 10. cap. Matthæi, ac Felinum in sermone, Hodie mecum eris in Paradiso, & Caietanum, ac Florentinum, aliosque Summistas, collecta.* B

Primum notabile. De excellentia, et valore Indulgentiarum. PRIMVM notabile est de excellentia, & valore Indulgentiarum. Circa quod Caietanus in Tractatu Indulgentiarum, q. 12. quærit. Vtrum dare operam ad acquirendas Indulgentias sit imperfectionis? Et post argumenta, subdit. Ad huius euidentiam sciendum, ꝙ Indulgentiarum fructus proprius est satisfacere diuinæ iustitiæ, quoad pœnam temporalem propriis peccatis debitam, ex pœnis Christi, & Sanctorum, secundum traditionem Ecclesiæ Romanæ, vt patet in Extrauaganti Clementis vj. & multorum Romanorũ Pontificũ Apostolicis litteris. Hac suppositione facta, consequenter dicendum est, quod cum actus iste, qui est satisfacere per alium, non sit ex suo genere malus (nullã enim deordinationẽ importat, nec habet imperfectionẽ moralem annexam, qm̃ cum feruenti charitate, & promptissima voluntate per seipsum satisfaciendi stat; ꝙ tali modo. s. per Sanctorum pœnas velit satisfacere, & nihilominus operibus sanctissimis, tãto magis intendere, quanto liberior a debita pœna, & gratior esse debet, propter hoc cumulatum beneficium) sed est actus de genere bonorum moralium. Est. n. appetitu recto appetibilis, vtpote ablatiuus impedimentorum ad cœlestẽ patriam. Nam pœnæ peccatis debitæ impediunt ingressum ad æternã beatitudinẽ. Vnde tantum oportet animas in Purgatorio morari, donec exolutis pœnis oĩbus debitis pro suis peccatis, libere ab omni malo pœnæ, oĩum bonorum aggregatione perfectum statum assequatur. ¶ Nec solum est moraliter bonus, sed et meritorius si fructuosus est, qm̃ non nisi existẽtibus in charitate Indulgentię prosunt; vt ipsa Concessionis forma monstrat, dicẽdo, vere pœnitentibus. Oẽs aũt actus humanos ex charitate procedentes, meritorios esse constat. ¶ Nec solum est meritorius æternæ vitæ, sed cõsonus et perfectis viris, qm̃ continue suspirantibus ad cœlestẽ patriã, & cupientibus dissolui, & esse cũ Christo, consonant oĩa recta acceleratiua cœlestis ingressus. Constat aũt exsolutionem pœnarũ debitarum pro peccatis, acceleratiuã esse cœlestis itineris, qm̃ impedimenta ingressus ad felicitatem tollit. Omni igitur ex parte apparet, ꝙ dare operã Indulgentiis, est actus cõis perfectis, & imperfectis in charitate constitutis, si pœnis adhuc pro peccatis suis obnoxii sunt. ¶ Et confirmatur, quia oĩbus, quantumcumq; perfectis, cõuenit dicere quotidie, Dimitte nobis debita nostra. In quorũ numero constat esse debitũ pœnæ pro peccatis. Quod aũt cõsonat petere, consonat & quærere. Consonat igitur et perfectis quærere debitũ pœnæ pro peccatis suis debitæ, exsolui per satisfactoria opera Christi, & Sanctorum. Et quia tam perfecti, quam imperfecti, tã sani, quam infir-

C D E

Nota.

A infirmi, tam morituri, quam diu victuri, In charitate constituti, rei possunt
esse alicuius pœnæ temporalis, pro satisfactione suorum actualium peccatorũ;
ideo nullus excipitur a fructu Indulgentiarum, qui voluerit earum particeps
fieri. Rariq; videntur esse adeo satisfacientes per seipsos, qui non egeant In-
dulgentijs: Qui tñ tutius agunt, si per Indulgentias, ét a debitis, se absolui cu-
rant. Hæc Caietanus. ¶ Quo vero ad quantitaté satisfactionis præfatæ, est no-
tandum, ꝙ cum quis Indulgentiã plenariam promeretur, oĩs pęna pro peccatis
debita remittitur illi. Cum aũt Indulgentiam tertiæ, vel quartæ, seu alterius
partis consequitur, tantumdem de pœnis debitis remittitur, quantum sonat.
Et cũ certus numerus dierũ, vel annorum, Indulgentiæ conceditur, tm̃ remit-
titur, quantum remitteretur, si totidem diebus, vel annis in præsenti vita pę-
B nitentiã egisset. ¶ Et notandũ, ꝙ cũ conceditur Indulgentia tot dierũ, vel anno
rum, de iniunctis pęnitentijs, dicunt aliqui Doctores, præsertim Caietanus in
tract. Indulgentiarum. q. 2. ꝙ non remittitur, nisi quantum correspondet pęni-
tentię impositę per Confessorem. Ita, ꝙ si Confessor non imposuit aliquos an-
nos, vel dies pęnitentię, nihil operabitur illa Indulgentia, nisi in Cõcessione di
ceretur, etiã de non iniunctis, sed iniungẽdis, seu a quomodolibet debitis; quia
iniuncta pęnitentia, est principalis, & sola materia Indulgentiæ, secundum Sa-
cros Canones intellectæ. Verumtamẽ Flor. & Card. de Turre Cremata, & S. Th.
& multi alij dicunt intelligi debere etiam de non iniunctis. Ita, ꝙ huiusmodi
Indulgentia remittet tantumdem, quantũ debuisset imponi a Confessore, si ad
C tm̃ protenditur concessio. Vnde sequitur, ꝙ si alicui imponatur pęnitẽtia ieiu
nandi, vel aliquid aliud faciẽdi tot diebus, & ille lucretur Indulg. totidẽ die-
rum, nõ tenebitur ad faciendũ talẽ pęnitentiã, licet Confessor pęnitẽti ad hoc
licentiã non dedisset. Nihilominus tñ Doct. consulunt, vt pœnitentia imposita,
impleatur, quia hoc est tutius, præsertim cũ vix possit quis esse certus, ꝙ lucra
tus sit Indulgentiã. Quapropter, licet aliqui dicãt, ꝙ illi, cui Indulgẽtia plena
ria cõceditur, nõ est opus imponere aliquã pęnitentiã, bonũ est tñ, ꝙ imponat,
& adimpleatur, prout ijdẽ Doct. cõsulunt. ¶ Notandum ét, ꝙ qñ in Concessio-
ne Indulgentiæ dicitur, de peccatis, de quibus fuerit quis corde contritus, &
ore confessus, virtute huiusmodi Indulgentiæ nõ remittuntur peccata, de qui-
D bus nondũ contritus, nec cõfessus est; licet faceret reliqua oĩa pro cõsecutione
Indulgentiæ requisita. Sed solũ remitterentur illa, de quibus aliqñ contritus,
& confessus est. ¶ Item notandum, ꝙ qñ in Concessione Indulgentiæ dr̃, ꝙ ve- *Annotat.*
re pęnitentes, & confessi possint promereri talẽ remissionẽ peccatorũ, intelligi *Card. super*
tur ét de oblitis, & ignoratis, de quibus sufficit contritio generalis, cũ propo- *hoc vide*
sito confitendi qñ ad memoriam, seu notitiam venerint. Si tñ Concessio dicat, *sup. fo. 14.*
de quibus fuerit corde contritus, & ore cõfessus, non se extendet ad ignorata,
& oblita, secundum cõem opinionẽ. Attamen Florẽtinus, & Card. de Turre cre
mata tenent, ꝙ si pęnitens fecit debitam diligentiã ad cognoscẽdum, & memo-
randum sua peccata, talis est vere contritus, & confessus ét de ignoratis, & ob-
E litis, propter gñalem contritionem, & voluntatẽ cognoscendi, & confitendi,
quã de illis habuit, Ac per consequens oĩum illorum, sicut & aliorũ conseque-
tur remissionẽ. ¶ Similiter est notandũ, ꝙ si in Concessione Indulgentiæ dica-
tur, vt quis possit eligere Confessorẽ, qui ei concedat aliquã Indulgentiã, num-
quam illam consequetur, nisi præfato modo ei concedatur. Videtur tñ, quod
Confessor possit huiusmodi Indulgentiã concedere, absq; confessione Sacramẽ-
tali, præmissa tm̃ Confessione generali; dum tñ conteratur, & proponat confi-
teri tempore determinato ab Ecclesia. Et dicit Florentinus, ꝙ huiusmodi ca-
su, si desit persona Ecclesiastica ad concedendũ Indulgẽtiam præfatam, posset
illam tẽpore necessitatis cõced re persona secularis. De quo habetur simile in

excom-

excommunicato, qui in casu necessitatis absolui potest per sæcularem ab excommunicatione; quia istud non spectat necessario ad ordinem sacerdotalem, seu clericalem; sed solum ad iurisdictionem, qua potest etiam sæcularis vti. ¶ Notandum est etiam, quod si in Concessione Indulgentiæ dicitur absolute, quod qui visitauerit aliquem locum, & manus porrexerit adiutrices, consequatur talem Indulgentiam, debet intelligi sic; quod vnusquisque largiatur iuxta suam qualitatem, seu possibilitatem; scilicet, quod diues, ac potens visitet huiusmodi locum bene associatus, & conferat largam eleemosynam. Tamen sancti Bonauentura, & Thomas, ac Durandus tenent, quod licet sic non faciat, lucrabitur magis, quam faciendo aliud opus consimile, vbi non est Indulgentia cōcessa. Sed Hostiensis dicit, quod faciendo illud, quod iniungitur ad promerendam Indulgentiam: licet non secundum qualitatem suæ personæ, lucrabitur plene Indulgentiam concessam. Verumtamen quando determinatur quātitas, quæ debet dari ad lucrandum Indulgentiam, vt dicendo, quicumque dederit vnum denarium, &c. tunc ita bene lucrabitur Indulgentiam diues, ac potens largiendo vnum denarium dumtaxat, sicut pauperculus dando alium denarium. Ac similiter ita bene lucrabitur Indulgentiam existens Romæ, sicut qui a finibus terræ illuc perrexit. Tamen quoad præmium, amplius meretur, & lucratur qui in præfato casu magis laborauit, vel expendit. Et intantum est verum supradictum, quod si quis propter paupertatem, vel infirmitatem nequit facere illud, quod in Concessione Indulgentiæ imponitur, quamuis ex toto corde vellet facere, non lucrabitur huiusmodi indulgentiam; quia in hoc voluntas pro facto non reputatur, prout in alijs. Dicunt tamen S. Bonauentura, & Thomas, quod talis voluntas est magni meriti ad lucrandum præmium essentiale. ¶ Insuper notandum, quod quando in Concessione Indulgentiæ dicitur, quod datur, seu conceditur per modum suffragij, prout fit cum Indulgentia refertur ad defunctos, talis concessio, vel Indulgentia taliter concessa, est eiusdem valoris, sicut alia, quæ absolute conceditur quoad viuentes. Ita quod tantumdem valeant decem dies Indulgentiæ, vel anni concessi, per modū suffragij, pro aliquo defuncto, sicut valent totidem concessi pro aliquo viuente, quando absolute conceduntur. Nam tantum diminuitur vni de pœna debita, sicut alteri. Omissis enim erroribus iam reprobatis, qui circa hoc exorti sunt, hæc est veritas determinata; quod Papa potest communicare, vel distribuere thesaurum Ecclesiæ defunctis in Purgatorio existentibus, sicuti & viuentibus, aut tamquam subditis, vel tamquam amicis, absque aliqua differentia in valore, prout sæpe facit. Dicere autem oppositum, esset resistere Ecclesiæ, vt inquit Gabriel in Canone. Et idem dicit Confutatorium errorum.

Indulgentia per modum Suffragij.

¶ Item notandum, quod secundum sanctum Thomam, mediante voluntate, qua mouetur homo ad caussam, propter quam conceditur Indulgentia, se disponit amplius ad gratiam, quam cum exercitio aliorum actuum bonorum; & cum illa proficit plurimum ad vitandum peccata. ¶ Aduertendum tamen, ac notandum, quod non obstante dicto suprapositio immediate, dicit, idem sanctus Thomas, quod Religiosi existentes in suis Monasterijs, promerentur amplius, quam discurrendo, aut peregrinando ad lucrandum Indulgentias. ¶ Dicit etiam idem sanctus Thomas, quod licet alia bona opera prosint existenti in peccato mortali, vt Deus illuminare dignetur illum, vt e peccato exeat; sed Indulgentiæ non prosunt tali, quia iuxta intentionem concedentis, in illo locum non habent. Vnde pro tempore, quo quis manet in peccato, plus confert communicatio bonorum operum aliorum, quæ fit per litteras fraternitatis Prælatorum Ordinis, seu alias, quam prosint Indulgentiæ. ¶ Notandum est etiam, quod secundum Alexandrum de Ales, & sanctum Bonauenturam, Indulgentiæ sunt de

Nota.

Nota.

A sunt de nobilissimis, & efficacissimis suffragijs. Et addit Gabriel, quod non est certior modus ad liberandum animas a Purgatorio. Et Florentinus dicit, quod Indulgentiæ sunt valde vtiles peccatoribus. Idemque dicit sanctus Thomas vbi supra. ¶ Dicunt similiter Florentinus, ac Felinus, quod tenere pertinaciter, quod Indulgentiæ non valeant, aut quod Papa non possit concedere Indulgentiam Plenariam, est hæresis. ¶ Est insuper notandum, quod inter Indulgentiam Plenariam, & Iubilæũ nulla penitus est differentia, vbicumque concedatur; prout tenet Felinus vbi supra. Et vt ex tenore Bullarũ liquido patet. ¶ Igitur propter omnia supradicta, nullus omittere debet lucrari Indulgentias omnibus vijs, quibus poterit; præsertim, quia nemo potest scire in dubio quando, vel per quam viam lucrantur; cum, secundum Sacram scripturam, B nemo sciat, vtrum odio, vel amore dignus sit. Item quia semper contrahimus noua debita. Et quia dato casu, quod Indulgentiæ non essent opus ad satisfaciendum pro pœnis debitis, tamen multum conferunt pro acquirendo præmio essentiali. Et insuper, quia licet quis non possit applicare alijs Indulgentias sibi concessas, nisi ad hoc specialem concessionem habeat, prout Fratres Minores ad applicandum defunctis habent; tamen quilibet potest opus bonum, quod pro assequenda Indulgentia facit, alijs applicare. Sicut qui vadit Romam, aut Hierosolymam, potest meritum sui laboris cui maluerit applicare, & Indulgentias pro seipso lucrari.

C SECVNDVM notabile est de ijs, quæ concernunt auctoritatem, seu potestatem concedendi Indulgentias. Circa quod sciendum, quod Indulgentias possunt dare, non solum Papa, vt in præcedenti notabili dictum est, sed etiam Episcopus, ac eorum Superiores, & ipsorum Vices gerentes per commissionem, vel præscriptionem. Et sic Fratres prædicantes concedunt Indulgentias audientibus eorum sermones. Ac similiter Confessores, quando eis committitur per aliquam Bullam, vel alias. Aliter enim secundum aliquos Doctores, præsertim Abulensem super. 16. c. Matthæi, nequeunt Confessores aliquas Indulgentias concedere. Cuius tamen contrarium tenent Summa Angelica, & Rosella, & Doctores ab eis allegati; Quibus adhærendo videtur, quod semper Sacerdos in fine absolutionis dicat. Et concedo tibi omnes Indul- *Secundum notabile.*
D gentias, quas concedere possum, inquantum auctoritas mea se extendere potest. ¶ Cardinales vero si non sunt Episcopi, non possunt, secundum iura, concedere aliquas Indulgentias. Nihilominus tamen eas concedunt, aut ex consuetudine, vel ex particulari Priuilegio. Et quod ad Episcopos pertineat concessio Indulgentiarum; habetur in c. Accedentibus, de excessibus Prælatorum. ¶ Est autem circa supradicta notandum, quod aliquando Prælati habentes auctoritatem concedendi Indulgentias, præsertim Papa, concedunt aliquas Indulgentias per semetipsos, vt dicendo. Qui talem Ecclesiam visitauerit, aut toties dixerit Pater noster, vel Aue Maria, &c. lucretur tot dies In-
E dulgentiæ. Et tunc ad lucrandum tales Indulgentias, non est opus, quod Confessor aliquid faciat. Sed si est in statu gratiæ, vel conteritur de peccatis, cum proposito confitendi illa, tempore ab Ecclesia determinato, facitq; iniunctum pro consecutione Indulgentiæ, lucratur illam. Sic tenet Abbas in. c. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. Et Doctores in Clementina prima, de reli. & vene. san. Aliquando vero Prælati non concedunt Indulgentias per seipsos, sed committunt alijs, vt concedere possint. Sicut concessum est, quod prædicantes Fratres possint suis auditoribus certos dies, & annos Indulgentiæ concedere. Et tunc, nisi Prædicator faciat concessionem, nullam Indulgentiam lucrantur audientes. Et similiter [illegible]ndo Confessoribus electis per Bullas, vel Confessionalia datur facultas co[illegible]dendi Indulgentiam talem, vel talem sibi *Nota.*

confiten-

confitentibus; nisi Confessores faciant huiusmodi concessionem, pœnitens non consequitur Indulgentiam. Et idem iudicium, est de commutatione Votorum, alijsque dispensationibus, quæ in Bullis, Confessoribus committuntur. In quo multi non aduertunt, propter quod non gaudent ijs, quibus gaudere possent, & falluntur credendo se lucratos esse quod nequaquam lucrati sunt. A
¶ Notandum est etiam, quod Indulgentiæ, quæ ab Inferioribus a Papa conceduntur, solum habent locum, & valent quoad subditos ipsorum; & quoad religiosos etiam exemptos, qui in Diœcesi, seu Metropoli concedentis habitant, prout tenet Cardinalis de Turre cremata vbi supra. Sed si Episcopus quando concedit aliquam Indulgentiam diceret, quod illam concedit, pro quibuscumque venientibus ad suam Diœcesim, poterunt Forenses alterius Diœcesis, absque alia licentia, talem Indulgentiam lucrari. Potest enim Episcopus communicare bona suæ Diœcesis quibus maluerit, sicut Prælati religionum communicant aliquibus deuotis bona spiritualia suorum subditorum. Verumtamen huiusmodi communicationes, seu concessiones, non sunt Indulgentiæ proprie, nec dantur de thesauro Ecclesiæ. Possunt nihilominus Episcopi concedere vnū annum Indulgentiæ, in dedicatione Ecclesiæ, ac pro alijs caussis, quadraginta dies dumtaxat. Archiepiscopi vero possunt dare præfatas Indulgentias, in tota sua Metropoli. ¶ Item est notandum, quod ad concedendum Indulgentias, non est aliqua forma necessario requisita. Et ideo quibuscumque verbis vtatur Prælatus, seu Confessor, quæ significent huiusmodi concessionem, cum debita intentione, sufficit. Vnde inquit Florentinus, quod nesciendo formam consuetam, sufficeret dicere. Concedo tibi illam Indulgentiam, quæ in tuo Indulto continetur. ¶ Notandum est similiter secundum sanctum Thomam in. 4. distin. 45. quod licet Papa habeat supremam potestatem, non potest tamen solo verbo liberare animas de pœnis Purgatorij. Potest tamen secundum Alexandrum de Ales, & Petrum de Palude concedere Indulgentiam Plenariam, constituto in articulo mortis. Quam si pie credat, consequetur illam; quæ, vt Cardinalis de Turre cremata declarat, in hoc est sufficiens caussa. ¶ Item licet S. Bonauentura teneat, quod Papa non potest expoliare Purgatorium; tamen dicit Gabriel, quod si Papa daret Indulgentiam Plenariam pro defunctis, prout solet fieri, tot Bullæ possent accipi pro animabus, quod expoliaretur Purgatorium. Præsupposita tamen iusta caussa, vt si pro recuperanda Terra sancta, daretur aliqua quantitas pecuniæ, seu pro alijs caussis iustis ad vtilitatem Ecclesiæ. ¶ Tandem circa caussam Indulgentiarum quærunt Doctores, an necessario requiratur caussa rationabilis, vt Indulgentia sit valida? Quam quæstionem dilucidius tractat Caietanus, in tractatu Indulgentia. q. 9. & respondendo, ad illam, dicit, quod secundum communem doctrinam, vnum requisitorū necessario ad efficaciam Indulgentiæ, est caussa rationabilis. Quod etiam manifestatur ex eo, quod si daretur Indulgentia ob caussam profanam (puta pro eundo ad theatrum) constat, quod Indulgentia esset nulla. Idem patet ex alio, scilicet, quod Indulgentiæ non sunt de genere validorum, ex solo imperio Papæ; quia Papa non potest dare Indulgentias, hac sola ratione, quia vult. Et si pro solo libito daret, Indulgentia non esset valida, secundum communem doctrinam. Hoc idem probatur ex hoc, quod communia Ecclesiæ bona temporalia, non potest Papa donare donatione valida, ex hoc solo quia vult. Non minus autem pretiosa, & chara sunt bona communia spiritualia, quam temporalia Ecclesiæ. Ac propterea, si illorum donatio, ex solo imperio est inualida, multo magis inualida erit horum effusio ex solo imperio. ¶ Si autem quis opponat sententiam illam communem, scilicet, quod Indulgentiæ indiscretæ sunt validæ, respondet præfatus Caietanus quod sententia illa verificatur, de

Margin: B (beside "absque alia licentia"); C (beside "vtatur Prælatus"); D (beside "Purgatorium"); Quæstio. Responsio. (beside "sario requiratur ... nem dilucidius"); E (beside "Papæ; quia Papa")

indi-

A indiscretis, quoad euentum, non auté de indiscretis quoad caussam. Sunt enim Indulgentiæ indiscretæ, ratione euentus, qñ Indulgentiæ alias bene concessæ, pariunt, propter earũ multitudinem, quasi contemptum, aut ipsarum, aut satisfactionum pęnitẽtialium. Et tales sunt validæ. Sed si sunt indiscretę, quia carent rationabili caussa, aut omnino, aut quoad tantam quantitaté sunt inualidæ. Hæc Caietanus. ¶ Vnde ét Gerson in tract. de Absolut. Sacramentalis Confessionis, dicit. Cum potestas concedendi Indulgentias, non sit nisi quædã potestas dispẽsationis, quæ dét esse rationabilis, & ad ædificationẽ, ideo si détur sine caussa rationabili pro solo intuitu fauoris humani, vel alio tali modo, nõ

B oportet, quod hmõi Indulgẽtiæ valeant quantũ sonant. Propterea fatuæ, & superstitiosæ sunt quædã intitulationes 20. millium annorum, qui dixerit quinquies Pater noster, ante talẽ imaginẽ, &c. Et esset per Prælatos prouidendũ, qa cedit in contemptũ, & derisionẽ Indulg. nec continent veritatẽ. ¶ Item idem in Tractatu, de Indulg. consideratione. 9. dicit. Concessio rationabilis Indulgẽtiarum, tria supponit. In concedente auctoritatẽ. In suscipiente idoneitatẽ, puta q͂ sit Confessus, & contritus, cũ conditionis impletione, quã Indulgentiæ habent. Et tertio caussam concessionis legitimã, claue. s. non errante, neq; Christo reprobante. Vbi non certa, & euidens notitia requiritur, sed æstimatio bonæ fidei, & probabilis coniectura, quemadmodũ in distributione thesauri materialis de fisco regio, &c. distributor attenderet. Hæc Gerson. ¶ Et Hadrianus Pa- *Nota.*

C pa vj. super. 4. sen. in tract. de clauibus q. de Indulgẽtijs, concl. 2. dicit. Non sufficit in concedente auctoritas, & voluntas cõcedendi, sed prærequiritur subexistentia caussæ rõnabilis, & sufficientis. Quia sicut non sufficit ad relaxationem obligationum, q͂ sitarũ ex iuramento, vel voto; ita nec in relaxationibus obligationum contractarũ ex delicto. In commutatione. n. voti, vel iuramẽti, oportet Prælatũ attendere, qd melius sit, & Deo magis acceptũ, & secundum hoc dispẽsare, vt in. c. primo, de voto, & voti redemptione. Et glo. in eodẽ. c. Non est. Quã sequuntur oẽs Doctores, in verbo, Adimplere, dicit. Si iusta subest. Supra eodem. c. primo. Alias non est securus apud Deum, cũ quo Papa dispensat, licet exceptionẽ habeat quoad Ecclesiam. Vnde in votis, & iuramentis, non est excepta

D voluntas Papæ, sed eius auctoritas. Quod probat Thom. 2. 2. q. 66. art vlt. Ad secundum. Quia potestas, ei concessa est in ædificationem, & non in destructionem, secunda ad Corinth. 10. c. Concludítque, quod licet in dubio cum fuerit caussa apparens, & saltem in dubium verteretur, possit stari iudicio Prælati dispensantis, vel commutãtis, in manifestis tñ non excusaret. Confirmatur, quia Prælatus, aut Papa non est Dominus thesauri, sed dispensator. Sed qui scienter capit a dispensatore, sine rationabili caussa, tenetur restituere in foro animæ. Ergo in proposito, quia solũ agitur de foro Dei, nihil fit ¶ Præterea, idẽ videtur remittere pęnã vltra caussæ sufficientiã, & remittere absq; caussa, quia quãtum ad idem, excedit sine caussa, & sine ratione. Sed sine caussa non potest Papa, ex sola gratia, & proprio arbitrio remittere, vt supra probatũ est; ergo nec

E sine rationabili, & sufficienti caussa. Hæc Hadrianus. ¶ Ex prędictis apparet, nõ esse verisimile, quod pręfatus Hadrianus tot, & tantas Indulgentias Plenarias, & liberationes animarum a Purgatorio, pro leuibus caussis, prout cõiter asseritur, concesserit. Nec enim est credibile, quod tantus vir, doctrina pariter, & vita pollens, suprascriptum debita deliberatione asseruerit, & oppositum, Pontifex factus, fecerit, vt sibi imponere aliqui non verentur. Ceterum cum de huiusmodi concessionibus, litteræ authenticæ eiusdem Hadriani non ostẽdantur, eadem facilitate debent contemni, qua probantur. Hæc tñ dico, non vt a deuotione Indulgentiarum aliquem retraham; cum potius, vt ad ipsas alliciam, in colligendis, ordinandis, & imprimendis multum insudauerim; scilicet, ne *Nota.*

dubia

dubia (ne dicam falsa) pro veris admittantur, ac ne ob huiusmodi, alia opera satisfactoria iustitię diuinæ omittatur, sicut plures omittere intellexi. ¶ Quærit ét præfatus Caietanus in dicto tract. q. 10. an ex hoc ipso, quod in Bulla exprimitur aliquid, pro caussa Indulgentiæ, sit rationabilis caussa tātæ Indulgētiæ? Et rñdet dicendo, quod caussa expressa in Bulla, nisi manifestus sit error, est rationabilis, loquendo de rationabili præsumpto. Nam sicut sententia a iudice lata, nisi errorē contineat manifestum, præsumitur iusta; ita etiam caussa a Principe expressa in dispensationibus, præsumitur rōnabilis; nisi, vt dictū est, error sit manifestus. Sed caussam Indulg. tantæ expressam in Bulla, nō oportet esse rationabilē in veritate, quia Papa pōt in istis errare, cū non sit hæc sententia iudicialis, in his quæ sunt fidei. Et quia nō solum pōt Papa errare in huiusmodi, sed ét facile pōt errare, sicut, & in alijs similibus actibus. Hæc Caietā. Dicit tñ circa hoc S. Thomas, quod nō est necesse, vt sit proportio æqualitatis inter caussam Indulgentiæ, & ipsam Indulgentiam. Nam pro quacumq; caussa, quæ sit ad honorem Dei, aut bonum Christianitatis, aut etiam, vt pro huiusmodi fiat oratio, possunt concedi Indulgentiæ. Sed Hadrianus vbi supra, respondendo ad 3. argum. dicit, quod licet non requiratur adæquatio caussæ ad remissionem pœnæ, requiritur tamē sufficientia caussæ, sicut in relaxationibus aliarum obligationum quæsitarum Deo, vt, videlicet, pręsumi possit, Deum ex tali caussa sinere fieri, vel velle tanti reatus dimissionem; vt in dispensationibus super voto, & iuramento, absq; commutatione. Et cum dicitur. Et illa caussa, videtur B. Thomas dixisse, in arbitrio Superioris esse taxare &c. Dico quod hoc procederet, cum est inordinatio, non ex defectu caussæ pro qua Indulgentiæ conceduntur, vel insufficientia eiusdem; sed ex circumstantijs extrinsecis, vnde non expedit hominibus, vt passim eis Indulgentiæ concedantur, &c. Et quod hæc fuerit mens B. Thomæ, probat diffuse idem Hadrianus. ¶ Et S. Bonauentura in 4. dist. 20. q. vlt. ait. Indulgentiæ tantum valent, quantum promittunt, non tamen æqualiter omnibus, sed secundum existimationem eius, quam habuit, vel habere debuit, qui Indulgentias dedit. Et subdit inferius. Nec hoc debet aliquem ab Indulgentijs retrahere, quia semper plus valent, si homo sit in charitate, quam valeat obsequium, vel aliud pro quo Indulgentia conceditur. Hæc sanctus Bonauentura.

Quæstio. *Responsio.*

TERTIVM notabile est de his, quæ in particulari concernunt Indulgētias Plenarias, pro articulo mortis concessas. Et circa hoc solet communiter quæri, an omnes, qui habent Concessionem Indulgentiæ Plenariæ pro articulo mortis, & tunc præmissa contritione, & Confessione conceditur eis huiusmodi Indulgentia, vadant infallibiliter, ac directe ad Paradisum sine transitu per Purgatorium? ¶ Ad hoc respondet Augustinus de Ancona, prout referunt Florentinus, & Rosella, ꝙ aliqua quattuor causarum pōt impedire talē, ne statim directe euolet in Paradisum. ¶ Primo si Indulgentia, licet nominetur Plenaria, restringatur dicendo, de pęnitentia iniuncta; quia tunc solū erit Plenaria de illo, quod sibi impositum est in pęnitentiam, & non amplius. Vnde si nihil fuit sibi impositum in pœnitentiā, in nullo habebit locum talis Indulgentia Plenaria; sequendo opinionem Caietani suprapositam in primo notabili. ¶ Secunda caussa, si non confessus est aliquod peccatum ex obliuione, aut ignorantia, quando in concessione Indulgentiæ est appositum, omnium peccatorū, de quibus fuerit corde contritus, & ore confessus, quod non haberet locum in alijs de quibus non fuit contritus, nec confessus. ¶ Tertia caussa est, si post Cōcessionem Indulgentiæ factam, commisit aliquod peccatum; nam quoad illud, non pōt habere locum Indulgentia huiusmodi, quia iam prǽterijt eius virtus. ¶ Quarta caussa est, qñ peccator est ita fixus in aliquo peccato veniali, quod

Tertium notabile. *Quæstio.* *Responsio.*

nullam

A nullam displicentiam habet de illo; quia talis in alio sæculo dicitur purgari:
Nam manente culpa, non potest tolli pęna. Attamen aliqui Doctores non ad-
mittunt primam, nec secundam caussam. s. Florentinus; & Card. de Turre cre-
mata; immo dicunt, quod si pęnitens fecit diligentiã debitã ad memorandũ sua
peccata, & in aliquibus non potuit recordari, ꝙ ẽt in illis habebit locum In-
dulgentia plenaria. Et quo ad alterũ de iniunctis pœnitentijs, dicunt debere in-
telligi ẽt de illis, quæ iniungi debuissent. Sed plures Doctores dicunt, & tenent
oppositum. ¶ Quoad tertiam caussam, oẽs concordant, & dicunt, ꝙ non debet
concedi Indulgentia plenaria infirmo; nisi qñ iam vult exhalare spiritum; ita,
ꝙ non sit in dispositione amplius peccandi, sed ꝙ bene contritus, & confessus
B lucretur per alias vias, oẽs Indulgentias alias, quas potuerit quousque veniat
ad articulum mortis. Vtpote si est Frater Minor, dicendo coronas Domini no-
stri, & Dominæ nostræ, ac faciendo se absolui, cum aliqua quattuor absolutio-
num indeterminatarũ, quibus vti possunt Fratres, & Moniales Mendicãtes quã-
documq; voluerint, tñ Indulgentiam concessam pro articulo mortis, reseruent
vsq; ad vltimum punctum, vel prope, vt supra dictum est. Et propter hãc caus-
sam videtur præcipi in Ordinario Romano, ꝙ tempore extremæ vnctionis ab-
soluatur infirmus. i. concedatur sibi Indulgentia plenaria, sicut suprà in notabi-
libus absolutionum dictum est. ¶ Et est sciendũ, ꝙ Concessio Fratrum Minorũ,
quã ad hoc habent ab Eugenio iiij. non dicit de iniunctis pęnitẽtijs, nec de qui-
C bus fuerint corde contriti, &c. sed absolute dicit de oĩbus, & ideo est singula-
ris, præsertim, quia additur in ea, ꝙ si morientes non potuerint eligere Cõfes-
sores, aut obliti fuerint, consequantur ẽt illam Indulgentiam. Vnde tunc Papa
per seipsum illam concedit, vt patet o. fo. 61. & ffo. 64. concess. 77. Et idem Eu-
genius iiij. per aliã Concessionem, qua non possunt vti, nisi illi Fratres, qui sin-
gulis septimanis vnius anni dixerint semel ps. penitentiales, addidit duo circa
prædicta. Vnum, ꝙ. s. habeat locum in oĩbus, de quibus corde contritus, & ore
confessus fuerit quis in genere, vel in specie, ac ẽt in oblitis. Et per hoc remo-
uetur opinio cõtraria suprà posita. Alterum, qđ additur est, ꝙ si infirmus super-
uixerit, cui concessa fuerit Indulgentia plenaria, reseruetur sibi pro vero arti-
culo mortis. Et sic vtendo ista Concessione, nõ est opus, vt Confessor dicat post
D Concessionem Indulgentiæ, ꝙ si de illa infirmitate non obierit, reseruetur sibi
pro vero articulo mortis, quia Papa hoc fecit in hac Concessione. Et notandũ,
ꝙ hęc duo supradicta in nulla alia Cõcessione habemus, & sunt magni effectus.
Et ideo quilibet benemerito, pro his, deberet assumere laborẽ dicendi ps. peni-
tentiales, sicut supradictũ est, ac prout habetur. o. fo. 62. & ffo. 65. conc. 86. Nam
pro indubitabili habetur apud oẽs, aliquid scientes, ꝙ si Papa in Concessione
Indulgentiæ huiusmodi non dicit, ꝙ reseruetur pro vero articulo mortis; sed
absolute, ꝙ concedit Indulgentiam plenariã pro articulo mortis, intelligitur
de articulo mortis præsumpto. s. quãdo credendo ꝙ infirmus moreretur, datur
sibi a Confessore, & tunc sortitur effectũ suum, & finitur eius virtus. Dicunt
E tñ aliqui, ꝙ ad hoc, vt in articulo mortis ꝑsumpto non sortiatur effectum, nec
finiatur sua virtus, sed maneat pro vero articulo mortis, remediũ est, ꝙ Cõfes-
sor dicat post Concessionem huiusmodi Indulgentiæ. Et si de hac infirmitate,
vel hac vice non obieris, reseruetur tibi pro vero articulo mortis. Et ita poni-
tur cõiter in Formularijs absolutionum. Sed ego numquam reperi aliquem Do-
ctorem dicentem sic posse fieri præfatam reseruationem a Confessore, quando
Papa non facit. Et tunc non est opus, ꝙ Confessor illam faciat. ¶ Item circa su- *Quæstio.*
pradictam materiam Indulgentiarum solet quæri; si aliquis habet plures Bul-
las, & Confessionalia, vbi cõceditur Indulgentia plenaria pro articulo mortis,
an prosint amplius plures, quam v· ? ¶ Ad hoc respondetur, ꝙ præsupposito, *Responsio.*
quod

quod clausulę sunt æquales,& quod omnes reseruauit Papa pro vero articulo A mortis,non prosunt magis plures, quam vna. Ratio huius est, quia cũ non sit, nisi vnicus verus articulus mortis,& plenaria totũ comprehendat, non operantur plures magis, quam vna ipsarum. Nam virtute vnius plenariæ remittitur pœna tota. Sed si Papa non reseruaret pro vero articulo mortis, possint esse plures articuli mortis præsumpti in pluribus infirmitatibus,tunc vna præfatarum Bullarũ posset proficere pro vno articulo mortis præsumpto, & altera pro alio,& qualibet vice,qua credebatur infirmus moriturus, consequetur vnam Indulgentiarum sibi concessarum. Et illa amplius nõ deseruiet:immo tamquã annihilata,potest rumpi Bulla, in qua continebatur illa Concessio; aut signari tanquam suum sortita effectum. Et ad hunc effectũ non debet dicere Confessor, B quando Indulgentiam concedit in articulo mortis præsumpto, quod sit reseruata pro vero articulo,si tunc superuixerit;sed solũ deberet sic dicere, qñ non remaneret infirmo altera Bulla continens huiusmodi Indulgentiam. Tunc enim tenendo,quod sit valida reseruatio facta per Confessorem, debet illã facere,vel aduertere si infirmus habeat aliquam Indulgentiam, quam Papa reseruet pro vero articulo mortis.Et si habet,dimittat eã,seu reseruet,& distribuat alias,quãdo acciderint articuli mortis præsumpti.Vnde Fratres Minores,quibus per multos Summos Pontifices sunt concessæ plures Indulgentiæ plenariæ pro articulo mortis, quarum nulla reseruatur pro vero articulo mortis, nisi illa Eugenij, pro qua consequenda oportet dicere psalmos pœnitentiales, vt C superius dictum est; poterunt in qualibet infirmitate mortali gaudere vna illarum Indulgentiarum.

Quæstio. ¶ Sed hic occurrit dubium, quid sit dicendum de Indulgentijs concessis prædictis Fratribus a pluribus Summis Pontificibus pro semel in vita;vtrum,scilicet,possint eis concedi toties,quoties a varijs Pontificibus sunt concessæ? Vt exempli gratia, si alicui Fratri concessa est semel Indulgentia virtute Bullæ datæ per Eugenium pro semel in vita,si poterit postea dari sibi altera Indulgentia virtute Concessionis Sixti, & sic de alijs? Dico,

Responsio. quod istud videtur habere pro, & contra,& indigeret declaratione; quia licet non sit dubium,quod ille,qui vsus est Concessione Eugenij statim,vt ille concessit; posset vti postea Concessione Sixti,& sic de alijs successiue superuenientibus; Sed tamen est dubium,vtrum,qui nunc intrauit Religionem, & inuenit D factas omnes illas Concessiones,possit gaudere singulis ipsarum successiue?

Vltimo, circa huiusmodi materiam, est aduertendum, & notandum, quod licet alicui in vero articulo mortis, aut post mortem sit concessa Indulgentia plenaria,non propterea debent omitti fieri pro eo suffragia,quæcumq; fieri potuerint,propter multa.Primo,quia possibile est,quod interuenerit aliquis defectus,propter quem non sit consecutus Indulgentiam. Secundo, quia licet sit iam in cœlo,consequitur tamen ex suffragijs pro se factis nouum gaudiũ accidentale,tam ratione honoris,qui in ijs Deo exhibetur,quam ratione vtilitatis spiritualis, quam lucrantur facientes, & animæ existentes in Purgatorio. Et E adhuc dicit Gabriel,quod magis vtile est animæ liberari per Missas,& alia suffragia, licet amplius detineatur in Purgatorio, quam per Indulgentias citius extrahi inde; quia quando non fiunt suffragia pro anima, perdit gaudium accidentale, quod de illis habuisset; quod incomparabiliter valet magis, quam prosit liberatio citius facta per viam Indulgentiarum. Sed vt vtrumque consequatur anima,oportet facere vnum,& alterum non omittere. Ac sic similiter pro huiusmodi animabus semper debeat assumi Bullæ liberationis, quando veniunt, & aliæ Indulgentiæ illis applicari;quia semper prosunt eis, vt dictum est. Et similiter prosunt viuis ad multa alia bona, dato casu, quod non indigerent Indulgentijs.

Quartum

A Qvartum notabile est de iis, quę oportet facere ad lucrandum Indulgentias, concessas visitantibus aliqua loca Fratrum, seu Ecclesias. Et quoad hoc, dico, ꝙ sufficit, & non requiritur aliud; nisi ꝙ existendo in statu gratiæ, qualibet vice excitetur deuotio visitantis, & dirigatur intentio sua ad glorificandũ Deum datorem tantorum beneficiorũ, exorando eum humiliter, vt dignetur facere participẽ Indulgentiarum, ibi concessarũ, & oret pro cõseruatione spirituali status Ecclesiæ, ac Summi Pontificis, cuius medio placuit diuinæ maiestati concedere Indulgentias. Et nõ oportet curare de numero dierum, vel annorum Indulgentiæ; quia Dominus, qui certissime nouit omnia, diminuet de numero pœnarum debitarum conformiter ad numerũ certum Indulgentiarum consecutarũ. *Quartum notabile.*

B ¶ Sed aduertere oportet, ꝙ seculares non lucrãtur omnes Indulgentias concessas pro visitatione nostrarũ Ecclesiarum, cum sola visitatione, & oratione supradicta; quia in Concessione multarum ex ipsis positum est, ꝙ porrigant manus adiutrices. Et quia in nostris Ecclesiis non potest recipi eleemosyna pecuniaria, concessum est per Iulium secundum, ꝙ huiusmodi eleemosyna possit fieri de pane, & aliis rebus necessariis victui, & vestitui Fratrum, vel reparationi suarum Domorum. Et ideo ad certius lucrandum omnes huiusmodi Indulgentias, oporteret facere aliquam eleemosynam in qualibet visitatione, vt deferendo panem, vel oua, & consimilia. *Pro secularibus.*

C Quoad Fratres vero, videtur quærendum, vtrum Indulgentias concessas visitantibus sua Monasteria, seu Ecclesias, possint ipsi Fratres, ibi habitantes, eas promereri? *Quæstio.* ¶ Ad hoc videtur respondere Felinus, in sermone, quem fecit de Indulgentijs, vbi ait sic. *Responsio.* Quid autem de Clericis commorantibus, vbi conceditur Indulgentia, & diuina officia celebrantibus? Respondet solus Nicolaus de Lyra in suis quolibetis, ꝙ si conceditur Indulgentia venientibus; & benefacientibus illi loco, & aliud nõ dicitur, nõ participant ipsi de Indulgentia, quia non videtur intentus dantis dirigi ad hoc, sed vt alliciat ad deuotionem illius loci, & subueniatur administrantibus, vt possint seruire Ecclesiæ. Hæc ille. Sed Leo 10. concessit Fratribus Minoribus, vt Indulgentias, quæ generaliter conceduntur porrigentibus manus adiutrices, possint etiam ipsi, si sint plenariæ, illas promereri dicendo quinquies Pater noster, & Aue Maria, pro felici D statu Papæ, & Ecclesiæ Romanæ, in locis vbi sunt concessæ, vel in Ecclesiis Monasteriorum suorum. Ex qua concessione videtur satisfactum supradictæ interrogationi, quoad Fratres Minores, non obstantibus iis, quę a Felino referuntur. Ad idem etiam facit Concessio Carthusiensium, supra posita in dictione, Indulgentiæ Stationum quoad Fratres. §. 17.

Qvinctum notabile est, de multis diuersitatibus personarum, que gaudere possunt Indulgentiis concessis Fratribus Minoribus, & aliis Medicantibus. *Quinctum notabile.* Circa quod est notandum. ¶ Primo, quod omnes Indulgentias concessas Fratribus, lucrantur omnes Moniales suorum Ordinum, seu quæ viuunt sub eorum obedientia, etiam si sint Tertii Ordinis. *Pro Monialibus.* Et idem de aliis Tertiariis B vtriusq; sexus, hoc excepto, si aliqua Concessio reperiretur, quæ diceret, quod *Pro Tertiariis.* illa non gauderent, nisi in communi viuentes, quia tali non gauderent illi, qui in propriis domibus viuunt; dum tamen huiusmodi Concessio esset facta post Innocentium octauum, quia factis vsque ad tempus illius, etiam si haberent prædictam restrictionem, omnes possunt vti; propterea quod idem Innocentius omnes Tertiarios æquiparauit, vt patet fo. 64. & ffo. 69. concessione. 146. Fũdatur autem supradicta communicatio, in Mari Magno cuiuslibet Ordinis Meudicantium, & in Bulla Aurea, etiam quoad Tertiarios, & in aliis Priuilegiis Fratrum, & Monialium. ¶ Secundo gaudent eisdem Priuilegiis, donati Fratrum, vt patet fo. 97. & ffo. 180. concessione 427. & ffo. 289. concessione 626.

Pro seruitoribus, & familiaribus Fratrum. ¶Tertio familiares, & seruitores Monasteriorum lucrantur omnes Indulgentias Vrbis Romæ, etiam Plenarias, dicendo in Ecclesijs Fratrum quinquies Pater noster, & totidem Aue Maria, sicut patet. fo. 63. & ffo. 67. concessione. 123. Et adhuc Leo 10. concessit supradictis expresse, Indulgentias, & gratias sanctæ Mariæ de Populo, vt habetur. ffo. 56. concessione. 157. Possunt etiam prædicti absolui semel in vita, & in mortis articulo, & consequi Indulgentiam Plenariam, vt patet. fo. 64. & ffo. 68. concessione. 131. Item per Priuilegia Minimorum est concessum, quod famuli domorum sui Ordinis, necnon & ceteri, eiusdem Ordinis habitum portantes, & in articulo mortis in dictis domibus sepulturam eligentes, omnibus, & singulis Priuilegijs, Ordini Minimorum huiusmodi, quomodolibet concessis gaudere libere, ac licite valeant. B. ffo. 8. concess. 22. Hæc videtur magna Concessio, sed qualiter debeat intelligi, & quomodo practicetur, oporteret inquirere a Fratribus præfati Ordinis. Item Seruitricibus Monialium est concessum, quod lucrentur Indulgentias in Ecclesia exteriori. o. fo. 63. & ffo. 67. concessione 124. Et similiter fuit eisdem concessum, quod possint lucrari prædictas Indulgentias in alijs Ecclesijs, vbi eas adesse contigerit, quando vadunt pro eleemosyna. o. fo. 64. & ffo. 68. concessione 139. Ex hoc videtur aliquibus posse inferri, quod simili modo seruitores Fratrum possunt, quando sunt extra Monasteria, lucrari Indulgentias. Et videtur ita esse, propter communicationem Priuilegiorum, &c. Supradictum de seruitoribus, & seruitricibus est indubitabile, quando seruiunt amore Dei, sed si seruiunt propter salarium, dubium videtur, an lucrentur aliquid in spiritualibus, cum velint sibi satisfieri in temporalibus. Aliqui dicunt, quod in omnibus habeat locum, & fundantur in hoc, quod Concessiones absolute dicunt, quod seruitores Fratrum, vel eorum familiares gaudeant, &c. non distinguendo de ijs, qui seruiunt pro salario, vel propter Deum. Et videtur, quod nec nos distinguere debeamus. Et hic intellectus est pius, & forte est verus. Et quia iam cœpimus hic loqui de seruitoribus Fratrum, dicamus omnia, quæ inueniuntur eis concessa, & sunt sequentia. Possunt Fratres, illis qui sibi seruiunt, ministrare Sacramenta, & Ecclesiasticam sepulturam, & admittere illos ad diuina, tempore interdicti, vt patet in Mari Magno. Et extendit hoc Leo X. dicens, q̃ non teneantur Fratres euitare laborantes in suis Domibus, etiã si eis soluatur salarium, pro tempore, quo laborauerint. Et Eugenius IIII. concessit eisdem, q̃ si recitauerint ps. pœnitentiales semel in qualibet Hebdomada per anni circulum, illi qui sciunt legere, & qui ne sciũt legere dixerint aliquas orationes assignatas per suos Confessores, possunt Prælati Ordinis, aut Confessores per eos deputati, illos absoluere toties, quoties, ab omnibus casibus reseruatis Episcopis, seu ab omnibus non reseruatis Papæ. Item possint eos absoluere ab omnibus excommunicationibus, quas per ignorantiam incurrerint, vel per inaduertentiã. Et possunt vti supradictis a tempore, quo cœperint recitare ps. seu orationes, de quibus supra. o. fo 61. & ffo. 64. concess. 85. Verũtamẽ si Concessio Minimorum, superius posita, intelligitur, & practicatur de huiusmodi seruitoribus, prout littera videtur sonare, non esset opus præfatis Cõcessionibus particularibus, ex quo per illam datur eis omnia Priuilegia Religionis.

Pro Syndicis. ¶Quarto Syndici Fratrũ, & Substituti illorum, & patres, & vxores, & Filij, ac Fratres vtriusq; sexus lucrantur omnes Indulgentias Vrbis Romæ, dicẽdo in Ecclesijs Fratrũ, quinquies Pater noster, & Aue Maria. o. fo. 65. & ffo. 70. concess. 161.

Pro Medicis Ordinarijs. ¶Quinto Medici Ordinarij Fratrũ lucrantur idem, quod Syndici. o. ffo. 70. concess. 177.

Pro Conseruatoribus. ¶Sexto concessum est Minimis, quod Conseruatores, quos capitulariter acceperint, &, vt verbis suorum Priuilegiorũ vtamur, Tutores, & Tutrices, ac Procuratores, & eorum fi[...] consequantur semel in vita, & in

mortis

A mortis articulo Indulgentiam plenariam. Et dicendo quinquies Pater noster, & Aue Maria, in suis Ecclesijs, coram Sacramento Altaris, lucrātur Stationes Almæ Vrbis. ¶Septimo concessum est eisdem Minimis, quod illi, qui fundauerint, seu ædificauerint eorum Domos, & filij ipsorum gaudeant omnibus Priuilegijs, exemptionibus, & Indulgentijs sui Ordinis integre. B. ffo. 9. conce. 31. ¶Octauo Procuratoribus, & Aduocatis, qui laborant in iudicijs pro defensione Ordinis, sunt concessi, pro quolibet anno, centum anni Indulgentię. o. ffo. 160. concessione 663. Et pro conclusione concessorum Officialibus Religionū, dico, quod Procuratores, & negotia gerentes, & Aduocati Fratrum, ac Monialium, & Tertiariorum, tam viri, quam mulieres possunt tempore interdicti, ad

Pro Fundatoribus Conuentuum.

Pro Aduocatis, & Procuratoribus Fratrum.

B mitti per Fratres ad officia diuina, vbicumque ea celebrauerint, prout continetur in Mari Magno Mendicātium. Et specialiter hoc, q̄ additur de Aduocatis, habetur in Mari Magno Carmelitarum. ¶Nono, Nouitij Ordinis nostri, habentes intentionem perseuerandi in Religione, gaudent Priuilegijs, quoad hoc, vt possint absolui ab omnibus peccatis, & censuris, & vt valeat concedi eis Indulgentia plenaria semel in vita, & in mortis articulo, licet moriantur ante emissionem professionis. Ac similiter gaudent Concessione Eugenij Quarti, facta illis, qui per anni circulum, qualibet Hebdomada dicunt psalmos pœnitentiales, a tempore, quo inceperint dicere, prout supra declaratum est. Sed vtrū possint gaudere reliquis priuilegijs, non reperitur expressum. Immo videtur,

Pro Nouitijs Ordinis.

C quod casus excepti firment Regulam in contrarium, ita vt non gaudeant, nisi de illis, quæ in particulari reperiuntur eis concessa, quæ sunt superius posita. Verumtamen videtur pie teneri posse, quod gaudeant omnibus Priuilegijs, sicut donati. Nam Nouitij possunt dici donati, cum iam mutauerint habitum secularem, & habeant propositum perseuerandi in perpetuum. Et saltem quoad Stationes, & Indulgentias Vrbis Romæ, videtur non esse dubitandum, ex quo seruitoribus Fratrum sunt concessæ; & Nouitij per totum tempus probationis nihil aliud faciant, nisi seruire Fratribus. Et videtur istud fundari in communicatione Priuilegiorum Monialium S. Clarę, quarum Nouitijs expresse concessum est, quod possint lucrari Stationes, & Indulgentias Vrbis Romæ. o. ffo. 261. conce. 677. & 678. & facit ad hoc propositum, in fauorem Nouitiorum,

D quod dicitur in c. Religioso. de sententia excommunicationis. lib. 6. vbi conceditur Nouitijs, vt qui manus violentas in eis iniecerit, sit excommunicatus; quod est casus particularis. Et sic patet, quæ personæ, & qualiter possint gaudere Priuilegijs, & Indulgentijs concessis Fratribus. Nam absque aliquo dubio possunt gaudere omnibus suprascriptis omnes Moniales, quæ viuunt sub obedientia Fratrum, etiam si sint Tertij Ordinis, necnon, & alij Tertiarij in proprijs domibus habitantes, & donati, ac seruitores, seu familiares Fratrum. Alię autem personæ præfatæ, vt Syndici, & Medici, & Conseruatores, &c. possunt gaudere, prout superius expressum est, & non amplius. Verumtamen virtute Concessionis Fratrum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, quæ habetur in dictione, Communicatio Priuilegiorum. §. vltimo, multæ aliæ personæ possunt gau-

E dere Indulgentijs præfatis, saltem non plenarijs, scilicet, eligentes sepeliri in Ecclesijs Fratrum, & facientes eis aliquam eleemosynam, deferentesq; eorum habitum, ac Germani, seu hospitantes Fratres propter Deum.

SExtum notabile est circa declarationem cuiusdam dubij, scilicet, vtrum in eodem die possit quis lucrari Stationes, & alias Indulgētias toties, quoties voluerit, recitando orationes, vel visitando loca, &c. Ad hoc respondetur, secundum Doctores, præsertim secundum Thomam in 4. d. 20. quod Indulgent. perpetuas, sicut in S. Petro Vrbis Romę, & alijs similibus Ecclesijs; vel sicut in S. Sepulcro, vbi, vt inquit Florentinus, & Card. de Turre cremata, asseritur,

Sextum notabile.

Idem tenet Nau. de Indulg. et Ca

briel de Iubileo par. 32. 5. Cord. tenet cũ Gabriele quod scilicet semel in die: Itrac. de Indulg. q.31. De Indulgentijs perpetuis, et temporalibus.

quod est semper Indulgentia Plenaria, tales inquam Indulgentias perpetuas potest quis lucrari toties, quoties. Sed Indulgentias, quæ sunt temporales, vt Stationes, quæ habent in anno suos dies determinatos, nequit quisquam lucrari, nisi semel quolibet die; licet non desint aliqui Doctores, vt refert Angelus in Summa, qui dicunt, ꝙ etiam Indulgentias temporales potest quis lucrari toties, quoties in die suo, faciendo opus, pro quo conceduntur. Et sic præsticatur in S. Maria de Portiuncula, seu Angelorum apud Assisium, vbi quoties in die suæ Dedicationis, a primis Vesperis, vsque ad secundas, ingrediuntur illã Ecclesiam, toties credunt firmiter, ꝙ lucrantur Indulgentiam. Posset tamen dici, ꝙ ibi forte habetur ad hoc specialis Concessio, quia etiam ibidem faciũt aliud insuetũ alibi, s. applicare Indulgentiam viuis, & defunctis. Est tamen notandũ secundum Felinum, quod etiam vbi sunt Indulgentiæ perpetuæ, si quis non faceret aliud, nisi intrare, & exire Ecclesiam, non lucraretur qualibet vice Indulgentiã, quia hoc, magis videretur illusio, quam deuotio. ¶ Sed quidquid sit de hoc, tamen cum Romæ in multis Ecclesiis sint Indulgentiæ perpetuę, lucrabitur illas Religiosus toties, quoties qualibet die dixerit quinquies Pater noster, & Aue Maria, iuxta Concessionem Sixti IIII. Et si dixerit sexies, cum Gloria Patri, toties, quoties dixerit, lucrabitur etiam Indulgẽtias perpetuas, quæ sunt in locis sanctis Hierusalem, & sancti Iacobi in Compostella, virtute Concessionis Leonis Decimi. Et si dixerit alia quinque Pater noster, & Aue Maria, pro Indulgentijs concessis visitantibus nostras Ecclesias; similiter toties, quoties illa dixerit, & easdem Ecclesias visitauerit, lucrabitur huiusmodi Indulgentias virtute Concessionum superius positarum.

Septimum notabile. Pro sæcularibus.

SEptimum notabile est, alterius dubij circa huiusmodi materiam Indulgentiarum, decisiuum; scilicet, vtrum sæculares virtute Bullarum Cruciatæ, aut Fabricæ sancti Petri, & consimilium, possint lucrari Indulgentias plenarias Vrbis Romæ.

Et primo videtur, quod sic, quia in Sommario, quod dari solet accipientibus huiusmodi Bullas, continentur plurimæ Indulgentiæ plenariæ, & asseritur, ꝙ possunt eas lucrari. ¶ Contrarium tamen est rei veritas, quia in Bullis originalibus non fit penitus mentio de talibus Indulgentijs plenarijs; sed solũ de Stationibus, aut Indulgentijs absolute, non exprimendo plenarias, prout requiritur necessario ad hoc, vt eas promereri valeant habentes Bullas. Sic enim ponitur in quadã Regula Cancellariæ Apostolicæ, & sic etiam habet stylus Curiæ Romanæ. ¶ Facit etiam ad hoc illud cõmune dictum Iuristarum, scilicet, ꝙ Bulla Papæ, tantũ valet, quantum sonat. Sed in præfatis Bullis non est aliquis sonus de Indulgentiis plenarijs, vt dictum est, ergo. &c. ¶ Patet similiter supradictũ, quia in prædictis Bullis conceditur expresse Indulgentia plenaria, solũ pro semel in vita, & in mortis articulo. Frustra autẽ de istis duabus Indulgentijs plenarijs fieret solũ mentio expressa, si verum foret, ꝙ Papa concederet tot Indulgentias, sicut continentur in Summario. ¶ Idem patet, quia, vt est notum apud Curiales, seu scientes aliquid de rebus Curiæ Romanæ, non potest ibidẽ obtineri vna Indulgentia plenaria pro vna Ecclesia, seu Capella extra Vrbẽ, nisi pro multis centenarijs ducatorũ. Non est ergo verisimile, aut rationi cõsonũ, ꝙ pro duobus argenteis, concederetur tanta multitudo Indulgentiarũ plenariarũ, sicut habetur in prædicto Sũmario. ¶ Nec obstat in contrariũ adductũ de Summario, quia huiusmodi Summarium non continetur in Bulla originali, nec potest inde vere extrahi, sed illud cõponitur pro libito, lucri caussa, a Quæstoribus, seu Commissarijs Bullarũ. Item huiusmodi Summario nulla est adhibenda fides, quia continet multa falsa, & satis manifesta. Ponuntur enim ibi multæ Indulgẽtiæ, quæ nõ habentur Romæ. Vt exẽpli caussa, in Festo Expectatio-

A tionis, seu B. Mariæ de la. o. De quo festo non est aliqua memoria Romæ. Idem de Festo Dedicationis Portiunculæ, vel S. Mariæ Angelorum, apud Assisium. Et sic de alijs ibi contentis, quæ licet sint concessæ Fratribus vbicumque existentibus, non tamen sæcularibus, ratione Bullarum prædictarum.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

QVoad ea omnia, quę Collector in notabilibus supra materiam Indulgentiarum ponit, qui voluerit latius videre, legat nostrum tractatum, quem de Indulgentijs compegimus, & ibi plenius intelliget.

B

CAPVCCINI ANNOTATIO.

Ltra notabilia ipsius Collectoris in materia Indulgentiarum suprapostita, sunt etiam notanda ista.

Primùm, quando in aliquo Iubilęo mandatur, vt ieiunent, ac confiteantur peccata sua fideles, infra hebdomadam, & die Dominico immediatè sequenti, Sanctissimam Eucharistiam sumant; quęritur quid si aliquis confiteretur in eodem die Dominico, quo sumere habet Sanctissimam Eucharistiam, an Indulgentiam lucretur? Et respondetur, quod sic; Intentio enim Summi Pontificis est, vt Communioni præcedat, Confessio, prout sic tenet Nauarr. Et Pius Quintus ita, viua vocis Oraculo, ad petitionem RR. PP. Societatis Iesu, hoc declarauit. Confessores autem cum illis sint cauti, huiusmodi opinione vti, qui frequenter pœnitentiæ hoc Sacramento vti solent.

C — Nauarr. in orat. misc. 60. dub. 2. num. 225.

Secundum notandum, quòd quando in aliquo Iubilęo mandatur, vt tribus diebus ieiunetur, eleemosyna largiatur, ac oratio fiat, quęritur an sit necesse, vt in diebus illis ieiunij detur eleemosyna, & fiat oratio? Et respondetur, quod non, sed sufficit, si detur eleemosyna, & fiat oratio ante Communionem, vt idemmet Nauarrius tenet loco supra citato, de oratione miscel. 58. numero 221. Fuitque ita pariter declaratum a Gregorio XIII. ijsdem Patribus Societatis Iesu.

D *Tertium notandum; quòd si aliquis in supradicto Iubilęo, cum talibus circumstantijs ieiunij, eleemosynę, ac confessionis infra Hebdomadam, & in Dominica communionis, adimplendis, in principio Hebdomadę, cum intentione accipiendi Iubilęum, fuerit ab aliquo casu reseruato absolutus in virtute illius Iubilęi; Si postea ieiunato vno tantum die, vel non communicando in die Dominico, ob aliquod legitimum impedimentum, cetera non adimpleuerit, An [illegible] lis absolutio valeat, ita, vt non teneatur amplius de illo casu confiteri habenti pro illo auctoritatem? Respondetur, Hæc quæstio tractatur a Corduba, in Summa, q. 21. qui duas refert opiniones, quarum prima est, quod non sit absolutus, cum omnia adimplenda, pro Iubilęi consecutione, non adimpleuerit. Alia opinio est, quod remaneat absolutus; quia cum talis absolutio sit actus legitimus, qui neque diem, neque conditionem admittit, non potest reuocari: Et cum hac opinione remanet*

Corduba de casibus conscientię.

E *ipse Corduba: Quę in rigore videtur verissima, quia argumentum stringit, maximè in absolutionibus casuum reseruatorum illorum, qui annexam excommunicationem non habuerint; Quia si eam habuerint, esset equidem absolutio illa reuocabilis inquantum ad excommunicationem illam, quæ tales casus facit reseruatos reincidendo in illam, sicut reincidere declarauit Clemens IIII. Nouitios virtute Priuilegiorum absolutos ab aliquo casu reseruato, cum annexa censura si postea ab ordine exierint.*

l. act. legit. ff. Reg. iur.

Habetur supra tit. absolu ordin. quo ad Fratres. §. 4.

Sed secundum æquitatem, ac Summi Pontificis intentionem loquendo, prima opinio videtur, vt magis fauorabilis, & pia admittenda. Posset tamen dici, quòd si pœnitens, post confessionem desierit aliquid ex adimplendis, executioni mandare, ob suam culpam, etiam leuem, tunc il[illegible]la absolutio reuocabitur, & remanebit ille obligatus

gatus confiteri ei, qui auctoritatem absoluendi habet: Si autem absque sua culpa, aliquid parui momenti adimplere desierit, absolutio illa valebit vtique, prout sic videtur tenere Auctor expositionis Bullę Cruciatę, cum alijs multis Doctoribus, per ipsum allegatis: & sic concordarem supradictas contrarias opiniones. A

In §.2. num.8.

Nauarr. autem de oratione miscel.59. concludit, quod ei valebit illa absolutio, etiam quod non curasset postea illa adimplere, quia in Bulla debentur, &c.

Quartum, Notandum denique illud notabile dictum in additione ad tertiam partem D. Thomæ, q.27. art.2. ad secundum, contra Fratres illos, qui sub hoc colore Indulgentiarum, vagari numquam satiantur: sibi enim arguendo, quod Religiosis non deberentur Indulgentiæ, quia essent eis caussa vagandi, & dissolutionis Religionis, postea respondet, quod propter Indulgentias non debet dissolui Regularis Obseruantia, quia Religiosi magis merentur Religionem suam seruando, quantum ad premium vitę ęternę, quam Indulgentias exquirendo, quamuis minus, quantum ad dimissionem pœnę, quod est minus bonum: hęc ibi. Quid ergo clarius contra illos? B

Quia de huiusmodi Indulgentiarum materia multi doctissimi viri luculentissime pertractant, & in qualibet ex Mendicantium Ordine reperiuntur Indulgentiarum, ac Priuilegiorum sibi, omnibusque mundi partibus concessarum, quædam facta Compēdia: Ideo ad illa me remitto, ubi vnusquisque, prout sibi melius placuerit, poterit non tantū ei, sed & alijs etiam concessas antiquas, & modernas videre.

INFIRMI FRATRES. C

Collector.

Vamuis omnes Concessiones, quæ respectu Fratrum infirmantiū factæ reperiuntur, sub varijs dictionibus huius Compendij (velut in suis proprijs locis) ponantur, tamen ne huiusmodi Fratres grauentur in quærendis, quę ad ipsos attinent, visum est ponere hic omnia illa insimul adunata, prout sequuntur.



1 Indul. plen. ARTINVS V. Eugenius IV. Nicolaus V. Callistus III. Pius II. ac Sixtus IV. concesserunt omnibus Fratribus Minor. de Obser. Indulgentiam plenariam in articulo mortis. Et Eugenius solus addidit, quod si occurrerit casus, quòd non possint confiteri, etiam tunc consequantur prædictam Indulgentiam, si sunt in statu gratiæ. b. ffo.71. conce.185. Et fo.62. & ffo.64 conce.72. D

2 Ieiunium. SIXTVS IV. concessit, quod Fra. Min. non potentes ieiunare bono modo propter infirmitatem, vel debilitaté, non teneantur. o.fo.62. Et ffo.66. conc.99.

3 Stationes. Indulgent. INNOCENTIVS VIII. concessit, vt Fratres infirmi, in suis Infirmarijs, & Cellis, & etiam lectulis (quando commodè aliter dicere non possunt) valeant promereri Indulgentias Stationum, & alias nobis concessas in nostris Ecclesijs, dicendo quinquies Pater Noster, & Aue Maria pro intẽtione, & proposito illius Indulgentię. o.fo.65. Et ffo.69. conce.162. Et ffo.10. conc.390.

4 Pro moni. Idem Innocentius fecit quamdam Concessionem pro Monialibus infirmis, quæ habetur infra in dictione Ingredi Monasteria Monialium §.25. E

5 Indulgent. Coronarū. LEO X. concessit, quod Fratres infirmi, ac senes, in decrepita ætate constituti, possint lucrari Indulgentias concessas dicentibus Coronas Domini Nostri Iesu Christi, & matris suæ, dicendo vnum psalmum, vel hymnum Beatæ Virginis, aut Domini Nostri: quia tales non semper possunt dicere tot. O. ffo. 60. conce.181.

6 Officiū diu. Idem Leo, quia fuit sibi expositum, quòd aliqui Fratres scrupulosi (quando sunt infirmi) ferè numquam possunt, nec sciunt se determinare, quando licite possunt dimittere dicere Horas Canonicas, concessit, quòd siue propter febrē, aut dolorem intensum, vel aliam infirmitatem Fratres fuerint grauati, satisfaciant

A ciant dicendo pro Horis Canonicis, psal. hymnos, Pater Noster. Aue Maria, vel alia, iudicio Prælati, seu Præsidentis Loci, aut Conuentus assignanda. Et hoc quando Medicus corporalis (si commodè potuerit haberi) dixerit esse nociuum infirmo, O.ffo.59.conce.171.

Idem Leo fecit aliam Concessionem pertinentem ad Moniales infirmas, quę ponitur infra, in dictione; Ingredi Monasteria Monialium §. vltimo. 7 *Pro Monialibus infirmis.*

Ex priuilegis Monachorum sancti Benedicti.

EVGENIVS IV. concessit, quod quilibet pro tempore Abbas, Prior, siue Prælatus quorumlibet Monasteriorum Sanctj Benedicti Congregationis Hispaniæ, possit libere dispensare cum omnibus, & singulis præsentibus, & futuris Monachis quorumcumq; Monasteriorum huiusmodi, qui sine tædio non possunt dicere Horas Canonicas; quod tempore infirmitatis, vel postquā conualuerint, loco horarum, ac officiorum, ad quæ alias tenentur, dicant aliquid certum, ad arbitrium ipsorum Monasteriorum Superiorum, & non teneantur ad aliud Officium canonicum. Ac cum Prçlatis ipsis, simili modo, quilibet presbyter Monachus, per quemuis eorum eligendus, etiam dispensare possit.o. 8 *Dispensatio officij diuini.*

B

Idem Eugenius reperitur alibi concessisse, quod Monachi Infirmi, qui Horas Canonicas infirmitatis caussa complere, vel recitare nequiuerint, vt qualiter ad eas teneantur, maneat in arbitrio Prioris.b. 9 *Officiū diu.*

Idem Eugenius fecit aliam Concessionem pro infirmis, quæ posita est supra, in dictione, Indulgentiæ non plenariæ, quoad Fratres. §. 13. 10 *Indulgent.*

C

¶ Ex Priuilegijs Fratrum Sancti Hieronymi.

MARTINVS V. concessit, quod Fratres Sancti Hieronymi, dum fuerint infirmi, & etiam senes, & valetudinarij, qui tenentur ad Horas Canonicas, satisfaciant recitando aliquos psal. vel id, qđ suis Confessoribus visum fuerit, o. 11 *Officiū diu.*

EVGENIVS IV. concessit quod Fratres infirmi, vel senes, aut alias inualidi, Ordinis Sancti Hieronymi, qui Horas Canonicas nō possunt dicere, satisfaciant, dicendo illud, quod Prior, vel Vicar. vel Confess. eis assignauerit, o. 12 *Officiū diu. Nota.*

Idem Eugenius concessit, quòd Religiosi infirmi, seu debiles Ordinis Sancti Hieronymi, satisfaciant de Horis Canonicis ad quas tenentur, audiendo eas ab alio, vel ab alijs recitari, o. 13 *Officiū diu.*

D

Idem Eugenius concessit, quod Fratres non in Sacris cōstituti, qui ante Monasterij ingressum, in medicina, vel chirurgia erant periti, possint de Prioris licentia, illas studere, & practicare, & medicamina adhibere Fratribus, & infirmis Hospitalium suorum, alijsque personis infra locum, vel districtum ipsius Monasterii, gratis charitatis intuitu. Ita quod diuites non se faciant illo defer ri, propter talia a Fratribus hab[illegible]da, si possunt habere medicos aliunde. o. 14 *Pro Fratr. Medicis: vel Chirurgis.*

NICOLAVS V. ampliauit Concessionem suprascriptam, concedendo, vt Fratres præfati, qui non sunt in Sacris, quoties vocati fuerint ad aliquorū curationem, possint adhibere medicamina, & physicam libere exercere, dum tamen fiat de licentia, & dispensatione Prioris, o. 15 *Pro Fratr. Medicis: & Chirurgis.*

E

INGREDI MONASTERIA FRATRVM vel Monialium. Distinctio materiæ infra scriptæ.

CIrca materiam inferius annotatam est aduertendum, quod in ea continentur tria diuersa.

Primum attinet ad prohibitionem ingressus Monasteriorum Monialium. Et de hoc habetur in omnibus. §. vbi in margine posita est hęc dictio, prohibitio. ¶ Alterum pertinet ad licentiam requisitam pro huiusmodi ingressu; De quo reperietur vbicumq; infra ponitur in marginibus hæc *Collector.*

dictio Licentia. ¶Reliquum concernit absolutionem Censurarum incursarum A
propter ingressum præfatum absque debita licentia. Istud vero continetur infra. §.21.& 22. Et in dictione Absolutio, quoad sæculares, 2. in §.9.& 10.

1 *Prohibitio pro Fratribus.* GREGORIVS IX. in declaratione Regulæ Fratrum Minor. super illud. Præcipio firmiter Fratribus vniuersis, ne ingrediantur Monasteria Monacharum, præter &c. declarauit, hoc generaliter esse prohibitum de quarumlibet Cœnobijs Monialium, cum regula nullum excipiat. Et nomine Monasterij, voluit Claustrum, Domos, & Officinas interiores intelligi b.fo.11.tracta.3. Et ffo.2.tractatu 2.

2 *Prohibitio pro omnib Christian.* Idem Gregorius IX. decreuit, vt ab vniuersis, & singulis Christi fidelibus, inuiolabiliter obseruetur, ne Monasteria S. Claræ intrent, nisi in casibus expressis in earum Regula: & quod qui contrarium præsumpserint, excommunicationis sententiam incurrant B.fo. 48. Et ffo.132.conc.196. B

3 *Licētia pro Fratribus.* Idem Gregorius IX. concessit, vt Fratres Minor. deputati obsequijs Monasteriorum Monialium Sanctæ Claræ, habeant liberam ingrediendi facultatē, pro exercendo Monasteriorum ipsorum opere; vel illis conseruandis ab incendio; seu a latronibus defendendis; aut Confessor ipsarum cum Fratre clerico, maturo moribus, & ætate, pro audiendis confessionibus earum, & extrema vnctione, & alijs Sacramentis Ecclesiasticis exhibendis eisdem (infirmitate cogente) ac pro sepeliendis corporibus decedentium Sororum, secundum formam, quę in ipsarum Regula continetur, scilicet Sacerdos cum duobus socijs C
tantum. Nam intromittere plures est prohibitum, ex quo non est concessum in Regula, vt patet inruenti. Et declaratum est infra B. fo 48. Et ffo.131.c6c.195.

4 *Prohibitio pro Fratr.* INNOCENTIVS IV. in declaratione præfatæ Regulæ Fratrum Minorum, exponendo verba prędicta, dicit. Ingressum in Monasteria tantummodo Monialium inclusarum Ordinis Sancti Damiani, seu Sanctæ Claræ prohibitum fore Fratribus, ad quæ nemini licet ingredi, nisi ei a Sede Apostolica facultas super hoc specialiter tribuatur. *Licētia pro Fratribus.* Et nomine Monasterij Claustrum, Domos, & Officinas interiores voluit comprehendi. Ad aliarum vero Cœnobia Monialium, dicit, quod possunt sicut & alij Religiosi ad prædicandum, seu petendum eleemosynā, aut pro alijs honestis, & rationabilibus caussis accedere, D
ac intrare, quibus a superioribus suis, pro sua fuerit maturitate, vel idoneitate concessum. B.fo.3. Et b.ffo.4.tract.2.

Collector. Aduerte, & caue, ne vtaris huiusmodi Concessione, quia paullo post fuit reuocata per Nicolaum III. & Grego.X. vt patet infra.§.9.& 10.

5 ALEXANDER IV. in declaratione, quam fecit super præfatam Regulam Fratrum Minorum, posuit ad litteram clausulam immediate præcedentē Concessionis, seu Declarationis Innocētij IV. Et habetur vbi sup. ffo.5.trac.2.

Collector. Caue ne vtaris pręfata Concessione, quia reuocata est, vt infra ponitur. §. 9. & 10.

6 *Pro Monialib. infirm.* VRBANVS IV. in Regula, quam fecit pro Monialibus Sanctæ Claræ, statuit multa circa huiusmodi ingressum. Et primo, rubrica 7. dicit, quod quando aliqua Soror, vel Monialis sanctæ Claræ tanta fuerit corporis infirmitate detenta, quod ad locutorium commode venire non possit, & necessitatem habuerit confiteri, vel Dominici Corporis, seu alia recipere sacramenta: exhibiturus huiusmodi sacramenta, scilicet, Confessor alba, & stola, & manipulo, *Licentia ingrediēdi pro Confessore.* cum duobus idoneis, & religiosis socijs, vel vno ad minus, alba, vel saltem superpellicio vestitis, ingrediantur, ac morentur induti, & audita confessione, vel alio tradito Sacramento, sicut ingressi fuerint, sic egrediantur induti, nec moram ibi faciant longiorem. Caueant etiam, vt quamdiu intra Mona- E
sterium

A sterium fuerint, nullatenus abinuicem separentur, quin semper mutuo possint libere se videre. Sic quoque se habeant in animæ commendatione.

Statuit similiter, quod ad exequias, circa sepulturam agendas, sacerdos non ingrediatur Claustrum, sed exterius in Capella, quod ad officium pertinet, exequatur: nisi forte Abbatissæ, & Conuentui visum fuerit, quod ad exequias debeat introire. Et tunc modo supradicto cum vno, vel duobus socijs intret indutus; & sepulta mortua, exeant sine mora. ¶ Ordinauit insuper, quod si necesse fuerit, vt ingrediantur aliqui ad fodiendam, vel aperiendam sepulturam, seu postmodum coaptandam; & Abbatissę, & Conuentui visum fuerit hoc expediens, propter imbecillitatem Sororum, sit sacerdoti, vel alicui alij ad hoc idoneo, & honesto, cum vno socio, vel duobus, licitum introire, b.fo.285. tract.3. & fo.295. tract.2. *Pro Exequijs agendis.* *Pro sepultura aptanda.*

B

Aduertendum est, quod si plures intrant, quam superius sunt expressi, vltra peccatum mortale, incurrunt excommunicationem Papalem, per Eugenium 4. promulgatam, & inferius positam. §.15. Iccirco Prælati, & Vicarij, seu Confessores, qui aliquando propter mortem Abbatissę, vel alterius Monialis, intro ducunt plures Fratres, allegando consuetudinem; caueant de cetero, & sint prę moniti. *Collector.*

Idem Vrbanus iv. in Regula prefata, Rubrica 18. dicit sic. ¶ De ingressu personarum in Monasterium firmiter, ac districte pręcipimus, vt nulla vmquã Abbatissa, vel eius Sorores, aliquam personam religiosam, seu sęcularem, aut cuiuslibet dignitatis, in Monasterij Clausuram intrinsecam intrare permittant. Nec omnino alicui liceat, nisi quibus concessum a Sede Apostolica fuerit, vel a Cardinali, cui fuerit Sororum Ordo commissus. ¶ Excipiuntur autem a dicta ingrediendi lege, Medicus, caussa multum grauis infirmitatis, & Minutor, cum necessitas exegerit, qui non absque duobus socijs de familia Monasterij introducantur; nec abinuicem intra Monasterium separentur; Necnon & illi, quos occasione incendij, vel ruinæ, seu alterius periculi, vel dispendij, seu pro tuendis a violentia quorumlibet. Monasterium, vel personas; & quos pro aliquo opere exercendo, quod commode extra Monasterium fieri non potest, necessitas exegerit introire. Qui omnes, expedito suo ministerio, vel imminenti necessitati per ipsos satisfacto, exeant sine mora. Nulli autem personæ extraneę intra Monasterij Clausuram liceat comedere, vel dormire. *7 Prohibitio generalis.* *Licentiatus in quibus potest ingredi ad Monasteria Monialium.*

C

D

¶Sed & si quis de Sanctæ Ecclesiæ Cardinalibus ad aliquod Monasterium huiusmodi Religionis aliquã do venerit, & intra Claustrum voluerit ingredi, cum reuerentia quidem, & deuotione suscipiatur; sed rogetur, vt cum paucis socijs debeat introire. ¶ Liceat quoque Generali Ministro Ordinis Fratrum Minor. quãdo ibidem voluerit celebrare, vel proponere Sororibus verbum Dei, cum quattuor, vel quinque Fratribus ipsius Ordinis, intra Clausuram ingredi Monasterij, si quando ei videbitur expedire. ¶ Alius autem Prælatus (cui aliquando forte de licentia Sedis Apostolicę, vel dicti Cardinalis intrare licuerit) duobus, vel tribus tantum religiosis, & honestis socijs sit contentus. *Pro Cardinalibus.* *Pro Generali Ministro* *Pro Prælatis inferioribus.*

E

¶ Quod si forte pro consecratione, vel benedictione Sororum, vel in alio modo concessum fuerit Episcopo alicui, Missam interius celebrare aliquando, quampaucioribus, & honestioribus potuerit socijs, & ministris sit contentus. Et hoc quoque ipsum alicui rarius concedatur. Nulla tamen omnino loquatur cum aliqua persona de ingressis, nisi modo predicto, siue infirma fuerit, siue sana. ¶ Illud sane præcipuum caueatur, vt ij, quibus aliquando concessum fuerit solummodo, vel data licentia in Monasterium ingredi, non aliter admittantur, nisi Abbatissę, & Sororibus visum fuerit expedire; cum ex huiusmodi concessionibus, vel licentijs, Abbatissa, vel Sorores eos admittere *Pro Episc.*

non

non cogantur; & vt sint tales, de quorum verbis, & moribus, nec non vita, & habitu, ędificari valeant intuentes, & materia iusti scandali exinde nequeat generari. ¶ Super concessione vero, vel licentia ingressus huiusmodi, ad omne ambiguum remouendum, Apostolici apices, vel Cardinalis patentes litteræ ostendantur. b. fo. 288. tract. 3. Et ffo. 317. tracta. 2. A

Licentia.

Collector. Declarationem istorum casuum vide infra in primo notabili.

8 Idem Vrbanus, rubrica 24. Regulæ statuit, quod Visitator Monialium Sanctæ Claræ, quando Monasterij Clausuram ad visitandum intrauerit, duos religiosos, & idoneos socios secum ducat; qui videlicet socij simul maneant; & dum fuerint intra Claustrum, ab inuicem nullatenus separentur. b. fo. 286. tract. 3. & ffo. 299. tract. 2. B

Visitator.

Collector. Virtute huius facultatis, & hoc titulo, solum ingrediuntur his temporibus nostri Prouinciales Ministri, in Monasteria Sanctæ Claræ suarum Prouinciarum, super quæ habent gubernationem commissam a Summo Pontifice. De quo latius infra, primo notabili, in vndecimo casu.

9 GREGORIVS X. referens suprascriptam declarationem Innocētij IV. voluit, vt Fratres Minores, iuxta dispositionem Generalis Ministri dumtaxat, possint vti huiusmodi declaratione prędecessoris sui b. ffo. 5. tract. 2.

Collector. Aduerte, quod etiam Generalis Minister non potest iam aliquid in hoc casu vt per declarationem Nicolai 3. postea editam, patet, prout statim subiūgitur.

10 NICOLAVS 3. in sua sollemni declaratione, exponendo præfatum passum Regulæ Fratrum Min. declarauit, sicut Gregorius 9. generaliter esse prohibitum, de quarumlibet Cœnobijs Monialium. Et nomine Monasterij, Claustrum, Domos, & Officinas interiores intelligi. Addens, quod ad alia loca, vbi homines sæculares conueniunt, possunt Fratres illi, caussa prædicationis, vel eleemosynæ petendæ accedere, quibus id a suis Superioribus fuerit, pro sua idoneitate, concessum. Et decreuit, vt in præfato articulo, & in alijs, quos constitutio sua continet, quamquam aliqui prædecessores sui aliter declarauerint, declarationem, seu ordinationem suam tantum a Fratribus Min. precise, ac inuiolabiliter perpetuis temporib. obseruandam. B. fo. 10. & ffo. 11. tract. 2. C

Prohibitio pro Fratribus.

11 BONIFACIVS 8. concessit, quod Fratres Min. inuitati a Prælatis Ecclesiasticis, possint vna cum ipsis, in suis diœcesibus, Monasteria, & loca Monialium cuiuslibet Ordinis libere ingredi, ad visitationis officium impendendum, & ad defunctorum celebrandas exequias, & ad processiones generales, & prędicationes faciendas, ac confessiones infirmarū audiēd. b. fo. 36. Et ffo. 33. conc. 36. D

Licētia pro Fratribus.

Collector. Circa præfatam Concessionem, vide, & nota concessionem Leonis, quę habetur infra in §. 28.

12 BENEDICTVS xii. in Constitutionibus, quas pro Monialibus edidit, fecit sequens statutum cap. 30. Nulli regulari, vel sæculari, vel laicę personę, cuiuscumq; præeminentię, dignitatis, status, vel conditionis extiterit, ingressus pateat ad eadem scilicet Monasteria Sanctę Clarę, sine Apostolicę Sedis licentia speciali; exceptis solummodo personis illis, quibus, per predecessorum nostrorum Ordinationes idest Concessiones, & per prędictarum Monialium Regulas noscitur esse permissum. Habetur in libro Ordinis Italico. 3. part. fol. 210. E

13 MARTINVS v. decreuit, quod nulli omnino hominum, tam Regularium, quam Sæcularium, cuiuscumq; gradus, prēeminentię, dignitatis, excellentiæ, nobilitatis, & conditionis fuerit (exceptis illis, de quibus in Regula S. Claræ, per Vrbanum editam, & in Constitutionibus Benedicti xii. fit mentio) prætextu cuiuslibet licentiæ sibi desuper quauis auctoritate concessę, liceat Monasteria Sororum, & Monialium Sanctæ Clarę, seu aliquod ex eis ingredi: Nec etiā Protectori, aut Generali Ministro Ordinis Min. pro tempore existentibus, seu Pro-

Prohibitio, & licentia pro omnib. Christi.

A Prouincialibus Ministris,& quibuscumq; Visitatoribus,licetiam super ingressum huiusmodi (inconsulto Romano Pontifice)concedere liceat quoquomodo b.fo.38.Et ffo.36.conc.41.

Aduerte qnod in vltima clausula præcedenti, vult dicere Martinus, quod licet in Regula S.Claræ Vrbanistarum concessum esset, quod Protector Ordinis posset dare licentiam intrandi Monasteria prædicta Sanctæ Claræ, pe sonis sæcularibus; tamen quod de cetero,nec Protector, nec Generalis Minister, nec multo minus Prouinciales, & Visitatores, possint dare licentiam intrandi prædicta Monasteria alicui personæ cuiuscumq; dignitatis fuerit,sine licentia B Sedis Apostolicæ. ¶ Vide circa hoc, in dictione Ministri prouinciales. §.7. Et in dictione Protector Ordinis.§.6. Et melius infra vltimo notabili, vbi elucidatur plenissime supradictum. *Collector. De Protec. Ordinis.*

BONIFACIVS ix. statuit, quod si quis infra Clausuram alicuius Monasterij Monialium Ordinis Prædicatorū,repertus fuerit, per Superiores,seu Priores dicti ordinis,seu de eorum mandato,capi, & Incarcerari, & secundum eorū arbitrium,& delicti quantitatem,puniri possit,b.ffo.120.conc.547. 14 *Ex priuilegijs Ordinis Prædicatorum.*

EVGENIVS iv. præcepit omnibus,& singulis,tam clericis, quam religiosis,& sęcularibus personis,cuiuscumq; conditionis,gradus,præeminentiæ,vel dignitatis existant,sub pœna excommunicationis, quam transgredientes, ipso facto incurrant,& a qua,nisi a Romano Pontifice,possint absolui, pręterquam C in atticulo mortis constituti; quatenus Monasteria Sanctæ Claræ,nec aliquod ipsorum ingredi pręsumant, preter formam Regulæ ipsarum, & prouisionum Apostolicarum super hoc specialiter editarum,b.fo.42 Et ffo.conc.44. 15 *Prohibitio pro omnib. christianis. Excommunicatio.*

Idem Eugenius, vt difficilius pateret ingressus ad Monasteria Monialium, statuit, quod, sicut Abbatissę, & alię Sorores ad hoc deputatę, tenent claues, quibus ad intra portæ Monasteriorum prędictorum clauduntur; sic per Confessores,aut alias honestas personas,per Generales, aut Prouinciales deputandas,ex parte exteriori teneantur,& conseruentur.b.fo.42.Et ffo.39.conc.44. 16 *Clausura.*

Idem Eugenius ordinauit,quod in omnibus Tertij Ordinis Sororum, & Mo D nialium Collegijs,Fratres Min.in accessu,& ingressu sic se habeant, sicut obseruatur in Monasterijs Sanctę Clarę.b.fol.46.Et ffo.42 conc.47. 17 *Prohibitio pro Tertiarijs.*

Circa huiusmodi statutum,seu ordinationem,sunt duo aduertenda, & mente tenenda;quia,ob inaduertentiam, aut obliuionem ipsorum, aliqui Fratres minus recte quandoq; se h[illegible]nt. ¶Primum est, quod Tertiarias nominat insimul Sorores & Moniales. Et[illegible] pro tanto dico esse ponderandum;quia aliqui arbitrati sunt, huiusmodi Terti[illegible]s non esse intelligendas nomine Monialiū; propter quod in aliquibus partibus nominant eas Bizochas, & in alijs Beatas. Contra quos tamen(vltra verba expressa suprapposita) facit stylus Curię communis,qui non curans de rigore nominum, sæpe appellat indifferenter Collegia personarum religiosarum,Monasteria;licet non sint Monachorum,vel Mo- E nacharum proprie dictorum. Ac similiter omnes fœminas,Collegialiter viuentes nominat frequenter Moniales; quamuis non sint Ordinum Monachalium. Et hoc idem patet ex regula Sanctę Clarę; vbi Moniales sępissime appellantur Sorores. Vnde & Panormitanus,seu Abbas,in capitulo.Causamqne de electione,dicit,quod ista nomina Sorores, & Moniales sunt synonyma idest idem importantia. *Collector.*

Alterum aduertendum est, quod in supradicta Concessione specialiter loquitur Fratribus Mino.dumtaxat, & non sicut in pręcedenti de omnibus fidelibus. Ex quo sequitur,friuolam & nullius momenti fore rationem,quam non nulli allegant dicendo; qnod ex quo in Monasterijs Tertiariarum non inclusarum intrant personę sęculares,quare nō poterunt similiter intrare huiusmodi Fratres?

Fratres? Ad maiorem autem confirmationem prędictorum, facit prohibitio Leonis, vltimo facta, in Regula noua, quam edidit pro Tertiarijs; vbi in capitulo octauo sic dicit. Et facta Visitatione, scilicet, a Prouinciali, aut Visitatore, seu Commissario, non debent intrare officinas, nec alia loca interiora Sororũ. Hæc ibi. Sequitur ergo manifeste, quod adhuc virtute Breuis Leonis, infra positi. §. 29. etiam si non fuisset subrepticium, prout fuit; non potest ingredi aliquis Frater Clausuram Tertiariarum; nisi, vt supra dictum est. Et cui prędicta non satisfecerint, videat expositionem Sancti Bonauenturæ super hoc in declaratione, quam fecit, qui strictius circa hoc loquitur. Sed ista, multaq; alia notatu digna, latius explicantur infra, 2. notabili per totum. A

18 *Pro Episcopis.* Idem Eugenius concessit, quod de licentia Generalis, aut Prouincialium Ministrorum, possint Episc. intrare in Monasteria Monialium, caussa consecrationis Ecclesiæ, vel altaris, aut pro benedicendo Cœmeteria, vel Sorores. B

Collector. Suprascriptam Concessionem reperi in quadam tabula Priuilegiorum, per quemdam patrem Commissarium Romanum ordinatam. Et ponit in fine, Eugenius in Breui, quod incipit, Cupientes. Sed hoc Breue non reperitur in libris impressis Priuilegiorum hic allegatis. Nec permanet iam in suo vigore, vt primum. §. 28.

19 *Licẽtia pro seruitricib. Monialiũ.* NICOLAVS V. concessit omnibus, & singulis mulieribus, seruientibus Monialibus Sanctæ Claræ, aut pro eis eleemosynas quærentibus, vt quotiescumq; pro parte Abbatissarum requisitæ fuerint, earum Monasteria (cum consilio discretarum) intrare valeant. Ac quod aliquando etiam in præcipuis festiuitatibus, pro ipsarum consolatione, cum ipsis Monialibus comedere possint, licentia tamen prius per eas desuper a Prouinciali obtenta. b. fol. 49. Et ffo. 43 concessione 48. C

Collector. Aduertendum, quod præfata facultas videtur iam sublata, & reuocata per supradicta, & infra dicenda in vltimo notabili.

20 Pius 2. concessit, Fratres posse prædicare, & intrare in Claustra, & alia loca quarumcumq; Monialium, vbi sęculares communiter intrant, de licentia suorum Prælatorum quando mittuntur. o ffo. 66. conc. 94.

Collector. Attende, quod hęc Concessio est solum pro Fratribus, qui mittuntur ad prędicandum, quia dicit, intrare, & prædicare, id est ad prędicandum, Sed quoad intrandum in Claustra, est reuocata, vt primum, infra §. 28. D

21 *Absolutio.* Sixtus iv. declarauit, quod Mulieres ingredientes Monasteria Sanctę Clarę, & Sancti Dominici, non teneantur ire ad Curiam Romanam pro absolutione ab excommunicatione: sed eas possint absoluere Fratres Min. Confessores, etiã si tales mulieres ingrederentur mala intentione, o. fol 62. Et ffo 68. conc. 100. Et ffo. 96. conc. 330.

22 *Absolutio.* Idem Sixtus fecit aliam Concessionem latiorem, quam suprascripta immediate, quę habetur in dictione, Absolutio quoad sæculares secundo, in § nono.

23 *Licẽtia pro Laboratoribus.* Idem Sixtus concessit, quod sæculares laborantes in Monasterijs Sanctę Clarę, ac aliarũ, possint ibi comedere in loco honesto, o. fol. 63. Et ffo. 67. conc. 120.

24 *Licẽtia pro Medico.* Idem Sixtus concessit, quod Sorores Sanctę Clarę non teneantur intromittere aliquem de seruitoribus suis, quando Medicus intrat Clausuram: sed sufficiat, quod a tribus, vel quattuor Monialibus de antiquioribus associetur. o. fol. 63. Et ffo. 67. conc. 121. E

Sciendũ quod suprascripta Concessio reperitur alibi, subsequẽtibus verbis.

Collector. Sixtus iv. concessit, quod Sorores Sanctæ Clarę non teneantur intromittere aliquem hominem de seruitoribus suis, quando Medicus, vel alij ingrediũtur, licet Regula hoc decreuerit: sed sufficit, quod a tribus, vel quattuor Monialibus de antiquioribus associentur. o ffo. 96. conc. 331.

Inno-

A INNOCENTIVS viii. concessit, quod Confessores Monialium possint intrare Monasteria illarum, tempore pestis, ad celebrandum Missam, & audiendum confessiones illarum, quæ seruiunt pestilentiatis, quia stant separatæ ab alijs.o. ffo 90. concef.365. 25

Licẽtia pro Confessoribus Mon. S. Claræ.

ALEXANDER vi. cum concessisset Generali, & Prouincialibus Ministris, & Custodibus, vt de consilio antiquorum Fratrum possent deputare Monialibus, seu Sororibus Tertij Ordinis, Confessores presbyteros sæculares, seu aliorum Ordinum regulares, quibus confiteri, & ab eis Sacramenta ecclesiastica recipere possent, statuit, vt Confessores huiusmodi dictarum Sororum, Claustrum, seu interiores Officinas, absque alterius personę, bonę vitę, & famę, societate, nullo modo debeant ingredi. B. ffo. 123. conc. 269. 26

Licẽtia pro Confessoribus Tertiariarum.

B Idem Alexander vi. concessit Generali, & Prouincialibus Ordinis Mino. de Obseruantia, & Confessoribus per eos deputatis, vt Monasteriorũ Monialium Sanctæ Claræ, quę eorum regimini immediate subiiciuntur, pro administratione Sacramentorum, tempore necessitatis, & aliis rationabilibus caussis interdum occurrentibus, prout secundum Deum, expedire viderint, Clausuras interiores ingredi possint. Et voluit, quod tunc Moniales prędictæ, portam maiorem aperire licite valeant. B. fo 71. Et ffo. 55. conc. 373. 27

Licẽtia pro Prelatis, & Confessoribus Monialiũ S. Claræ.

Huiusmodi Concessio non permanet iam in suo vigore, quia Leo X. circa illam ordinauit, quod immediate sequitur. *Collector.*

LEO x. prohibuit, sub ęternę maledictionis interminatione, in virtute 28
C sanctæ obedientiæ, ne quis Frater cuiuscumque pręeminentię, aut officii inter Fratres Mino. sit; ad ipsas Moniales, aut in ipsarum Monasteria ingredi vel intrare præsumat; nisi in casibus in eadem Regula, & Institutionibus ipsius Ordinis Minorum contentis, & quoad ipsorum Monasteriorũ ingressum editis; Nec etiam alię vtriusque sexus sæculares personæ, etiam prætextu cuiusuis Indulti, etiam Confessionalium, prædicta Monasteria ingredi valeant. B. ffo. 17. concess. 56.

Prohibitio, & licentia pro Monas. S. Claræ. Nota.

Sciendum, ac notandum est virtute prohibitionis huiusmodi, renocari Concessiones factas per plures Summos Pontifices prędecessores Leonis x. quibus, vltra casus in Regula Monialium contentos, concedebatur ingressus. Et tales sunt suprapositæ. §. 11. & 18. & 19. & 20. ac 27. Quibus concessionibus, tam-
D quam penitus reuocatis, & a[illegible]nullatis, nullus iam vti potest vllo modo.

Collector. Nota.

Idem Leo in litteris sup[illegible]positis, §. 28. dirigendo verba ad Pręlatos, scilicet 29
Generales, & Prouinciales, a[illegible] Nec ipsi Fratres Ordinis vestri ad Tertiarias, in congregatione viuentes; nisi a[illegible]centia, & speciali mandato vestro, intrare præsumant: Vos propterea monendo, vt non passim ingressum huiusmodi relaxetis, sed in Capitulis vestris prouincialibus, & generalibus proinde de similibus, & aliis ad obseruantiam honestatis & continentię spectantibus ordinetis.

Prohibitio pro Tertiarijs.

Circa præfata verba est valde aduertendum, ne quis decipiatur, sicut deceptus est qui impetrauit prędictum Breue, & Pontifex qui illud concessit, cre-
E dendo, ac pręsupponendo, quod ingressus ad Monasteria Tertiariarum, non erat prohibitus, Posita sunt enim in relatione, seu supplicatione huiusmodi Breuis (postquam dictum fuerat de Monialibus Sanctæ Claræ) sequentia verba. Et pariter ad Tertiarias in Congregatione viuentes, ad quas accedere licet, prohibitum non sit, &c. hoc enim pręsuppositum, esse falsum, constat tam ex Regula, quam ex declarationibus ipsius, pręsertim ex determinatione Eugenii iv. supra posita. §. 13. Ac per consequens hoc Breuę est surrepticium, & nullius valoris, quoad Concessionem fundatam super præfatam relationem. Et ideo indubie tenendum est, quod nulli Fratres Min. etiam si sint pręlati, queunt magis ingredi Monasteria Tertiariarum collegialiter viuentium,

Collector.

tium,quamuis non fint inclusa, quam Monasteria Sanctæ Claræ. Et facit ad hoc Ordinatio eiusdem Leonis,contenta in Regula noua,quam ipse edidit pro Tertiarijs,in cap.8. eiusdem Regulæ;vbi etiam prælatis non concedit posse ingredi Clausuram post factam visitationem. Nec similiter possunt Prælati pro talibus Monasterijs, alijs personis ad ingrediendum licentiam concedere. Ac propterea illud,quod in præfatis litteris Leonis dicitur,scilicet,quod in Capitulis generalibus, & prouincialibus prouideatur de modo intrandi ad Tertiarias, &c. nil penitus operatur, quia fundatur super falsa relatione, scilicet, quod non sit prohibitus ingressus ad Monasteria Tertiariarum.¶Istud declaratur,& probatur latius,infra,notabili vltimo. A

30 *Licētia pro fœminis sæcularibus.* Idem Leo declarauit, Moniales Sanctæ Claræ sub regimine Fratrum Minorum de Obseruan.existentes, non teneri, nec obligatas esse contra voluntatem suā, ingressum ad sua Monasteria præbere aliquibus mulieribus vigore facultatum Apostolicarum prædictis mulieribus per ipsum Leonem in Confessionalibus ad ingrediendum præfata Monasteria concessarum. Ac similiter concessit prædictis Monialibus,vt absque aliquarum Censurarum,seu pœnarum incursu, & absq; aliquo conscientiarum suarum scrupulo,eisdem mulieribus (dum & quoties opportunum,& expediens visum fuerit) ingressum in eadem Monasteria licite denegare valeant. Et insuper hortatur Moniales huiusmodi, vt præfatis mulieribus ingrediendi prædicta Monasteria consensum,quā rarius, & parcius fieri poterit,concedant.B.ffo.38.conc.124. B C

31 *Licētia pro fœminis sæcularibus.* Idem Leo prædictam declarationem iterato fecit per eadem verba, addens, quod etiam vigore aliarum facultatum,quam in confessionalibus cōtentarum, non teneantur Moniales contra voluntatem suam ingressum præbere aliquibus mulieribus in sua Monasteria;Non obstantibus prædictis facultatibus,tam cōcessis,quam in posterum concedendis,quas reuocauit, cassauit, & annullauit, ac reuocatas, & nullas esse decreuit.B.ffo.39.concess.125.

32 *Licētia pro omnibus Fratribus.* Idem Leo concessit,quod Fratres Min. vocati,rogati,aut inuitati a Prælatis Ecclesiarum,aut a Prælatis religiosis,vel Visitatoribus, habentibus curam aliquorum Monasteriorum Monialium, ad hoc vt visitent prædicta Monasteria, vel exerceant omnia alia,quæ in Monasterijs sibi subiectis exercent:aut ad hoc vt intrent cum ipsis Prælatis,siue Visitatoribus ad videndum Officinas, & totum Monasterium interius,possint sicut possunt in Monasterijs sibi subiectis,siue intra, vel extra Clausuram visitando,& alia faciendo: vel cum ipsis Prælatis intrando. Non obstante prohibitione suæ Regulæ, vel declaratione eiusdē Regulæ. Dum tamen prædicti Fratres si fuerint subditi, hoc faciant de licentia suorum Prælatorum.O.ffo.61.concess.194. D

33 *Licētia pro Prædicatoribus.* Idem Leo concessit, quod Prælati Ordinis Mino. possint dare licentiam suis subditis intrandi Clausuram Monasteriorum Sanctæ Claræ ad faciendum sermonem de Kalenda: dum tamen intrantes sint senes,& vitæ exemplaris.O.ffo.62.conc.195. E

34 *Licētia pro Prælatis, & Confessorib. Monast. sanctæ Claræ.* Idem Leo concessit,quod quando Moniales Sanctæ Claræ grauiter infirmantur taliter, quod non possunt ad Cratem venire ad audiendum Missam, possit illo tempore Sacerdos confessor earum,vel Prælatus superior,introire clausuram,infirmariam, & Monasterium ad celebrandum, ne tales Moniales remaneant sine Missa. Dummodo sacerdos ad nulla alia loca,quam ad Altare diuertat; nec moretur,nisi tanto tempore quanto indiget ad celebrandum; nec loquatur,nisi quantum est opus in Missa.O.ffo.93.conc.290.

A *Sequuntur aliqua notabilia circa præfatam materiam: quæ licet aliquibus videatur clara, continet tamen multas difficultates eluc. datione indigentes.*



RIMO circa casus in secunda Regula Sanctæ Claræ edita per Vrbanum 4. in quibus, diuersis personis conceditur licentia ingrediendi Clausuram Monasteriorum Monialium huiusmodi: licet superius sint positi. §.6. & 7. tamē hic sigillatim ponitur vnusquisque casus cum declaratione expedienti; prout probatissimis qui-B busdam patribus Ordinis Min. in iure, ac rebus Religionis, preuia matura discussione visum est; quos ad tute incedendum sequi oportet. *Primū notabile.*

Primus casus est, quando datur licentia ingrediendi, illi, cui commissa fuerit administratio Sacramentorum idest Confessori, seu Vicario; quando aliqua Soror, vel Monialis tanta fuerit corporis infirmitate detenta, quod ad locutorium commode venire non possit, & necessitatem habuerit confiteri, vel Dominicum Corpus, seu alia recipere Sacramenta. Ita tamen, quod exhibiturus huiusmodi sacramenta, Alba, & Stola, & Manipulo, cum duobus idoneis, & religiosis socijs, vel vno ad minus, Alba vel saltem Superpellicio vestitis ingrediantur, ac morentur induti; & audita Confessione, vel alio tradito Sacramen-C to, sicut ingressi fuerint, sic egrediantur induti; nec moram faciant ibi longiorem. Caueant etiam, vt quamdiu intra Monasterium fuerint, nullatenus abinuicem separentur: quin semper mutuo possint libere se videre. Hæc Vrbanus in Regula cap. 7. & supra. §. 6. ¶ Quoad istum primum casum est aduertendum, quod socius debet esse clericus, & non laicus; vt expresse habetur in Bulla Gregorij ix. quæ habetur fol. 48. & fol. 131. & supra §. 3. Et idem innuitur in Bulla Vrbani supraposita, cum dicit: quod socius intret indutus Alba ad minus. Tale autem indumentum solum competit Clericis, & adhuc in sacris ordinibus constitutis. Consuetudo tamen est in contrarium; quæ vtrum sit bona, & valida, aliorum sit iudicium. Mihi tamen non videtur tuta. *Primus casus.* *Expositio.*

D Secundus casus est, quando aliqua Monialis vult exhalare spiritum; de quo dicit Vrbanus, vbi supra immediate. Sic quoq; se habeant in animæ commendatione, Confessor, & socius vel socii; prout in præcedenti casu dictum est. *Secundus casus.*

Tertius casus est, cum Abbatissæ, & conuentui visum fuerit, & petierint, vt Confessor ad exequias celebrandas debeat introire. Et tunc, modo supradicto, cum duobus sociis intret indutus & sepulta mortua, cum eis exeat sine mora. Sed si Abbatissa, & Conuentus non petierint huiusmodi Ingressum, dicit Papa, vbi supra, quod non ingrediatur Claustrum Sacerdos: sed exterius in Capella, quod ad officium pertinet, exequatur. ¶ Circa hoc autem notent Fratres, & aduertant: quod ingrediendo aliter, aut in maiori numero non euadent excom-E municationem Papalem, vna cum transgressione suæ Regulæ, si sint Fratres Minores. Nec sufficit pro excusatione consuetudo contraria, quæ in aliquibus forte viget: quia est abusus, cum careat conditionibus requisitis ad hoc, vt consuetudo vim legis habeat, & deroget legi iustæ, ac rationabili, & pro maiori parte obseruatæ præsertim a Religiosis probis, & doctis, suæ Regulæ obseruatoribus. *Tertius casus.* *Expositio.*

Quartus casus est, si necesse fuerit, vt ingrediantur aliqui ad aperiendam sepulturam, seu postmodum coaptandam; & Abbatissæ, & Conuentui visum fuerit hoc expediens, propter imbecillitatem Sororum. Quo casu dicit Vrbanus, vbi supra: sit Sacerdoti, vel alicui alij ad hoc idoneo, & honesto, cum vno socio vel duobus, licitum introire. Et hoc peracto, exeant sine mora. *Quartus casus.*

Præfati quattuor casus habentur 7. cap. Secundæ Regulæ S. Claræ, fol. 285.

tract.

tracta.3.& ffo.295.tracta.2.& supra.§.6. A

Pro Confessoribus, seu Vicarijs. Notandum, quod vltra quattuor prædictos casus, sunt etiam nonnulli alij casus,in quibus Confessores, seu Vicarij Monialium S. Claræ ingredi possunt Clausuram Monasteriorum,quibus deputati sunt,scilicet, pro exercendo ipsorum Monasteriorum opere,vel illis conseruandis ab incendio,seu a latronibus defendendis;vt habetur supra,§.3.ac prout declaratur infra casu sexto. Item caussa celebrandi Missam Monialibus grauiter infirmantibus; vt patet supra §. vltimo; & insuper caussa renouationis Sacramenti. Nam ex quo Clemens vii. concessit,quod possunt habere Sacramentum in Ecclesia interiori, vt habetur supra: Eucharistia.§.2. & infra casu 12. indirecte visus est concedere Ingressum ad consecrandum,aut renouandum Sacramentum. In nullo vero alio casu reperitur concessus Ingressus præfatis Confessoribus, seu Vicarijs. Et iccirco Reuerendissimus Pater Frater Franciscus Angelorum cum esset Minister Generalis in suis præmonitionibus,seu auisamentis, extra præfatos casus, distincte prohibuit Ingressum,vel potius declarauit prohibitum. B

Quinctus casus. Quinctus casus est,quod Medicus,caussa multum grauis infirmitatis, & Minutor,cum necessitas exegerit,possint ingredi. Qui tamen non absque duobus socijs de Familia Monasterij introducantur: nec ab inuicem intra Monasterium separentur. Hæc Vrbanus præfatus. ¶ Circa hoc tamen nunc habetur Concessio Sixti iv. vt loco duorum familiarinm prædictorum, sufficiat, quod Medicus, & Minutor a duabus, vel tribus Monialibus antiquis associetur: vt habetur supra, §. 24. C

Expositio. Quoad hunc casum oportet aduertere,quod cum Papa dicat, quod Medicus possit ingredi caussa multum grauis infirmitatis; quod pro leuibus infirmitatibus,vt quartana, vel alijs malis dispositionibus, seu caussa visitationis, nec Medicus, nec Confessor possunt ingredi. Et quando Medicus caussa multum grauis infirmitatis ingreditur, non potest cum ipso Ingredi famulus suus, aut alia persona: nisi prout in Regula, & Concessione Sixti continetur. Item ad hoc,vt Minutor possit ingredi, oportet, quod prius per Medicum determinetur expedire,aut necessarium fore. Vel si aliqua Monialis haberet in consuetudine minuendi se aliquoties; debet fieri præuio assensu Abbatissæ cum consilio discretarum Conuentus. D

Sextus casus. Sextus casus est, occasione incendij,vel ruinæ [illegible] ulterius periculi, seu dispendij,vel pro tuendis a violentia quorumlibet Monasterium, aut personas.

Expositio. Circa hunc casum est notandum,quod cum Regula non declaret,seu specificet quantum,aut quale debeat esse periculum, seu dispendium, ratione cuius liceat ingredi Clausuram,determinari debet arbitrio Abbatissæ, & discretarum Conuentus. Vt autem magis innotescat huiusmodi casus, sequentibus exemplis elucidabitur.

Primum exemplum. Aliquis malefactor fugit ad Monasterium Monialium. Moniales vero propter suam honestatem volunt illum eijcere foras,& non sufficiunt earum vires,tunc poterunt intromittere tot sęculares, quot sufficiant, vel opus sint ad illius expulsionem; qui poterunt impune, ac licite ingredi. B Item aliud exemplum. Quædam vidua intrat Religionem Monialium, & post ingressum inuenitur, quod remansit prægnans de viro suo. Venit tempus partus,talis poterit parere intra clausuram Monasterij; sicut posset curari ab alia infirmitate, ac per consequens posset ingredi obstetrix; prout ingreditur Medicus. ¶ Tertium exemplum. Si forte tam grandis contentio, & discordia foret inter aliquas ex Monialibus, quod aliæ Moniales non possent eas pacificare,timereturque mors,aut aliquod magnum damnum. Vel si forte aliqua inuaderetur; & vexaretur a spiritibus malignis; & aliæ Moniales non possent

eam

A eam recolligere, nec impedire a nocumentis inferendis; possent tunc ingredi illi, qui necessarij essent ad apponendum remedium in ijs, & consimilibus. ¶ Quantum vero ad alium casum, scilicet, tueri eas ab aliqua violentia, potest sic exemplificari. Si accideret, quod aliqua desponsata ante consummationem matrimonij ingrederetur Religionem, & Sponsus ante professionem attentaret per vim extrahere illam, & Moniales non possent resistere, tunc licite possent ingredi omnes illi, qui ad resistendum huiusmodi violentiæ essent necessarij: Non tamen ad obuiandum reformationi, seu correctioni ipsarum Monialium. ¶ Quoad incendium autem, necnon quoad alia in prefato casu contenta, est summe aduertendum, & notandum, quod huiusmodi Concessio non extenditur ad *Nota.*
Fratres Minores, quia est generalis; & ipsi, iuxta suam Regulam, indigent Con-
B cessione speciali, quæ, respectu Fratrum huiusmodi obsequijs Monialium deputatorum dumtaxat, facta est per Gregorium ix. vt habetur supra, §. 3. Quapropter reliqui Fratres Minores non possunt in prędicto casu ingredi Clausuram: nisi extrema necessitate instante, vtpote quando non est sufficiens copia aliarum personarum; quæ in tali casu possint, & velint succurrere; prout inferius magis declaratur.

Septimus casus est, cum pro aliquo opere exercendo, quod commode extra *Septimus*
Monasterium fieri non potest, necessitas exegerit introire. Hoc est, cum neces- *casus.*
se est facere aliquod opus interius, & ad faciendum illud non sufficiunt Moniales, nec potest fieri exterius. ¶ Huiusmodi casus habet locum, quando ali- *Expositio.*
C qua res nimium ponderosa defertur ad Monasterium, nec posset introduci a Monialibus dando illam a foris, nec posset diuidi in partes, vt sic partita intromitteretur. Tunc enim posset ingredi, qui ad hoc esset necessarius. Sed quia Regula non dicit, quod, ingredienti pro opere exercendo, adiungatur socius, debet ingredi solus: nisi forte socius ad idem opus esset necessarius. Videtur etiam circa præfatum casum, quod, quemadmodum secularis potest ingredi pro opere exercendo, similiter Fratres deputati ad seruitium Monialium ingredi possunt ad dandum ordinem, & industriam in opere faciendo. Et quod, si ijdem Fratres deputati seruitio Monialium fuerint artifices idonei, poterunt ingredi ad laborandum in tali opere, etiam si inuenirentur artifices seculares:
D Fratres tamen non deputati ad seruitium Monialium, quamuis sint artifices, non poterunt ingredi, quia pro ipsis non habetur licentia specialis, prout requiritur. Et, quando a[illegible]erit sæcularis, debet ingredi absque socio, vt supradictum est: quia Reg[illegible]llum non concedit. Ita quod nec Confessor, seu Vicarius, nec aliquis socior[illegible]us poterit ingredi cum huiusmodi sæculari, nisi opus esset, vt dictum est, a[illegible]um ordinem, & industriam in opere faciēdo. Licet autem de rigore litterę Regulæ Monialium prędictarum, videatur, quod Frater Minor, si fuerit artifex illius operis, possit ingredi, sicut secularis: tamen hoc non est conforme intentioni eiusdem litterę; nec per consequens debet fieri: quia, cum de mente constat, verborum qualitas non debet attendi; vt est vulgatum in iure.

E Octauus casus est, si quis de Sanctæ Ecclesiæ Cardinalibus ad aliquod Mo- *Octauus ca-*
nasterium huiusmodi Religionis aliquando venerit, & intra Clausuram In- *sus.*
gredi voluerit: cum reuerentia quidem est suscipiendus: rogandus tamen, vt cum paucis socijs ingrediatur. ¶ Istud, secundum aliquos, est intelligendum de *Expositio.*
Cardinalibus Protectoribus solum: nihilominus tamen videtur certum, quod absolute intelligi debeat de quibuslibet Cardinalibus, quamuis Protectores non sint huiusmodi Ordinis Sanctæ Claræ.

Nonus casus est, de quo dicitur in præfata Regula: Liceat quoque Generali *Nonus ca-*
Ministro Ordinis Fratrum Minorum, quando ibidem celebrare voluerit, vel *sus.*

proponere Sororibus verbum Dei, cum quattuor, vel quinq; Fratribus ipsius Ordinis, intra Clausuram ingredi Monasterij, si quando ei videbitur expedire. Hæc Vrbanus. ¶ Circa hoc est aduertendum, quod nullus alius Prelatus Ecclesiasticus, vel Religiosus, etiam si sit nostri Ordinis, potest Ingredi præfatam Clausuram, nisi vt inferius subditur in Regula, verbis subsequentibus. ¶ Alius autem Prælatus (cui aliquando forte de licentia Sedis Apostolicæ, vel dicti Cardinalis intrare licuerit) duobus, vel tribus tantum religiosis & honestis socijs sit contentus.

Decimus casus est, quod, si forte pro consecratione, vel benedictione Sororum, vel in alio modo concessum fuerit Episcopo alicui Missam interius celebrare aliquando, quampaucioribus, & honestioribus socijs sit contentus, & ministris. ¶ Quoad istum casum est notandum, quod Episcopis nõ potest dari præfata licentia, nisi per Summum Pontificem, & non per alium inferiorem, etiam si vocati essent ad conferendum Sacramentum Confirmationis aliquibus Monialibus; ob quam caussam nec ipsæ Moniales egredi possunt Clausuram, absque speciali licentia Papæ.

Præfati sex casus vltimi continentur in Regula per Vrbanum iv. edita ca. 7. Et habetur fo. 288. tract. 3. & ffo. 297. tract. 2. & supra §. 7.

Vndecimus casus ponitur in eadem Regula cap. 24. & habetur fo. 290. tract. 3. & ffo. 298. tract. 2. dicendo, quod Visitatores Monialium possint ingredi ad tenendum Capitulum Visitationis, vel aliquid simile, tangens suum officiũ, quod de foris nequit fieri. Et tunc cum duobus Religiosis, ac idoneis, idest exemplaribus socijs, & non cum pluribus debent ingredi: Qui videlicet socij simul maneant, & dum fuerint intra Clausuram, ab inuicem nullatenus separentur. Hæc Vrbanus. ¶ Sciendum circa hoc, quod virtute huius facultatis, & hoc titulo solum ingrediuntur his temporibus nostri Prouinciales Ministri in Monasteria Sanctæ Claræ suarum Prouinciarum, super quæ habent gubernationem commissam a Papa. Et similiter Commissarij, quos ipsi Ministri Prouinciales, aut Generalis mittunt suo nomine ad visitandum Moniales.

Notandum, quod hic non facimus mentionem licentiæ, quam Nicolaus V. dedit seruitricibus Monialium ad ingrediendum Clausuram, quando requisitæ, seu vocatæ essent ab Abbatissa, cum consilio discretarum & c. vt habetur supra §. 19. Hoc enim non reperitur fuisse in vsu, nec per consequens creditur esse acceptatum. Et dato casu, quod huiusmodi C[illegible]o esset in vsu, & accepta foret, reuocata tamen est per prouisionem Leon[illegible] suprapositam §. 28.

In supradictis ergo casibus concessum est [illegible] Vrbanum iv. posse ingredi Clausuram Monasteriorum Sanctæ Claræ. [illegible] cum ista sit Concessio generalis, quæ non sufficit pro Fratribus Minoribus, pro quibus requiritur specialis; vt patet ex textu suæ Regulæ non possunt virtute illius ingredi præfatã Clausuram. Iccirco dubium est qua facultate visitatores, & Fratres deputati ad seruitium Monialium possint Ingredi Clausurã? Ad hoc respondetur, quod Vrbanus præfatus sciens, quod alia via erat circa hoc prouisum; non specificauit amplius, sed solum concessit, quod Commissio facta pro Monasterijs Primæ Regulæ S. Claræ extenderetur, seu cõmunicaretur Monasterijs secundæ Regulæ, prout in prologo dictæ Regulæ Vrbani continetur, fo. 285. trac. 3. & ffo. 293. tract. 2. Concesserat autem Gregorius IX. quod Visitatores, & Capellani, seu Confessores Monialium Sanctæ Claræ essent Fratres Minores. Ac per consequens visus est concedere omne, quod necessarium erat ad executionem suorũ officiorum, Visitatoribus ad visitandum, & Confessoribus, alijsq; Fratribus ad seruitium Monialium deputatis in casibus certis, & determinatis; prout habetur sup. §. 1. Et in vltimo capitulo primæ Regulæ Sanctæ Claræ dicitur, quod

pro

A pro confessione infirmarum, quę ad locutorium ire non possunt, ac pro communicandis eisdem, & pro Extrema vnctione, & animæ recommendatione, liceat Confessori cum socio introire, vt habetur, fo. 283. tract. 3. & fo. 293. tract. 2.

Duodecimus casus potest assignari, ad renouandum Sacramentum tempore consueto. Et hoc virtute Concessionis Clementis vii. quæ habetur in dictione Eucharistia. §. 2. *Duodecim⁹ casus.*

Sed circa supradicta est notandum, quod Protectores, cum essent principales Prælati Monialium, disposuerunt de Visitatione illarum, alijsq; rebus gubernationem ipsarum concernentibus, illa quæ suis temporibus visa sunt expedire, extendendo, aut restringendo auctoritatem suorum Commissariorum ad libitum suum, & forte non curando de ijs, quæ Gregorius IX. statuerat; vt supra positum est. Inter quos Protectores successit vnus dominus Matthæus appellatus; qui volens se exonerare ab huiusmodi cura Monialium, subdelegauit gubernationem ipsarum Generali, & Prouincialibus Ministris, dando illis quamdam Commissionem. Et quia visum est ei postea Commissionem illam esse diminutam in aliquibus, dedit aliam in supplementum illius; vt habetur fol. 33. & 34. & 35. tracta. 1. vbi concessit ea, quæ in huiusmodi Commissionibus continentur. Quo Protectore defuncto, expirauerunt illæ Commissiones. Et quia iam nullius erant valoris, non sunt positæ in secunda impressione libri Monumenta Ordinis nuncupati: licet per inaduertentiam, atque errorem positæ sint in prima impressione eiusdem libri. Ex quo securum est, quod aliqui decepti sunt, credendo, quod præfatæ Commissiones manebant in pristino vigore, atque volendo se iuuare illis, & addúcendo eas ad suum propositū; præsertim quidam bonus Pater in quodam libello, seu tractatu, quem circa huiusmodi materiam edidit. Et idem iudicium est de commissionibus, & concessionibus alterius Protectoris, qui dicebatur Philippus; prout habetur in quadam tabula Priuilegiorum per Fratrem Ioannem Ternigon editam, qui etiam deceptus est, credendo, quod post mortem eius durarent Commissiones, & Concessiones per illum factæ. Quod autem per mortem Protectoris expirauerint illæ suæ Commissiones, patet, quia secundum Iura per mortem delegantis, expirat delegatio. Item, quia licet ille Protector adhuc viueret; Martinus V. Papa reuocauit illas, auferendo auctoritatem, & potestatem a Protectoribus in hoc casu; vt habetur supra, §. 13. Quapropter ab huiusmodi commissionibus & alijs consimilibus [illegible] nullos Protectores factis, cauendum est post illorum obitum. ¶ Item est [illegible]ndum, quod Protectores, qui præfato Domino Matthæo successerunt, no[illegible] [illegible] Prælatis Ordinis consimiles commissiones, aut Prælati noluerunt [illegible]as accipere de manu illorum: quapropter Summi Pontifices, forte attendentes, quod prouisione Protectorum, suarumque commissionum, minus bene gubernabantur Moniales, volentes apponere remedium in hoc, commiserunt onus gubernationis earum Ordini nostro Minorum, seu Prælatis eius in generali, & aliquorum Monasteriorum per Commissiones, seu Prouisiones speciales. Taliter, quod Auctoritas, quam Ordo noster habet nunc super huiusmodi Moniales, non dependet a Protectore; sed immediate a Papa. Et sic cum noster Ordo habeat hanc specialem Commissionem a Sede Apostolica, habent Visitatores, & Fratres deputati seruitio Monialium, licentiam specialem ad ingrediendum Clausuram in certis casibus, conformiter ad Regulam nostram: quamuis præfata licentia Gregorij ix. non præcessisset. Ita quod per vnam viam, & aliam, Visitatores, & Fratres deputati obsequijs huiusmodi Monialium, possunt (absq; scrupulo) Ingredi Clausuram suorum Monasteriorum in casibus per Gregorium ix. specificatis; vt supra patuit. ¶ Circa supradicta tamen, & inferius dicenda, oportet aduertere, quod

Collector.

Nota.

post præfatam Concessionem Gregorij ix. & sufficientem specificationem casuum, in quibus Fratres Mino. licite possunt ingredi Clausuram Monasteriorum huiusmodi, aliqui Summi Pontifices ampliauerunt prædicta, concedendo ingressum in alijs casibus; vt patet supra in concessionibus Bonifacij viii.§.11. & Nicolai V.§.19. & Alexandri vi.§.26. Quas tamen Concessiones, & quaslibet consimiles, Leo X. reuocauit, & annullauit: quia aliqui forte illis abutebantur, vt patet supra. §. 28. Ita quod solum manent in suo vigore Concessiones Gregorij ix. & Vrbani iv. necnon illæ, quæ post datam Breuis præfati Leonis reperiuntur factæ; prout sunt tres, quas idem Leo anno Domini 1517. oraculo viuæ vocis fecit, quæ habentur etiam supra in tribus vltimis Concessionibus dictionis Ingredi &c. ¶ Notandum est insuper circa omnes casus supradictos, in quibus conceditur posse Ingredi Clausuram, quod sunt respectu Monasteriorum Sanctæ Claræ: vltimo dumtaxat excepto, scilicet supra. §. 31. Quapropter si Fratres Mino. habuerint gubernationem Monasteriorum Monialium aliorum Ordinum, attendant ad Auctoritatem, quæ ipsis conceditur in Regula, & Priuilegijs ipsarum. Nam, licet sit Minister Generalis, non potest ingredi Clausuram Monasterij religiosarum alterius Ordinis, absque speciali licentia Papæ. Iccirco oportet bene aspicere Regulam, & Priuilegia taliũ Monialium, ne limites excedendo, quos sancti Patres posuerunt, transgressores sui voti efficiantur. Quod, ne accidat alicui, aduertat ad resolutionem sequentem.

Resolutio notabilis. Tandem resolutio huius materiæ est, quod nullus Frater Min. potest ingredi (absque transgressione suę Regulæ) in Monasteria Monialium cuiuscumque Religionis, exceptis Ministro Generali, ac Visitatoribus, & Fratribus deputatis seruitio Monialium Sanctæ Claræ, in casibus supradictis; & eo modo, quo in ipsis continetur, atque in præfatis tribus per Leonem concessis. Icirco Ingredi ad dandum Velum, seu ad videndum dare, aut ad Professionem Monialium, vel ad visitandum desolatas, seu infirmas, aut Confessor accipiens occasioné intrandi ob renouationem Sacramenti, vt aliquem Fratrem introducat secum, cum tamen secundũ veritatem tunc non sit tempus, in quo deberet hoc fieri, vel sub colore ędificiorum, seu alicuius operis exercendi, non habendo illud pro fine principali; aut carendo arte, & industria ad dandũ ordinem in hoc: vel quando non est necesse, quod Fratres dent talem industriam, & ordinem: quia sufficiunt artifices sæculares, aut Moniales; seu quando absque rationabili timore defectus potest a foris sufficienter d[illegible] & industria, aut sub quibuscumque alijs inuentionibus, fictionibus, fr[illegible]dibus, cautelis, coloribus, seu excusationibus, quamuis foret in casibus [illegible]s concessis, nullatenus licet. Omnia enim huiusmodi sunt clare prohib[illegible] per Regulam nostram, & Summos Pontifices. Et quia, vt dicitur in Clementina Exiui de Paradiso, de verborum signif. vbi aliquid alicui generaliter prohibetur, quod expresse non conceditur, intelligitur denegatum.

Pro scrupulosis. Vltra omnia supradicta, sunt duo notanda, propter scrupulosos, circa huiusmodi materiam. Primum est, quod licet intrans Clausuram præfatam cum licentia sufficienti (prout in casibus concessis per Regulam, superius expressis, seu alias) debeat exire statim finito negotio, pro quo ingressus est: quamuis tamen aliquantulum demoretur, vel se detineat: dum tamen non sit corrupta intentione, sed quadam curiositate circumeat Officinas, aut loquatur cum aliquibus Monialibus, non propterea incurrit aliquam Censuram, nec peccat mortaliter. Verumtamen, si corrupta intentione faceret supradicta, non excusaretur a peccato mortali, & ab incursu Censurarum. ¶ Alterum notandum est, quod exceptis Visitatoribus, & Fratribus deputatis ad obsequium Monialium, nullus Frater propter aliquam caussam potest ingredi Clausuram huius-

A huiusmodi, nisi in casu extremæ necessitatis. Vt exempli gratia. Si aliqua Monialis esset propinqua morti, & non adesset Confessor, qui illam audiret in Cõfessione, aut in defectum socij. Tunc enim posset alius Sacerdos introire, vel Confessor accipere alium socium, cessante tamen fraude.

Secundum notabile. De Monasterijs tertij Ordinis.

SEcundo principaliter circa huiusmodi materiam ingressus Monasteriorum Monialium est sciendum, & notandum, quod aliqui arbitrati sunt prohibitionem supradictam non extendi ad Monasteria Tertiariarum, allegando, quod Tertiariæ non sunt, nec vocantur Moniales, ac per consequens non includitur sub prohibitione Regulæ, quæ dicit. Fratres non ingrediantur Monasteria Monacharum, &c. Et licet contrarium sit veritas tam manifesta, quod nulla indigeat probatione: tamen, vt obstruantur ora loquentium iniqua; probabitur huiusmodi veritas; excludeturque contraria falsitas euidenter. Pro cuius declaratione, & probatione supponitur, quod modus viuendi Tertiariorum a Patre nostro Francisco institutus, non fuit pro viris, aut fœminis religiosis, qui deberent viuere collegialiter, seu in congregatione, vel in communi. Pro talibus enim iam ipse ordinauerat duas Regulas, scilicet, Minorum pro viris, & Sanctæ Claræ pro fœminis. Sed tertiam Regulam, seu modum viuendi instituit pro existentibus in suis propriis domibus, etiam si essent, ac manerent coniugati: prout dicit glossa in Clementina. Cum ex eo, de sententia excommunicationis. Et tales proprie non erant, nec dicebantur Religiosi, aut Fratres, vel Sorores: sed solum continentes, vel pœnitentes, seu Tertiarij, vel Tertiariæ, aut Bizochæ; vt in Italia; seu Beatę, vt in Hispania. Ideo de talibus dicunt Doctores: præsertim glo. in Clementina prima de Religiosis domibus, & in supradicta Clementina cum ex eo, quod Sorores Minorum, quæ dicuntur tertij Ordinis: licet promittant obedientiam, non habent Regulam proprie dictam quoad tria substantialia: sed quemdam modum viuendi per Sedem Apostolicam approbatum. Et iste tertius Ordo, etiam pro viuentibus in coniugio maribus, & fœminis adinuentus est: immo principaliter pro talibus. Et habẽt professi proprium in singulari. Et potius est modus viuendi, quam proprie dicatur Regula. Est tamen approbatus per Nicolaum iv. Sed quia non voueut tria substantialia. quæ sunt in Religione, non est proprie Ordo. Et Abbas in ca. Caussam, de iudicijs, dicit. Isti de tertio Ordine Sancti Francisci, appellantur Fratres, & Sorores in Clem[illegible] cum ex eo: de sententia excommunicationis: sed non simpliciter, sed de [illegible]enitentia. Et in Concilio Lateranensi celebrato anno Domini 1516. in quadam [illegible]terminatione facta circa huiusmodi Tertiarios, qui collegialiter non viuunt, [illegible]ominantur Fratres, & Sorores tertij Ordinis; vt habetur ffo. 26. Igitur ingredi Domus Tertiariorum huiusmodi, quæ in communi non viuunt, sed in proprijs, vel particularibus domibus suis, non est Ingredi Monasteria; nec per consequens, sic intrans, transgreditur Regulam; secundum declarationes Gregorij ix. & Nicolai 3. Sed quia postea Sedes Apostolica dedit Tertiarijs facultatem collegialiter viuendi, illis qui sic in communi viuere vellent, multiq; ex ipsis posuerunt se in congregatione, Sixtus iv. informatus, quod tales faciebant tria vota essentialia Religionis sollemniter in manibus suorũ Superiorũ, & corã suo Collegio, vel Congregatione, declarauit, seu concessit, quod huiusmodi votũ in omnibus, & per omnia haberet eumdẽ effectũ, & vigorẽ, quem habet in quacumq; aliarũ Religionũ per Ecclesiam approbatarum, vt habetur fo. 33. tract. 2. Et ffo. 117. conc. 256. ¶ Cum ergo post prędfatam Declarationem, seu Concessionem Sixti 4. fœminæ profitentes sollemniter Tertiam Regulam Sancti Patris Nostri Francisci, & Collegialiter, seu in communi viuentes, sint vere, ac proprie Religiosę: sequitur clarissime,

atq; euidenter, quod eamdem prohibitionem habent Fratres Min. circa Ingressum Monasteriorum, seu habitationum prędictarum Tertiariarum, & accessum ad loca exteriora, vbi sęculares communiter accedunt, sicut habent erga alia Monasteria quarumcumq; Monacharum, vel Religiosarum. Et in hoc non potest dubitare, nisi qui vult claudere oculos intellectus, nolens intelligere, vt bene agat. Sed ad ampliorem abundantiam, immo superabundantiam, Eugenius iv. volens (aliquibus protervis ac excessiue affectis, seu deuotis erga Tertiarias huiusmodi, penitus amouere caussam altercandi amplius in hoc, statuit, quod in omnibus Tertij Ordinis Sororum, & Monialium Collegijs, Fratres Mino. de accessu & ingressu sic se habeant, sicut seruatur in Monasterijs Sanctæ Claræ, vt habetur supra, §. 17. Quid clarius, aut euidentius quæri, & inueniri potest? ¶ Sed adhuc forte contra prædicta insurget aliquis, dicendo, non esse prohibitum Ingressum Monasteriorum huiusmodi Tertiariarum, quia in quodam Breui Leonis x. suprapósito post. §. 29. sic continetur. Et pariter ad Tertiarias in Congregatione viuentes, ad quas accedere licet, prohibitum non sit &c. Verumtamen sic dicentes, grauiter errant, & ad pauca respicientes, de facili paralogizantur. Præfata namq; verba posita sunt in relatione, aut supplicatione dicti Breuis a supplicante, qui hoc præsupponebat tamquam verum, cum tamen esset falsum. Falsitas autem huius præsuppositi patet, tam ex Regula nostra bene ponderata, quam ex declarationibus eius, præsertim ex determinatione Eugenij iv. superius posita. Ac per consequens, præfatum Breue Leonis est subrepticium, & nullius valoris, quoad Concessionem fundatam super præfatam relationem. Iccirco indubie tenendum est, quod nulli Fratres Minores, quacumque Prælatione fungantur, possunt magis Ingredi Monasteria Tertiariarum collegialiter viuentium, quamuis non seruent Clausuram, quam Monasteria Sanctæ Claræ. Ad quod etiam facit Ordinatio præfati Leonis, contenta in Regula noua; quam ipse edidit pro huiusmodi Tertiarijs, vbi cap. 8. dicit, quod Visitator visitet quolibet anno semel tantum quamlibet Domum, cum præsentia Seniorum, & quod, facta Visitatione, non intret Officinas, nec alia loca interiora Sororũ. Nec similiter possunt Prælati, seu Visitatores pro talibus Monasterijs, aliquibus personis licentiam ad ingrediendum concedere. Ac propterea illud, quod in præfato Breui Leonis dicitur, scilicet, quod in Capitulis generalibus, & prouincialibus prouideatur de modo intrandi ad Tertiarias, &c. nihil penitus operatur, qu[illegible] atur super præfata relatione falsa, scilicet, quod non sit prohibitus In[illegible] essus Monasteriorum Tertiariarum. ¶ Ad corroborationem autem præd[illegible] orum, est notandum, & ponderandum, quod Eugenius in Ordinatione superius adducta, Tertiarias in communi viuentes, appellauit Moniales. Ex quo apparet, quod non sunt tales illę, quæ in vulgari Hispano dicuntur Beatæ: sed Beatæ sunt, vel possunt, aut debent dici illæ fœminæ, non coniugatæ; quæ (vt vulgariter dicitur) Toman toca por amor de Dios; idest accipiunt velum, seu cooperimentum capitis lineum, quo non vtuntur communiter coniugatæ, nec domicellæ, aut fœminæ sæculares solutæ, & remanent in suis domibus, & facultatibus temporalibus, siue sint coniugatæ, seu viduę, siue non. Ex defectu autem huius intelligentię, ac distinctionis præfatæ, habuit originem error asserentium, non esse prohibitum Ingressum ad Clausuram Tertiariarum collegialiter viuentium, dicendo, quod tales non erant Monachę, nec Religiosæ, sed Beatæ, ęquiparando collegialiter viuentes, his, quæ manent in suis proprijs domibus, & facultatibus temporalibus, sicuti aliæ personæ sęculares. Talis erat quidam Frater Minor, qui in Capitulo generali celebrato Antuerpiæ, in Prouincia Coloniæ, seu Alemaniæ inferioris, pertinaciter altercabatur circa hoc, nolens assentiri præfatę

veritati

A veritati manifestę, quousq; in pleno Capitulo generali fuit propositum, & declaratum, vt supradictum est; habendo hoc pro tam manifesto, ac euidēti, quod noluerunt adducere aliam probationem ad hoc, nisi Regulam, & declarationes eius. Et vere sic est, quod totum reliquum hic adductum, potest dici superfluū intelligenti suam professionem, & nolenti proteruire.

Tertium notabile.

TErtium notandum est, quod prohibitio ingressus Monasteriorum Monialium comprehendit generaliter omnia, & singula Monasteria, seu habitationes, vel domus quarumlibet fœminarum religiosarum collegialiter, vel in communi viuentium. Dubitatum est autem hoc tempore Gregorii ix. Ad quod
B respondit ipse in declaratione, quam edidit super Regulam Fratrum Mino. præmittendo sequentia verba: Cum ex longa familiaritate, quam idem Confessor scilicet Sanctus Franciscus nobiscum habuit, plenius nouerimus intentionem ipsius; & in condendo prædictam Regulam, & obtinendo confirmationem ipsius per Sedem Apostolicam, sibi astiterimus, dum adhuc essemus in minori officio constituti &c. Nos vtiq; generaliter (cum regula nullum excipiat) dicimus esse prohibitum de quarumlibet Cœnobijs Monialium; vt habetur supra. §. primo. Et notandum, quod præfatus Summus Pontifex, vt amoueret occasionem alterius glossæ, aut interpretationis; hoc est ne aliquis diceret: Ista non sunt Monasteria: & ista sunt Monasteria: non posuit Dicimus esse prohibitum de quarumlibet Monasteriis, sed de quarumlibet Cœnobiis. Cœnobium
C autem est communis habitatio ad simul habitandum, & conuiuendum, vel commanendum. Vnde etiam quattuor Magistri expositores eiusdem Regulę, non potuerunt amplius, nec aliter dicere, nisi quod generaliter erat obseruandum, sicut præfata declaratio Papæ dicebat; vt habetur, fo.22.tract.3. & ffo.24. tracta.2. Et Sanctus Bonauentura dicit in declaratione eiusdem Regulæ, Hæc inhibitio, de omnibus Monialium domibus intelligitur. Vbi enim est maius periculum colloquii, ibi prudentius obuiatur. Ipsæ autem Moniales Sancti Damiani, vel Sanctæ Claræ, prę ceteris mulieribus ab humanis consortiis excluduntur. Licet ergo in frequentatione earum posset oriri periculum, propter
D quamdam familiaritatē Fratrum Minor. & propter hoc sit licentia adeundi talia loca Sedi Apostolicæ reseruata: tamen quia aliæ Moniales se amplius exponunt humanis colloquijs, quam illę, necesse est, vt illud mandatum ad omnes Monachas referatur, secundum expositionem Domini Gregorii. Et sicut Monachi sunt non solum co[illegible], verum etiam solitarii, sic & Monachę, & Moniales intelligendę sunt, n[illegible]olum collegiatę, verum etiam inclusę, & quę solitariam vitam agunt. Et hæ [illegible] sunt vitandæ, sicut collegiatæ, propter maius periculum solitudinis, ex te[illegible] pręcepti, vt existimo, pręcedentis, habetur fol. 43. tract. 3. & ffo.44. tract 2. Et Hugo de digna, in sua sollemni declaratione Regulę dicit. Nullum Monacharum Cœnobium prohibitio excipit generalis. Omnes autem mulieres communiter viuentes, & regularem vitam ca-
E nonice profitētes, Monachæ dici possunt. Et Monasterium est, vbi Regularium congregatio residet personarum. Congregationem duæ, vel tres (vt volunt) personę constituunt. Monasterium autem non facit domorum ambitio, sed continua Regularium habitatio personarum, ecclesiasticis maxime, seu diuinis officiis deditarum. Ob hoc Fratres discreti, omnem libenter Monialium locum vitant: qui cauet laqueos, securus est. Sæpe vbi Congregatio minor, ibi suspitio maior consistit; & maioris peccati opportunitatem ipsa solitudo ministrat. Habetur fol.73.tract.3. & ffo.75.tract.2. ¶ Sed quia post supradictam declarationem Gregorij ix. Innocentius ix. & Alexander iv. deuiauerunt aliquantulum a præfata declaratione Gregorij: Nicolaus iii. in sua sollemni declaratione super Regulam nostram edita, quam nunc principaliter habemus, & qua

vtimur; & in qua quidquid boni erat in alijs declarationibus, continetur; & A
minus bonum, seu malum in præcedentibus contentum, reuocatur; inseruit, &
ad litteram posuit illudmet, quod Gregorius in sua declaratione dixerat; vt
habetur supra. §. 10. ¶ Sed aduertendum, quod aliqui in isto passu faciebant
quamdam ridiculosam obiectionem, dicendo, quod Regula solum prohibet Fratribus Minor. ne ingrediantur Monasteria Monacharum, & quod Monachæ,
seu Moniales dicuntur illæ, quæ institutæ sunt per Ordinem Monachorum,
seu per institutores Ordinum Monachalium; prout sunt illę, quæ dicuntur
Sancti Basilij, Benedicti, aut Bernardi, &c. sicut apparet per antiqua decreta,
quæ de hac materia loquuntur. Vnde inferebant, quod in Monasteria talium
Monacharum solum erat prohibitus ingressus Fratribus Minoribus, & quod in B
Monasteria fœminarum religiosarum aliorum Ordinum non Monachalium
erat licitus ingressus. Ita quod secundum istam vanam argumentationem, non
erat prohibitus per Regulam nostram ingressus Monasteriorum S. Claræ, nec
aliarum Religiosarum Ordinum Mendicantium: quia secundum strictam nominum significationem, primæ dicuntur Monachæ, reliquæ vero appellantur
Sorores; vt patet in Regula Sanctæ Claræ, & alijs Regulis Mendicantium. Attamen cum iam Ecclesia declarauerit debere intelligi de quarumlibet Cœnobijs, non meretur prædicta obiectio responsionem aliam, nisi quærere a faciente illam; si credit quod Papa habuit potestatem ad declarandum hoc modo supradicto? Et cum quilibet ratione vtens nequeat negare istud, manet conclusum nostrum propositum, absque vlteriori altercatione. Verumtamen ad C
maiorem abundantiam, & superabundantiam, omissis præfatis declarationibus, ostendetur qualiter adhuc per nostram Regulam intellectam, secundum
Ius commune, prohibitione Fratres ingrediantur Monasteria Monacharum
intelligitur generaliter de quibuslibet fœminis Religiosis. Nam, licet sit certum, quod ista nomina Monacha, seu Monialis a principio imposita sunt solis
fœminis Religiosis Ordinum Monachalium: quia tunc non erant aliæ Religiones præter Monachales: quæ sub gubernatione sua haberent fœminas Religiosas: tamen postquam alij Ordines, præsertim Mendicantium instituti
sunt: quamuis fœminæ Religiosæ, sub eorum gubernatione existentes, acceperunt pro peculiari, seu proprio nomine vocari Sorores, non tamen propter hoc, renuntiauerunt nomini antiquo scilicet Monacharum: immo fuerunt, & sunt hoc nomine vtręque nuncupatæ, [illegible] vlla differentia. Nam, vt D
in plurimum, sic nominantur in iure communi [illegible] in Bullis Summorum Pontificum; & in libris iurisperitorum. Vnde Ab[illegible], in c. Caussamq; de electione,
dicit, quod ista nomina Sorores, & Moniales sunt synonyma, hoc est idem importantia, & significantia. Alijsque varijs in locis Canonistæ concorditer hoc
idem tenent. Igitur Regula nostra dicens, Fratres non ingrediantur Monasteria Monacharum, noluit aliud dicere, nisi quod Fratres non ingrediantur habitationes Congregationum fœminarum Religiosarum. Pater namque Noster
Sanctus Franciscus non curabat de rigore grammaticali significationis nominum, seu proprietatis verborum; prout nec in similibus est curandum. Aliter enim esset dare legem verbis, & non rebus, quod non patitur ius aliquod, E
nec ratio naturalis. Cum ergo intentionem legislatoris (quando de illa constat) sequi debeamus, non curando de verbis, seu tenore litterali, quāuis aliud
de rigore significare videatur; vt in c. vltimo, de regul. iur. lib. 6. quia ratio legis est, quæ dat illi verum esse; vt in c. Ratio de prebendis: & cum constet, quod
intentio, & finis Patris Nostri ac legislatorum nostræ Regulæ, in huiusmodi
prohibitione, fuit amouere periculum, & scandalū, quæ faciliter sequi possunt
ex conuersatione cum fœminis Religiosis; & ista non minuantur propter differentiam

A rentiam istorum nominum, vel illorum; siue dicantur Monachę, Moniales, Sorores, Dominæ, Pauperes, Sancti Damiani, vel Tertiariæ, seu quocumque nomine nuncupentur, fœminę existentes in Congregatione Religiosa: notum est, quod in omnibus illis habet locum prohibitio supradicta Regulæ quoad Fratres Mino. quamuis Ecclesia istud non declarasset, vt dictum est.

QVartum & vltimum notandum circa præfatam materiam est, quod Prælati, sub quorum gubernatione Moniales Sanctæ Claræ existunt, non possunt dare licentiam personis secularibus, Ecclesiasticis, vel Religiosis, tam viris quam fœminis, vt ingredi possint Clausuram Monasteriorum huiusmodi Monialium, absque Sedis Apostolicę licentia, seu auctoritate speciali, denuo obtenta. Hoc patet sic. Nam, si Prælati habentes gubernationem Monialium Sanctæ Claræ, possent dare licentiam personis secularibus &c. ingrediendi Monasteria huiusmodi, hoc maxime esset, quia Iulius II. concessit, quod Prouinciales Fratrum Mino. habeant eamdem potestatem, & Facultatem circa Moniales Sanctæ Claræ illorum curæ commissas, quam Vrbanus IV. in Regula earumdem Monialium commisit Protectori dicti Ordinis; vt habetur ffo. 72. In Regula autem prefata. c. 18. sic habetur: De ingressu personarum in Monasterium, firmiter, ac districte præcipimus, vt nulla vmquam Abbatissa, vel eius Sorores aliquam personam Religiosam, vel secularem, aut cuiuslibet dignitatis in Monasterij Clausuram intrinsecam intrare permittant: nec omnino alicui liceat: nisi quibus concessum a Sede Apostolica fuerit, vel a Cardinali, cui fuerit Sororum Ordo commissus. Hæc Vrbanus. Sed virtute huius Concessionis non possunt præfatam licentiam dare, vt probabitur, igitur &c. Hoc patet primo: quia auctoritas supradicta concessa Protectori, quoad præfatum casum, reuocata est per Martinum V. vt habetur supra §. 13.

Quartum notabile.

B

C

De personis autem exceptis in constitutionibus Benedicti XII. de quibus Vrbanus facit mentionem vbi supra, dicitur cap. 30. earumdem constitutionum. Nulli Regulari, vel laicæ personæ, &c. vt habetur supra, §. 12. Itaque voluit Martinus dicere, quod licet in Regula Sanctæ Claræ per Vrbanum edita concessum esset Protectori Ordinis, posse dare licentiam intrandi Monasteria prædicta: tamen, quod de cetero, nec Protector, nec Generalis Minister, nec multo minus Prouinciales Ministri, aut Visitatores possint dare licentiam huiusmodi alicui p[illegible] cuiuscumque status fuerit, absque Sedis Apostolicę licentia speciali. [illegible]d adhuc forte instabit aliquis [illegible]nentium oppositum, dicens: quod, cum Co[illegible]io Iulij facta sit post supradictam reuocationem Martini, viuificata est per hu[illegible]smodi Concessionem Iulij, Concessio Vrbani, facta Protectori ad hoc, vt Prouinciales Fratrum Min. possint illa vti. Ad quod respondetur, istud non obstare: quia Concessio Iulij fuit subreptitia quoad hunc casum, & per consequens, nullius valoris. Nam in supplicatione non fuerunt expressa aliqua, quæ si exprimerentur non esset forte concessa, scilicet quod prædicta potestas, & facultas Protectoris per Vrbanum concessa, erat reuocata per Martinum. Si enim hoc fuisset expressum, non est verisimile, quod Iulius concessisset generaliter, & absolute, prout concessit. Et facit ad hoc illud, quod idem Iulius in quadam Bulla, quę habetur fo. 43. tracta. 2. & ffo. 126. declarauit, dicens, quod per confirmationem Priuilegiorum per Sixtum IV. factam, ac eorumdem Priuilegiorum nouam Concessionem, per hæc verba, De nouo concedimus, solummodo esse confirmata, & de nouo concessa Priuilegia Ordini concessa; & alias non reuocata. Igitur cum Concessio Vrbani esset reuocata per Martinum, non intenderet Iulius viuificare illam, si constaret sibi de reuocatione prefata. Et quod non constiterit prefato Iulio de

D

E

huius-

huiusmodi reuocatione, patet etiam ex hoc, quia in derogationibus, seu non A
obstantijs in fine positis, vt moris est, nullam penitus fecit mentionem prædi-
ctæ reuocationis, prout in similibus secundum stylum Curiæ Romanæ fieri so
let, dicendo, Non obstantibus talibus, & talibus litteris Apostolicis. ¶ Item
dato casu, quod præfatæ litteræ Iulij non essent subrepticiæ; prout secundum
veritatem sunt; vt supra probatum est: tamen adhuc videntur non sufficere ad
licentiandum personas sæculares; vel quascumque alias pro ingressu prædi-
cto, si bene considerentur, & ponderentur verba in concessione Iulij posita;
quæ talia sunt. Vt circa prædictas Sorores, scilicet S. Claræ, illa potestas, seu
facultas, prædictis Vicarijs Prouincialibus per præfatas litteras Apostolicas
censeatur esse commissa, quæ per præfatum Vrbanum prædecessorem, qui præ-
dictam Regulam confirmauit, & approbauit, in eadem Regula Protectoribus B
eiusdem Ordinis commissa fuit auctoritate Apostolica, tenore præsentium de
clararamus. Ponderandum est, quod dicit in principio Concessionis. Vt circa So
rores prædictas illa potestas, &c. Non enim dixit absolute, ac generaliter circa
Sorores, earumq; Monasteria, &c. Nec specificauit aliquid de ingressu Clausu-
ræ: nec minus de potestate dandi licentiam aliquibus personis pro ingressu hu
iusmodi; sicut in similibus fieri solet, ac debet. ¶ Tandem apparet veritas su-
pradicta ex hoc, quia cum probatiores, ac doctiores Patres Religionis haberét
istud pro certissimo, & indubitabili, ac proteruire nollent, Reuerédissimus Pa
ter Frater Frácifcus Angelorum, dum esset Generalis Minister, obtinuit a Cle- C
mente VII. anno Domini 1526. pro gratia speciali, facultatem, vt posset dare li
centiam mulieribus viduis, & honestis ad ingrediédum Monast. S. Claræ. Quæ
facultas illi cócessa, & licentię virtute illius datę, solúmodo durauerunt quá-
diu tépus sui officij durauit. Qui vero plenius omnia supradicta videre volue
rit, reperiet in quodam tractatu, Clypeus Sacrarum Monialiú, intitulato, per
Reuerendum Patrem Fratrem Ioannem de Argomanes claræ memoriæ edi-
tum; Cui tamquam doctissimo, ac peritissimo, indubia fides adhibenda est.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

Pro socijs P̄latorū ingrediētiū.

Notandum quod pro sſtrascriptis declarationib. Cordubæ, quoad hanc materiā intrandi, &c. qd nunc sit obseruādū, est videre ī sequenti nostra annot. Capuccini.

Quoad tit. Ingredi. § 6. & 7. & quoad primum notandum, vbi Collector dicit, quod, si plures Fratres socij intrant cum Prælatis, aut Confessoribus, quam ibi assignantur in Regula Sanctæ Claræ in casibus ibi expressis, peccant mortaliter, & incurrunt excommunicationem, Notauit quidam Pater in huiusmodi satis eruditus, cessante fraude, Fratres socij intrantes cum Prælato, vel Visitatore, aut Confessore de licentia Prouincialis, seu Prælati habentis curam Monialium, in casibus, in quibus Prælatus, vel Visitator, aut Confessor intrare licito potest (de cuius opposito talibus Fratribus socijs non constat) non incurrunt ipsi, neque aliquis eorum excommunicationem, aut mortale peccatum propter talem ingressum, etiā si in maiori numero intrent socij, quam in Regula continetur. D

Ratio, quia in dicta Regula Sanctæ Claræ per Vrbanum Quartum edita, in Rubri. seu capit. 7. 18. & 24. vbi de his agitur, non imponitur sub præcepto obligatorie aliquibus, taxatio de hoc numero sociorum prædictorum; sed sub consilio, aut statuto expediente, secundum rationabilem taxationem illam iam factam per ipsam Regulam; quod patet ex verbis Regulæ ipsius, vbi solum dicit, quod liceat cum tot socijs intrare, vel quod cum tot sit contentus, &c. vbi videtur relinquere id curialitati, & prudentię Prælati intrantis, vt cum honesta, & decenti societate intret in casibus concessis: Alioqui sequeretur, quod similiter obligatorie imponeret Regula ipsis Prælatis, aut Visitatoribus alia omnia, quæ ibi dicuntur, puta quod legat, & exponat eis Regulam, & alia eiusmodi ibi contenta; & per consequens peccaret mortaliter, & in- E

curr-

A *curreret excommunicationem intrando ad visitandum, vel ad alia concessa, nisi serua-
ret modum, & conditiones ibi præfixas, legendo Regulam, aut diuertendo ad alia lo-
ca, aut moram faciendo, aut loquendo, &c. Cuius oppositum Collector, quoad hoc, in fi-
ne primi notabilis pro scrupulosis bene notauit, & ex ipsa ratione, & practicata con-
suetudine proborum virorum, patet: quia non censetur incurrere mortale, aut excom-
municationem, qui talem modum in prædictis omittit: ergo solum est obligatio prædictis,
ad intrandum non nisi cum honesta, & decenti societate in casibus sibi concessis. Ideo
intrantes socij plures cum prædictis Prælatis sine dolo, vt dictum est non incurrunt mor-
tale, nec excommunicationem: quod autem quis mandato facit iudicis (& per consequens
vocatus, aut licentiatus a Prælatis ad id) iam sine dolo facere videtur, vt habetur de
B Reg. iuris lib. 6.*

*Vltra prædicta, etiam ad maiorem confirmationem dictorum, notandum, quod id
quod habetur in dicta Regula Sanctæ Claræ, Rubric. 18. (alius autem Prælatus, cui ali-
quando &c.) vt habetur sup. in Comp. titu. Ingredi. §. 7. non videtur intelligendum de
Prælatis nostri Ordinis, sed de alijs: tum quia, cum Papa, ibi immediate superius locu-
tus fuisset de Minist. Gen. nostri Ord. videtur consequenter. quod dicturus erat (alius
autem Prælatus eiusdem Ord. cui alij. &c.) vel quid simile, non autem sic absolute (alius
autem Prælatus, cui, &c.) tum etiam, quia si de Ministris Prouincialibus, aut Visita-
toribus Monialium id intelligeretur, iam, cum in Rubric. 24. non detur licentia pluribus,
quam duobus socijs intromittendis, in Rubr. autem 18. hoc extendatur ad tres socios, vi-
C detur certe contradictio, aut magna inconuenientia: quod non est admittendum. Ergo
relinquitur ex dictis, quod nostri Prælati, non tenentur, nisi cum decenti, & honesta so-
cietate intrare in casibus concessis, vt dict. est, virtute Reg. S. Claræ. Hæc ille Pater: sed
virtute Eugenij IV. prohibitionis credo quod incurritur peccatum mortale, & excom-
municatio, si plures intrarent, vt ait Collector: & sic habet practica communis, & hoc
vt tutius ego tenerem.*

Quoad. §. 11. *vbi ponitur Concessio Bonifacij Octaui, & dicit Collector, quod iam est
reuocata per Leo. X. §§. 17. quam ipse Collector ponit inferius. §. 28. Tu dic, quod solum
est reuocata præfata Concessio Bonifacij Octaui quoad Monasteria Monialium San-
ctæ Claræ, non quoad Monasteria aliarum Monialium: quia Leo X. sic reuocauit, so-
lum quoad Monasteria Sanctæ Claræ, vt patet infra §. 28.*

D Quoad *§. 13. vbi ponitur restrictio licentiæ facta a Domino Martino V. Protectori-
bus, & Minist. Generali. An similiter nunc restricta sit in nostris Minist. Generalibus,
& Prouincialibus latius [illegible] infra, in annotatione quarti notabilis Compendij, in
fine huius tit. de Ingressu ad [illegible]nasteria Monialium.*

Quoad *§. 14. vbi ponitur con[illegible] Bonif. IX. Notandum, quod ide[illegible] Bonif. ibidem
ante prædicta verba immediate, sic p[illegible]miserat, dicens: Nullus Secularis, aut Regula-
ris, aliquod Monasterium Sororum prædictarum, scilicet, sub cura dicti Ordinis Præ-
dicatorum commissarum, nisi in quantum eorum, seu earum Constitutiones id patiun-
tur, vel de Sedis Apostolicæ, aut Ministri Generalis eiusdem Ordinis licentia specia-
li, intrare, aut aliqua Sororum inde exire, quoquo modo præsumat. Contrarium vero
facientes, similis excommunicationis sententiæ, a qua, præterquam per Sedem, vel Mi-
E nistrum memoratos, aut per aliquem ex dictis Fratribus, cui Minister prædictus id
commiserit, absolui non possint. volumus subiacere, hæc ibi. & immediate sequuntur ver
ba, quæ hic Collector ponit, Quod si quis infra Clausuram &c. & nescio, quare Col-
lector omisit illa, quæ magis ad rem facere videntur. Et notandum, quod nos Fratres
Minor. virtute huius concessionis Bonif. IX. non possumus intrare præfata Monasteria
Monialium Sancti Dominici, de quibus ibi agitur, etiam in casibus contentis in Statu-
tis ipsarum, quamuis alij possint intrare. Et ratio est, quia ista Concessio est generalis
pro omnibus Christianis: & pro nobis Fratribus Minor. requiritur, quod sit specialis pro
nostro Ordine, propter Regulæ nostræ prohibitionem, vt etiam ait concordans Collector*

in

in hoc tit. in 1. notabili, in expositione 6. & 7. casus. Et in annotatione super idem facta, quę habetur hic infra. A

Quoad §. 15. vbi Eugenius IV. sub excommunicatione ipso facto Papę reseruata, prohibet ingressum omnibus Christianis ad Monast. S. Clarę, &c. Hic videntur tria dubia examinanda. Quorum 1. est verum nos Fratres Min. incurramus excommunicationem, intrando Clausuram Monialium S. Clarę, S. Dominici, & Conceptionis? Respon. simpliciter quod sic. Et de ingressu ad Monast. S. Dominici patet per Bonif. IX. fff. 120. vt proxime posita est §. 14. De ingressu autem ad Monast. Monialium Sanctę Clara, patet per Greg. IX. folio 4. ff. 132. Et latius per Eug. IIII. aggrauatur folio 52. ff. 49. vt habetur in Comp. in hoc tit. § 2. & in hoc §. 15. & referunt Sum. Ros. titu. Excommunicatio 1. Excommunicatio 26. & Sum. Sil. Excommunicatio 7. casu 51. & habetur in Spec. fff. 51. De ingressu vero, ad Monast. Monialium Conceptionis, patet per Iulium II. in Regula ipsarum, c. 9. vt habetur hic in Compend. post titulos alphabeticos priuileg. ibi Iulius II. excommunicauit ipso facto, omnes ingredientes, & etiam ipsas Moniales admittentes intra ipsa Monast. aliter, quam ibi in ipsarum Reg. disponitur. Et hac excommunicatio nulli reseruatur. Ideo Confessor ordinarius potest absoluere, & sic patet intentum. Ex quibus patet, quod solum Moniales Conceptionis admittentes aliquos intra Clausuram, aliter quam in earum Reg. conceditur, sunt excommunicatę. Alię autem Moniales aliorum Ordinum admittentes, non sunt excommunicatę: quia eas Papa non excommunicat, vbi sup. aut alibi. Neque participant in crimine, cum iam excommunicato intrante, quamuis participent in crimine cum nondum excommunicato intrante, dum intrat, vt de his latius Summ. Ros. titu. excommunicatio 1. excommunicatione 17. §. 1. quamuis Florent. in suo Defecerunt, vbi de interrogationibus Religiosorum agit, dicat, quod omnes Moniales intromittentes, seu admittentes aliquem intra Clausuram, etiam cum ipsis intrantibus, excommunicantur, tamquam participantes cum eis in crimine. Contra supradicta aliquis dicet, quod iam nos Fratr. Minorum non ligamur illa excommunicatione Gregor. IX. Nec illa Eugen. IV. & per consequens, nec illa Bonifac. IX. supra posita, nec aliorum prędecessorum ante Six. IV. quoad hoc: & ratio eius esse videtur, quia Six. IV. reuocauit, & abstulit omnes censuras, & pœnas spirituales quascumque impositas, a quibuscumque etiam a Papa, in nos Fratr. Minores vltra, seu pręter nostram Reg. qualis est pręfata excommunicatio, quę non continetur in nostra Regu. Ideo videretur, quod solum ligamur sub censura posita per eius successorem Iulium II. quoad ingressum Monast. Conceptionis, non autem censuris predecessor[illegible] Sed certe ista opinio nullo modo videtur vera: & ratio est, quia dato, [illegible] prędict. priuileg. Sixt. IV. intelligatur reu[illegible], & tollere Statuta, & Declar[illegible], etiam Papa, ligantes nos ad censuras vltra seu prater Reg. & quidem prob[illegible]er satis, vt patebit infra titu. Statuta. §. 1. in his annotationibus: tamen adhuc prefatum Priuil. Six. sic intellectum, non facit pro eo, ad suum propositum, quia prafatum Priuilegium Six. loquitur expresse, & intelligitur reuocare, & tollere Constitutiones, & Declara. a quibuscumque editas &c. non quidem generaliter editas pro omnibus Christianis, aut pro omnibus Religiosis; sed editas specialiter pro nostro Ordine tantum, vt aperte dicitur in eo Priuileg. vbi dicitur, ex Statutis, seu Consuetudinibus, vel Declarationibus ipsius Ordinis &c. notandum, ly. ipsius Ordinis idest in ipso Ordine factis, vt glossat Collector Compendij titu. Statuta vel potius, ipsius Ordinis. i. pro ipso tantum Ordine specialiter factis, quomodolibet, & a quibuscumque. Item prefatum Priuil. Six. IV. intelligitur cum alia limitatione, ibidem immediate subsequenter expressa. scilicet nisi tales essent casus, vel excessus qui diuina lege, seu precepto verę Ecclesię, merito inducerent ad mortale; ergo cum supradicta prohibitiones, & excommunicationes Gregor. IX. Eugen. IV. Bonifac. IX. sint generales, pro omnibus Christ. & per Ecclesiam approbatę, sequitur, quod non reuocantur, nec tolluntur per prædictum Priuilegium Sixt.

An Fratres Minores possint intrare in Monast. S. Clarę, S. Dom. & Concep.

B

C

Obiectio.

Responsio.

D

Intellectus Priuilegij Six. IV.

E

A *Six. IV. Alioqui, eadem ratione deberet dici, quod non ligamur prohibitionibus, & ex-*
communicationibus innumeris alijs Papalibus, generaliter contra omnes Christianos seu
Religiosos latis a iure: vt pote, Contra percussores clericorum: Contra falsantes litteras
Apost. Contra participantes cum excommunicatis; Contra incendiarios; Contra effra-
ctores Ecclesiarum: Contra simoniacos in ord. &c. Contra facientes libellos famosos &c.
Contra detinentes Apostatas aliorum, vel nostri Ord. Contra dispensantes in quinq;
votis. Contra Religiosos ministrantes, Eucha. Contra Religiosos inducentes ad pœnitendũ
de electione sepulturæ &c. Cõtra nos Fratres Minores recipientes tẽp. Interdicti quasdã
personas non priuil. Contra Fratres Min. apost. seu transeuntes ad aliam Relig. non con-
B *cessam; quia hęc omnia sunt præter, vel vltra Regulam nostram: magis quam prohibitio,*
& excommunicatio Papalis, contra intrantes Monast. S. Clarę & S. Dominici, vt patet.
ergo quoad hoc primum dubium, dicamus, quod manent in suo vigore illa prohibitiones,
et excommunicationes præfatę omnes, nec sunt reuocatę vllo modo per Sixt. IV. vt di-
ctum est.

Secundum dubium est, vtrum nos Fratr. Min. incurramus excommunicationem, in-
trando Monast. Religiosarum Tertiariarum nostri Ord & ratio dubij est, quia Eug. IV.
folio 46. §. 42. dixit, quod Fratres omnes nostri Ord. ita se haberent cum Monast. præ-
fatarum Tertiariarum, sicut cum Monast. S. Clarę. Respondet ad hoc spec. §. 10. quod
aliqui dicunt, quod non, quia illud Eug. quoad excommunicationem, potest intelligi de
Tertiarijs Collegialiter viuentibus, & seruantibus Clausuram, hęc ibi. Sed certe indi-
C *stincte videtur, quod non incurritur præfata excommunicatio, intrando earum Monast.*
etiam si seruent clausuram.

Intrando in Monas. Tertiarum an incurratur in Excom. Respon.

Ratio, quia ibi Eug. IV. solum dicit, quod nos habeamus eodem modo &c. et nullam in-
super infligit excommunicationem, neq; dicit, quod sub eisdem pœnis, ergo solum obliga-
mur sub illo mandato Papæ, ad faciendum ex parte nostra, seu ad habendum nos quoad
ingressum &c. & non obligamur ad patiendum aliquam excommunicationem, quę ibi
non imponitur: Imo magis (& est alia ratio) quod illud Priuilegium Eug. IV. solum lo-
quitur cum vltramon. vt de hoc latius dicetur infra, in annotatione super secundum
notabile Collectoris.

Tertium dubium, vtrum incurramus excommunicationem intrando alia Monasteria
Monialium a supradictis? Respondeo, quod nulla excommunicatio reperitur nunc a iure
communi, seu a Papa contra intrantes alia Monasteria a prędictis. Ideo eam non incur-
D *rimus; quamuis peccemus mortaliter contra Regulam, & cõtra prohibitionem Papæ &c.*
vt hoc etiam habetur in Spe [illegible] *sed si esset excommunicatio aliqua lata per Statu-*
ta synodalia, seu per Diœcesan. [illegible] *in suis synodis (sicut nunc per Statuta Cardinalis San-*
ctæ Sabinę, quæ extendũtur ad [illegible] *Regnum Castellæ, est excommunicatio ipso facto*
lata, contra omnes quoscumque intra [illegible] *quęcumque Monasteria, quæ* [illegible] *cumq; Mo-*
nialium, saltem inclusarum) dicit Dominus Florentinus vt in suo Defecerunt, vbi supra
in 1. dubio habetur, quod sic, maxime si malo animo, seu si caussa turpiter agendi intra-
remus: & videtur concordare Serena conscien. q. 87. Secus si caussa boni intraremus. Sed
saluo meliori iudicio, mihi videtur, quod ex quacumq; caussa intremus, non incurrimus
talem excommunicationem synodalem, aut Diœcesanam quamuis peccemus mortaliter,
E *vt dictum est. Ratio, quia sumus omnino exempti ab eis, etiam ratione delicti, seu rei, de*
qua agitur, vt latius habetur in Compendio, tit. exemptio &c. & concordat Summa Ros-
sel. tit. Missa, §. 20 Dictum autem domini Florentini, locum habet in exemptis quibus-
cumq; , si non sunt etiam exempti ratione delicti; qua tales, ligantur excommunicatio-
nibus præfatis Synodalibus, si caussa turpiter agendi intrarent; vt hoc etiam ait Sum-
ma Rossel. titu. Excommunicatio 1. excommunicat. 26. & illa excommunicatio Sta-
tutorum Cardinalis Sanctę Sabinæ, iam non valet, per dissuetudinem, & quia est reuo-
cata per Six. IV. §. 102. Igitur resolutorie, quoad omnia tria Dubia dicamus, quod so-
lum intrando Monasteria Sancta Clarę, Sancti Dominici, & Conceptionis, incurrimus

Vtrum incurratur Excom. intrando alia Monast.

An subijciamur statutis & censuris Synodalib. &c.

Et habetur in cõc. Trid.

Resolutio trium supradictorũ dubiorum.

ex-

excommunicationem ipso facto. & ipsa Moniales Conceptionis dumtaxat, admittentes aliquem vltra casus, & formam concessam in Regula ipsarum; Intrando autem alia quacumque Monasteria, nō incurrimus vllam excommunicationem Papalem, quia nulla talis est: neque Synodalem, quia nos ligare non potest. Si autem per nostros Prælatos, aut per nostra Capitu. generalia vel Prou. infligeretur excōmunicatio, vtiq; ligaremur. A

Secus autē est nūc per Pium V. & Greg. XIII. ordinatū, vt infra dicetur in an not. nostra Capuccini.

Dico 2. quod ab excommunicatione lata per Iulium II. vbi sup. contra intrantes Monasteria Conceptionis, potest absoluere quicumque Confessor ordinarius, ex quo nulli reseruatur: sed ab excommunicatione lata per Eug. IV. & Bonif. 9. contra intrantes Monasteria S. Claræ, & S. Dominici, possumus nos Fratres Minor. absolui, per nostros Min. Gen. & Prouinc. & Custo. & per eos, quibus ipsi commiserint: quia ab omni casu Papali possunt absoluere, potestate ordinaria, quamuis per Priuilegium habita (exceptis a quibusdam expressis per Six. IV.) Immo & per Guardianos nostros possumus absolui, per Communicationem Priuilegiorum Fratrum Prædicatorum, vt latius de his habetur supra tit. Absolut. ordinaria quoad Fratres fol. 5. §. 7. §. 13. §. 14. & post, §. 40. in 1. & 2. notabili, fol. 13. & in nostris his annotationibus sup. tit. Absolut. ord. quoad Fratres §. 7. fol. 15. & tit. Absolut. quoad sæculares 2. §. 9. vide de hoc fol. 39. B

Quoad §. 17. vbi ponitur prohibitio Eug. 4. quomodo debeat intelligi tamquam particularis pro vltramont. tantum facta, videatur infra in his Annotationibus supra 2. notabili Collectoris.

Quoad §. 18. vbi dicit Collector, quod illa Concessio Eug. 4. est iam reuocata per Leonem X. tu dic: quod solum est reuocata per ipsum Leo. X. quoad ingressum ad Monasteria S. Claræ, non quoad alia; vt infra §. 28. patebit. C

Quoad §. 19. vbi dicit Collector, quod illa Concessio Nic. V iam est reuocata, &c. Tu dic quod nullo modo est reuocata, quod patet: Nam per prædecessores suos, Vrbanum, Benedictum, Martinum, Eug. non reuocatur Concessio successoris huius scilicet Nic. V. vt patet, neque etiam reuocatur per successorem Leo. X. §. 17. cuius prohibitio ponitur inf. §. 28. etiam quoad Monast. Sanct. Claræ; & ratio est: quia, vt bene dicit quidam Pater satis eruditus, & patet intuenti, præfata prohibitio Leonis X. facta personis sæcularibus, non intelligitur, nisi quoad volentes intrare ipsa Monasteria Sanctæ Claræ, virtute Confessionalium, & huiusmodi Bullarum, seu gratiarum, quas solent personæ sæculares extorquere a Papa, seu quas Papa generaliter concedit, & in grauamen ipsarum Monialium, vt patet in præfata prohibitione Leonis X. Non autem intelligitur de his mulieribus seruitricibus Monialium &c. quę pro vtilitate Monasterij requisitę ab Abbatissis, cum licentia Prouincialis permittur [illegible] re, secundum hanc concessionem Nic. V. ergo &c. D

Quoad §. 20. [illegible] dicit Collector, quod illa Conce[illegible] ij 2. est omnino reuocata, quoad intrandum [illegible] suram quarumcumq; Monia[illegible] Tu dic, quod solum est reuocata per Leo. X. quoad ingressum ad Claustra Monasteriorum S. Claræ, non quoad ingressum ad prædicandum, etiam in Claustris Monast. aliorum Monialium, ad quæ Claustra, sæculares communiter intrant, &c. ibi conceditur, vt patebit infra super §. 28.

Quoad § 21. vbi ponitur Concessio Six. IV. & remittitur sup. ad tit. Absolutio quoad sęculares 2. §. 9. videatur ibi, & quod ibi annotatum est fol. 39. E

Quoad §. 25. vbi ponitur Concessio Innoc. VIII. notandum, quod si illæ Moniales feruentes pestilentiatis, ambulent per domum simul cum alijs Monialibus sanis, iam non videtur habere locum hæc Concessio Innocen. VIII. ad intrandum quoad illas, quia solum videtur hoc concedere Innoc. VIII. pro illis, quæ stant separatę ab alijs, vt expresse habetur in prædicta Concessione.

Quoad §. 27. notandum, quod hęc Concessio Alex. VI. iam est omnino reuocata per Leo. X. vt infra §. 28. habetur. & post §. 27. Nota iterum, quod Iulius II. (vt habetur in eod. Compendio post titulos alphabeticos) in Regula Monialium Conceptionis cap. 9. ait sic. Si vero, aliqua aliter ingrediantur, tam ingredientes, quam admittentes, in

excom.

A *excommunicationis sententiam incurrant, hæc ibi. & nulli reseruatur præfata excommunicatio.*

Quoad §.28. vbi dicit Collector, quod per hanc prohibitionem Leo. X. reuocantur omnes Concessiones suorum prædecessorum, Tu dic, quod solum reuocantur quoad ingressum ad Monasteria S. Claræ, non quoad alias, vt expresse loquitur Leo X. vt dictum est. Ideo illa Concessio Bonif. VIII. quæ habetur §.11. Et illa Eug. IV. quæ habetur §.18. & illa Pij II. quæ habetur §.20. solum sunt reuocata, quoad Monasteria Sanctæ Claræ, vt in ipsis §§. notatum est. Illa autem Concessio Alex. VI. quæ habetur §.27. omnino est reuocata, quia de Monialibus Sanctæ Claræ solum loquitur, Ideo omnino reuocatur; & credo, quod non possimus ea Concessione gaudere quoad Moniales Conceptionis, &c. per
B *Communicationem Priuilegiorum; quia Priuilegia reuocata, non communicantur. Illa autem Concessio Innoc. VIII. quæ habetur §.25. nullo modo est reuocata, quia pertinet ad administrationem Sacrorum, quæ per Regulam conceditur, sed cum limitatione ibi posita per Innoc. VIII. vt ibi notatum est; illa autem Concessio Nic. V. quæ habetur §.19. nullo modo reuocata est, vt ibi notatum est, per rationes ibi positas. Et similiter non sunt reuocatæ aliæ Concessiones Leo. X. postea concessæ quæ ibidem paullo inferius habentur §.32. §.33.*

Quoad §.29. vbi Collector dicit, quod in illa Concessione Leo. X. est subreptio, seu falsa relatio, vel error: videatur infra in his annotationibus, vbi de hoc latius in 2. notabili.

Quoad §.30. notandum, quod Clem. VII. per quoddam Breue, anno Domini 1533. vt dicit quidam Pater fide dignus, dat facultatem Minist. Generali, & Prouinc. quod
C *auctoritate Apostolica possint prohibere, & mandare quibuscumque personis sæcularibus, ne vigore quarumcumque facultatum Apostolicarum audeant intrare Monasteria Monialium, promulgantes super hoc quascumque censuras; quodque, contra hoc Abbatissa, nec Moniales, nisi de voluntate Prælatorum, valeant aliquem admittere.*

Quoad §.33. notandum, quod nomine Prælati, qui possunt dare præfatam licentiam, quomodo ibi a Leone X. conceditur, intelliguntur etiam Guardiani, quia sunt vere Prælati, vt sup. tit. Guard §.1 notatum est.

Quoad §.34. notandum, quod stando in rigore litteræ, & limitationum ibi a Leo. X. positarum, vt dicit quidam Pater satis doctus, non videtur, quod Prælatus Superior, de quo ibi agitur, alligetur seruare illas limitationes ibi positas, dummodo sacerdos, &c. sed solum alligatur alius sacerdos intrans ad prædictam Missam celebrandam, quia ex-
D *presse, ipsi tantum Sacerdoti, ibi imponuntur præfatæ limitationes (dummodo Sacerdos &c.) non autem Prælat[illegible] paullo superius ibidem mentionem fecit Papa. Et notandum, quod ista Concess[illegible]mmunicatur etiam Monialibus Conceptionis, per Communicationem Priuileg. vt habe[illegible] supra in Compend. §.18. & etiam [illegible]ijs Monialibus, quibus eadem Priuil. S. Claræ comm[illegible]antur, vt patet.*

Quoad 1. notabile Collectoris, vbi exp[illegible] casus, in quibus licitum sit intrare Clausuram Monialium Sanctæ Claræ. Et primo, quo[illegible] ad casum 3. notand. quod vbi in eo 3. casu dicitur, quod non ingrediatur Claustrum Sacerdos, &c. hoc in 4. casu proxime sequenti ibidem ampliatur, vt ibidem potest videri. Item quoad eumdem 3. casum vid. sup. § 6. §.7. Et quoad 6. casum ibid. vbi Collector tandem, & bene quoad, incendium, &c. exem- Declarãtur casus, in quibus licet intrare in Monast. Mon.
E *plificando dicit, quod est licitum in prædictis casibus intrare, non quidem omnibus Fratribus Minoribus, si adsint alij sufficientes ad prouidendum tali periculo, Sed solum Fratribus Mino. deputatis seruitio ipsarum Monialium, & hoc per Concessionem, Gregorij VIIII. quam ibi Collector allegat. Notandum, quod lic. Gregorius IX. ibidem id concedat Monialibus Sanctæ Claræ primæ Regulæ, quæ dicuntur Collectaneæ, tamen bene valet etiam, quoad Moniales S. Claræ secundæ Regulæ, quæ dicuntur Vrbanistæ, quales sunt omnes fere in Hispania, quia ipse Vrbanus IV. in prologo Regulæ ipsarum, communicat illis omnia Priuilegia, & Concessiones aliarum Monialium prim. Regulæ. Et quoad id, quod tandem ibidem ait Collector, quod alij Fratres Mini non possint intra-*

re,

re, nisi in casu extremæ necessitatis corporalis, vel spiritualis, notandum, quod ad hoc facit Statutum Capituli gener. Laualu, an. Dom. 1505. celebrati, & habetur in tab. 21. Vic. Gener. vbi sic habetur. Declaratur, quod Fratres nostri, non possunt, nec debent intrare interiores officinas quorumlibet Monast. Monialium, Regula prohibente, nisi in articulo extremæ necessitatis, videlicet, si aliqua Monialis moreretur, & quod alius Confessor, pro ea audienda facilitèr non posset inueniri, hæc ibi. Et similiter (vt ait Collector in fine totius huius primi notabilis) in defectum socij, tunc Confessor. posset quemlibet Fratrem Min. pro socio introducere secum, cessante tamen fraude. Et hoc est consonum rationi, quia secundum Hug. 11. cap. Extrema necessitas caret lege, & Leo x. §§. 17. sup. §. 28. approbauit casus, in Regula ipsarum Monialium, & in nostris Constitutionibus contentos, in quibus licitum est intrare. Et quoad 7. casum ibidem, notandum est, quod vbi dicitur, quod pro opere exercendo, quod commode extra Monasterium fieri non potest, &c. Et ibi Collector exemplificans dicit, quod hoc habet locum, quando aliqua res nimium ponderosa fertur, &c. Adde & tu generaliter dicens, quod hoc habet locum in quocumque opere ædificij, aut resarcimenti, aut plantationis arborum, aut cuiuscumque alterius rei, seu operis intra Monasterium faciendi, quod extra, seu ab extra non potest commode fieri, aut si opus est industria, seu adiutorio, ita quod ipsæ Monachæ per se, sine tali adiutorio, vel industria, aut opere nequeunt, aut nesciunt commode facere; quia si Fratres deputati seruitio earum possent, & scirent facere æque bene, vt sæculares, vel si sunt ad id necessarij cum ipsis sæcularibus, ita quod ab extra non possent id commode facere, tunc prædicti Fratres deputati, & non alij, possent intrare ad prædicta; quia sine vlla exceptione Gregorius Ix. conformiter ad Regulam ipsarum, id concessit solum præfatis deputatis Fratribus, vt pro quocumque opere, quod commode, &c. vt habetur in eod. Compend. eod. titu §. 3. §. 7. B C

Secundo notandum, quoad ipsum 7. casum, quod in casu prædicto conceditur intrare ad præfata Monasteria; & hoc solum conceditur Fratribus deputatis seruitio earum, & non alijs, vt patet per Gregorium Ix. vbi sup. quia quamuis in Regula Vrbanistarum, rubrica 18. vt habetur in Compend. eod. tit. §. 7. id generaliter concedatur omnibus Christianis; quia tamen illa Concessio est generalis, non sufficit pro nobis Fratribus Minor. pro quibus, ex Regula nostra, requiritur licentia Papæ specialis. Papa autem Greg. Ix. solum hoc concedit vbi sup. præfatis Fratribus deputatis. Ideo tales, & non alij possent æquè bene, vt sæculares ingredi, vt dictũ est, quoties opus fuerit, vt hoc bene dicit Coll. ibid.

Fratres deputati qui dicantur.

Tertio quoad ipsum 7. casum notandum, quod nomine Fratrum deputatorum, intelligitur Frater Confessor, seu Vicarius ipsarum Monial[illegible] Frater socius eius ad tale officium destinatus. Sed quoad hoc de socio, dicit [illegible] ater satis doctus, & placet mihi, quod ex [illegible] iam his temporibus socij prædicti [illegible] ntur, & deponuntur quotidie, ad libitum [illegible] rouin. vel per Guard. de licenti[illegible] em implicita ipsorum Prouin. Ideo quandocumque voluerit, poterit Prouin. ve[illegible] ius prædicta licentia Guard. ei assignare quemcumq; socium Fratrem voluerit, [illegible] ecc. (dũmodo fiat sine fraude, vt in fine huius primi Notabilis, in resolutione duodecimi casus ait Collector quomodo intelligitur sine fraude) & pro tunc ille est deputatus socius ad seruitium Monialium; sicque quilibet Frater habens industriam ad tale opus, seu etiam non habens eam; potest cum prædicto Confessore ipsarum, vt socius eius, prædicto modo assignatus a Prouinciali, vel Guardiano, vt dictum est, intrare: quod si sic intellexit Collector, bene quidem, si autem opposito modo intellexit, cum in fine huius 7. casus dixit finaliter, quod hoc non est conforme intentioni eiusdem litteræ &c. dic quod nimis scrupulose locutus est, nimis litteræ adhærens, cum in his humanis Constitutionibus, potius sit standum Consuetudini, alias non culpabili, aut non vitiosæ neque peccatum fouenti vllo modo, sicut & in proposito dictum est, si sine fraude omnia fiant. Sed an similiter quoad hoc possit intelligi Minister Prouincialis, vel [illegible] Commissarius habens curam ipsarum Monialium pro magno, vel paruo tempor[illegible] . sit Frater deputatus seruitio earum, vt sic possit intrare in hoc casu, sicut D E

&

A *& Vicarius, seu Confessor earum? Videtur quidam patri satis erudito, quod sic, ratio eius est, quia seruitium earum, hic accipitur pro administratione seu cura earum, quæ principalius est apud prędictos Prælatos, mihi vero eius sententia placet quidem, sed ratio prędicta non satisfacit, quia quamuis seruitium sit idem quod administratio earum, tamen stando in rigore, & proprietate, seu vsu vocabulorum, Fratres deputati ad tale seruitium earum, numquam fere dicuntur prędicti Pręlati, sed solum Confessor, seu Vicarius earum cum suo socio, vt est facile videre in omnibus Priuilegijs, & Constitut. vbi dicitur quod Pręlati in suis Capitulis constituant deputatos Fratres seruitio earum: & alibi, sæpius Fratres deputati, seu assignati seruitio earum, distinguuntur a prædictis Pręlatis, vt patet in Constitutionibus generalibus Ordinis cap. 5. & in Priui-*
B *legijs Bonif. viij. Innoc. iv. fol. 32. 34. ff. 201. vbi habetur quod prefati Prælati deputent Fratres qui Monialium prędictarum confessiones audiant, & morentur apud eas, & quod per Prælatos possint visitari, & puniri tales deputati, vt habetur in Compendio, titu. Monasteria. §. 5. & §. 6. & Leo X. fff. 37. vt habetur in eodem Compendio, titu. Moniales, §. 27. ibi videatur, & alibi sæpius. Ergo ratio, qua mihi magis suadet prædictam sententiam prędicti Patris est, quia sic videtur iam consuetudine practicari, quæ est optima interpres, & moderatrix legum humanarum: quamuis etiam in fauorem tam sententię, quam rationis prędicti Patris, potest facere Grego. ix. vt habetur in Compendio hoc, eod. titu. sup. §. 3. vbi, postquam generaliter omnibus deputatis seruitio Monialium id concessit, proxime post prędicta verba, ibidem specialiter de confessore ipsarum loquitur, concedens, quod possit intrare pro audiendis confessionibus, & mini-*
C *strandis sacris, ex quo videtur, quod in superioribus, loquens de Fratribus deputatis seruitio earum, concedens eis, quod possint intrare in casu pœnitentiæ, & alijs ibi expressis, non solum intelligebat Papa de Vicario earum, sed & de omnibus habentibus curam ipsarum Monialium, cuiusmodi sunt prædicti Prælati principalius; vt dicebat prædictus Pater. Ergo quomodocumque sit, propter hanc, vel propter illam rationem, eius sententia mihi placet, vt dictum est. Quartum quoad ipsum 7. casum, vbi dicit Collector ibidem, quod talis Frater intrans pro opere exercendo; vt dictum est, debet intrare solus, sine socio alio, nisi forte idem socius ad idem opus esset, necessarius. Notandum, quod, quamuis pro sæculari possit dici, quod debet intrare solus, si solus potest facere, quod faciendum est, vt ait Collector: tamen si Religiosus intrat, non debet intrare solus; tum quia ridiculum esset sic tam litteraliter intelligere; & Regula, vbi loquitur*
D *de Confessore, seu Prælato, semper dicit, quod intret sociatus: tum etiam, quia Greg. ix. vbi supra; vt habetur. § 3. [illegible] dicit, quod Fratres deputati intrent pro opere exercendo: ergo non solus deputa[illegible] Frater, sed simul prędicti Fratre[illegible] deputati.*

Quoad casum 10. vbi Colle[illegible] dicit, quod Pręlati nostri non p[illegible] Episcopis dare prefatam licentiam, &c. Tu [illegible] quoad Moniales S. Claræ [illegible], est verum, quod Collector ait, non quoad alias; [illegible] quoad alias, possunt Minist. Ge[illegible]eral. & Prouinc. dare prefatam licentiam Episcopis, secu[illegible] Priuil. Eug. iv. vt dictum est, & habetur sup. §. 18. & 28. ibi videatur.

Quoad casum 11. vbi Collector dicit, quod non facit mentionem de Concessione Nicol. v. quia non est in vsu, & quia est reuocata per Leo. X. &c. Tu dic, quod nullo modo est
E *reuocata per Leo. X. neqz est per non vsum derogata, sed est valida, & ego illam sæpe vidi practicari, etiam in Monasterijs Monialium Concep[illegible]nis per communicationem Priuil. vt de his dictum est, sup. §. 19. & §. 28. in his anno[illegible]ionib.*

Quoad casum 12. vbi Collector dicit duo: primo, quod L[illegible] X. annullauit Concessiones Bonif. viij. quæ habentur. §. 11. & Nic. V. quæ habentur. §. 19. & alias consimiles. Tu dic, quod solum quoad Moniales Sanctæ Claræ, reuocauit eas: & Concessio Nic. V. nullo modo est reuocata, etiam quoad ipsas Moniales Sanctæ Claræ, [illegible] dictum est in eisdem. §. 11. §. 18. §. 20. & §. 28.

Secundo dicit iterum ibidem paullo inferius, resoluendo, quod prędictæ C[illegible]ssiones

Z *sunt*

*sunt reuocata: tu dic, vt dictum est, quod non; vt in dictis. §. habetur. Et similiter ha- A
bent locum, & est valida Concessio Capituli generalis Laualis, quæ suprapposita est in an
notatione sup. 6. casu in hoc 1. notabili.*

*Quoad 2. Notabile, quod ponit Collector, quoad ingressum ad Tertiarias, an sit pro-
hibitus nobis, quoad illam prohibitionem Eug. iv. quam ibi allegat, prout habetur sup.
§. 17. notandum, quod illa prohibitio Eugen. iv. non potest valere ad probandum gene-
raliter quod intendit Collector; quia Eugen. iv. solum pro Vltramon. id prohibuit, qui-
bus & loquebatur, scilicet cum Vicario Generali, eiusque familia Vltramon. idest Itali-
ca, &c. vt patet, vbi dicitur in tui Vicariatus partibus Cismon. idest Italicis, &c.
& infra. (infra tui Vicariatus terminos &c.) & infra (tu, & successores tui, &c.)
Ergo, tamquam odiosa, non potest extendi ad nos Cismon. præfata prohibitio: & si B
quis pro parte Collectoris dicat, quod Moniales, seu Sorores istarum partium Hispaniæ
gaudent, vtunturque dispensationibus ibi factis per ipsum Eugen. iv. quod scilicet non
teneantur, nisi ad ieiunia Fratrum; quodque Moniales non obligentur ex Regula sub
mortali, nisi ad 4. Vota. Quod ergo, sicut dispensatio eis extenditur, etiam quoad eas
extendatur præfata prohibitio, Respondeo vno modo, negando consequentiam: quia pro-
hibitio, tamquam odiosa, non extenditur, neque communicatur; Concessio autem, seu
dispensatio, tamquam fauorabilis extenditur, per regulam. Odia restringi de regul. iur.
Alio modo Respon. etiam negando antecedens, dico enim, quod per illas litteras Eugen.
iv. non habuerunt Religiosæ harum partium Hispaniæ, dispensationes illas immediate;
cum ad ipsas illæ litteræ non dirigantur: sed per communicationem Priuil. quam fecit
Sixt. 4. & Innocent. viij. inter Vltramon. & Cismon. Fratres, & Sorores; vt habetur C
in Compendio, tit. Communicatio Priuil. §. 7. & supra in his annotationibus, eo. titu.
Communicatio, §. 1. habetur, quia idem Eugen. iv. postea ad supplicationem Fratris
Angeli de Bulsena, extendit hanc dispensationem ad omnes Moniales secundæ Regulæ
Sanctæ Claræ, sub qua viuunt omnes fere Moniales Hispaniæ; vt patet fff. 257. quod
quidem erat superuacaneum si primæ litteræ Eugenij tangerent vniuersaliter Fratres
omnes, & Moniales: ergo præfata prohibitio Eugen. non facit pro Collectore, quoad
nos Cismon. vt probatum est. Item ibidem Collector pertractans illam aliam Conces-
sionem Leo. X. fff. 17. de qua paullo superius, eo. tit. §. 29. egerat, dicit vtrobique, quod
talis Concessio est subrepticia, & ex falsa relatione impetrata, &c. & ideo nullius va-
loris, saltem in conscientia. Nota hæc tria, primum, quod in relatione, aut supplicatione
prædicti Priuileg. habetur fff. 16. quod non erat nobis prohibitum accedere ad Mona- D
steria Tertiariarum in congregatione viuentium, & [illegible] hoc dictum est secundum
opinionem probabilem multorum, quam tenebat ille P[illegible]r, qui tale Priuilegium im-
petrauit: Nam [illegible] est opinio, quod præfatus accessus ad omnia Monast. quarumcum-
que Religiosarum, saltem ad loquendum, est prohibitus nobis per Regulam: Et alia opi-
nio est, quod non per Regulam, sed per [illegible]tionem Papalem, seu Ecclesiasticam est
nobis specialiter prohibitus præfatus accessus; vt de his latius diximus supra in annota-
tione supra, titu. Accedere, §. 4. fol. 7[illegible] & semper de accessu non de ingressu prædicto, di-
cta sunt; vt patet. Igitur, si propter hoc dicendum est subrepticium, & ex falsa rela-
tione concessum præfatum Priuilegium Leo. X. quia scilicet tamquam certum fuit rela- E
tum ipsi domino Papæ id, quod adhuc erat sub opinione probabili, non audeo asserere,
aut negare: & crederem, quod non est propter hoc dicendum subrepticium priuilegium,
neque falsa relatio prædicta, si non esset ibi aliud, propter quod sit dicendum subrepti-
cium; quod an sit an non, proxime dicetur. Secundo notandum, quoad præfatum Priui-
leg. Leo. X. quod ibi Papa paullo inferius stringens valde ingressum ad interiores Offi-
cinas Monasteriorum Monialium Sanctæ Claræ, valde laxauit ingressum ad Mona-
steria præfatarum Tertiariarum in Congregatione viuentium, sub Clausura, vel sine
Clausura, [illegible]am concessit, quod de licentia seu mandato speciali Ministri Generalis vel
Prouincialis possimus intrare, & secundum quod fuerit statutum in nostris Capitulis*

gene-

A *generalibus, & prouincialibus: sicque videtur, quod si non esset aliqua subreptio, iam possemus, quoad Tertiarias tantum, vti prafata Concessione Leonis X. quousque reuocaretur, quia per ipsam, quoad hoc, reuocantur omnes prohibitiones predecessorum, etiã Nic. 3. de qua expresse in prædicto Priuilegio Leo. X. dicitur, non obstan. fel. Record. Nic. Pap. 3. prædecessoris nostri, quæ incipit. Exijt qui seminat, &c. & conceditur licentia specialis nobis modo prędicto ad id. Et quidem hoc communiter practicatur, quia scilicet de licentia Prouin. ex rationabili caussa quacumque, intrant Fratres cum eo, & sine eo ad Monast. prædictarum Tertiariarum. Sed tandem tertio notandum, quoad prefatum priuileg. Leo. X. quod mihi, saluo meliori iudicio, videtur tamquam tutius, quod sit aliquomodo subrepticium quoad præfatum ingressum ad Tertiarias, quodque sit a tali*
B *Concessione cauendum. Ratio est, quia quamuis in relatione expresse dicatur, quod accessus non erat prohibitus nobis ad Tertiarias, credo tamen, quod ibi sub nomine accessus, late fuit intellectus etiam ingressus ad eas; & saltem Papa sic videtur intellexisse, si verba Priuil. ipsius in ipsa relatione subsequenter videantur; vbi dicitur (tam propter scandalum, quod interuenire posset, non sine nota forte incontinentia &c.) quæ inconuenientia ex ingressu, non ex solo accessu solent prouenire; sicut & de ingressu ad Monasteria Sanctę Claræ, paullo superius ibidem fuerant explicata, & infra ibidem in Concessione, seu Prouisione, quam fecit Papa, quoad ipsas Tertiarias, nullam mentionem facit de accessu, sed de ingressu, vt dictum est. Ex quo videtur, quod ipse sic de ingressu ad eas specialiter intellexerat, quando in relatione ei dictum est, quod talis accessus ad eas non erat nobis prohibitus: & per consequens falsum est dicere, quod accedere large sumptum pro ingredi ad Monast. Tertiariarum, seu aliarum quarum-*
C *cumque, non sit, aut non erat nobis prohibitum: constat enim ex Regula, & Declarationibus, esse nobis prohibitum; vt hic bene probat Collector. Ideo, quoad hoc, non videtur valida hęc Concessio Leo. X. Et facit ad hoc, quod postea idem Leo X. in Regula Tertiariarum ipsarum in Congregatione viuentium, seruantium, vel non seruantium Clausuram, in cap. 8. statuit, vt hic refert Collector. Ideo quoad hoc credo, vt tutius, standum esse sententia Collectoris, quod, scilicet, nobis ex Regula, & ex Prohibitionibus Papalibus & Ecclesia prohibitus est ingressus ad Monast. Religiosarum Tertiariarum quarumcumque in Congregatione viuentium, etiam non seruantium Clausuram: Nisi in casibus, quos concedunt Statuta nostra, & secundum alias Concessiones speciales Pontificum supradictorum non reuocatas; vt habetur in Compend, & in his Anno-*
D *tationibus dictum est. Si quis autem voluerit opinari, quod prafatum Priuileg. Leo. X. non sit subrepticium, quo[illegible] [illegible]te eius concedatur nobis, de licentia Prouincial. posse intrare Monasteria Tertia[illegible] [illegible]um: [illegible] [illegible]t vnusquisque in suo [illegible]su, & sua conscientia prouideat, & forte ad id fa[illegible] [illegible]d, quod habetur Statutum in ta[illegible] [illegible]apituli generalis Radulphi anno Domini 1488. cele[illegible] [illegible], vbi sic habetur, Sorores tri[illegible] [illegible]a Religionis publice promittentes, & in communi, m[illegible] [illegible]eligiosarum, viuentes, taliter includantur, quod viris quibuscumque, ad Officinas inter[illegible] [illegible] earum, accedendi facultas non pateat, absque rationabili caussa, & canonica, per Pro[illegible] [illegible]ialem iudicanda. Fratres vero quouis quasito colore, ad dictas Sorores, contra prasen[illegible] [illegible]am formam, scienter non accedant, sub pœna priuationis actuum legitimorum, hęc ibi. [illegible]ed, vt dixi, prima opinio mihi vi-*
E *detur tutior, vt dictum est: quamuis per consuetudinem hæc secunda opinio habeat vim, & non sit damnanda; & forte sufficit prædicta C[illegible]nsuetudo ad interpretandum prędictum Priuilegium Leonis, quod non sit subrepticium. [illegible]ed validum; vt dicit ista secunda opinio, contra Collectorem.*

Quoad tertium notabile, vbi Collector dicit ex Bonauent. qu[illegible]d, sicut Monachi sunt, non solum collegiati, verum etiam solitarij, sic & Monacha, & [illegible]oniales intelligenda sunt, &c. Notandum, quod videtur aliquibus, quod stando in rigor[illegible] [illegible]ttera Reg. nostra, & Declarationum eius, non sit verum id, quod dictum est; & ra[illegible] [illegible], quia in Reg. & Declarationibus solum prohibetur nobis ingressus ad Monasteria [illegible] [illegible]acha-

rum, vt patet. ergo quamuis ratione scandali, aut periculi, vel suspitionis, prohibeatur alio iure, & alio præcepto Regulæ, ingredi talia loca solitariarum, non tamen prohibetur ex vi illius præcepti de non intrando Monasteria Monacharum, quod solum agit de Cœnobijs aut Monasterijs Monialium, non de alijs locis. ergo propter hoc sic videtur aliquibus. Sed his non obstan. videtur bene posse saluari dictum Bonauent. quia, quamuis ita sit, quod scilicet ingressus ad talia loca interiora habitationum Monacharum Religiosarum verarum solitariarum non prohibetur per Papam, vel per Ecclesiam, vbi supra; neque talia loca ingrediendo incurritur excommunicatio inflicta contra intrantes Monasteria Monacharum: tamen adhuc videtur, saltem ex intentione Reg. nostræ, prohibentis ingressum ad Monasteria Monacharum, prohibitum esse nobis, talia loca solitariarum Religiosarum intrare. nam totum intentum Beati Patris nostri Francisci in hoc, fuit amouere scandalum, & periculum, quod facile sequi potest ex tali ingressu, seu conuersatione cum fœminis religiosis in domibus earum; vt ait Bonauent. vbi sup. de quo crederem, quod bene nouerit intentionem Beati Patris nostri Francisci: quæ ratio etiam habet locum in domibus solitariarum religiosarum, sicut in Monasterijs Religiosarum in Congregatione viuentium; & forte magis in illis, quã in istis. Ideo non videtur omnino securum recedere ab opinione, & sententia prædicta Bonauent. quamuis, stando in rigore, & sonitu litteræ, de quo Beatus Pater Franciscus non multum sæpe curauit, aliud possit quis opinari; vt dictum est. Sed in dubijs, & periculosis, tutius eligendum est cum viris sanctis. Et notandum, quod hospitia ad tempus breue transeuntium, non proprie dicuntur domus, aut domicilia seu habitacula personarum. Ideo, quando aliqua Moniales hospitantur in aliqua domo secularium ad breue tempus, quia non sunt ibi mansionem longam factura, non prohibetur nobis ex vi prædictæ prohibitionis Regulæ de non ingrediendo Monasteria, & habitacula ipsarum, illuc intro ire, & loqui cum ipsis Monialibus, nisi aliunde sit scandalum, aut periculum, &c. notandum tamen, quod non obligamur ad intentionem præcipientis, nisi quando ipsum, quod intenditur, præcipitur in ipso, vel alio præcepto aliquo modo, vt communiter dicitur a Doctoribus.

Quoad quartum notabile, vbi Collector, &c. pertractat utrum Minister General. & Prouinc. uirtute Priuileg. Iulij 2. habeant auctoritatem, quam Protectores habebant, ex Regula Monialium Sanctæ Claræ integram, & illimitatam ante tempora Martini V. ad omnia, etiam licentiandum Seculares, seu etiam Religiosos ad intran[illegible]m Monasteria ipsarum Monialium Sanctæ Claræ, in quibuscumque casibus aliàs licitis: An potius habeant eam limitatam, & restrictam, sicut [illegible] us V. eam restrinxit ipsis Protectoribus; ita, [illegible] nullo modo possint [illegible] are ad prædictum ingressum. Notandū quod c[illegible] est duplex opinio, vna est C[illegible]ectoris ibidem, & Speculi Frat. Min. fff. 12. [illegible] auctor latius idem tenuit in [illegible] dicto Clypeus sacrarum Monialium; a quo sumpta sunt omnia, quæ Coll[illegible] in Compendio, quoad Moniales, & accessum & ingressum ad earum Monaste[illegible], ponit: & multi alij sequuntur hanc opinionem Collectoris; quæ opinio dicit, q[illegible] habent eam limitatam, & restrictam, secundum Martin. V. & ad hoc pon[illegible] 4. rationes in sententia. Prima ratio est, quia supplicatio facta Iulio 2. super h[illegible], fuit subreptitia: sed certo hæc ratio nil valere videtur. Nam, cum subreptio sit quædam secreta informatio alicuius falsitatis, aut taciturnitas eius, quod deberet ex[illegible]rimi: hic autem nulla talis suggestio, seu taciturnitas subdola esse videtur. E[illegible] que plane, & sincere fuit prædicto Iulio propositum dubium, super auctoritate [illegible] nistrorum Prouincialium, quoad Moniales, vt prouideret in hoc (vt clare patet in ipso Priuilegio eiusque relatione, fff. 72.) Dicere autem quod ideo est subreptitia, quia Papa Iulius non habuit notitiam reuocationis, seu restrictionis factæ per Martin. V. in ipsis Protectoribus, ex quo ipse Iulius non facit mentionem de ea, [illegible] non valet, Nam potius est credibile, quod Papa Iulius, qui tanto tempore

A *fuerat Protector; non ignorauit, quod ad officium Protectoris attinebat, præsertim cum etiam in suis litteris præfatis aliqua verba, quæ in libris Martini V. habentur, quod scilicet aliqua Monasteria Monialium committebantur aliquibus Fratribus, &c. & ideo prouidit, sicut & Martinus V. circa hoc, vt ipsi placuit, & visum est. Nec obstat, quod Iulius non fecit mentionem de præfata restrictione facta per Martinum V. eam reuocando; quia, sine tali speciali nominatione, sufficienter derogatur per clausulas reuocatorias, aut derogatorias generales; vt habetur in Compendio, tit. Priuilegia, post. §. 32. in q. quæ ibi ponitur, quoad hoc: nisi Papa aliud intendisset: ergo illa prima ratio non concludit intentum Collectoris.*

Secunda ratio eius est, quod Iulius ipse alibi declarauerat, quod per confirmationem nostrorum Priuilegiorum, quam fecerat Sixt. 4. non confirmabantur Priuilegia alias re-
B *uocata. quod similiter est intelligendum in proposito, quod, scilicet, non intelligatur concessa per Iulium auctoritas Protectoris Ministris Prouincialibus, quæ iam alias per Martinum V. erat reuocata; sed limitata, prout erat tunc temporis in ipsis Protectoribus: sed nec ista 2. ratio est sufficiens. Nam in nostro proposito de potestate Protectoris concessa nostris Ministris Prouincialibus, non fuit confirmatio rei, aut concessionis iam collatæ, sed declaratio rei dubiæ, & concessio, seu commissio facta de nouo per ipsum Iulium (vt patet expresse fff. 72.) in prima enim Declaratione, quam ipse Iulius fecerat, ff. 126. dixerat, quod per confirmationem Priuileg. factam per Sixt. 4. ac per eorumdem priuilegiorum nouam concessionem, non reuiuificabantur priuilegia reuocata; nisi de nouo fuissent concessa. In hac autem Concessione, seu Litteris de potestate nostrorum Mini-*
C *strorum, quoad Moniales, fff. 72. fecit specialem mentionem, declarationem, nouamque concessionem aut prouisionem auctoritatis Protectoris, contentæ in Regula ipsarum Monialium, sine vlla limitatione translata ad Ministros Prouin. Tertia ratio eius est, quod Iulius non concessit auctoritatem Prouinciali super Monast. sed super ipsas Moniales tantum: sed nec ista ratio valet. Nam, concesso principali, scilicet, potestate in Moniales, conceditur & accessorio annexum (scilicet potestas etiam in Monasteria earum) Maxime, quia sicut tertio politic ciuitas dicitur ciuium vnitas, aut societas, non autem parietes soli, sic non facit Monasteria murorum ambitus tantum, sed habitatio Religiosarum; vt etiam ait ipse Collector paullo superius in tertio notabili; vt etiam a t Abbas Pyamon (vt habetur in Collationibus cap. 10.) quod Monasterium est locus,*
D *vbi habitant Monachi, licet sit vnus tantum Monachus habitator. Cœnobium autem dicitur habitatio, & congregatio multarum personarum simul viuentium cum certo ordine certæ professionis, at[illegible] non possent visitare, & prouidere, quoad seruitiales earum, & Capellanos, [illegible]licos, [illegible] &c. Monia[illegible]: sed solum quoad personas ipsarum Monialium: [illegible] absit. Ex quibus videtur, qu[illegible] dicitur Monasterium Monialium congregatio [illegible], simul cum loco suæ habi[illegible], quam ipse dumtaxat murorum ambitus earum, [illegible]dque concessa potestate super Moniales, sine alia limitatione excludente, intelligitu[illegible] concessa etiam super ipsarum Monasteria. Quarta ratio eius est, quod Minister Ge[illegible]al. Frater Franciscus de Angelis habuit specialem auctoritatem a Papa, vt posset li[illegible]ciare mulieres honestas ad intrandum Monasteria præfatarum Monialium; ex quo [illegible]tur, quod eam non habebat, &c.*
E *Sed neq; ista ratio valet: quia bene stat, quod, licet e[illegible] haberet, vellet etiam specialem auctoritatem super hoc habere a Papa; vt certius [illegible]riusque sibi consuleret, & ageret; sicut & quilibet solet facere in alijs negotijs, &c. I[illegible] potuit dubitare, an talem potestatem haberet, licet vero eam haberet; ideo habuit spec[illegible]m. Ergo prædictæ rationes non concludunt pro opinione Collectoris supradicta. Ia[illegible] alia aliorum opinio quod scilicet, nostri Ministri Prouinc. habeant auctoritatem [illegible]ectoris, sine vlla limitatione, sicut ex Regula Monialium Sanctæ Claræ concessa erat [illegible]otectori, antequam per Mart. V. limitaretur: quodque ideo possunt, sicut & ipse Pr[illegible]or poterat licentiare quemcumque ad intrandum Monasteria præfata, in casibus a[illegible]ctis.*

Ratio huius opinionis est, quia Iulius 2. vbi sup. §§§.72. sine vlla alia limitatione, aut A
restrictione, declarauit, & concessit Ministris Prouinc. habentibus curam præfatarum
Monialium, habere potestatem illam, seu facultatem circa prædictas Sorores, quæ per
Vrbanum iv. in eadem ipsarum Regula Protectoribus eiusdem Ordinis commissa fuit.
ergo, sine limitatione facta per Mart. V. conceditur prædicta facultas Proui. sed abso-
lute, prout in Regula ipsarum commissa est Protectoribus, non prout limitata fuit po-
stea per Mart. V. & ideo, sicut Protector potest licentiare, vt ibi allegatur in Regula ip-
sarum, cap. 18. ita potest & Minister Prouin. Sed certe ista opinio non videtur secura.
Primo, quia consuetudo, quæ est optima interpres legum humanarum, & valet pro lege,
& derogat leges, & Statuta humana, videtur oppos. habere: communiter enim Prouin.
non sic intellexerunt præfatam Concessionem Iulij 2. neq; virtute eius audent licentia- B
re aliquos ad præfatum ingressum indifferenter, sicut Protectores poterant ante Marti-
num V.

Item secundo, quia, quod concessit Iulius 2. §§§ 72. vbi sup. scilicet, quod haberent po-
testatem super eas, quæ concessa est in earum Regula Protectoribus, potest intelligi quoad
curam, & gubernationem earum tantum. sicut in ipsarum Regula, Rubr. 25. conceditur
expresse Protectoribus & mandatur Monialibus obedire, non autem quoad licentiandū
ad ingressum; de quo in eadem Regula Rubric. 18. habetur specialiter; super quo etiam
prouiderat Martinus V. restringendo potestatem, vt dictum est: quia & sic etiam ex-
presserat, statuendo, & declarando Innocentius iv. & Bonifacius viij. in simili caussa.

Ideo credendum est, quod sic etiam voluit Iulius 2. declarare, & concedere plenam
auctoritatem Ministris Prouincialibus super Moniales, quoad curam, & gubernatio- C
nem earum dumtaxat, vt dictum est, q. 2. de hoc tantum videtur fuisse dubium, propter
quod fuit a prædicto Iulio 2. petita Declaratio, & Concessio; non autem de potestate ad
concedendum licentiam ad ingrediendum earum Monasteria; vt potest videri, & innui-
tur in relatione præfati priuilegij §§§. 72.

Item tertio, dato, sed nondum concesso, quod virtute præfatæ Concessionis Iulij 2. con-
cederetur absolute facultas nostris Prouincialibus etiam ad licentiandum ad prædictum
ingressum, credo quod non sufficeret ad licentiandum nos Fratres Minores: neque, vt ex
tali licētia nos Fratres Minores possemus licite intrare præfata Monasteria. Ratio, quia
ista est Concessio generalis, facta ad licentiandum generaliter omnes Christianos, sicut
Protector poterat licentiare: pro nobis autem Fratribus Minor. ex vi Regulæ requiritur
licentia, seu concessio specialis Papæ; vt possimus licite licentiari, & de tali licentia in- D
trare vt dictum est. ergo, sicut si non esset restricta [illegible] rtinum V. seu ablata talis
potestas a Protectore, non possemus [illegible] Fratres Mino[illegible] de licentia nostrorum Pro-
uincialium: quia [illegible] prædictum Priuilegium Iulij 2. [illegible] on conceditur illis, etiam secun-
dum hanc se[illegible] am opinionem, si esset vera, ni[illegible] adem facultas, quam Protector ha-
bebat, quoad hoc, ex Regula ipsarum Mon[illegible], & nihil aliud conceditur, quoad nos
specialiter, quoad prædictum ingressum.

Igitur resoluendo quid sit tenendu[illegible] circa hoc, dico tria, Primo, quod dubium est,
nec est omnino certum, quomodo deb[illegible] at intelligi prædicta facultas, seu potestas Prote-
ctoris, concessa nostris Prouincial[illegible] n simpliciter quoad omnia, vt dicit secunda opinio, E
an potius restricta, vt dicit opinio Collectoris, & ratio Dubij stat in hoc, quod rationes
pro vtraque opinione non conc[illegible] adunt intentum pro sua opinione: quia ad omnes ratio-
nes vtriusque opinionis, po[illegible] t facile responderi; vt visum est: & de intentione Papæ
Iulij id concedentis non co[illegible] stat: ergo manet dubium. Secundo dico, quod hoc dubium
potest solui, scilicet, [illegible] Ministri Prouinciales, simul cum aliqua persona in dignitate
Ecclesiastica constituta, & duobus alijs iurisconsultis, examinarent hoc dubium; & se-
cure omnes Fr[illegible] es possemus tali declarationi stare, quousque per Papam aliud decla-
raretur, au[illegible] prouideretur; vt habetur in Compendio, tit. Priuilegia, §. 13.

Tertio dico, quod interim, quoad non sit prædicta declaratio, probabilius, & non so-
lum

A *lum securius videtur tenere primam opinionem supradictam Collectoris, quam secundam aliorum opinionem. Et hoc non propter rationes Collectoris supradictas, quæ solutæ sunt: sed propter tres illas rationes, quæ factæ sunt contra secundam opinionem, & præcipue hoc credo verissimum, quod, scilicet, quomodocumque illa potestas sit concessa nostris Minist. Prouincialibus, tamen virtute illius etiam absolutissime concessa per Iulium 2. non possumus nos Fratres Mino. licentiari, nec de tali licentia intrare præfata Monasteria Monialium: quia requiritur licentia specialis, illa autem non esset nisi generalis, vt dictum est.*

B CAPVCCINI ANNOTATIO.

VOAD istam materiam ingrediendi Monasteria Monialium, quia Declarationes super hanc facta a Collectore, & a Corduba, sunt satis antiqua, & aliud est nunc in multis illis obseruandum, ob subsequentes Summorum Pontific. ac Concil. Trid. determinationes; Ideo caute ac mature ea omnia discutiendo.

Est sciendum, quod Pius V. Excommunicauit cum reseruatione omnes Mulieres, etiam Ducissas ingredientes Claustra Monasteriorum cuiuscumque Ordinis, virtute facultatum Apostolicarum, quas reuocauit: & concedentes licentiam, comitantes, & recipientes, & Prælatos, ac Monachos eas introducentes, vel admittentes, suspendit vt habetur in suo Motu proprio, qui incipit, Ad perpetuam rei memoriam. Regularium personarum. anno 1566. sui Pontif. anno primo, edito. C — Excom. reseruata contra Ingredientes Monast. Religiosorum. Constit. 22.

Et Gregorius XIII. postea supradicta confirmans, ampliauit procedere, etiam in mulieribus ingredientibus Monasteria, domus, ac loca Monialium, vt in Motu proprio, qui incipit Gregorius Episcopus, &c. Vbi gratiæ, & indulta, anno 1575. & sui Pontificatus anno 4. — Constit. 36. Contra Ingredientes Monasf. Monialium, & virorum.

Idem Gregorius prohibuit, vt nisi in casibus a iure permissis liceat Fratribus intrare, alias incurrant non solum priuationem, sed etiam excommun. vt in censt. sua 75. edita anno 1581. qua ponitur integra, infra, post finem huius Comp. cum alijs Bullis ibi positis. D

Et idem Pius V. & Greg. XIII. prohibuerunt, ne vlla conuersę, seu Tertiarię recipi possint in Monasterio Mo[illegible] nisi Professionem suo tempore emissuræ, atq; sub perpetua Clausura mansurę. [illegible] apparet de quibus facit mentionem Nauar. de Voto Religios. [illegible] cap. statuimus nu. 56. — Prohibitio ne Conuersæ recipiantur in Monasterio. Nauarr.

De illis vero, quæ vellent intrar[illegible] vt Tertiarię, nec vt Conu[illegible] seu oblatæ, sed tantum vt famulę, caussa inseruiend[illegible] [illegible]sticis seruitijs; An liceat p[illegible] et permitti; non obstante Concilij Tridentini prohibitio[illegible] vt intra septa Monasterij Monialium, intrare nemini liceat cuiuscumque generis, a[illegible] conditionis, sexus, vel ętatis fuerit, sine Episcopi, vel Superioris licentia, in scriptis obtent[illegible] sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda? Nauar. vbi supra disputat hanc q[illegible]stionem, & tandem concludit, licite posse permitti a DD. Cardinalibus, qui habent fa[illegible]ltatem interpretandi, & prudenter temperandi Concil. Trid. E — An liceat intrare seruitrices in Monasf Monial. Ses. 25. c 5. titu. de Regu.

De Puellis autem, quæ educationis caussa solent intro[illegible] in dictis Monasterijs; extant litterę, scilicet, Congreg. Conc. ad D. Episcopum Hi[illegible]ensem (quas vidisse testatur Passarellus in scol. 22. ex cap. Ianuense) in quibus dic[illegible]ur, ab eadem Congreg. Statutum esse, nullo Concilij Decreto prohiberi; quo minus Pu[illegible] in Monasterijs Monialium educentur: si tamen, eadem Monasteria, ante Concilium [illegible]suefuerint huiusmodi Puellas recipere, & quæ a Superioribus Monasteriorum scripto licentiam impetrarent, atque Abbatissæ, & reliquarum Monialium consensus accesserit, [illegible] quod ipsę — An Puellæ caussa educationi sint intra. Passarellus. Congreg. Card.

Conditiones requisitæ in Puellarum Ingressu.

Puellæ eo vestitu in Monasteria intromittantur, qui virginali puderi, ac modestiæ conueniat, nullamq; secum famulam adducant. Nec in eis manere possint, nisi vsque ad ętatis suę annum 25. Et quod in eis, dum erunt eamdem seruent Clausuram, quam Moniales ipsa: & si semel exierint, nullam habeant ad ea reuertendi facultatem; hac in d. Bulla litteris. A

In Monial. Minim.

Sed in Monialibus Ordinis Minimorum vacare supradicta omnia credit ipse Passarellus, & non posse licitè permitti famulas vllas, nec Puellas ibidem introduci; propter Regulam in contrarium, qua cauetur, Nullas personas posse, ibi hospitio suscipi: cui per Conc. Trid. minime derogatur, licite tamen posse recipi, quando ibi traduntur educanda, & instituenda, vt in eis fiant Monacha, tempus debita ętatis expectantes modo habitum non induant ante annum 12. expletum, secundum Conc. Trid. Sess. vltima. c. 17. B

Sess. vlt. de Reg. c. 22.

Et ex eodem Decreto Conc. Trid. Sess. 25. tit. de Regularib. c. 5. habetur, Episcopum, vel Superiorem, posse dare licentiam intrandi Monasteria Monialium, in casibus tantum necessarijs & sic nec ipsis etiam quibus data est facultas alijs licentias concedendi, licet intrare, nisi in casibus necessarijs, vt Gregorius XIII. statuit in præfata const. 75. & tunc a paucis senioribus, vel Religiosis personis comitati sub pœnis ibi expressis.

An autem illi Prælati, qui habent facultatem licentiandi alios ad intrandum, possint etiam licentiare se ipsos? Vide Collectorem supra in verbo Accedere ad Monasteria, vbi hanc quæstionem disputat. fol. 71. & ibidem vide additionem Corduba, qui tenet contra Collectorem. fol. 75.

Casus vero, in quibus licet diuersis personis Monialium Monasteria Sanctæ Claræ intrare, ponuntur, ac explicantur hic ab ipso Collectore, & a Corduba in Additione, qui multa alia circa hanc materiam declarat. C

Item modo adest Decretum, a sacra Congreg. Card. anno 1590. promulgatum, sequentis tenoris.

Additio.

[Illustris. & Reuerendiss. D.D. Cardinales, Sacræ Regularium Congregationi præfecti. Ad occurrendum scandalis, quę contingere possunt, alijsque iustis, & rationabilibus caussis animum ipsorum pie mouentibus, Decreuerunt, & mandauerunt. Nulli posthac Religioso cuiuscumq; ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis existat, Superiore, cui Monasterij, seu domus cura incumbit, Confessarioq; ordinario & extraordinario cum ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptis) licere absq; licentia expressa eiusdem Sacræ Congregationis accedere ad Monasteria, seu domus quarumcumq; Monialium, vel sororum, siue sui siue alterius cuiusuis ordinis. Quod si aliquando mandato sui Superioris aliquos Religiosos ad celebrandas Missas in ipsarum monialium seu sororum Ecclesijs siue Oratorijs exterioribus, siue extra claustr[illegible] [illegible] ... exigerit: Prohibuerunt, ne dicti Religiosi vllo [illegible] sito colore Moniales, Sorores, aut [illegible] quamlibet aliam personam intra Clausuram de[illegible], alloqui possint. Confessarij autem similiter interdixerunt, ne in ędibus mona[illegible]erij seu domus, vel monasterio [illegible] domui Monialium, aut Sororum contiguis pernoctent, aut alio pernoctare faci[illegible] vel alias secum retineant Nisi extra tempora generalium confessionum. (quibu[illegible] tantum Confessario refectionem diurnam ac capere vix permittitur, & tunc demu[illegible] videlicet, cum sua habitatio, aut virorum domus, vel Monasterium, in quo degit, a [illegible] nialium seu Sororum Monasterio, vel domo nimis distat, nisi tamen & eo casu co[illegible]arium specialiter constitutum sit) ibi nullo modo comedant, bibant, reficiantur, au[illegible] ibum sumant. Quæ omnia & singula sub pœna priuationis officiorum, ac vocis a[illegible] [illegible]; & passiua ipso facto incurrenda, præceperunt inuiolabiliter obseruari] D E

Nec cũ Monialibus loquatur.

Nec ibi pernoctetur, nec cibus sumatur.

Verum quia Motus [illegible] prij Pij V. & Greg. XIII. multas continent difficultates, Ideo eas declarare [illegible] pretium esse duxi: Ex qua declaratione nonnulla scitu digna resoluentur. Ac [illegible] ponam verba formalia ipsarum Constitutionum. Deinde aliqua videbimus pr[illegible] declaratione verborum illarum, ac pœnarum ibi contentarum. Et tertio qui [illegible] illis possit absoluere.

Ponitur declaratio Motus proprij Pij V. & Greg. 13.

Prime

A

Primo Motus Proprij sunt sequentes, videlicet.

PIUS Quintus ad perpetuam memoriam, Regularium personarum, &c & infra. Mot. Pij V.

Quia igitur & Carthusiensium Ordinis,& aliorum Regularem vitam profitentium quies non parum solet (sicut accepimus) perturbari; propterea quod Mulieres modestia matrimonialis oblitæ Domos, ac Monasteria eorum contra ipsorum instituta, prætextu Confessionalium, aut aliarum litterarum Apostolicarum, ingredi audeant &c. & paullo post: Huic rei prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ pote- Prohibitio ingressus.

B statis plenitudine omnes, & singulas facultates, ac licentias ingrediendi Monasteria ac Domos Carthusiensium, & aliorum quorumcumque Regularium Ordinum, etiam Mendicantium, mulieribus cuiuscumque status, gradus ordinis, & conditionis, et quacumque dignitate, ac præeminentia prædictis, etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam derogatoriarum derogatorijs, &c. ab Apostolica Sede quomodocumque concessas, & tenore præsentium reuocamus, & Districte prohibentes mulieribus quidem prædictas facultates, & licentias prætendentibus, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, postquam harum litterarum notitiam habuerint, a qua non possint absolui, nisi a nobis, aut a Rom. Pontif. qui pro tempore fuerint præterquam in mortis articulo, ne dictas Domos, & Monasteria ingredi audeant. Ipsis vero Monasteriorum, & Conuentuum Abbatibus, Præpositis, Pœna apposita.

C Prioribus, & alijs Præsidentibus, quocumque nomine vocentur, & eorum Monachis, Canonicis, & Fratribus, siue Mendicantibus, siue non Mendicantibus, sub priuatione officiorum, quæ in præsentia obtinent, & inhabilitatis in posterum ad illa, & alia omnia, & suspensionis a Diuinis ipso facto, sine alia declaratione, incurrendis pœnis, ne eas introducere, admittereue præsumãt. Non obstantibus, &c. Datum Romæ 23. Octobris anno Domini 1566. Pontificatus nostri anno primo.

Confirmatio Gregorij XIII.

D GREGORIUS Episcopus, &c. Vbi gratiæ & indulta, &c. Proinde Sanctimonialium quieti consulere, ac omnia quæ illas a spiritualium rerum cogitatione, et exercitio auocant, impedimenta tollere, periculaque, & scandala ab eis remouere cupientes auctoritate præsentium [illegible]mus, & abolemus omnes, & quascumque licentias, ac facultates ingrediendi Mona[illegible] [illegible] [illegible]monialium [illegible] tiam virorum quorumuis Ordinum, quibusuis, etiam Comitissis, Marchionissis, Duci[illegible] et alijs cuiuscumque status, & conditionis mulieribus [illegible] ac etiam omnes, & quascumque [illegible]ntias ingrediendi Monasteria, Domos, & loca ipsa[illegible] Sanctimonialium quibuscumque viris etiã eiusdem status, & dignitatis. &c. Inhibentes [illegible]dem, qui illas obtinuerunt, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, super [illegible] a nemine, nisi a Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) absolutionis ben[illegible]ium possit impertiri, ne ipsarum li- Reuocatio licentiarũ.

E centiarum prætextu, Monasteria huiusmodi quouis [illegible]odo ingredi audeant. Abbatissis verò, necnon Abbatibus, Conuentibus, & alijs Mona[illegible]steriorum vtriusque sexus Superioribus, & personis districte præcipimus, sub eadem ex[illegible]ommunicationis pœna, nec non priuationis dignitatum, beneficiorum et officiorum suorũ, [illegible] inhabilitatis ad illa et alia, in posterum obtinenda, ne in Monasteria, Domos & loca su[illegible] [illegible]uemquam prætextu hmõi licentiarum, & facultatum, ingredi faciant, vel permittant, [illegible]uin & sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis prohibemus, atq; interdicimus omnibus, & [illegible]ibuscumque personis Ecclesiasticis, & sæcularibus, ac & Ordinum quorumcumq; etiam M[illegible]dicantium Regularibus, ne prætextu licentiarum ab Episcopis, vel a Superioribus, quibus [illegible]as concedendi in casibus necessarijs tantum, Ex decreto Conc. Trid. tribuitur, ne Monas[illegible] ipsa Pœna. Prohib[illegible] prætextu licentiarũ [illegible].

Monia-

Monialium pro libito, sed necessitatibus vrgentibus dumtaxat ingredi, neue Moniales, sub eisdem pœnis, illas aliter admittere præsumant. Non obstantibus, &c. Datum Romę Idibus Iunij anno Domini 1575. A

Primo Monast. ac domus. An comprehendantur horti? Secundo quia dixi circa intelligentiam supradictarum Bullarum aliqua occurrere dubia, Ideò est primo aduertendum, quod licet ex verbis illis in Motu Pij V. positis (Monasteria ac domos) posset dici, non comprehendi Hortos, Monasterijs ipsorum Fratrum adhærentes; Cum, appellatione Monasterij, non veniant horti, iuxta Declarationem quamdam ab Innocentio IV. factam supra illud nostræ Regulę, (vt Fratres non intrent in Monasteria Monialium) Intelligi enim ait per Monasterij nomen, solum Dormitoria, Claustra, & Officinas interiores, sicut etiam declarauit Nicolaus III.

Habetur supra §. 4. & 10. Ex verbis tamen Motus proprij Gregorij XIII. Nulli dubium est, illos comprehendi: non solum enim ipse Greg. vt Pius V. posuit Domos, & Monasteria; sed etiam addidit, (& loca sua,) Horti quidem sunt Monasterij loca; quando scilicet ipsi Monasterio fuerint contigui; & ita practicatur: sed an Sacristia etiam comprehendatur, adeo vt mulieres ibi intrantes, ac eas introducentes istis pœnis subijciantur? B

An comprehendantur Sacristiæ. Et respondendo dicitur, quod, cum hic tantum prohibeatur ingressus Monasterij, & per Monasterium intelligatur Claustrum, Dormitorium, aliæque Officinæ interiores (vt supra est dictum) Ideo, si Sacristia taliter esset ab Ecclesia separata, quod non aliter, quam per ianuam Monasterij, vel per Claustrum posset in eam iri, tunc clarum esset, Mulieres ibi nullo modo ingredi posse. At si Sacristia taliter esset Ecclesię contigua, quod nisi pariete vno diuideretur, ac directe absque quod septa Monasterij oporteret ingredi, ibi perueniretur, Tunc multi dubitarunt, si Religiosi, ibi mulieres introducentes, incurrerent in istas pœnas; adeo vt ex Mendicantibus aliqui teneant, quod sic, iudicantes, Sacristias non tantum pro Officina Ecclesiæ, verum etiam pro Officina interiori Monasterij, Et quod faciliter possent scandalizari Seculares, videntes ibi Mulieres intrare, cum non sit solitum; Aliqui vero alij, tenent contrarium, & admittunt in eam Mulieres, Confessionis caussa. Verum, Prælati circa hoc, esse debent valde circumspecti, examinando bene, si ex hoc posset, nec ne, scandalum aliquod, vel Fratrum inquietudo oriri; quę sunt potissima rationes, quibus motus Summus Pontifex hanc fecit prohibitionem, & ita se regulare, si non velint errare. C

2 Qua ætate debeant esse mulieres. Nauarr. in Manu c. 25. nume. 143. In addit. c. 28. & in ca. statuimus enim 49. Aduertendum quod sub nomine Mulierum, quę hic prohibitæ sunt intrare, possemus dicere illas tantum comprehendi, quæ fuerint talis ætatis, qua, in coniunctione cum hominibus, affinitas contrahitur, dirimens matrimonium iam consummatum, iuxta cap. Fraternitatis, & cap. vltimo, & penultimo in decre[illegible] de eo qui cognou. consang. Vel dicamus, & fe[illegible] quæ [illegible] maiores sex annis, cum tunc non sint iam in ætat[illegible] antili, & habeant iudicium peccat[illegible]. Adeo, quod si quis ingredi faceret Mona[illegible] aliquas mulierculas minoris [illegible] annis, pœnas istas non incurreret; & hoc compr[illegible]tur a Nauar. pluribus in lo[illegible] [illegible]uendo, quod Paruulę infantes intrantes Monialium Monasteria, non incur[illegible] [illegible] pœnas, Conc. Trid. sess. 25. de Regul. D

3 Postquā notitiā habuerint. Nau. in manu. c. 27. nu. 16. Aduertendum, quod ex illis ver[illegible] (Postquam horum notitiam habuerint) colligitur nullas mulieres hanc excomm[illegible]ationem incurrere, nisi postquam huius prohibitionis notitiam habuerint: Si en[illegible] gnorarent, non incurrerent: Cum nullus maiorem excommunicationem incurrat [illegible] si contumax fuerit, & mortaliter peccauerit: Et ignorantia (dummodo non sit cr[illegible]a) humani iuris, aliquod atrox peccatum, cum excommunica. vel censura alia, [illegible]abentis, excuset, vt dicit Siluest. & Nauar. in Manua. cap. 27. num. 16. E

4 Introducere admittereue. Aliud aduertendu[illegible], quod ex illis verbis (ne eas introducere, admittereue præsumant) non solu[illegible] istas pœnas Bullę illi incurrunt, qui Mulieres aliquas in Monasterium introd[illegible]erint. vel intrare permiserint sed illi etiam, qui postquam ingressæ fuerint, cum [illegible] loquuntur, ac associant deambulando; prout sic Doctores, exponendo verbum [illegible] (admittereue) tenent: dicunt enim verbum illud magis esse generale, quam illud

A *illud aliud (introducere) & comprehendere tum inducere, tum etiam recipere, & associare.*

Est etiam notandum, quod licet, ex prima facie verborum istorum (introducere, admittereue) videantur, introducentes tantum, & admittentes comprehendi, & non Prelati illi, qui eas sic admitti, & introduci iuberent: cum lex pœnalis iubens aliquid, contra facientes, non comprehendat mandantes, & consentientes. Aliud tamen est dicendum, quod videlicet ipsi etiam Prelati mandantes comprehendantur; alias enim, si ipsi tantum admittentes, & recipientes comprehenderentur, faciliter quidem legis mens defraudari posset: Ipsi enim Prelati possent alicui laico demandare, vt illas introduceret, qui in suspensionem a diuinis, & in priuationem, & inhabilitationem Officio-
B *rum Ordinis, minime incurreret. Et hoc clarius liquet ex verbis positis a Gregor. cum inquit (Ingredi faciant, vel permittant) Et sic etiam tenet Naua. in Manu. c. 27. nume. 150. excom. 61.* Nauarr.

Item notandum, quod per illud verbum (admittereue presumant) excluditur ille a pœnis istis, qui aliquam mulierem in Monasterio pro aliquo bono fine absconderet, vel introduceret. Imponuntur enim istæ pœnæ contra eos, qui temerario ausu, & presumptione introduxerint; Ita quidem sonat verbum supradictum (presumant.) Et sic Nauarrus in repet. cap. Statuimus 19. quæst. 3 nume. 62. ait quod Prelati, vel Fratres illi, qui in suis Monasterijs admisissent Mulieres, antequam huius Motus proprij notitiam habuerint, vel post; Ante tamen notitiam eius uera intelligentiæ, vel ex obliuione, vel inconsideratione, aut animi simplicitate, nullo pacto istas pœnas incurrerunt. Presumant. Nauar.
C *Ideoque sint cauti Prelati in inquirendo cum diligentia, quando aliqui ex suis subditis, fuerint in hoc delicto hic prohibito, si fuit nec ne cum malitia, vel præsumptione factum: & inuenientes sufficientia indicia ad eorum animi sinceritatem, ac simplicitatem (quamuis aliqua incurreris venialis incuria) ne eos inquietare velint, vt quærant suspensionis dispensationem; sed eos, aliqua alia salutari pœnitentia tali eorum inconsiderationi conueniente, puniant.* Nota.

Et sic etiam per idem verbum (præsumant) excludi ab his pœnis videntur illi, qui caussa curationis alicuius infirmitatis (quando scilicet, non posset aliter curari, nisi ope, & arte illius, nec infirmus posset in Ecclesiam, vel alibi extra venire) mulierem aliquam, cum honestis personis associatam, cum licentia Prouincialis, vel Guard. in Infirmariam, vbi Frater infirmus maneret, introducerent; Cuius ratio esse potest, quia defensio vitæ, & salutis propria, est de iure naturæ; nec necessitas habet legem: Ac etiam
D *comprobatur a simili, ex illa [illegible] Concil. Trident. dispositione sess. 25. cap. 5. de Regular. vbi prohibens ne Moniales [illegible] subnectit, dicens, Nisi ex legitima caussa ab Episcopo examinanda. Idemque ordinauit [illegible] Bonifacius VIII. dicendo, quod neque ipsæ Moniales egredi [illegible], nec aliæ honestæ persona ingr[illegible] eas videndi caussa, debeant, nisi aliqua vrgente n[illegible] [illegible]tate, quæ erit periculosa aliqua infirmitas. Et Pius V. etiam in quodam Motu propr[illegible] egredi permittit ex caussa ignis, infirmitatis, lepræ, pestilentia. Quod ampliando Na[illegible] in dicto cap. Statuimus 19. quæst. 3. nume. 48. ait, esse pariter intelligendum, in om[illegible] [illegible]us alijs similibus infirmitatibus,* Nota hunc casum. Vt in ca. periculoso de stat. regu. li. 6. & habetur sup. tit. Clausu. Monialiũ. §. 1.
E *licet non contagiosis, adducens quoddam Breue Greg[illegible] III. vbi in alijs infirmitatibus licentiam concessit.*

Vnde, cum propter eamdem caussam infirmitatis, lic[illegible]m sit Monialibus Monasterio egredi, domusque secularium adire, vbi per multos a[illegible] oportebit morari, absque quod aliquam pœnam incurrant, nec ipsæ, neque eas in suis do[illegible] [illegible]bus recipientes; Cur non erit etiam Religiosis licitum, ingredi facere in Infirmariam, m[illegible]lierem aliquam, pro cura suprad. absque quod pœnas incurrant? Et quidem quando sic [illegible] [illegible]latus, supradictis obseruatis conditionibus, associatam videlicet, cum honestis al[illegible] personis &c. talem mulierem intromiserit, non aliter dici posse arbitror, quam bono ac sin[illegible] animo illud facere.

Hic

Nota hoc dictum. *Hic autem in Motu proprio ij tantum, qui ausu præsumptuoso contrauenerint, pœnis supponuntur; quæ verba multum ponderari deberent, pro nonnullorum occurrentium decisione.* A

7 Declaratio Pij V. *Item est ponderandum, quod Pius V. declarauit, quod caussa Processionis, Vigiliæ, Missæ, Tumulationis defunctorum, vel alterius cuiusuis officij, poterunt ipsæ Mulieres intrare, & in Claustrum, & in alia loca ipsorum Religiosorum, quando ipsa opera pia celebrabuntur: dummodo, in Officinas interiores non admittantur. Et quod, quando in aliqua Ecclesia Fratrum Minorum prædicaretur, & præ multitudine non possent aliter Mulieres intrare, nisi per Claustrum, vel alium locum Fratrum, tunc eis licebit: dummodo directe ad Ecclesiam pergant. Quam declarationem referri ait Auctor expositionis Bullæ Cruciatæ fol. 311. in quadam ordinatione Generali suæ Religionis, habita anno 1583. Toleti.*

Intelligentia supradictæ declarationis. *Circa quam declarationem, cum dicatur ibi (ex caussa Processionis) quæritur ab ipso Auctore expositionis Bullæ Cruciatæ, An posset Prælatus aliquis mandare, vt aliqua fieret Processio extraordinaria, vt illius occasione, possent Mulieres dicta loca intrare? Et iam resoluit, quod licet prima fronte videatur dicendum quod sic quia, cum lex non distinguat, nec & nos debemus distinguere: & hic non dicatur de Processione ordinaria, vel extraordinaria: sed absolute (ex caussa Processionis) secundum tamen rei veritatem, ait, illum non excusare de peccato, & de pœnis hic taxatis: quia Summus Pontifex in sua Declaratione prætendit tantum scrupulos remouere, & illud tantum concedere, quod recta ratio in aliquo casu dictat, & non dare relaxationis incentiuos, libertates, vel abusus; sicut in alio casu probat Corduba; Et hoc conualidatur, quia, quando Summus Pontifex concedit, vt toties quoties &c. Visum est solum concedere discretum, & prudentem vsum, sicut ait Michael de Palatio post alios in 4. dist. 20. disp. 3. fol. 433.* B

Lib 99. q. 37. prop. 3. fol. 473. C

Platius.

Dubitatur etiam, dum dicitur (caussa Processionis, vel Vigiliæ) quid si tales mulieres, tum per istos, tum etiam per alios malos respectu[illegible] [illegible]trauerint, an huiusmodi pœnas incurrent? Et concluditur, quod non, cum Ecclesia n[illegible] iudicet de occultis, iuxta id, quod late tradunt Corduba in lib. 99. q. 35. Et Castro lib. 2. de leg. pen. cap. 15. fol. 608. Et etiam si aliquo actu exteriori peccarent: quia, cum hic excommunicentur Mulieres illæ, quæ in aliquibus locis prohibitis admissæ fuerint, & in casu isto, iam sunt admissæ in locis quandoque licitis, & concessis (licet ad peccandum vetitis) clarum est pœnas istas non incurrere. D

Et dum dicitur (vel cuiusuis alterius offici[illegible] [illegible]be[illegible]bet intelligi de officijs similiter pijs; vt per ver[illegible] [illegible] dicitur, quando in illis celebrabuntur dicta opera p[illegible] [illegible] illa pia officia dicentur, quando ex aliqua caussa, vel prædicabitur in Claust[illegible] [illegible] quando in Capitulo fieri solet [illegible]emonia lotionis pedum in cena Domini, vel dabitur alicui nouitio habitus, vel [illegible] professus. Debent tamen Prælati bene ad uertere, ne alias interiores officinas [illegible] eas permittant.

8 Per pœnam priuationis officiorum quid intelligatur. *Aduertendum, dum dicitur (f[illegible] [illegible]uatione officiorum, quę in præsenti obtinent, & inhabilitatis &c.) quod huiusm[illegible] officia sunt Generalatus, Prouincialatus, & eorum Commissariatus, Guardiana[illegible] [illegible] Vicariatus, vel loci Præsidentatus, secundum quamdam ordinationem factam in [illegible]apitulo Tolotano Fratrum de Obseruantia, &c.* E

Ex quibus verbis liquet [illegible] Diffinitores ex hoc minime esse priuandos, ac pro Discretis, & Diffinitoribus Capit[illegible] [illegible]rouincialis, vel Generalis eligi posse. Bene tamen verum est, quod veniunt p[illegible] [illegible], propter excommunicationem incursam a Gregorio XIII. positam, tum quo[illegible] [illegible]electionem actiuam, cum etiam quoad passiuam. Et per suspensionem a diuini[illegible] [illegible]cceptando electionem de se factam, vel alios eligendo, grauiter peccarent.

9 Quid per suspensionem. *Ad[illegible] [illegible]andum, dum dicitur (& suspensionis a diuinis) quod per hæc verba intelligi[illegible] [illegible]os suspendi ab exercitio Ordinum, quos habent, propter quod non possunt aliquod*

Sacra-

A *Sacramentum administrare cum sollemnitate, nec sollemniter orationes in Choro, nec Euãgelium cantare, nec cereos deferre; ac tandem sunt suspensi ab omnibus annexis ordinibus, licet sint Ordines minores; & illa exercendo irregularitatem incurrunt. Sunt etiam suspensi ab alijs Diuinis officijs, quæ non sunt Ordinibus deputata vt in Ecclesia, vel extra fiant (exceptis Horis Canonicis, quę priuatim a suspenso sunt dicenda.)*

a diuinis intelligitur.

Officia autem diuina Ordinibus non deputata, sunt cantare in Choro cum alijs, Cantare defunctorum responsoria, seu litanias, Baptizare sine sollemnitate, recipere Sacramenta (nisi in casu necessitatis) auscultare Missam, acceptare electionem de se factam, Excommunicare, & Beneficia conferre, Verum, si ille qui a Diuinis sic fuerit suspensus, ista Officia ordinibus non deputata durante suspensione perageret, quamuis pecca- B *ret; non tamen irregularitatem incurreret, sicut docet Nauar. & Coarruuias.*

Nauarr. in Man. c. 27. nu. 178. Coar. in c. Almã. 2 pa. q 2. nu. 2.

Est notandum, quod Gregorius XIII. supradictis pœnis, pœnam addidit excommunicationis Sedi Apostolicę reseruatę; vt ex sua confirmatione constat. Ita quod in istas pœnas incurritur ipso facto, absque alia declaratione; vt in Motu proprio Pij V. dicitur.

10 Pœna excõmunicat. Notãda circa pœnas.

Notandum est, an committens occulte delictum hic vetitum incurrat istas pęnas? Ad quod, licet Auctor expositionis Bullæ Cruciatę ex professo hanc quæstionem tractans, nonnullos citet Doctores, ac per aliquas respondeat conclusiones: Nos tamen, breuitati studendo, dicimus, quod committens realiter (& non cum sola intentione,) occulte delictum hic prohibitum, ipso facto in excommunicationem incidat, licet in foro C *exteriori probari non possit. Et dum ponitur pœna suspensionis, est sciendum, quod licet delictum fuerit omnino occultum, statim tamen sine aliqua declaratione, incurritur in illam; quam conclusionem tenet Corduba contra Castrum, & Nauarr. multosque alios, ac eam approbasse, videntur Patres Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. de reformat. quando ibi Episcopis datur auctoritas dispensandi in omnibus irregularitatibus, & suspensionibus a delicto occulto prouenientibus. Ex quo infertur, quod Religiosi admittentes occulte Mulierem aliquam in Monasterio, incidunt in pœnas huius Motus proprij, ipso facto, absque aliqua alia declaratione. Et licet a Doctoribus, contrariam partem tenentibus, fuerit dictum, non prius quemquã suspensionem incurrere, quam a iudice fuerit hoc declaratum; nos tamen dicimus, illud intelligi esse verum, quando in Decreto hoc modo dicitur (incidant in suspensionem, vel sint suspensi ipso facto) & nihil amplius dicendo; sed quando vltra additur (sine aliqua declaratione) vt in isto* D *Motu proprio ponitur; Tunc dicimus non opus esse Iudicis declaratione. Et hæc responsio ex his colligitur, quæ late tradidit Corduba in suo quæstion. q. 3. adlegando Caietanum, & Coarruuiam; & ita hanc con[illegible] vina vocis Oraculo, pluribus Regularibus declarauit, [illegible] & eodem modo seruari Gregor. [illegible] præcepisse Summo Pœnitentiariæ, reliquisque Offici[illegible] sacri Officij pœnitentiarię, [illegible] R. Pater Magister Ioannes Baptista Antonucci[illegible] S. Augustini in Catechi[illegible] Neapol. fol. 217. Et ita etiam scribendo pluribus verbi[illegible] rpretari est Nauar. in quodam comment. de vita & professione Religiosorum, & [illegible]*

11 Sil. ti. crim. qõ. 2. Coar. in ca. Alma mat. p. 1. §. 2. nu. 10. fo. 23. Turrec. in c. de his. Castr. li. 2. de leg pen. cap. 15. De pęna suspẽ. ipso facto incurr.

Hoc tamen intell in pęnis spiritualibus, secus autem in corporalib. vt dixi sup. fol. 198. In declara. Bullę de largitio mun. Auctor Catechesis Neapolitanæ.

Idem dicendum esse, de pœna illa priuationis v[illegible] & passiuę, taxata a sac. Congreg. Card. contra eos, qui ad Monialium Mona[illegible] ne, multi doctissimi viri in E *alma Vrbe Romę tenent. Sed est aduertendum, quod [illegible] Religiosi modo supradicto ex delicto occulto perpetrato incurrant istas pœnas ipso fact[illegible] nullus tamen eorum erit obligatus statim relinquere, & renuntiare officium quod hab[illegible] quando per huiusmodi renũtiationem, suum delictum posset manifestari, ac fama bon[illegible] e amitti; & ita tenent Nauar. Sotus. Castr. & Cord. Verum ipsi Religiosi, ad procura[illegible] m sibi secreto dispensam sine mora modijs quibuscumque possibilibus vtentes ad talia o[illegible] a renuntiandum, sint solliciti.*

12 De pęna priuationis actiu. & passiu. Admon.

Est aduertendum, quod Illustrissimus Cardinalis Alexandrinus, nom[illegible] aliorum Cardinalium Congregationis, nostris Prælatis, anno 1584. respondit, in Mona[illegible] seu

13 Declaratio Cardinaliũ circa loca noua.

locis

locis nostris, quæ sunt in fieri, vel in qua, dum fabricantur, adhuc Conuentus ad ibi morandum non fuerit introductus, sed solum ibi aliqui habitauerint Fratres, pro fabricæ potius seruitio, quam aliter, Clausuram nullam esse talem, vt si Mulieres intrarent, pœnas propterea in supradicto Motu proprio contentas incurrerent. Idemque debere dici, ait, de Domibus, seu Infirmarijs in ciuitate positis, cum nec Ecclesiam nec Conuentum habeant. A

Secundum caput. *Circa autem secundum supra notatum. Quis videlicet possit a supradictis pœnis absoluere?*

Primo. *Dico primo, quod ab Excommunicatione solus Summus Pontifex, vel suam habens auctoritatem: cum tam in isto Motu proprio sibi eam reseruet. Dixi (vel suam habens auctoritatem) quia quilibet Confessarius ab Ordinario approbatus, poterit eos absoluere, qui Bullam Cruciatæ, vel aliam similem habuerint, & hoc semel in vita, & in morte infra annum publicationis illius.* B

Item Patres Confessores Societatis Iesu, ab Ordinario approbati, possunt absoluere toties quoties, per Concessionem quamdam Paulli III. eamdemque auctoritatem habent

Quæ incipit cũ inter cũ ctas, edita anno 1545. *Fratres Minores Regularis Obseruantiæ per Ordinarium approbati, per Bullam Clementis VII. quæ possunt ipsi, omnibus Priuilegijs, & facultatibus concessis, & concedendis omnibus alijs Religionibus, gaudere.*

2 *Dico secundo, quod a Suspensione a Diuinis possunt etiam virtute Bullæ Cruciatæ, semel in vita, & in morte, vt supra, absolui; sicque absoluti possent administrare actus ordinibus annexos, a quibus erant suspensi, dummodo tamen, suspensio illa non fuerit in iudicio deducta.* C

3 *Dico tertio, quod nullus Confessor, absque expressa Summi Pontificis auctoritate, poterit pro officijs, quæ habent, vel habere possunt eos habilitare. Priuatio enim, & inhabilitatio, quoad officia, non sunt Censuræ ecclesiasticæ, quæ possint ex virtute Bullæ absolui, sed potius quædam pœna, a qua minime Bulla posse absoluere concedit.*

Habetur su pr. tit. absolut. extraordin. quoad Fratres. §. 3. & 4. fol. 24. *Item est Not. quod per quamdam amplissimam Eugenij IV. Concessionem Fratribus Minoribus Regularis Obseruantiæ datam, possunt ipsi Fratres, & per consequens omnes alij participantes, ab ista inhabilitate, & alia simili absolui, vt possint officia, & dignitates Ordinis tenere, & hoc semel in vita; Et per Confessores a suis Prælatis deputatos. Sed, vt huiusmodi indulto possint gaudere, debent septimana qualibet per annum integrum, septem psalmos pœnitentiales cum litanijs recitare. Videatur tamen id, quod dicit Collector in supradicto §. 4. circa recitationem septem Psal. fol. 24.* D

Dico 4. quod Prouinciales Ordinis Sancti Domi[illegible]ci in Hispania, & per viam communicationis, [illegible] [illegible]gionum, eorum Priuilegiorum participantium, p[illegible] in foro conscientiæ suos subdi[illegible]os absoluere, non solum a Suspensione a Diuinis [illegible] etiam ab alijs pœnis in præsenti [illegible]otu proprio contentis, habilitantes eos ad officia [illegible]bita, & habenda: Et hoc, qua[illegible] [illegible]licet, secreto mulieres admiserint in Conuentu: Quæ quidem facultas, col[illegible] ex illa Bulla Pij V. Prouincialibus Ordinis

Hæc Bulla Pōtif. in fine Compēdij ponitur. Sess. 24. c. 6. *Prædicatorum in Hispa[illegible] qua conceditur pro suis subditis in foro conscientia tota illa auctoritas, q[illegible] Conc. Trid. Episcopis conceditur pro suis, vt possint, scilicet, dispensare in o[illegible] Irregularitatibus, & Suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus (illa ex[illegible] a quæ oritur ex homicidio voluntario, & in iudicio non fuerit deducta) de qua latiu[illegible] [illegible]xi supra in verbo Absolutio, fol. 49.* E

[illegible]bium. *Sed dicet aliquis, qu[illegible] [illegible]oncilium dat solum Episcopis dispensandi auctoritatem in Irregularitatibus, & s[illegible] [illegible]sionibus ex delicto occulto prouenientibus, ideo maior auctoritas Prouincialibus [illegible] datur pro suis subditis. Et iccirco videtur, quod, quamuis Prouinciales ipsi [illegible]nt, in casu huius Motus proprij, a suspensione a Diuinis absoluere, non poteru[illegible] [illegible]amen dispensare in priuatione, & inhabilitatione officiorum, cum ista,*

Respons. *proprie lo[illegible] [illegible]ndo, dici non possint suspensiones, quæ est vna ex censuris ecclesiasticis: sed [illegible] pœnæ: Ad hoc tamen respondetur per auctorem expos. Bullæ Cruciatæ; quod licet*

A licet priuatio,& inhabilitatio in suo rigoroso,& stricto significatu, non sint, nec suspensio, nec alia Ecclesiastica Censura: attamen multoties, Irregularitas, Depositio, Priuatio, Inhabilitatio, ac Degradatio, in lato significatu appellantur Suspensiones: prout aduertunt Innocentius, multique alij Doctores,& notat Nauarr. in Manu. latino ca. 27. nume. 152. in fine. Innocen. c. querenti. de verb. signi.

Vnde ex hac doctrina concluditur, Episcopis a Conc. Trid. esse concessum dispensare posse in Priuatione,& Inhabilitatione, in quam sui subditi ex delicto aliquo occulto incurrissent. Et supradictus auctor expositionis Bulla refert, quod doctissimus Doctor Freza, totius Archiepiscopatus Valentia Prouisor, ita communiter practicari, et dixit. Et sic si Episcopi talem habent auctoritatem, habebunt etiam illam Prouinciales supradicti. Ita tradit Abbas in c. at si. nu. 7. de iudicijs, & Inn. in c. si de excess. Prælatorũ.

B Verum, debent ipsi Prouinciales aduertere, quod, quamuis Episcopis concedat Concilium posse hanc auctoritatem delegare, eis tamen est denegata in Bulla Pij V. Cum dicat, quod ipsi per se ipsos tantum illud possint.

Nunc autem, idem etiam possunt per communicationem Priuilegiorum concessorum a Sanctiss. Papa nostro Gregorio X I I I. Congregationi eorum, quæ Ministri infirmorum appellantur, anno 1591. quorum Præfecto generali inter alia conceditur, vt per se, vel per alios a se deputatos, omnes suos subditos possit absoluere ab omnibus peccatis, & a quibusuis censuris, & pœnis a iure, vel ab homine (non tamen nominatim) quomodolibet promulgatis, & ab omni Irregularitate (excepta Homicidij voluntarij, Mutilationis membrorum, & Bigamia) in foro conscientię tantum. Nec non, cum eis si opus fuerit, etiam cum rehabilitatione, & abstersione inhabilitationis, & infamia macula, dispensare. Priuilegiũ eorum qui Ministri infirmorũ appellantur, habetur supr. fol. 20.

C Ac concedit, vt defectum Natalium, etiam ex adulterio, sacrilegio, incestu, prouenientem, patientes ad sacros ordines promoueri possint. Rehabilitatio & abstersio infamię.

Necnon ad quascumque dignitates, administrationes, & officia dicta Congregationis eligi, & adunari posse; vt latius ponitur supra in verbo Dispensatio. Cum defectu natal. patientibus dispens.

Aduertendum est etiam pro hac materia, quod per Greg. X I I I. ex sententia Congregationis Conc. Trid. F. Andreę Amodeo, tunc Zeloso Italię Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, quærenti, An per supradictum Pij V. Statutum censeretur derogatum suę Regulę Concessioni huic, vt singulę Dominę de stirpe Regia procreata, ac etiam omnes huius Ordinis Fundatrices, quę locorum eiusdem Ordinis septa communiora videre postulauerint, eadem honeste cum sua comitiua intrare, ac deuote visitare tolerentur. Fuit declaratum non censeri derogatum, quoad Reginas, vel Fundatrices dumtaxat: Ita refertur in Actibus trium Capitulorum ipsorum Fratrum, a Passarello compilatis fol. 126. Pro fratribus Minimis.

D

Et hęc sint dicta (saluo semper meliori iudicio) pro huiusmodi ma[illegible]ia ingressus Monasteriorum Monialium, ac Religiosorum.

INQUISITORES HÆRET[illegible]Æ PRAVITATIS.

E *Distinctio materię inferius a[illegible]ata.*

Irca materiam Inquisitorum hæreticæ p[illegible]uitatis habentur in Priuilegijs Fratrum Minorum, & aliorum M[illegible]dicantium ea quæ sequuntur. Collect.

Primo ponitur auctoritas Generalis Ministr[illegible]per Fratres, qui fuerint Inquisitores, ac etiam super alios Fratres in huiusmo[illegible] casu §.1. & 2.

Secundo apponitur exemptio omnimoda a quibuslibet Inqu[illegible]oribus; & præsertim ne Fratres Minor. cum fuerint Inquisitores procedant co[illegible] Fratres Prædicatores: nec e contra. Et hoc a §.3. vsque in finem.

CLE-

1 *Generalis Minister.*

LEMENS IV. concessit Generali Fratrum Minor. vt Fratres eiusdem Ordinis, qui ad inquirendum cōtra hæreticam prauitatem, seu ad alia huiusmodi negotia fuerint a Sede Apostolica deputati, possit libere, ac licite remouere, seu reuocare, & penitus transferre; ac eis, vt supersedeant iniungere, aliosque substi tuere, ut expedire viderit; & in eos, si contrauenerint, Censuram Ecclesiasticā exercere. Ac etiam concessit, quod quilibet Minister Prouincialis, vel eius Vicarius eiusdem Ordinis, possit id ipsum facere in sua Prouincia circa Fratres suos, quibus ab eadem Sede similiter contigerit committi. Non obstantibus aliquibus litteris, vel indultis Apostolicis impetratis, vel in posterum impetrandis; quæ de hoc non fecerint mentionem. B. fol. 57. & ffo. 141. concessione 326. A B

Prouincialis Minist.

2 SIXTVS IV. concessit, quod Generales Ordinum Prædicatorum, & Minorum possint examinare gesta per Fratres Inquisitores suorum Ordinum, & querellas contra illos propositas audire, ac super illis (quantum eis iustū, & æquum videbitur) statuere, & ordinare: & si eos in aliquo deliquisse inuenerint, illos, iuxta excessuum exigentiam, etiam per eorum ab Officio amotionem, ac alias corrigere, & punire. Dictosque Inquisitores; secundum quod æquum, & iustum, aut necessarium videbitur (non tamen in vna, eademque diœcesi) multiplicare libere, & licite valeant. B. fo. 66. Et ffo. 149. concessione 366.

Pro Fratr. Prædica. & Minorum.

3 Idem Sixtus statuit, vt Fratres Inquisitores Ordinis Prædicatorum; in Fratres Ordinis Min. & e contra, Fratres Inquisitores Ordinis Minor. in Fratres Ordinis Prædicatorum quoscumque, Officio Inquisitionis huiusmodi fungi, illudque exercere nullatenus possint, absque Sedis Apostolicę licentia speciali, de præsentibus litteris specificam, & expressam faciente mentionem. B. fo. 66. Et ffo. 149. concessione 366. C

Pro Fratr. Prædica. & Minorum.

4 Idem Sixtus, omnes Fratres Ordinis Carmelitarum, ab omni Iurisdictione Dominio, & Potestate Inquisitorum hæreticæ prauitatis, prorsus & omnimodo exemit, ac perpetuo liberauit. Ita quod huiusmodi Inquisitores, etiamsi sint Ordinum Mendicantium: quauis occasione, vel caussa, contra personas dicti Ordinis nullatenus inquirere, procedere, aut iurisdictionem aliquam in eosdem exercere quoquo modo valeant, sub excommunicationis latę sententiæ pœna, qua[illegible] incurrat. Et voluit, quod solum teneantur [illegible], aut sui Ordinis Protectore, vel Cameræ Apo[illegible] Generali Auditore, in caussis fidei, aut Officium Inquisitorum cor[illegible]entibus, respondere. Ac de[illegible]uit irritum, & inane, si secus super ijs qui[illegible]quam, quauis Auctorita[illegible] Apostolica, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. B. fo. 112. [illegible] 196. concessione 489. D

Pro Fratr. Carmelita.

Excommu.

5 Idem Sixtus statuit, quod [illegible]isitores hęreticę prauitatis, quicumque fuerint, habeant facultatem pr[illegible]dendi contra eos, qui asseruerint, quod confessi Fratribus Mendica[illegible] Ordinum, teneantur confiteri eadem peccata Rectoribus Parochiali[illegible] Ecclesiarum. B. fo. 61. Et ffo. 144. concessione 353. E

In fauorē Fr. Confes.

6 INNOCENT[illegible]S VIII. approbauit, & confirmauit litteras suprascriptas Sixti in § [illegible] firmiter obseruari debere, ac robur perpetuę firmitatis obtinere de[illegible], proque potiori cautela eas de nouo statuit, & ordinauit. Ac [illegible], & singulis Inquisitoribus hæreticę prauitatis Prędicatorum, & a[illegible] quorumcumque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mend[illegible]tium professoribus, & Clericis sæcularibus per vniuersum Orbem [illegible]hibuit ne, prætextu cuiuscumq; potestatis, & facultatis eis attributę, seu attri-

In fauorē Fr Minor. & Prędic.

A attribuendæ super inquisitione huiusmodi, quantumcumque amplissime, contra quempiam Ordinis Minorum professorem procedere, & inquirere, aut officium suum exercere quoquo modo præsumant. Et quod, si forte præsumpserint aliquos ex dictis Fratribus Minoribus capere, seu carceribus mancipare, debeant remittere Fratres ipsos sic captos, infra triduum (postquam de præsentibus litteris notitiam qualitercumque habuerint, aut requisiti fuerint) ad ipsorum sic captorum, & detentorum Superiores, per omnia illæsos, & sine mora; per eos, iuxta Iuris formam, & Regularia Instituta debitis pœnis puniendos. Super quibus dat Conseruatores omnes Ecclesiarum Prælatos; *Correctio.*
imponendo graues pœnas in contrarium qualitercumque facientibus. B.fo.57.
B Et ffo.52. concessione 60.

LEO X. litteras immediate suprapositas Innoc. VIII. inseruit de verbo ad verbum, & approbauit, & innouauit, ac sui scripti patrocinio communiuit, decernens illas ab oĩbus debere inuiolabiliter obseruari, proq; potiori cautela, omnia, prout per suos prædecessores prohibita, statuta, ordinata, & concessa fuerunt, prohibuit, statuit, ordinauit, & de nouo concessit. Non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus B. ffo. 21. concess.64. 7

Idem Leo postea informatus, quod aliqui Inquisitores (non obstantibus supradictis) attentabant procedere contra quosdam Fratres Minores, præcepit, & mandauit Inquisitoribus præfatis Apostolica, vel quauis alia Auctoritate, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & plenitudine potestatis, etiam consistorialiter, in quibusuis Mundi partibus, sub excommunicationis sententia, & priuatione omnium, & singulorum beneficiorum, & officiorum ecclesiasticorum, quæ obtinent, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, & alijs pœnis in litteris aliorum prædecessorum suorum contentis; quas contra facientes ipso facto incurrere voluit; ne de cetero contra dictos Fratres Min. super caussis prædictis, nec super quibusuis alijs ad suum Inquisitionis Officium pertinentibus, se intromittere, testes examinare, & alios processus agitare præsumant. Et voluit, quod si forte ad aliqua de præmissis se intromiserint, aliquos Fratres capiendo, testes examinando, aut scripturas recipiẽdo, Fratres ipsos personaliter, ac dicta testium examinatorum, & quoscumque processus factos, & scripturas prædictas, super caussis huiusmodi quomodolibet concernentes, Ministris Prouincialibus, alijsue prædictorum Fratrum Minorum Prælatis, [illegible], in quibus Inquisitores præfatos residere contigerit, [illegible] copijs, aut transumptis, vel notis) infra sex dierum spatium; postquam pr[illegible]ium notitiam quomodolibet habuerint, realit[illegible] & cum effectu restituant; [illegible] Fratres huiusmodi delinquentes (siqui forte [illegible]t) iuxta excessuum, & delictorum exigentiam, per Prælatos, & alios Sup[illegible]res dicti Ordinis Minorum, secundum formam litterarum Apostolica[illegible] suorum prædecessorum castigari debeant. Super quibus etiam aduersus c[illegible]ra facientes, dat Conseruatores omnes Ecclesiarum Prælatos; cum magnis [illegible] obstantijs. B. ffo 20. concessione 63. 8 *In fauorem Frat Min. Obser.* *Excommunicatio.* *Correctio.*

CLEMENS VII. exemit de nouo Fratres M[illegible]ores Regularis Obseruantiæ ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, & sub p[illegible]ectione sua, & Apostolicæ Sedis eos suscepit. Ipsisque Inquisitoribus, sub [illegible]ommunicationis sententia, & Officiorum suorum priuatione, inhibuit, ne [illegible]ictis Fratribus, etiam ratione criminis hæresis, quomodolibet se intromitte[illegible] præsumant. Sicque per quoscumque, tam ordinaria, quam delegata, & mista [illegible]toritate fungentes Iudices, & personas, vbiq; iudicari, cognosci, atq; decidi deb[illegible] sublata eis, & cuilibet eorum quauis aliter iudicandi, cognoscendi, & deci[illegible] 9 *Exemptio.* *Excommunicatio.*

facultate. Necnon irritum, & inane, si secus super ijs a quoquam, quauis au- A
ctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. B.

Addit Capuccinus. Et per Breue, quod incipit Propter labem lutherianam, vult, vt Inquisitores teneantur solummodo eos præmonere, & infra mensem, a die monitionis computandum, expectare remedia, cum effectu adhibenda contra suspectos de hæresi ab his, qui debent; prout ibi continetur,&c.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

In §. 8. *OC, quod in §. 8. disponitur, hodie non habet locum, per Const. 67. Pij. IIII. anni 1562. vt in Bull. vbi Inquisitoribus conceditur, posse contra quoscumque Regulares procedere, illosque punire: dummodo tamen, non sint præuenti in Inquisitione ab eorum Prælatis: (scilicet, si ipsi Prælati prius inceperint de eo cognoscere, quod Inquisitores inquirũt.) Et, vt Prælatus ipse legitime possit in tali caussa procedere, erit expediens habere Directorium Inquisitorum, & maxime illum cum scholijs, ad hoc, vt secundum illud, possit se in inquisitione, & punitione regulare. Nec hoc Priuilegium est annullatum a Conc. Trident. per id, quod dicitur, Sess. 5. in fine, & Sess. 6. de reformat. cap. 3. cum sit, quod in Sess. 5. tantum dicat, quod Episcopi procedant contra Prædicatores, errores, vel hæreses prædicantes. Et in Sess. 6. dicat, quod possit procedere contra Fratres extra suum Ordinem degentes. Ex quo infertur, quod in alijs casibus, vel delictis a Fratribus quomodolibet perpetratis, remanet, vt obseruetur modus datus in Sess. 25. tit. de Regular. c. 14. vt videlicet, seruetur honor, & Reputatio Religionis; cum intus, & non extra Religionem concedatur ibi, fieri punitio a Prælatis; Nec obstat dictum Directorium impressum ann. 1585. supradictæ Constitutioni 67. Pij IV. (cuius meminis in 3. libro suorum scholiorum,) in scholio 94. dicens, Religiosos non esse in huiusmodi processationis, & inquisitionis suorum Regularium possessione, assignans pro ratione, cum non sint experti in examinando, & interrogando. Nam ad hoc faciliter potest responderi, quod ex practica ipsiusmet Directorij in principio tertiæ partis editionum Nicolai Cymerico. num. 67. & sequenti, & in tertio libro suorum scholiorum, in scholio 14. & sequenti, vbi datur modus procedendi in inquisitoribus, ipsi Regulares possent in hac materia fieri practici. Itaque quotiescumque ipsi Prælati ostenderint se diligentes fuisse in inquisitione, & processisse, non vt vsurparent sibi iurisdictionem, sed [illegible] concessionibus eis a Sede Apostolica factis, & seuerius p[illegible] quam ipsi inquisitores fecissent, Tunc ipsi Prælati potius essent ab ipsis In[illegible]sitoribus laudandi.* B C D

INTERDICTVM.

Distin[illegible] materia Interdicti.

Collector. DVERTE[illegible]VM, quod earum Concessionum, quæ in Priuilegijs [illegible]atrum Mendicantium circa Interdictum habentur, quæd[illegible] attinent ad modum se habendi, tempore, quo ab omnibus [illegible]uatur, vel seruari debet Interdictum. Et hæc ponuntur [illegible]rimo loco. ¶ Alia vero pertinent ad suspensionem Interd[illegible] in certis Festiuitatibus, ac circa modum, quo tunc se possunt habere F[illegible]atres. Quæ ponuntur successiue secundo loco. ¶ Nonnulla vero concern[illegible]nt familiares, & procuratores Fratrum. Et hæc vltimo loco colloca[illegible]ur. E

INTER-

A

INTERDICTVM I.



NNOCENTIVS IIII. concessit, vt cum Fratres Mino. ad loca Interdicto supposita venire contigerit, possint in eis, (excommunicatis, & interdictis exclusis) submissa voce, & non pulsatis campanis, Diuina Officia celebrare: nisi id fuerit eis specialiter prohibitum. B. fol. 21. Et ffo. 105. concess. 224. — *1 Celebrare diuina.*

Aduertendum, quod hoc est iam ius commune, per capitulum Alma mater, cum ibi notatis. — *Collector.*

B ¶ CLEMENS IV. concessit, vt cum generale Interdictum apponi contigerit, possint Fratres Minores in Ecclesijs, & Oratorijs suis, ac in alijs quibuscumque, cum ad loca peruenerint ecclesiastico supposita Interdicto, clausis ianuis (excommunicatis, & interdictis exclusis) non pulsatis campanis, & submissa voce celebrare diuina, & Ecclesiastica recipere Sacramenta: dummodo caussam non dederint Interdicto, nec contingat id eis specialiter interdicei: nisi Ecclesiæ, & Oratoria eadem fuerint specialiter interdicta. B. fo. 56. Et ffo. 140. concess. 314. — *2 Pro quocũque Interdicto. Sacramẽta*

C ¶ Idem Clemens concessit Fratribus Ordinis Prædicatorum, quod tempore strictissimi Interdicti (in suis domibus dumtaxat, exclusis omnibus, qui non fuerint de Ordine suo, clausis ianuis, & non pulsatis campanis) valeant quotidie vnam Missam in communi legendo audire, seu quilibet Sacerdos eiusdem Ordinis, cum duobus, aut tribus tantum ministris, modo simili, vnã Missam celebrare possit: dummodo in eisdem interdicti sententijs de Ordine prædicto, & de hac Concessione non fiat mentio specialis. B. ffo. 73. concessione 189. Et ffo. 115. concessione 512. — *3 Ex Priuil. Fratrum Præd. Pro Interdicto strictissimo.*

Aduertendum est, quod quando tale ponitur Interdictum, semper derogantur ista Priuilegia. Et ideo non decipiatur aliquis credendo, quod semper sint in suo vigore: Et idem dico de sequenti Concessione. Itaque ista valebunt solummodo, quando huiusmodi Interdictum ponetur sine sufficientibus derogationibus. — *Collector.*

D NICOLAVS iiij concessit Fratribus Min. quod dum appositum fuerit interdictum in ciuitatibus, [illegible] Fratres, taliter, quod, non obstantibus Priuilegijs, [illegible] mque, Religiosis a Sede Apostolica concessis, omnia in huiusmodi Interdictis [illegible] clesiastica Sacramenta (exceptis Baptismate pa[illegible] [illegible]rum, & pœnitentijs morie[illegible] [illegible]m) prohibeantur, possint Fratres tempore [illegible] [illegible]terdicti sua confiteri peccata, & ab ipsis absolui, ac intelligere Diuinum [illegible] cium, & Missas celebrare, ianuis clausis, non pulsatis campanis, voce su[illegible] [illegible]sa (excommunicatis, & interdictis, ac omnibus personis, quæ non sint de [illegible]dine prædicto, exclusis.) Nec non temporibus consuetis, iuxta morem dict[illegible] [illegible]inis, Sacræ Communionis, E & Extremæ Vnctionis Sacramenta recipere; no[illegible] [illegible]tante prohibitione præfata, seu aliquibus litteris super hoc a Sede Apo[illegible] [illegible]petratis; quæ de ordine prædicto, & de hoc Indulto specialem non fecerit [illegible]entionem. B. fo. 21. Et ffo. 105. concess. 222. — *4 Pro quocũque Interdicto. Sacramẽta*

¶ BONIFACIVS viij. in capitulo Alma M[illegible], de sententia excommunicationis, statuit multa circa interdictum, seque[illegible]bus verbis. Concedimus, quod tempore Interdicti ab homine, vel a Iure prolati, non tantummodo morientes, sed etiam viuentes, tam sani etiam, quam infirm[illegible] [illegible]d pœnitentiam (quæ, propter pronitatem, & facilitatem hominum ad peccan[illegible] — *5 Ex Iure cõmuni. Confessio. Excommunicatio.*

summe necessaria est) licite admittantur;dum tamen excommunicati non fuerint; quos admitti (præterquam in mortis articulo) nolumus ad eãdem. ¶ Illis etiam,propter quorum culpam,dolum,vel fraudem lata est sententia Interdicti; vel qui ad perpetrandum delictum cuius occasione ipsum interdictum est latum, præbuerunt auxilium, consilium, vel fauorem: nisi de ipso delicto (si sint tales, quod id facere valeant) prius satisfecerint, vel de satisfaciendo idoneam dederint cautionem: aut si satisfacere nequeunt, vel huiusmodi cautionem præstare iurauerint, quod, cum poterunt, satisfacient; & ad satisfactionem huiusmodi, per eum, vel per eos, qui facere ipsam debent, & possunt; præstandum, dabunt consilium, & auxilium; ac, iuxta posse suum, fideliter laborabunt: non est pœnitentiæ beneficium aliquatenus concedendum. Nec tunc, quoad istos, vel alios, qui circa hoc minime deliquerunt (vbi Ciuitas, vel locus alius, seu Vniuersitas interdicti existunt) facienda est relaxatio Interdicti: sed est eis solummodo iniungenda pœnitentia salutaris. Habetur vbi supra. B

6 *Forma Obseruationis Interdicti.* ¶ Idem Bonifacius in præfata Decretali sic dicit. Adijcimus præterea, quod singulis diebus in Ecclesijs, & Monasterijs Missæ celebrentur, & alia dicantur Diuina Officia, sicut prius; submissa tamen voce, ianuis clausis; excommunicatis,& interdictis exclusis, & campanis etiam non pulsatis. Habetur vbi supra.

7 *Ex Iure cõmuni de suspensione Interdicti in certis Festiuitatib⁹.* ¶ Idem Bonifacius in prædicta Decretali addit. In Festiuitatibus vero Natalis Domini, Paschæ, ac Pentecostes, & Assumptionis Virginis Gloriosæ, campanę pulsentur,& ianuis apertis, alta voce Diuina Officia sollemniter celebrentur: excommunicatis prorsus exclusis; sed interdictis admissis; quibus, ob reuerentiam dictarum sollemnitatum, (& vt ipsi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum, facilius inclinentur,) præfatis diebus participationem permittimus Diuinorum: Sic tamen, quod illi, propter quorum excessum, Interdictum huiusmodi est prolatum, Altari nullatenus appropinquent: Ceteris quæ circa obseruationem Interdictorum a nostris sunt prædecessoribus instituta, in suo robore duraturis: Non obstantibus quibusuis Priuilegijs Ecclesijs, Monasterijs, Ordinibus, Religionibus, seu personis Ecclesiasticis, Sæcularibus, vel Regularibus,exemptis,& non exemptis, sub quauis forma, vel expressione verborum ab Apostolica Sede concessis. Habetur vbi superius. C D

8 *Ex Iure cõi De obseruãtia Interdicti.* ¶ CLEMENS V. circa obseruantiam Interdictorum generalium, tam Auctoritate Sedis Apostolicæ, quam a locorum Ordinarijs positorum, fecit Constitutionem sequentem. Districte [illegible] cipiendo mandamus, quatenus Religiosi quicumque, tam exempti [illegible] non exempti, cuiuscumque Ordinis, & conditionis existant, cum C[illegible]edralem, vel Matricem, seu Parochialem loci Ecclesiam, illa viderint [illegible]ut sciuerint obseruare (non obstantibus quibuscumque appellationibu[illegible] itea etiam ad eamdem Sedem, vel alium,seu alios, interiectis, & alijs o[illegible]ibus quibuscumque) absque dolo, & fraude: cum moderatione tamen [illegible]retalis, Alma, inuiolabiliter ea seruent: Alioquin, non seruantes, excommunicationis sententiæ, hoc ipso volumus subiacere. Quod etiam in int[illegible]dictis, & cessationibus a diuinis,indictis per Prouincialium Conciliorum [illegible]atuta,vel ipsorum auctoritate; (cum maius sit Prouinciale Concilium, [illegible]am singularis Prælati Prouinciæ, ac iudicium integrum, quod plurimorum sententijs comprobatur) volumus obseruari. ¶ In Cessationibus vero generalibus a diuinis ciuitatum,terrarum,& aliorum locorum,quæ aliquando ex consuetudine,vel alias, Capitula, Collegia, vel Con[illegible]tus sæcularium,aut Regulariũ Ecclesiarum sibi vendicant (quia ipsos hoc E

Excommunicat. o.

Cessatio a diuinis.

A vnico lumine ad repellendas iniurias eis factas priuare nolumus, nec debemus) idem intelligimus obseruandum. Habetur in Clementina Ex Frequentibus: de sententia excommunicationis.

¶ PIVS II. declarauit qualiter Fratres Minores in obseruatione Interdicti se habere debeant, dicens, quod si Interdictum fuerit Apostolicum, tunc, postquam prædictis Fratribus (qui loca interdicta habitant) insinuatio facta fuerit, ad obseruantiam illius Interdicti astringantur, nulla exceptione, aut excusatione admissa: etiam si ceteri Religiosi, ac Sæculares ex quacumque caussa non obseruauerint. Sed si Interdictum fuerit ordinatium, tunc solum ad illius obseruantiam obligentur, quando Matricem Ecclesiam illud B viderint obseruare, b. fol. 50. Et ffo. 49. concessione. 52. ¶ De hoc vide. §. sequenti. 9 *Pro Interdicto Apostolico, & ordinario.*

INNOCENTIVS VIII. reuocauit supradictam Ordinationem, seu Declarationem Pij II. de obseruatione Interdicti Apostolici, scilicet, quod & si non obseruetur ab Ecclesia Matrice, debeat obseruari a Fratribus Minoribus; & reduxit eos ad Ius commune. 10 *Pro Interdicto Apostolico.*

Hæc reuocatio fuit reperta in libro cuiusdam Patris notabilis, sub forma Oraculi viuę vocis, & ex obliuione non est posita in aliquo libro Priuilegiorũ Ordinis impressorum. Nullibi tñ reperi sub Authẽtico. Attamen de ipsa, quin fuerit concessa, non est dubitandum; vt mihi videtur. Non enim est verisimile aliquem sic suæ salutis esse immemorem, vt præsertim nullo interueniente in-C teresse, auderet asserere tale quid fuisse concessum, nisi ita esset. *Collector.*

¶ IVLIVS II. fecit quamdam Concessionem circa perceptionem Sacramenti Eucharistiæ, tempore Interdicti, quæ posita est in dictione Communicare. §. octauo. 11 *Communicare.*

¶ Idem Iulius concessit Fratribus Minoribus, quod si contingat aliquam ciuitatem, seu oppidum, cum duobus vel tribus milliaribus circumuicinis (infra quæ milliaria Domus Fratrum prædictorum existunt) Ecclesiastico supponi Interdicto, Fratres Ordinis huiusmodi (nisi caussam Interdicto dederint, vel eis specialiter ex caussa legitima interdictum fuerit) huiusmodi interdictum seruare nullatenus teneantur: si alias Domus ipsorum Fratrum de iure, interdicto talis oppidi non comprehendantur. B. fo. 43. Et ffo. 126. con-D cessione 278. 12 *Pro quocũque Interdicto.*

¶ Idem Iulius concessit Fr[illegible] ce interdicti ordinaria auctoritate appositi, possint [illegible] libere, & licite corpora Fratrum eiusdem Ordinis decedentium. Et hoc etia[illegible] cum cæremonijs solitis in Ordine, ac pulsatis [illegible]nis, Missas, & alia Diuin[illegible]ficia in similibus celebrari consueta, in omnib[illegible] per omnia, ac si interd[illegible] m huiusmodi appositum non esset. B. ffo 212. co[illegible] 16. Et ffo. 72 conce. 219. 13 *Pro Interdicto ordinario. Sepelire Fratres.*

Pro sepeliendis Fratribus publice, ac so[illegible]niter tempore interdicti Apostolici, aut cessationis a diuinis, habetur Co[illegible] io infra. §. 22. Et latius inferius Interdictum 2. §. 10. *Collector.*

E Idem Iulius concessit Fratribus Augustinien[illegible], vt quæ Ordini suo pro tempore generalis interdicti concessa sunt, ea om[illegible] n speciali Interdicto intelligantur esse concessa, in quo licere eis voluit ea[illegible] omnia, quæ in generali Interdicto licere concessum est. b. ffo. 95. conce. 31 14 *Pro Interdicto speciali.*

Aduertendum, quod hæc est magna Concessio, & valu[illegible] agna, & ideo valde notanda, & nusquam alias concessa, vt credo. *Collector.*

LEO X. concessit Fratribus Minor. Obser. quod Ecclesiæ Domorum suarum interdici non possint ad instantiam cuiuscumque personæ, etia[illegible] Cardinalatus honore, Vel alia quauis dignitate fulgentis, vel per Anditorem Sa[illegible] 15 *Pro Interdicto particulari.*

Palatij, aut quoscumque alios Iudices: nisi tota Ciuitas, seu Oppidum, vbi Domus huiusmodi consistit, Apostolica, seu ordinaria auctoritatibus, Ecclesiastico supponatur Interdicto. Ac voluit, quod in huiusmodi Domibus degentes Fratres, ad ipsius Iuterdicti obseruationem minime teneantur. Nec propterea Irregularitatis maculam, aut aliquas sententias, censuras, & pœnas incurrent. Sed, dummodo caussam non dederint huiusmodi Interdicto, possint, ianuis apertis, & campanis pulsatis, Missas, & alia Diuina Officia celebrare: nisi persona, ad cuius instantiam Interdictum fuit appositum, in eisdem Domibus degentibus Fratribus, de alimentis, & alijs victui necessarijs rebus, competenter prouideri fecerit. Et decreuit irritum, & inane, si secus super ijs a quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter actum fuerit. B. ffo. 55. concessione 156. B

16 *Absolutio.* ¶ Idem Leo concessit, quod tempore Interdicti, possint Fratres Minor. absoluere a Censuris in foro conscientiæ illos, qui confitebuntur peccata sua: nisi tales censuræ essent, ex quibus huiusmodi Interdictum emanaret. O. ffo. 59. concess. 174.

17 *Pro Cessatione a Diuinis.* ¶ Idem Leo declarauit, & concessit eisdem Fratribus Minor. quod in forma obseruationis nulla sit differentia inter Cessationem a Diuinis, & Interdictum quodcumque O. ffo. 59. concess. 165.

Collector. Hoc impugnatur a Nauar. in man. c. 27. nu. 188. Aduertendum est circa huiusmodi Concessionem, quod duo insignes Doctores vniuersitatis Salmantinæ, in suis Repetitionibus, concluserunt, quod Cessatio generalis a Diuinis, & Interdictum loci sunt omnino idem: ita quod habet locum in eis capitulum Alma Mater. Hoc est, quod si Cessatio fuerit in toto oppido, vel alias generalis, celebrabitur, ianuis clausis, &c. C

18 *Pro Interdicto, ac etiã Cessatione a Diuinis.* ¶ Idem Leo concessit præfatis Fratribus Minor. quod tempore Interdicti, aut Cessationis a Diuinis, possint duo, vel plures Fratres, extra Ecclesiam, in Domibus suis officium diuinum dicere. Non obstante capitulo Quod in te: De pœniten. & remissio. & alijs quibuscumque. Et quod, quando extra Chorum dicunt prædicti Fratres Horas Canonicas, si casu transeuntes personæ interdictæ aliquid audierint, non propterea incurrant aliquam Censuram. O. ffo. 59. concess. 166.

19 *Pro Interdicto ordinario.* ¶ Idem Leo concessit, quod tempore Interdicti ordinaria auctoritate appositi, possint Fratres Minor. Obser. dare publice professionem Fratribus suis; & in illa cantare [illegible] mnum Veni creator spiritus [illegible] x alias cæremonias facere, prout in consuetudi [illegible] ice. 197. D

20 *Pro Interdicto ordinario.* ¶ Idem Leo concessit etiam, quod præfati Fratres Minor. possint tempore Interdicti [illegible] inarij benedicere Mensam [illegible] post prandium, & cenam, Deo agere gratia, sicut, si nullum esset inter[illegible] um. O. ffo. 92. conce. 198.

21 *Pro Interdicto ordinario.* ¶ Idem Leo concessit, quod si [illegible] iter tempore Interdicti ordinarij, possint prædicti Fratres Minores facere [illegible] ocessiones per Claustra sua; dicendo Litanias, vel hymnos, aut alia deu[illegible] carmina: dum tamen aliquod Diuinum Officium non dicant. O. ffo. 6[illegible] oncess. 199. E

¶ I Priuilegijs Fratrum Minimorum.

22 *Pro Interdicto ordinario.* IDEM Leo inform[illegible] us a Fratribus Ordinis Minimorum, quod in Priuilegijs Fratrum M[illegible] icantium, præsertim Fratrum Minorum, contineretur, quod ipsi Fratre[illegible] endicantes, præsertim Minores, in suis Ecclesijs, tempore Interdicti ordinaria auctoritate appositi, etiam ianuis apertis celebrare possent; & quod Mendicantes, præsertim Minores, consueuerint, & soliti sint, tempore Interdicti huiusmodi, in Ecclesijs Domorum suarum, ianuis apertis celebrare,

A brare, concessit Motu proprio, & ex certa scientia præfatis Fratribus Minimis, vt in quibusuis Ecclesijs domorum suarum, in quibusuis locis consistentibus, tempore Interdicti ordinaria auctoritate appositi; etiam ianuis apertis Diuina Officia celebrare libere, & licite possint, & valeant. Super quo aduersus cōtradictores ponit graues censuras: & in fine maximas derogationes, seu non obstantias.

2 Circa supradictam Concessionem oportet aduertere, vtrum sit valida, vel nō. Nam ex vna parte apparet inualida, nulliusque valoris, scilicet, quia videtur fundata super relatione falsa: & per consequens, esse indultum subrepticium. Ego enim qui exactissimam diligentiam apposui circa collectionem Pri- *Collector.*
B uilegiorum Fratrum Mendicantium, & præsertim Minorum, numquam vidi, nec audiui Romæ, nec alibi: (quamuis diligenter quæsiuerim a Patribus doctissimis in huiusmodi:) quod tale Priuilegium haberent Fratres Mendicantes; nec quod vmquam istud fuerit in vsu. Ex alia vero parte videtur Priuilegium præfatum esse validum: quia non videtur fundari super relatione prædicta, sed super affectione, quam Pontifex ostendit habere ad huiusmodi Ordinem Minimorum; ac super mera voluntate: quia dicit in principio Concessionis, quod Motu proprio, & ex certa scientia, &c. ¶ Tandem super hoc consultus quidam insignis Iuris Doctor, respondit, vt sequitur. Præsupposita eiusmodi relationis falsitate, puto Priuilegium istud esse subrepticium. Ea enim subre-
C ptio, quæ vitiat litteras ad beneficia, videtur vitiare Priuilegia; vt Abbas sentit, in c. Ad audientiam, de rescriptis. & in c. Quod super his, de fide instrumentorum. Et litteras beneficiales vitiare videtur falsitas caussæ impulsiuæ. Tex. & ibi Abbas, Felinus, & alij in c. Postulasti, de rescript. Et non potest negari, quin hæc relatio, vel fuerit caussa finalis huiusce Concessionis, vel saltem impulsiua, quæ magnopere mouerit Papam ad eam Concessionem faciendam. Nec obstare videtur, quod Papa non tam super relatione, quam super affectione fundetur. Nam ex contextu videtur, quod Papa se fundat super affectione ad concedendum specialiter huic Ordini quod ex communicatione Priuilegiorum generaliter concessum erat. Vnde fundat se in affectione, quoad vnum, & in relatione, quoad aliud. facit ad hoc: quoniam huiusmodi Priuilegio, & com-
D municatione concessis: neruus censuræ Interdicti grauissime læditur. Et adeo quidem, vt quamuis esset concessum sine aliqua subreptione videretur reuocandum. Argumento. c. primi, [illegible] um intellectum. Et c. Suggestum, de Decimis. facit & lex [illegible] de [illegible] esti. Et quod Baldus notat in. l. præscriptione: Collatione 3. vers. Ego dico. C. S[illegible] contra ius, vel vtilitatem publicam. Et Socinus, [illegible] silio 251. colu. 9. vers. confi[illegible] ntur omnia præmissa. Idcirco videtur, quod nu[illegible] nus quis vti debeat præfato Breui, aut Concessione in ipso contenta.

E ¶ *Ex Priuilegijs Monachorum [illegible] ti Benedicti.*

NICOLAVS V. concessit, vt Prior Mo[illegible] rij Sancti Benedicti possit eligere sex personas inter viros, & mulier[illegible] successiue; quæ personæ tempore Interdicti generalis, siue specialis, aut quo[illegible] ssatur a Diuinis, in dicto Monasterio, quando Missæ, & alia Diuina officia ce[illegible] rantur, siue celebrabuntur, Missas, & alia Diuina Officia audire, & illis inte[illegible]; ac in ipso Monasterio dicto tempore Ecclesiastica recipere Sacramenta; [illegible] aliqua ipsarū sex personarum interim mori contigerit, sepeliri in Ecclesiastica sepultura valeat, sine tamen sollemnitate: dummodo dictus Prior, vel aliqua [illegible] sarum sex personarum dicto Interdicto, aut Cessationi a Diuinis caussam non dedu- 13 *Pro Interdicto ordinario.* *sacramēta.* *Sepultura.*

 rint, &

rint, & ipsum Interdictum non sit positum, vel confirmatum auctoritate Apostolica. b. A

Pro Interdicto ordinario.

24 ¶ NICOLAVS Francus Apostolicæ Sedis Nuntius, & Orator, cum potestate Legati de latere, a Præfata Sede deputatus in regnis Castellæ, Legionis, & Aragoniæ, concessit Monachis S. Benedicti Obseruantiæ Hispaniæ, quod tempore Interdicti ordinarij, possint recipere ad Missas, & ad alias Horas audiendas in suis Monasterijs quindecim personas in qualibet die, de ijs, quæ non dederunt caussam Interdicto. o.

Pro Interdicto etiam Apostolico. Sepultura.

25 ¶ LEO X. concessit, vt Monachi, & Moniales, Conuersi, & seruitores Monasteriorum, & Prioratuum Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Hispaniæ, cum eos in Ecclesijs, vel Cœmeterijs Monasteriorum, Prioratuum, & aliorum locorum dicti Ordinis, & Congregationis, humana cadauera Ecclesiasticæ tradere sepulturæ contigerit, tempore Interdicti, aut Cessationis a Diuinis, quacumque auctoritate, etiam Apostolica impositorum, dummodo huiusmodi interdicto caussam non dederint, nec id eis contingat specialiter interdici, apertis ianuis, pulsatis campanis (nominatim interdictis, & excommunicatis exclusis) Missas, & alia Diuina Officia sollemniter, & in cantu celebrare possint. B. B

Ex Priuilegijs Ordinis Sancti Ioannis Hierosolymitani.

26 ANASTASIVS IV. & Alexander iij. & Alexāder iiij. & Vrbanus iij. & Clemens iij. & Clemens iiij. successiue, sub eisdem verbis statuerunt: vt nulli Episcopo, in Ecclesijs subditis Fratribus Sancti Ioannis hospitalis Hierosolymitani, Interdicti, vel excommunicationis sententiam, liceat promulgare. B. C

27 ¶ GREGORIVS IX. præfatum Statutum innouauit, ac vniuersis Ecclesiarum Prælatis præcepit, vt præfatos Fratres excommunicare, aut eorum Ecclesias interdicere, nullatenus præsumant. B.

Collector.

Sciendum, ac notandum, quod virtute suprascripti Statuti prædicti Fratres in nonnullis, partibus, nullum obseruabant Interdictum, etiam si Matrix Ecclesia seruaret, credentes intelligi etiam de Interdicto generali. Sed nuper in Vniuersitate Salmantina declaratum est, intelligi debere de Interdicto speciali, seu partic[illegible] dumtaxat. scilic[illegible] Ecclesiæ præfatæ nequeant specialiter interd[illegible] Prælatis. Et ab Officiali Episcopi Salmantinæ Diœcesis districte prohibitum est, ne de cetero violare Interdictum g[illegible]erale attentarent, sed illud [illegible] uti alij Religiosi seruarent. ¶ Sic autem del[illegible]ere fieri, ponitur expresse [illegible]teris prefatorum Pontificum, addendo sequentia verba. Verumtamen, [illegible] enerale Interdictum fuerit, in huiusmodi locis prolatum; exclusis excom[illegible]nicatis, & nominatim interdictis, clausis ianuis, absque signorum puls[illegible]ne, plane Diuina celebretis. B. ¶ Et dato casu, quod præfatum Priuile[illegible] foret sufficiens tempore Concessionis: tamen, postquam Capitulum Alm[illegible] Mater, de sententia excommunicationis, lib. 6. & Clement. Ex frequenti[illegible]s, de sententia excommunicationis emanauit, nullius esset momenti. Et [illegible]em de Concessione sequenti suprapposita, scilicet, quod exclusis excomm[illegible]nicatis, & nominatim, interdictis: possent, admissis ceteris generaliter in[illegible]dictis, celebrare Diuina, prout in quadam Ecclesia dicti Ordinis fieri [illegible]suéuit. Ac idem iudicium est habendum de similibus Priuilegijs antiquis, Vnde glos. in præfato cap. Alma Mater, verbo Concessis: dicit. Per hæc verba generalia reuocatum puto Priuilegium Templariorum, & Hospitalariorum, scilicet Sancti Ioannis: quo in eorum iucundo aduentu semel D E

A semel in anno aperiebatur vna Ecclesia in loco, tempore Interdicti; & celebrabantur ibi Diuina. hæc glossa.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD D. §. 13. notandum, quod sepelire sollemniter, & cum ceremonijs solitis, vt ibi conceditur per Iulium II. est aliud: Et aliud est sepelire cum Pompa moderata, vt sæpe conceditur in Bullis Cruciata. Pro quo notandum, quod sepelire cum pompa moderata est, quod dentur in campanis tres clamores pro viris, & duo pro mulieribus; quodq; Clerici, seu B *Religiosi, dum deferunt, dumque sepeliunt cadauer, cantent quod solitum est cantari, non autem quod celebretur Missa de Requiem, &c. vt hoc sic fuit declaratum in Bulla contra Africam, data per Leo. X anno Dom. 1516. Aliud autem est sepelire in silentio; vt Clericis seruantibus Interdictum concessum est. A Iure communi, & ex Priuileg. concessum est nunc nostris familiaribus; vt habetur in Compend. tit. Interdictum 3. §. 2. & 3. & 5. & 11. & 14. & 15. ibi de his videatur.*

CAPVCCINI ANNOTATIO.

C *OTA quod idem Cord. in suo quæstio. tract. de Indulg. q. 43. dub. 5. ait quod in Bulla data contra Infideles per Iulium III. anno 1552. declaratur quod per pompam moderatam intelligitur, quãdo fit medietas eius sollemnitatis, quæ fieri solet extra Interdictum, cantando & pulsando campanas, iuxta qualitatem personæ; & idem declaratur in Bulla data a Pio IV in anno 1565. & reliquum relinquitur in arbitrium Ordinarij, si fuerit in eo loco, vbi mortuus sepelitur, alias ad arbitrium Parochi. & aduertit Corduba quod in Hispania communiter practicatur dispositio Leo. x. sed in hoc casu debet attendi consuetudo Episcopatuum.*

D

INTERDICTVM SECVNDO.

LEXANDER IV. concessit, vt cum generale fuerit Interdictum, possint Fra[illegible] in Vigilijs & Festiuitatibus Sanctorum Francisci, & Antonij, ac Beatæ Claræ, & octo diebus immediate sequentibus, vna cum Religiosis, & Clericis sæcularibus, qui tunc in Ecclesij[illegible] [illegible]atrum conueniunt, apertis ianuis (excommunicatis dumtaxa[illegible] [illegible]lusis) Diuina Officia ibi celebrare: dummodo huiusmodi Fratres Min. aut p[illegible] [illegible]icti Religiosi, & Clerici caussam non dederint Interdicto, nec præfatis Frat[illegible] [illegible]is contingat specialiter interdici. b. ffo. 257. conce. 642. Et B. ffo. 54. conce[illegible] [illegible]4. *1 Pro tribus primis Sanctis Ordinis.*

E Hæc Concessio, licet fuerit reuocata per cap[illegible] [illegible]um Alma Mater, tamen postea reualidata est per Iulium ij. vt patet infra. §. 4. *Collector.*

Idem Alexander fecit consimilem Concessionem [illegible]ratribus Ordinis Prædicatorum pro Festiuitatibus Sanctorum Dominici, & [illegible]tri Martyris. b. ffo. 115.

ALEXANDER VI. extendit Priuilegia Sum[illegible]orum Pontificum suorum prædecessorum, quoad Interdictum, scilicet, quod, [illegible]cut tempore Interdicti poterant Fratres Mino. celebrare sollemniter Diuina [illegible]fficia in suis Ecclesijs, & Monasterijs in sollemnitatibus Sanctorum Francisci, Antonij, & Beatæ Claræ, & per suas Octauas, ita possint in Festiuitatibus aliorum Sanctorum dicti Ordinis; videlicet Ludouici, Bernardini, Bonauenturæ, nec non *Pro omnib. Sanctis Ordinis.*

quinque

quinque Martyrum de Marrochio. Sed hoc per diem tantum, o. fo. 66. Et ffo. 70. conce. 171. Et ffo.100. conc.377. A

4 *Pro Festiuitate Stigmatum.* ¶ IVLIVS II. confirmauit, & de nouo concessit Priuilegia suorũ Prædecessorum, circa celebrationem Festorum Sancti Francisci, & aliorum Sanctorum Ordinis Mino. tempore Interdicti, extendens etiam eadem Priuilegia ad Festum Stigmatum Beati Patris Francisci, etiam tempore Cessationis a Diuinis: Non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus: præsertim capitulo Alma mater: de sententia excommunicationis lib.6. o. ffo.76. conce. 170. Et O. ffo.74. conce.223. Et ffo.81. conce.263.

Collector. Prædicta Concessio videtur solum pertinere ad Fratres Mino. Prouinciarũ Hispaniæ, quia ipsis solum directa est. ¶ Circa istam autem nouam Concessionem, & reuocationem capituli Alma mater, necnon quoad omnia pertinentia ad celebrationem Sanctorum Ordinis tempore Interdicti, vide illa quæ in fine huius dictionis sunt addita: & attende bene ad singula. B

5 *Pro Sancto Bonauent.* ¶ Idem Iulius concessit Fratribus Mino. quod in die Sancti Bonauenturæ, si eadem die Interdictum Auctoritate Apostolica appositum fuerit, possint dicti Fratres in suis domibus a primis Vesperis, vsq; ad secundas Vesperas eiusdem diei inclusiue, Missas, & alia Diuina Officia celebrare, seu celebrari facere, sicut in die Sancti Francisci, Fratres huiusmodi facere possunt. B. fo.44. Et ffo.127. concess.286.

6 *Pro Sãcta Helisabeth.* ¶ LEO X. concessit Fratribus Min. de Obser. ac Monialibus S. Claræ, & Tertiæ Regulæ sub obedientia eorumdem Fratrum degentibus, vt in die Sanctæ Helisabeth filiæ Regis Hungariæ, & per eius Octauam, possint tempore Interdicti Missas, & alia Diuina Officia celebrare, seu celebrari facere, quemadmodum possunt in diebus Sanctorum Francisci, Antonij, & Claræ, & per Octauas eorum. B. ffo.55. conce.155. C

7 *Pro omnibus Sãctis Ordinis.* ¶ Idem Leo declarauit, & concessit Fratribus Min. quod Priuilegium concessum de suspendendo Interdictum in Festis Sanctorum sui Ordinis, intelligatur de diebus, quibus talia festa cadunt, etiam si propter alia maiora festa occurrentia, eorum Officia in alium diem transferãtur. Concessit etiam, quod in diebus huiusmodi Suspensionum Interdicti, tam virtute Priuilegiorum dicto Ordini, quam alias de Iure generaliter concessorum, possint Fratres in domibus suis, intra & extra Ecclesiam dicere, & facere omnia illa, quæ nullo existente Interdicto [illegible] rupulum aliquorum, qui dicunt, quod, quando [illegible] interdictum propter aliquod festum, non potest dici nisi Officium, & Missa illius Festiuitatis, sine alijs orationibus, & collectis [illegible] ffo.58. conce.154. D

Collector. Virtute huius Concessionis non [illegible] Fratres sepelire seculares mortuos tempore talis Suspensionis, aut al[illegible] alia facere. Hoc patet ex verbis, quæ post Concessionem subsequuntu[illegible] licet. Et hoc propter scrupulum, &c. Hec enim fuit caussa propter quam [illegible], qui hoc opus collegi, præfatam Concessionem procuraui, & non alia, [illegible] me memini.

8 *Pro Festo Concep. B. Virg.* ¶ Idem Leo concessit, q[illegible] in partibus Hispaniarum suspendatur quodcũque Interdictum in festiu[illegible] purissimæ Conceptionis Beatæ Virginis, & per eius Octauã, prout habe[illegible] ate supra in dictione Conceptio Virginis, in 4. 12. E

9 *Priuil. [illegible]trum beato.* ¶ Idem Leo concess[illegible] ratribus Ordinis Prædicatorum, vt quoties Festiuitates Sanctorum D[illegible] minici, Petri Martyris, Thomæ de Aquino, & Vincentij, ac Sanctæ Catha[illegible] e de Senis, & earum Octauæ, quomodocumque etiam per translationem celebrandæ occurrerint, tempore quo Ciuitates, Oppida, & loca Ecclesiastico Interdicto, etiam Auctoritate Apostolica sunt supposita, in Ecclesijs Domorum suarum, & Monasteriorum, quorum cura dicto Ordini est

commis-

A commissa: (nisi Ecclesiæ supradictæ, vel huiusmodi Fratres nominatim essent Interdicti; aut caussam dederint Interdicto, aut eam foueant;) possint pulsatis campanis, & apertis ianuis (Interdictis, & excommunicatis exclusis) alta voce Missas, & alia Diuina Officia, diurna, & nocturna in diebus Festiuitatū prędictarum, & Octauis earum respectiue durantibus, etiam si per Octauas ipsarū, & in die Octauarum, non nisi memoria de Sanctis fieret, libere, & licite celebrare. Ac voluit, vt quoties dictarum Festiuitatum, & Octauarum earumdem celebrationes, qualibet ex caussa, etiam extra tempus Interdicti, transferātur, etiam Indulgentiæ dictas Ecclesias in Festiuitatibus huiusmodi, & per earum Octauas visitantibus pro tempore concessæ ad tempus celebrationis huiusmodi sint, & censeantur translatæ, B. ffo. 82. Et b. ffo. 121. conc. 554. *Indulg.*

B

Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.

LEO X. concessit Generali, & alijs Abbatibus, Prioribus, & Abbatissis, Monachis, & Monialibus, Conuersis, seruitoribus, & seruitricibus Monasteriorum, & Prioratuum Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Hispaniæ pro tempore existentium, vt in Conceptionis, & Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ, & eiusdem Virginis, & Sancti Ioannis Baptistæ Natiuitatibus; necnon Sanctorum Benedicti Abbatis, Martini Episcopi, & Confessoris Transituum, & Translationum, ac Sanctorum Gregorij Papæ, Ildephonsi Archiepiscopi Toletani, Antonij, & Bernardi Abbatum, ac Beatorum Mauri, & Placidi discipulorum, & Sanctæ Scholasticæ Sororis eiusdem Sancti Benedicti, Adelelmi Confessoris, necnon in quorumcumque aliorum Sanctorum, & Sanctarum, sub quorum inuocationibus Monasteriorum, Prioratuum, & locorum vtriusque sexus dicti Ordinis, & Congregationis Ecclesiæ dedicatæ, & cōstructæ, seu quorum corpora in ipsis Ecclesijs recondita respectiue existunt, necnon hebdomadarum Sanctę, & Resurrectionis Dominicæ Festiuitatibus, & per Octauas earumdem omnium supradictarum Festiuitatum; necnon quoties Monachi, Moniales, & aliæ vtriusque sexus Religiosæ personæ dicti Ordinis, & Congregationis Professionem emiserint, aut primam Missam celebrauerint, seu eos in Ecclesijs, vel Cœmeterijs Monasteriorum, Prioratuum, & aliorum locorum dicti Ordinis, & Congregationis humana cadauera Ecclesiasticæ tradere sepulturę contigerit tempore Interdicti, & Cessationis a Diuinis, quacūque auctoritate etiam Apostolica, ... huiusmodi Interdicto caussam non dederint, nec id eis contigerit specialiter Interdici: apertis ianuis, pulsatis campanis, nominatim Interdictis, & excommunicatis exclusis, Missas, processiones, & alia Diuina Officia sollemniter, & in cantu celebrare, B. *10 Pro quocūque Interdicto, & Cessatione a Diuinis.* *Professio. Missa noua. Sepultura.*

C

D

Quoad Concessionem præfatam, dubitatum est, an in omnibus Festiuitatibus ibidem contentis Fratres Min. & alij, qui eorum Priuilegijs gaudent, virtute Communicationis Priuilegiorum, in eis ... Festiuitatibus, ac diebus, possint Diuina sollemniter celebrare? Et videtur quod in Festiuitatibus Sancti Benedicti, & Sanctorum sui Ordinis, ibi nominatorum. s. Greg. Papæ, Bernardi Abbatis, Mauri, Placidi, Adelelmi, & Scholasticæ Virginis, nequeant Fratres Mendicantes vti præfata Concessione; quia ... similes concessiones ita intelligi solent. Nam, licet Fratres Ordinis Prædicatorum, & alij Mendicantes habeant plenissimam communicationem Priuilegiorum adinuicem: tamen non vtuntur Concessione facta Fratribus Min. pro Festiuitatibus sui Ordinis, in eisdem Festiuitatibus: sed in festiuitatibus sui proprij Ordinis. Et sic esse intelligendum inter Prædicatores, & Minores, declarauit Iulius ... vt *Collector.*

E

habetur

habetur in dictione Communicatio Priuilegiorum, §. 13. Similique ratione de alijs Ordinibus intelligendum videtur; præsertim, quia sic habetur in communi vsu. Consuetudo autem, est optima legum interpres; vt dicunt Iuristæ: & iccirco tamquam lex seruanda. In reliquis vero Festiuitatibus, & diebus in prædicta Concessione expressis, non apparet cur Fratres Mino. non possint celebrare sollemniter Diuina; sicut faciunt Monachi Sācti Benedicti: Aliter enim de nihilo deseruiret Communicatio Priuilegiorum supradicta, quoad huiusmodi Concessionem. De sancto autem Ildephonso in Concessione nominato, non potui hucusque inuenire, vtrum fuerit Ordinis sancti Benedicti: Constat enim ex sua legenda, quod fuit Monachus, sed non cuius Ordinis: & potuit esse Ordinis sancti Benedicti; quia post illius inceptionem natus est. Iccirco in Festiuitate huius sancti non audeo asserere, quod tempore Interdicti possint sollemniter celebrari Diuina. A B

11 *Pro quocūque interdicto, & Cessatione. Sacramenta. Pro Sacularibus.*

¶ Idem Leo concessit, quod præfati Monachi, Moniales, Conuersi, & Conuersæ, Nouitij, & Nouitiæ, Seruitores, & seruitrices singulorum vtriusque sexus Monasteriorum, Prioratuum, & locorum prædictorum, eorumdem Interdicti, & Cessationis a Diuinis tempore, Eucharistiam, & alia Ecclesiastica Sacramenta, absque alicuius censuræ, seu pœnæ incursu recipere possint. ¶ Ac ipsi Monachi, quibusuis personis, cum prædicta sollemnitate, a primis dictarum festiuitatum vesperis, vsque ad occasum Solis vltimi Octauarum huiusmodi dierum celebrare, recipere, ac dare libere, & licite possint, & valeant: dūmodo ipsi, vel eorum aliquis Interdicti caussam non dederint, nec eis specialiter contigerit interdici, B. C

ANNOTATIO CORDVBÆ.

QVOAD. §. 7. vbi dicit Collector, quod virtute præfata Concessionis non possunt Fratres sepelire mortuos, &c. Tu dic, quod bene id possunt, Tum primo, quia Concessio generaliter dicit sine vlla limitatione, quod Fratres tunc facere possunt, quæ nullo existente interdicto possunt fieri: Tum secundo, quia Consuetudo sic interpretatur, neque est insolitum, aut inconueniens ad scrupulos plene tollendos, Papam sæpe plus concedere, quam petitur ab eo, aut quam Impetrator intendit, inde moueri ad plus concedendū. Itaq; forma Con[illegible] [illegible] contra Condentem late interpretandum est, vt [illegible] Panor. Tum demum tertio, quia, vt habetur in eodem Compendio paullo inferius. §. 10. id plane concessit Fratribus Sancti Benedicti, & ex consequenti per commu[illegible]nem Priuilegiorum omnibus Mendicantibus. D

INTERD[illegible]TVM TERTIO.

1 *Pro familiaribus: ac operarijs Fratrum.* *Pro familiaribus & Procuratoribus: ac operarijs Fratrum.*

ALEXANDE[illegible] V. concessit, quod si quando in personas, vel terras, vbi re[illegible] at Fratres Mino. excommunicationis, seu Interdicti senten[illegible] contigerit promulgari, pueri Fratrum seruitijs deputati nec [illegible]rumque suorum Gestores, seu Procuratores, & operarij, qu[illegible] locis Fratrum huiusmodi operibus eorum personaliter constituti ins[illegible] [illegible]ant, prædictis sententijs excommunicationis, vel Interdicti, obnoxij n[illegible]atenus habeantur: Ibiq; possint audire Diuina, iuxta formam, quæ a Sede Apostolica est concessa eo casu, scilicet, tempore Interdicti: nisi prædictæ personæ caussam dederint, vel excommunicari, seu interdici con[illegible]gat, B. fo. 31. Et fo. 114. conce. 251. E

CL-

A ¶ CLEMENS IV. concessit Fratribus Min. quod ijs, qui in eorum morantur obsequijs tempore Interdicti libere possint ministrare cuncta Ecclesiastica Sacramenta, & ipsos, cum decesserint, in suis Cœmeterijs sepelire. B. fo. 56. Et ffo. 140. concess. 315. 2 *Pro familiaribus. Sacramenta.*

¶ Idem Clemens fecit consimilem Concessionem in Mari magno, sicut suprascriptam in §. 1. ad litteram. B. fo 56. Et ffo. 140. concess. 316. ¶ Idem habetur in Mari magno Prædicatorum. ffo. 236. concess. 546. 3

¶ Idem Clemens fecit aliam Concessionem pertinentem ad hanc materiã, quæ posita est supra in dictione Familiares Fratrum. §. 4. 4

B IOANNES XXIII. concessit Fratribus Ordinis Prædicatorum, quod Confratres, & Germani dicti Ordinis possint sepeliri tempore Interdicti in Ecclesiã, vel Cœmeterio eorumdem Fratrum: nisi fuerint excommunicati publice, vel nominatim: Ibique Diuina celebrare, seu audire. b. ffo. 95. concessione 306. 5 *Ex Priuil. Fratrum Prædicat.*

Quia virtute huius Concessionis prædicti Fratres Prædicatores admittebant ad Diuina in aliquibus partibus suos Confratres, aut Germanos viuos, ac sepeliebant eosdem, cum mori contingebat tali tempore, ex inde non paruus scrupulus exortus est. Et ideo prædicta Concessio fuit ventilata, & discussa in famatissima Vniuersitate Salmantina per plures Doctores Iuris peritissimos, & declaratum extitit per eosdem, solum debere intelligi de illis Confratribus, qui, licet remaneant in sæculo, & non mutent habitum sæcularem, tamen sunt, vel fiunt oblati Ordinis prædicti, ac faciunt donationem inter viuos omnium bonorum suorum dicto Ordini, reseruando sibi solum vsumfructum, quamdiu vixerint, & non de alijs Confratribus communiter vsitatis in partibus Hispaniarum. Fundatur autem huiusmodi determinatio in capitulo, Vt Priuilegia, de Priuilegijs. Quod capitulum ad litteram dicit, quod solum tales Confratres, primò nominati, gaudent ecclesiastica sepultura, & non alij. *Collector. Nota.* C

¶ INNOCENTIVS VI. concessit Fratribus Augustinien. quod tempore Interdicti possint Procuratores Iurati negotiorum Conuentuum, & locorum dicti Ordinis, etiam si sæculares, & laici existant, interesse Diuinis Officijs vna cum prædictis Fratribus: dummodo ipsi non dederint caussam Interdicto; nec sint specialiter interdicti. B. ffo. 77. conce. 231. 6 *Ex Priuil. Augustin. Pro Procuratoribus Fratrum.* D

¶ SIXTVS IV. concessit F[illegible] interdicti possint admittere ad Diuina, Fratres, & Sorores Tertij Ordinis Sancti Francisci de pœnitentia nuncupatos, ac suos, & illorum Procuratores; ac similiter Monialium S. Claræ Procuratores, & n[illegible]ia gerentes vtriusque sexus. B. fo. 59 Et ffo 143. concess. 344. 7 *Pro Tertiarijs, ac familiaribus.*

¶ Idem Sixtus fecit consimilem Conce[illegible]em, sicut immediate suprapositam Fratribus Carmelitanis, addens, quod [illegible]liter tempore Interdicti possint admittere ad Diuina Aduocatos Fratrum, Monialium, ac Tertiarum. B. fo. 97. Et ffo. 180. conce. 428. 8 *Ex Priuileg. Fratrũ Carmelitarum.* E

¶ INNOCENTIVS VIII. concessit, quo[d] Indulgentias Stationum Concessas Fratribus Sancti Augustini Congregationi Lombardiæ, possint promereri etiam illi, qui tempore Interdicti generalis, cl[au]sis ianuis, possunt, ex Priuilegijs Ordini præfato concessis, interesse diuinis. O. ffo. 79. concessione 236. 9 *Stationes.*

¶ LEO X. concessit Fratribus Minoribus Obseruantiæ, quod tempore Interdicti non teneantur euitare laborantes in suis domibus, diebus, quibus laborauerint; etiam si non sint familiares, & seruitores continui commensales Fratrum, & eis soluatur salarium, O. ffo. 59. concess. 197. 10 *Pro laborãtibus in locis Fratrũ.*

Ex Pri-

Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti. A

11 EVGENIVS IV. concessit Monachis Sancti Benedicti Congregationis Hispaniæ, quod tempore Interdicti generalis, vel specialis, a Iure, vel ab homine quomodocumque lati, libere, & licite in suis Monasterijs, siue Ecclesijs, aut Capellis eorumdem, possint recipere ad audiendam Missam, & alia Diuina Officia, omnes, & singulos donatos, oblatos, commissos, aut quoscumque familiares, officiales, & seruitores quorumlibet Monasteriorum huiusmodi; ac eis Eucharistiam, & alia Ecclesiastica Sacramenta ministrare, eorumque corpora tumulare, siue tumulari facere: Dum tamen nullus istorum dederit caussam interdicto: Secreto tamen modo, ianuis clausis, & campanis non pulsatis, B. B

Pro familiaribus, & oblatis, ac donatis. Sacramenta. Sepultura.

Ex Priuilegijs Carthusiensium.

12 INNOCENTIVS VI. concessit Carthusiensibus, vt tempore generalis Interdicti liceat eis recipere ad Diuina, Conuersos dicti Ordinis, & familiares suos, & alios sæculares, infra septa Prioratuum, & domorum suarum habitantium B.

Pro Interdicto generali.

13 ¶ VRBANVS V. concessit præfatis Carthusien. vt etiam personas dicti Ordinis cum seruitoribus suis aliunde venientes, & mercenarios in Grangijs, & Cellarijs suis residentes, possint tempore Interdicti recipere ad Diuina, dummodo huiusmodi Interdicto caussam non dederint, nec id eis contingat specialiter interdici. B. C

Pro mercenarijs Fratrum.

Ex Priuilegijs Fratrum S. Ioannis Hospitalis Hierosolymitani.

14 ALEXANDER IV. & Innocentius III. ac Lucius III. & Gregorius IX. successiue, ac sub eisdem verbis statuerunt, vt ijs, qui Fratrum Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani fraternitatem assumpserint; si forte Ecclesiæ, ad quas p[illegible]rtinent, a Diuinis Officijs fuerint interdictæ, eosque mori contigerit, sepult[illegible] nisi forte excommunicati, vel interdicti fuerint n[illegible], B. D

Sepultura.

15 ¶ Idem præfati Pontifices cõcesserunt præfatis Fratribus, Confratres suos, quos Ecclesiarum Prelati apud Eccle[illegible]as non permiserint sepeliri, nisi excommu[illegible]icati, vel nominatim Inte[illegible] fuerint, ad Ecclesias Hospitalis supradicti [illegible]umulandos deferre; & obl[illegible]nes tam pro eis, quam pro alijs, qui in suis Cœmeterijs requiescunt, exhi[illegible]s retinere, B.

Sepultura.

QVIA in Concessioni[illegible] suprascriptis materiæ Interdicti implicantur nonnulla, quæ in[illegible]t declaratione: ideo pro intelligentia illarum sunt notanda sequ[illegible]a. E

Collector.

PRIMO ergo scier[illegible]um est, quod (omissis multis distinctionibus, & subdistinctionibus [illegible]æ a Doctoribus fiunt, præsertim de Interdicto loci, vel populi; de quib[illegible]ate videri potest per Calderinum in tractatu de Interdicto, & Summist[illegible], duplex est Interdictum, scilicet, generale, ac particulare: Generale est, quando Interdicitur Regnum, Diœcesis, Ciuitas, Oppidum, seu Rus, &c. Particulare est, quando non interdicitur aliquid supradictorum, sed solum Ecclesia, vel Ecclesiæ, aut aliquid aliud in Ciuitate, seu loco, etiam si interdicantur omnes Ecclesiæ Ciuitatis, Diœcesis, Prouinciæ, aut Regni, ac etiam

Primum notabile. Ex Nauar. in manu. c. 27. n. 164. vbi multa circa hanc materiam.

A etiam totius mundi. Quia, ex quo extra illas in quolibet alio loco potest celebrari, censetur Interdictum particulare. ¶ Notandum est igitur, & mente tenendum, quod omnes Constitutiones, seu Concessiones Iuris communis, ac etiam Priuilegiorum particularium factæ, & quæ communiter fiunt, pro Interdicto generali sunt. Et sic capitulum Alma mater, de sententia Excommunicationis; per quod conceditur, vt tempore Interdicti possit celebrari ianuis clausis,&c. intelligitur de huiusmodi generali Interdicto. Et communiter istud ponitur. ¶Notandum est etiam,quod,quando non interdicitur locus, sed homines, videlicet, Communitas alicuius Ciuitatis, vel Oppidi, seu Populus; & homines talis loci, aut etiam totius Regni: tunc cum loca non sint B interdicta, euitatis talibus hominibus Interdictis, celebrari poterit ianuis apertis, ac si non esset Interdictum: licet aliqui Doctores dixerint oppositum. Nam c. Alma Mater, de sententia excommunicationis,& alia Iura, de Interdicto locorum loquuntur, quando prohibent celebrari.

SECVNDO est aduertendum, quod antiquitus, scilicet ante capitulum Alma Mater, quod editum fuit a Bonifacio octauo, anno Dom. 1300. solū a iure (tempore prædicti Interdicti generalis) concessa erant sequentia, scilicet, quod posset celebrari semel in hebdomada ad renouandum Sacramentum: Et quod possent administrari Sacramenta Baptismatis, & pœnitentiæ, ac Eucharistiæ pro infirmis: Et quod sepultura Clericis morientibus, qui obseruassent tale interdictum, dari posset cum silentio: Item, quod duo vel tres insimul, C possent in Ecclesijs, ianuis clausis, &c. Officium Diuinum dicere; ac taliter, quod extra nequiret audiri. Itaque quicumque amplius volebat habere, oportebat, vt per Priuilegium particulare obtineret sibi concedi. Ac propterea tempore illo fuit nobis concessum per Clementem IV. ac Nicolaum etiam IV. quod possemus in Ecclesijs, ac Oratorijs nostris, ac quibuscumque alijs, ad quæ nos declinare contingeret, celebrare Diuinum Officium, & recipere Sacramenta Ecclesiastica, ianuis tamen clausis, &c. Item, quod etiam si apponeretur Interdictum cum sequenti clausula. (Non obstantibus Priuilegijs quibuscumque Religiosis concessis, prohibemus, quod nulla Sacramenta Ecclesiastica valeant ministrari, exceptis Baptismate paruulorum, & Pœnitentia morientium, & quod nullum Officium Diuinum possit dici) nihilominus D omnia supradicta possent Fratres facere, exclusis omnibus per[illegible]nis, quæ non sunt de Ordine nostro: nisi de h[illegible] [illegible].pressa mentio. Item fuit concessum, quod possemus tali tempore admittere ad Diuina, pueros nostris seruitijs deputatos, ac negotiorum nostrorum procuratores, & operarios. Item per Alexandrum, [illegible] concessum fuit, quod possemus in Vigilijs, & Festiuitatibus, ac per Octau[illegible] sanctorum Francisci, Antonij, & Claræ, vna cum Religiosis, & Clericis, q[illegible] ad nostras Ecclesias condenissent, publice, ac sollemniter Diuina Officia [illegible]lebrare: nisi id specialiter nobis fuerit prohibitum; aut nos, seu præfati Re[illegible]iosi, & Clerici dedissemus E caussam Interdicto. Et idem Pontifex Concessio[illegible]n similem fecit Fratribus Prædicatoribus pro sanctis Dominico, & Petro Ma[illegible]re. Post hæc omnia, prędictus Bonifacius, VIII. fecit, & promulgauit dictu[illegible]n capitulum Alma Mater; in quo concessit, vt in omnibus Ecclesijs, & Mon[illegible]erijs possent generaliter celebrari Diuina Officia, ianuis clausis, &c. & adm[illegible]istrari Sacramenta Baptismatis, & Pœnitentiæ, ac celebrari sollemniter in qu[illegible]tuor Festiuitatibus ibi contentis. Et reuocauit omnia Priuilegia super hac materia concessa quibuscumque personis, ac etiam Religionibus, dicens, quod sufficere deberet omnibus sua prouisio, quam in supradicto capitulo fecit. Sed [illegible]idem Bonifacius dedit nobis iterum Mare Magnum, in quo continebantur omnia

Secundum notabile.

omnia supradicta nobis concessa, ideo iterato habuimus nostra supradicta Priuilegia, etiam circa Interdictum, excepta concessione de celebratione sollemni in Festiuitatibus Sanctorum Francisci, &c. quia non continebatur in prædicto Mari Magno, sed in alia Bulla per se. Et sic a tempore dicti capituli Alma mater, non habuimus pro hoc, Priuilegium aliud; nec Fratres vsi sunt supradicta Concessione vsque ad tempora moderna proxime præcedentia, in quibus in aliquibus partibus incepere vti iterum supradicto Priuilegio. Et sumpta occasione ex huiusmodi Priuilegio, & eius vsu, quidam Pater Commissarius Romanæ Curiæ, impetrauit viuæ vocis oraculo extensionem illius ad Festiuitates Sanctorum Ludouici, Bernardini, Bonauenturæ, ac quinque Martyrum de Marrochio. Quod etiam quantum ad sanctum Bonauenturam per Breue Iulij II. extitit postea concessum. ¶ Cum autem aliqui Fratres scrupulosi, seu curiosi dubitarent de ijs, scilicet, de prædicta Concessione Alexandri IV. an scilicet esset viuificata, vel non; & per consequens vtrum extensiones illius ad alia Festa valerent; non inuenientes fundamentum validum, ac sufficiens, asserebant huiusmodi Concessiones circa celebrationem sollemnem dictarum Festiuitatum, esse nullas. Nam prima Concessio pro Festiuitatibus Sanctorum Francisci, &c. erat reuocata per capitulum Alma mater, supra allegatum; & nulla reualidatio inueniebatur data; & per consequens cetera, quæ supra dictum Priuilegium fundabantur, erant nullius momenti. Et ex ijs inferebant, quod Fratres non valebant celebrare sollemniter Diuina in talibus Festiuitatibus, sine incursione Censurarum. Ac propterea ad tollendum huiusmodi scrupulum, & elucidandam veritatem, alij Fratres amplius eruditi, & studiosiores in rebus Religionis, scrutati sunt quam diligentissime Priuilegia nostra; & tandem deuentum est ad confirmationem, ac nouam Concessionem Priuilegiorum, per Sixtum quartum factam cum clausulis fortissimis, præsertim, quod non obstantibus reuocationibus Apostolicis, possemus vti omnibus Priuilegijs prædecessorum suorum; prout habetur in Bulla Aurea, versus finem. Ex quibus verbis visum est, quod Fratres a tempore Sixti IV. licite potuerunt celebrare sollemniter prædicta Festa, sicut ante reuocationem poterant. Nam aliter nihil operarentur illa verba, Non obstantibus reuocationibus: cum tamen, secundum Iura, illa, quæ ponuntur in Indultis Apostolicis, debeant aliquid operari. Ex quibus conclusum est per plur[illegible] [illegible]ratis Salmantinæ, quod erat viuificatum, seu reualidatum [illegible] prædictum; & per consequens aliæ Concessiones super illud fundatæ, erant similiter validæ, ac ab omni subreptione alienæ. ¶ Postea autem, ad ab[illegible]ntiorem cautelam, Iulius II. ad instantiam Protectoris Ordinis nost[illegible] procurantibus quibusdam ex Fratribus Hispaniæ, prædictas Concessio[illegible], quoad prædictas Festiuitates, approbauit, addens, quod hoc idem facer[illegible] [illegible]ssent in die Stigmatum Beati Francisci, & etiam tempore Cessationis [illegible]uinis. Et hoc non solum prædicta confirmando, verum etiam illa de [illegible]o concedendo, non obstante capitulo Alma mater, &c. Sed adhuc, cum [illegible]nibus supradictis, aliqui non fuerunt ad plenum satisfacti, dubitantes v[illegible] [illegible]m huiusmodi Concessio Iulij esset valida: ex eo quod non fuisset expositum [illegible]cto Pontifici qualiter Bonifacius VIII. reuocauerat Priuilegium Alex[illegible]ri IV. Verumtamen ab alijs in Iure peritis responsum est, quod cum, s[illegible]undum Iura, Princeps censeatur habere omnia Iura in pectore suo, satis est, quod Papæ dictũ fuit, scilicet, quod Concessio illa facta fuerat ab Alexandro IV. ¶ Alij insuper dubitauerunt, vtrum, præsupposito quod [illegible] [illegible]smodi Concessio sit valida, fuerit generalis pro toto Ordine, an solum pro partibus Hispaniarum? propterea quia ibi dicitur, Concessit eisdem [illegible]

Atta-

A Attamen (saluo meliori iudicio) videtur, quod fuit generalis; quia prædicta dictio, Eisdem, potest referri ad omnes Fratres Ordinis. Et ita, siue per nouam Concessionem Sixti supradictam, siue per Concessionem Iulij, vel per vtramque, videtur non esse aliquatenus dubitandum de huiusmodi facultate celebrā di sollemniter prædicta Festa. ¶ Aduertendum est etiam, quod Concessio consimilis facta pro Conceptione Virginis Gloriosæ, & eius Octaua, habet etiam aliquod fundamentum in prædicta Concessione Alexandri IV. Nam dicitur ibi, quod Fratribus Minorum concessum sit, vt in sollemnitatibus Sanctorum Francisci, &c. ¶ Postea etiam super idem fundamentum concessum est a Leone X. quod in Festo sanctæ Helisabeth Reginę Hungariæ, ac in eius Octaua, B possit celebrari, sicut in Festiuitatibus Sanctorum Francisci, &c. Circa quam Concessionem ortus est quidam scrupulus, scilicet, vtrum sit subrepticia, ex hoc, quia ipsa sancta non fuit Regina, sed filia Regis Hungariæ; sicut in supplicatione positum est. Sed scrupulus huiusmodi, nullius est momenti; quia filiæ Regum solent dici Reginę; vt in legenda sanctæ Agnetis secundo patet, de Constantia filia Constantini. ¶ Aduertendum est insuper, quod aliqui Fratres nostri aduertentes, quod (etiam omnibus supradictis existentibus validis) non poterant sollemniter celebrare tempore Interdicti, infra Octauas omnium Sanctorum Ordinis, exceptis tribus supradictis, ac desiderantes idem habere pro Octauis omnium Sanctorum suorum, dubitantes nihilominus, C se posse hoc obtinere; si nude, & clare a Pontifice postularent, considerantesque concessum esse olim Fratribus Ordinis Prædicatorum ab Alexandro IV. vt prædictum est, posse celebrare sollemniter in Festiuitatibus, & Octauis sanctorum Dominici, & Petri Martyris, ac reualidatum id etiam fuisse per Bullam Auream a Sixto IV. editam; propter rationem supradictam, circa Concessionem nostram; cum huiusmodi Bulla nobis eisque sit communis, obtinuerunt a Iulio II. vt ea, quæ in honorem sanctorum Dominici, Petri Martyris, & Thomæ de Aquino, & Catharinæ de Senis, Fratribus, vel locis Ordinis Prædicatorum sunt concessa, intelligantur similiter concessa nobis, & locis nostris, in Festiuitatibus sanctorum Francisci, Antonij, Ludouici, Bernardini, Bonauenturæ, ac quinque Martyrum, & in alijs Festiuitatibus no-D stri Ordinis, licet sint in maiori numero, quam Festa Fratrum Prędicatorum: Ita quod illud, quod conceditur omnibus Sāctis Ordinis Prędicatorum, iunctim, & cuilibet, seu aliquib[illegible]orum, intell[illegible]am omnibus Sanctis nostri Ordinis, etiam iunctum, [illegible]iam si nostri sint in maiori numero. Ex qua concessione illatum est, quod possumus celebrare sollemniter omnes Octauas Sancto[illegible]m nostri Ordinis; sicut (vt prædictum est) concessum fuit Fratribus Prædi[illegible]toribus pro duabus Festiuitatibus suis. Attamen in hoc posset non immerito ha[illegible]i scrupulus, ex eo, quia idem Alexander IV. qui dictum Priuilegium conc[illegible] Fratribus Prędicatorū, pro sanctis Dominico, & Petro, concessit & nobi[illegible]b consimilibus verbis, pro Sanctis Francisco, Antonio, & Clara: Vnde fort[illegible] Iulio II. specificatum fuis-E set hoc, non concessisset, vt supra, sed dixisset [illegible]stote contenti Concessione propria vestra; & illi sua: Sed hoc non obstante [illegible]n ciuitate Salmantina, ex consilio iurisperitorum Vniuersitatis illius insig[illegible], anno Domini, 1522, in Octaua sancti Bernardini, tempore Interdicti ce[illegible]auerunt Fratres Minorum sollemniter Diuina. ¶ Post omnia supradicta, ob[illegible]uerunt Fratres Ordinis Prædicatorum a Leone X. aliam Concessionem c[illegible] hac relatione, quia Fratribus Minorum concessum erat, vt in Festiuitatibus sanctorum Francisci, Antonij, Ludouici, Bonauenturę, ac eorum Octauis possent celebrare tempore Interdicti (etiam Apostolica Auctoritate appositi) quod

similiter possent ipsi in suis Festiuitatibus, ac etiam in Monasterijs suarum Monialium, &c. ¶ Circa quod est aduertendum, quod hęc supplicatio, seu illam faciens, peccauit in duobus. Primo, quia relatio fuit in parte falsa. Nam, saltem expresse, non est concessum nobis prædictum indultum pro Octauis sanctorum Ludouici, & Bonauenturę; prout ipsi retulerunt. Secundo, quia in nostra Concessione simpliciter dicitur, Tempore Interdicti, absque additione Apostolici; sicut ipsi addiderunt. Licet tamen, secundum veritatem, ita sit intelligendum. Et ideo videndum est, vtrum hæc Concessio fuerit subreptitia, propter huiusmodi defectus, præsertim quia est gratiosa; vbi minimus defectus sufficit ad causandā subreptionem. Videtur tamē quod non; immo, quod sit valida, & sufficiens, nam licet nos directe non haberemus pro prædictis Octauis, tamen indirecte, per reductionem supra positam, habebamus. Et sic præfata supplicatio non fuit falsa. Et idem dici potest, quoad aliud de expressione Interdicti Apostolici. Et quod amplius est, quia Papa, in Concessione huiusmodi, non videtur se fundare super relationem prædictam: nam dicit sic. Nos autem ad tantorum sanctorum merita, & venerationem debitum respectum habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, deuotioni vestræ, &c. Et sic videtur, quod absque aliqua hęsitatione, possumus Diuina sollemniter celebrare in omnibus Festiuitatibus nostris, & per eorum Octauas.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

Voad §. 3. notandum, quod auctor Supplementi, §§. 12. 8. quoad hoc Priuileg. Clem. IV. dubitat an ijs, qui in nostris morantur obsequijs, etiam existentibus sanis, tempore Interdicti, possimus ministrare sacra, prout ibi conceditur, §. 2. & tandem declinat ad tenendum, quod non, nisi infirmis; quia sic solum est concessum Minimis per Iulium II. in eorum Mari Magno, §§. 8. Sed certe videtur, quod etiam sanis possimus ea ministrare; quia sic absolute, & sine vlla distinctione concesserunt nobis, & Carmelitis Clem. IV. & Six. IV. quantumcumque ipsis Minimis cum limitatione sit concessum: nam id sæpe accidit, quod, scilicet, aliquibus Ordinibus conceditur limitate, quod alijs plenius, sine vlla limitatione conceditur, vt patet: Ideo ipsi Minimi per communicationem Priuil. possent in hoc, sicut & in alijs, gaudere Priuilegio supradicto, nobis latius concesso.

Quoad secundum [illegible] quod ibi ponitur [illegible] Collectore, in fine ipsius notabilis, vbi dicit, quod, scilicet, hoc non obstante, in Ciuitate Salman. ex consilio iurisperitorum &c. fuit celebrata Octaua Sancti Bernardini sollemniter, tempore Interdicti, &c. adde & tu, quod similiter est factum in ciuitate Toletana [illegible] Cap. Prouin. ibi celebrato, anno Domini 152[illegible] præsente Ministro Generali. S[illegible] que iam in consuetudine practicatur. Et de hac materia Interdicti late habetur in S[u]plemento, in Decisionibus dubiorum, dub. 3. §§. 3. vnde hæc omnia Collector assum[psi]t.

CAPVCC[I]NI ANNOTATIO.



Via huiusmodi In[t]erdicti materia, quantum est scitu nobis necessaria, tantum est intricata, tum circa ipsummet Interdicti nomen, tum etiam quoad ea quæ tali te[m]pore, iure communi prohibentur, vel Priuilegio aliquo conceduntur: [v]t omnes Doctores affirmant: Ideo vt aliqua ad nostrum propositum pertinentia, sciantur, vltra ea, quæ ipse Collector ponit, breuiter, ac lucide subsequentia puncta discutere opera pretium esse duxi.

Capita tractanda.

1 *An videlicet Religiosi Ordinum Mendicantium possint tempore Interdicti, & Cessatione a Diuinis, suis Priuilegijs vti? Et quia huiusmodi Priuilegiorum, quę in tali tem-*

A tempore habentur, aliqua spectant ad ipsos Fratres, & aliqua alia ad seculares; Ideo videndum An ipsi Religiosi possint tali tempore Priuilegijs ad se pertinentibus uti; & An pariter saculares? Sed prius, antequam supradicta resoluamus, videbimus duo, qua pro supradictorum perfecta intelligentia debent supponi, videlicet, An hac priuilegia sint per Conc. Trid. reuocata? Et qua Priuilegia sint illa?

Et quoad primum, An supradictis Priuilegijs, ad Interdictum pertinentibus, sit per Conc. Trid. derogatum? est sciendum, quod Nauar. in Manuali latino, Ca. 27. de Interdicto, in fine, num. 190. sibi videri ait, omnia supradicta Priuilegia, cum sint contra Ius Commune, esse a Sacro Concil. Trident. cap. 12. vltim. de Regular. sess. 25. sublata. Ideoque se desiderare ait, vt sua sanctitas illis faceret facultatem suspendendi Interdicta, in diebus tantum, & non Octauis Sanctorum sui Ordinis; ne Ecclesiastice Censura tanto tempore sint suspensę, eorumque neruus nimis eneruetur: ac vt seruetur aqualitas, & concordia; & hoc dixit, ipse Nauar. post reuocationem factam a Gregor. XIII. Constit. Pij V. qua incipit. Etsi Mendicantium: Nam antea in Manuali vulgariter edito, capitu. 28. sequebatur dispositionem illius Bulla Pij V. quę declarabat Concilium non habere locum in Festis Sanctorum Ordinum Mendicantium; sed postquam Grigorius Bullam illam Pij reuocauit, omnia annullando, qua erant contra Conc. Trid. dixit aliter, vt supra in Manuali latino, tenens dispositionem Pij V. esse contra Concilium. 1 Nau. opin.

Sed alijs Doctoribus, aliter videtur, & aiunt, quod cum Constit. illa Greg. solum reuocet Concessiones illas Pij V. suorumque antecessorum, quę erant contra Conc. & non erant in vsu; omnes alias, qua non sunt contra Conc. & sunt in vsu, confirmauit, & denuo concessit, cuiusmodi esse Priuilegia supradicta asserunt; vnde Medina in Summa ait, quod possunt Mendicantes in Festis suorum Ordinum suspendere Interdictum, etiam post Concilium, & in alijs temporibus, iuxta Priuilegia eis concessa. Et ad Concil. respondendo, ait, nos certe obligatos esse Interdictum Apostolicum, & ordinarium seruare, & quod illa suspensio in Festis Ordinum, est ex concessione speciali: Concilium autem intendere illa Priuilegia reuocare, quę a quibusdam Religionibus prętendebantur haberi, de nullatenus Interdictum seruando, etiam quod ab Ecclesia matrice seruaretur; vt erant Fratres Milites diui Ioannis Hierosolymitani Hospitalis, cuiusdam Concessionis virtute Anast. IV. Alexan. III. & IV. Vrb. III. Clem. III. & IV. vt refert Collector supra in hoc titu. §. 16. & 37. Et similiter erat concessum Fratribus Minimis a Leone X. Et ista priuilegia pratendebat Concilium reuocare, omnem ambiguitatem, quę ex illis oriebatur, tollendo: vnde ex supradictis colligitur primo Declarationem, seu Concessi... Gregorium XIII. reuocatam; cum non sit contra Conc. Secundo, quod nostra Priuilegia, quatenus ad Interdictum, & Cessationem a Diuinis spectant, non sunt per Concilium reuocata; & ita etiam tenet Reuerendus Pater ...manuel Rodriguez in expositione Bulla Cruciatę. Aliorum opinio. Medin. li. 5. q. 13. fo. 58. Bullam Pij V. quoad Priui. Interdicti nō esse reuoc. a Greg. XIII.

Quoad secundum scilicet, Qua sint Priui... ista, qua Mendicantes habent tempore Interdicti? Pro hoc, eam Compilationem, qu... illu lucidissimā fecisse fertur Ant. de Corduba, & quam ponit Auctor expositionis ...le Cruciatę, adducere, eique aliqua addere censui: Qui docens, quomodo se debeāt h... Monasteria omnia, tam Fratrum, & Monialium Ordinis Minorum, quam aliorū ...articipantium eorum Priuilegia, tempore Interdicti, & in Cessatione a Diuinis, dixi... vt infra. Priuilegia q̄ habētur tēpore interdicti. In Bulla Cruci. in §. 5. n. 16. Antodij de Corduba.

Primo, statim atque sciunt, positum fuisse Interdictum, ...ue Cessationem a Diuinis, ea seruare obligantur, si Ecclesia matrix vel maior, seruat, ...si ...sint iniustas & vbi tales Ecclesia non fuerint, se debent cum alijs Ecclesijs populi, con...mare, si illę sub pœna excommunicationis obseruant. Quod Interdictum sit triplex, & quid vnumquodque illorum includat ponit Naua. in Man. c. 27. nu. 166. Interdic. 3.

Secundo per Interdictum tria votantur, Sacramenta, Officia Diuina, & Ecclesiastica

Sepulturas Sacramenta autem, Baptismatis, & pœnitentię, infirmis; & etiam sanis, qui non fuerint excommunicati, siue interdicti, neque fuerint caussa Interdicti, ac Sacramentum Confirmationis. nec non, & viaticum morientibus, poterunt, quidem secundum ius commune, tempore Interdicti conferri. A

Per Officium Diuinum intelliguntur Missa, Horę Canonicę, Officium B. Virginis, & Defunctorum, Benedictiones, & Processiones, omnes commemorationes, & actus sollemnes, vt sepultura, & velationes, &c. vnde prohibentur omnia exercicia specialiter deputata alicui Ordini, siue maiori, siue minori, & ista dicuntur illa, quorum faciendorum specialis potestas traditur in ordinatione; vt ait Nauar. in Man. c. 27. nu. 163.

At in Cessatione a Diuinis est attendendum, quonam modo ponatur: quia vita magis rigorosa venire solet, quam alia (vt infra Vigesimo secundo) & sic obseruari debent, sicut Eccl. maior obseruat, & vt moris est. B

Tertio tempore Interdicti, secundum ius commune, possunt celebrari omnia Diuina Officia in loco generaliter interdicto, sicut prius, ianuis clausis voce submissa, non pulsatis campanis, & exclusis excommunicatis, & interdictis; & simili modo benedici Aqua, Cinis, Rami, & candelę, Sanctissimũ Sacramentum conferri; & alicui Priuilegium aliquod habenti, sepultura dari potest.

In Cessatione autem a Diuinis, possunt Religiosi inter se suasque domos, per speciale Priuilegium, illud idem eodem modo agere, non autem cum secularibus, nisi vt infra continetur, iuxta suas Bullas, & Priuilegia.

Dummodo nõ fuerint caussa eiusdem Interdicti, aut in culpa vt supositum. Vt dicit Nauarr. in man. c. 27. num. 180.

Quarto, hi, qui tempore Interdicti secundum ius commune, possunt ad Diuina Officia auscultanda admitti, ac sine pompa, & sollemnitate, sepeliri; sunt clerici, & qui habent aliquod Breue, aut Bullam, vt possint ipsi cum suis familiaribus domesticis, qui non sint fraudulenter recepti, ad audiendum & celebrandum cum illis, intelligendo, per domesticos, & familiares, illos, qui de more, eos comitari solent. C

Quincto, Tertiarij Beata, famuli, familiares, domestici, Syndici, Aduocati, Procuratores, & officiales ordinarij Monast. Fratrum, ac Monialium possunt tempore Interdicti, siue generalis, siue particularis, Missam ceteraque Diuina Officia audire; Ecclesiastica sepultura in nostris Ecclesiis sine pompa tradi, ibique omnia Sacramenta recipere: dummodo tamen, nemo ex supradictis sit excommunicatus, vel interdictus, &c. ac ceteris obseruatis limitationibus cap. Alma mater; qua sunt ianuis clausis, &c.

Habentur sup. Iterdi. §. per totũ, & pręcipue §. 11.

Et notandum, quod, secundum ius commune, & nostra Priuilegia, familiares, & domestici dicuntur omnes qui in nostris domibus viuunt, & per nos sustentantur, quamuis aliquo tempor[illegible]ro alicuius negotij caussa fuerint absentes; & sic domicellę, & seruientes, aliique in M[illegible] egentes, hoc Priuilegio gaudent. D

Sexto, tempore Interdicti possunt Missam, & Diuina Officia in nostris locis audire omnes officiales, & laborantes, in die, quo ibi laborauerint, licet soluatur eis merces, & non sint ordinarij laboratores: Ac omnes al[illegible] serui mercenarij residentes in campis, vel alijs locis ipsorum Religiosorum: Idem p[illegible]trum quando in Monasteria venerint, vel domos talium Religiosorum, ianuis clau[illegible]s.

Habetur supr tit. Familiares Fratrum §. 4. Habetur supr. tit. Interdict. 1. §. 23. & 24. Habetur supr tit. Interdictũ 1. §. 4 & Interdictum 2. §. 11. & titu. cõmunicatio. §. 8.

Septimo, Nicolaus V concessit, v[illegible]riores, & Guardiani per communicationem, Patrum Benedictinorum, possint el[illegible]e sex personas inter viros, & inter mulieres successiue, quę possint tempore Interc[illegible] generalis, siue specialis, aut quo cessatur a Diuinis, non positi, nec confirmati au[illegible]ritate Apostolica immediate, Missas audire, ac Diuinis Officijs interesse, & Ecclesiastica Sacramenta ibi recipere. Et per aliam Concessionem cuiusdam Legati a latere [illegible]ossunt recipere 15. personas quolibet die temporis Interd. ordinarij, ad Missas, & ad alias horas audiendas, dũmodo non dederint illę caussam Interd. E

Octauo, tempore interdicti, & Cessationis a Diuinis, omnes Fratres, & Moniales, Nouitij, & Conuersi, donati, & seruitores, & seruitrices, possunt recipere omnia Sacramenta iuxta morem talis Ordinis, cum hoc vt Sanctissimum Sacramentum recipiant [illegible] illis, qui ex Priuilegio, vel ex Iure possunt Diuina Officia audire.

Nemo,

A *Nono tempore Interdicti ordinarij (non tamen Apostolici) poterunt mensæ benedictiones cantare, ac gratias referre, processiones per claustra facere, hymnos & litanias cantando, ac reliqua, vt solent, peragere; dum tamen aliquod Diuinum Officium non dicant.*

Habetur in pr. tit. Interdi. j. §. 20. et 21.

Et possunt etiam tempore Interdicti generalis, & Cessationis a Diuinis, duo vel plures Fratres, extra Ecclesiam in Cella, dicere Diuinum Officium, vel alibi; ita tamen summissa voce, vt ab alijs non audiantur, & non prohibetur oratio matutina, meridiana, & vespertina, quam vocant Aue Maria neque lectio, neque declaratio psalmorum, vel Euangeliorum, aut similium, quę in Diuinis Officijs dicuntur: cum non prohibeatur predicatio, nec Oratio priuata in Ecclesia, etiam ipsis quorum caussa est positum Interdictum: & alia plura possunt fieri, quæ ponit Nauar. in Manual. c. 27. nu. 173. 176. cum sequentibus.

In §. 18.

B *Decimo; Iulius II. concessit vt omnia, quę pro tempore generalis Interdicti concessa sunt, ea omnia in speciali Interdicto intelligantur esse concessa. & hęc est magna Concessio & valde magna. & ideo valde notanda: quia maior in hac materia non reperitur concessa. Nam, quando secundum Ius commune suspenditur Interdictum in quibusdam diebus (vt dicetur infra) non suspenditur pro Ecclesijs, vel personis particulariter interdictis; adeo, quod si in illis celebrarent, essent irregulares, & tamen secundum istam Concessionem in talibus locis specialiter interdictis, poterit celebrari, & illa omnia agi, quæ poterant in Interdicto generali: sed personæ specialiter interdictæ, minime hoc possent facere, neque alij coram illis.*

Ampla concessio.

Vndecimo, Leo X. concessit, quod in forma obseruationis, nulla sit differentia inter C *Cessationem a Diuinis: & Interdictum quodcumque. Quod sane debet intelligi intra nostra loca, & quantum ad nos solum, nam, quantum ad sæculares, debemus nos, iuxta concessiones, quas tempore Cessationis a Diuinis habuerint, eodem modo cum illis agere, vt Ecclesia matrix se habet, & non aliter: solum nostri familiares, Syndici. & reliqui, quibus nostra Priuilegia aliquid concedunt particulariter, tempore cessationis a Diuinis, poterunt gaudere, & in nostris locis admitti, iuxta Priuilegia, vt in ista resolutione continetur: nam, si aliter intelligeretur ista Concessio Leonis, magis esset reuocatoria nostrorum Priuilegiorum quam fauorabilis Concessio. siue Declaratio.*

Habetur cl. Interd. §. 17.

Duodecimo, secundum ius commune suspenditur Interdictum in Festiuitatibus Natalis Domini, Paschæ, & Pentecostes, & Assumptionis Virg. Mariæ, non autem in Octauis & campanæ pulsantur, & ianuis apertis, alta voce Diuina Officia sollemniter celebrantur, D *excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis: ita tamen vt, quorum culpa tale Interdictum positum fuit, non accedant ad altare; et [illegible] etiam in die Sanctissimi Sacramenti a primis Vesperis [illegible] vsque ad secundas Vesperas diei Octauę per vnam extrauag. Martini V. & per Cap. Alma mater.*

Habetur §. 7. tit. Inter. 1.

Vt ait Nau. in ma. c. 27. nu. 187.

Tertiodecimo, suspenditur Interdictum, et Cessatio a Diuinis, in die Conceptionis, Natiuitatis, & Visitationis Virginis Gloriosæ, & in die Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ. & Sanctorum titu. nostrarum Ecclesiarum. & Sanctorum ibi sepultorum, cum omnibus eorum Octauis, & a primis Vesperis Dominicę Palmarum, vsque ad occasum Solis Dominicę in albis; & hoc per communicatio[illegible] cuiusdam Breuis a Leone X. Patribus Benedictinis concessi.

Habetur ti. Interd. 2. §. 19.

E *Quartodecimo suspenditur Interdictum, & Cessatio a Diuinis, in die S. Patris nostri Francisci, & suorum Stigmatum, in die S. Antonij de Padua, S. Bonauenturæ, S. Ludouici, septem Martyrum, S. Claræ, S. Helisabeth Hungariæ Regis filiæ. & per totas eorum Octauas, a primis Vesperis diei, vsque ad secundas diei Octauæ: Quod debere intelligi declarauit Leo X. de diebus, in quibus talia Festa euenerint, etiamsi propter alia maiora Festa occurrentia, eorum officia in alium diem transferantur; & idem alijs Ordinibus conceditur, in Festiuitatibus suorum Sanctorum, per dictum Breue Benedictionis concessum. aliasq; Concessiones; & pro Benedictinis in die S. Martini, S. Antonij Abbatis, S. Gregorij, & S. Ildephonsi, cum suis Octauis.*

Habetur su pr. tit. Interdi. 2. § 4. 7. 9. 10.

Habetur ti. Interd. 2. §. 30.

Quintodecimo, suspenditur Interdictum, & Cessatio a Diuinis, quoties Fratres Moniales, & alia vtriusque sexus Religiosa personę, professionem emiserint, aut primam Missam celebrauerint; & in hoc vltimo casu suspendetur Interdictum a primis Vesperis, quousque fuerit Missa maior celebrata; & in professione, tantum durante officio, cuius caussa suspenditur. Vnde, quando Monialibus tempore Interdicti datur Velum, debet dari Velum, & professio emitti simul: nam Virtute huius priuilegij, quod habetur pro professione, potest etiam dari velum cum sollemnitate, suisque benedictionibus, veluti professionis ceremonia. A

Habetur ti. Interd. 1. §. 13.

Sextodecimo, Interdictum positum auctoritate ordinaria, potest suspendi in humatione nostrorum Religiosorum, in nostris locis, sollemniter, pulsatis campanis, &c. cum Missa cantata, Officio, alijsque solitis caeremonijs, ac si non esset Interdictum. B

Habetur In terd. 1. §. 15 & Interd. 2. §. 10.

Et per Priuilegium Leonis X. Benedictinis concessum, potest Interdictum, aut Cessatio a Diuinis, quauis auctoritate, etiam Apostolica, imposita, suspendi in humatione nostrorum Fratrum, Nouitiorum, Conuersorum, & Seruitorum Monasteriorum nostrorum; quae potest fieri sollemniter cum officijs, & Missis cantatis (exclusis tamen excommunicatis, & nominatim Interdictis) Et hoc idem etiam expresse conceditur in dicto Priuilegio, pro omnibus illis, qui tempore Interdicti, vel suspensionis a Diuinis, in nostris locis possunt humari, sicut sic fuisse dicitur Salmanticae a multis iuristis expositum, vbique publice practicatum; Ac etiam in omnibus Festis in quibus Interdictum suspenditur, omnium fidelium cadauera, possunt cum eadem supradicta sollemnitate in nostris Ecclesiis humari, vt in sequenti continetur. C

Habetur ti. Interd. 2. §. 7. & 11.

Decimoseptimo, Leo X. concessit quod in diebus Festiuis, in quibus suspenduntur Interdicta, tam virtute Priuilegiorum, quam alias de Iure generaliter concessorum, possint Fratres in Domibus suis intra, & extra Ecclesiam dicere, & facere omnia illa, quae nullo existente Interdicto fieri possunt: & sic videtur, quod in illis diebus possint omnia Sacramenta omnibus Fidelibus administrari, sicut in eadem met Concessione dicitur, & etiam ab eodem Leon. X. Benedictinis fuit concessum. Et etiam sibi videri, ait Corduba, quod illis diebus possint in nostris Ecclesiis, omnes Saeculares cum sollemnitate sepeliri, cum nulla in dicta Concessione apponatur limitatio, quidquid dicat ipse Collector ibi, tamen Auctor expositionis Bullae Cruciatae tenet cum Collectore, vt magis vnitas, & conformitas seruetur: quidquid tamen sit de hoc tenendum, ego annotaui aliqua supra id, quod ibi Collector ait, tenens cum Corduba. D

Vt in § 11. sup.

In §. 7.

Habetur ti. Interd. 2 §. 1. 2. 3. per totũ, vt trad. Siluest. tit. Interd. 5. q. 5. § 7.

Decimooctauo, in illis diebus, in quibus Interdictum suspenditur, ac Cessatio a Diuinis, in nostris P[…]uitatibus, possunt pariter alij Clerici saeculares in nostris locis, nobiscum se conformare [illegible] ,[…] Diuina Officia sollemniter celebrando, per multas Concessiones, dummodo non dederint caussam Interdicto, &c. vt in alijs est supradictũ.

Habetur ti. Interd. 1. §. 15.

Decimonono, quando nostro Monasterio fuerit positum Interdictum, & non Populo, ad instantiam alicuius personae particularis, si ita ei personae erit expediens, non erimus obligati illud seruare, si alimenta Fratribus non dederit, dummodo nos tali Interdicto caussam non dederimus.

Habetur ti. Interd. 1. §. 12.

Nota, Pro quocũque Interdicto.

Vigesimo, Iulius II. concessit Fr[…]ibus Minoribus quod si contingat aliquam Ciuitatem, seu Oppidum, cum duobu[…] [v]el tribus millsaribus circumuicinis (infra quae milliaria Domus Fratrum praedicto[…] […]n existant) Ecclesiastico supponi interdicto, Fratres praefati (nisi caussam interdicto [d]ederint, vel eis specialiter ex caussa legitima interdictum fuerit) huiusmodi Interdictum nullatenus seruare teneantur, si alias Domus ipsorum Fratrum de intro, Interd[ict]o talis oppidi, non comprehendantur. E

Vigesimoprimo, est notandum, quod Cessatio a Diuinis est quaedam desistentia a Diuinis Officijs, & ab administratione Sacramentorum. Et est duplex, generalis, quae fit in loco Vniuersali, vt Ciuitate, oppido, aut parochia: & particularis, quę fit in loco particulari, vt in Ecclesia, aut Ecclesiis, vt Nauar. in Man. cap. 77. num. 188. Vbi tenet contra id, quod dicit Collector tit. Interdictum 1. §. 17. scilicet, Cessationem a Diuinis generalem-

A *neralem, & Interdictum Generale, non esse idem, cuius contrarium, pluribus rationibus corroborando, infert, quod proinde, qui habet Priuilegium audiendi Diuina Officia tempore Interdicti, non poterit tempore Cessationis: neque qui habet Priuilegium audiendi tempore Cessationis generalis, poterit tempore specialis: quamuis verum esse dicat, quod Interdictum generale, & Cessatio generalis, aequantur, quoad modificationem cap. Alma Mater, & quoad rigorem Clement. P. de sent. excom.*

Vigesimosecundo, Nota secundum Cordubam, quod Cessationis a Diuinis reperiuntur duae species, vna non rigorosa, quae valet, & obseruatur secundum ius nouum, perinde, ac obseruatur Interdictum iuxta Cap. Alma Mater; Alia vero rigorosa, quae secundum ius antiquum, vocatur Interdictum valde strictum; in qua, nec celebratur, nec Habetur in c nō est. de sponsal.
B *fit Officium Diuinum, nec Sacramenta publice dantur, nec secrete; nisi Baptismus paruulis, & poenitentia adultis; Et huiusmodi etiam adhuc adhiberi saepius est solita. Et ideo, quando alicui per speciale Priuilegium, vel Bullam conceditur, quod tempore Interdicti etiam Apostolici, & Cessationis a Diuinis, in sua Domo possit, vel in Ecclesia, in altari portatili, celebrare, vel celebrari facere, aut Missas, & alia Officia Diuina audire, dubitatur an ista talis Concessio, in prima Cessatione tantum intelligatur, vel etiam in secunda? Ad hoc respondetur, quod, etiamsi multis Doctoribus visum sit, debere intelligi de prima; quia, vt odiosa, debet restringi, secundum ius commune, & non secundum consuetudinem, quam Pontifex scire minime praesumitur; quod creditur esse verum secundum Decretum, in Bullis, & Priuilegijs, particularibus personis, con-* Quaesitum. Respon.
C *cessis: tamen Priuilegia Religionibus concessa, quoad hoc, intelliguntur & valent, etiam in secunda specie Cessationis rigorosa: quoniam in fauorem Relig. praedicta Priuilegia debent ample interpretari: Et sic a consuetudine interpretantur, cui debemus stare; Et ita, tempore Cessationis Rigorosa, Religiosi poterunt intra sua Monasteria Missam celebrare; Et quando aliquod Priuilegium concederet tempore Cessationis, & quando consuetudo non adesset cessandi in totum, tunc clerici, & Religiosi illic poterunt celebrare.*

Haec est resolutio, ac compilatio facta ab ipso Ant. de Corduba, & ab ipso Auctore exposit. Bullae Cruciatae, in §. 5. relata; vbi omnibus Religiosis, qui huiusmodi Priuilegijs gaudent, datur (& a me etiam repetitur libenter) quaedam paterna, & salutaris admonitio, vt semper studeant (maxime tempore Cessationis a Diuinis) se cum Ecclesia Conclusio supradicta. resolutionum. Admonitio salutaris.
D *Matrice conformare, praecipue in pulsandis campanis, vt Capitulo debitus exhibeatur honor, & conformitas obseruetur; quam inter Ecclesiasticos seruari summopere Deo placet: qui etiam considerare debent, quam paruifaciant haeretici Ecclesiasticas Censuras: & ideirco, Religiosi magis deberent, & verbis, & fa[illegible] [illegible] (d. suis Priuilegijs aliquid perdendo) reuerentiam, quae Censuris debetur.*

Itaque concludendo dicitur, quod in Regnis, vbi Bulla Cruciata non adest, possunt Religiosi supradictis Priuilegijs, sine aliquo dubio, vti.

Sed videamus nunc quid in Regnis, vbi talis Bulla erit, sit obseruandum.

Vnde, postquam vidimus quae Priuilegia, tempore Interdicti, & Cessationis a Diuinis, Religiosi habeant, & quod non sint per Conc. [illegible]rid. reuocata: Iam restat aliud videndum, quod supra proposuimus: An videlicet, pr[illegible] [illegible]cti Religiosi, vel saeculares supra- An vbi adest Bulla Cruciatae possit quis vti supradictis Priuilegijs.
E *dictis Priuilegijs, in Regnis, vbi adest Bulla Cruciat[illegible] [illegible] sint vti.*

Pro cuius explicatione, sit prima conclusio, quod [illegible] [illegible]d facultates illas, quibus pro tali tempore a Iure communi, eis conceditur absque Bulla posse vti, non est dubium: quia talis Bulla suspendit tantum facultates illas, quae sunt gratiae & Priuilegia, vltra, vel contra ius commune: non autem illas, quae sunt in iure communi incorporata; vt alibi diximus. Pr. conclus.

Secunda Conclusio est, quod Religiosi supradicti, omnibus iam dictis Priuilegijs, quae pro tali tempore Interdicti, & Cessationis a Diuinis habent, possunt absque Bulla gaudere, quatenus ad ipsos Fratres pertinent; non autem quatenus ad saeculares: quia in illa 2. conclus.

Bulla non suspenduntur Priuilegia Superioribus Ordinum Mendicantium concessa, quatenus ad suos Fratres pertinent, sed tantum quatenus ad saculares; Prout ait Collector, infra, tit. Priuilegia Fratrum. post §. 33. A

3. conclus. *Tertia Conclusio est, quod illi donati, vel famuli, qui nec sunt professi, nec profitendi habent voluntatem, qui in Monasterio solent ordinarie Missis inseruire, aliaque agere ad Diuina Officia pertinentia; licite tunc temporis Interdicti, absque Bulla poterunt simi lia officia, seu exercitia peragere: quia hoc fit, non per viam Priuilegij, sed quia illud, Ius* Nauar. *commune concedit, iuxta doctri. Nauar. in Sum. c. 27. num. 181. vbi ait, quod tempore Interdicti, Clericus qui habet vnum famulum laicum, potest dicere Missam in Ecclesia, seruiente illo, siue eum receperit ante Interdictum, siue post; etiam si non habeat ille Bullam.* B

4. conclus. *Alia Conc. est, quod, huiusmodi iam dictis Priuilegijs, quatenus ad saculares pertinuerint, absque quod ipsi Bullam habeant, nec vti non possumus, cum quoad illos, suspendantur in illa, sed si recipiatur ab illis, iam reualidantur.*

Et in illis Festi. anni. In Sum. ca. 27. nu. 186. *Sed est aduertendum, quod in Festiuitatibus Sanctorum Ordinum supradictorum, in quibus Interdicta, suspenduntur, quattuor possunt, vt supradictum est, introduci interdicti, absque quod Bullam habeant, vt ait Nauar. quia hoc Priuilegium, etiam quoad saculares, Bulla non suspendit, per Concessionem quamdam Leonis X. in qua declarauit, quod virtute Bullarum Cruciatę, vel aliarum Indulgentiarum generalium, quascumque reuocationes, aut suspensiones Priuilegiorum Ordinum, etiam Mendicantium, continentiũ, numquam intelligantur reuocata, nec suspensa indulta, Priuilegia, & gratię* C *concessa, quoad personas Fratrum Minorum Obser. & quoad suspendendum Interdictum in Festiuitatibus Sanctorum sui Ordinis: nisi de ijs specifice, & nominatim mentionem facerent. Et proinde Commissarius generalis Cruciatę in suis instructionibus mandat Ecclesiastica, & saculari curię, vt non permittant publicari alias Bullas, & Indulgentias quastuarias, & nihil dicit, vt impediant publicari alias facultates, qua non sunt Indulgentia: cum istę, Bullę intentum non impediant accumulandi, scilicet, pecuniam pro eius expeditione: & sic videntur suspendi omnes Indulgentia quastuaria, & omnes facultates contentę in Bulla huiusmodi, qua antea virtute aliorum indultorum habebantur; vt ait Collector, infra, in verbo, Priuilegia, §. 33. et ibi multa alia ponuntur.*

Vt habetur inf. tit. Priuilegio. §. 33.

Habetur in instruc. §. 30.

5. conclus. *Alia Conc. est, quod, quando Interdictum est personale tantum, possunt Clerici, &* D *Religiosi ianuis apertis celebrare, Interdictis expulsis, ac non interdictis admissis, etiam quod non habeant Bullam; quoniam, quando capitulum Alma mater, prohibet vt ne tempore interdicti p[illegible] ianuis clausis, loquitur de Interdicto locali, non autem personali; prout sic refertur in Supplem. tit. tracta. quorumdam dubiorum, fuisse determinatum Salmantica, contra aliquos dicentes prędictum Capitulum Alma mater, loqui etiam de interdicto locali, & personali.*

Quid sit Interd. locale & personale & qd locale, & qd psonale, & quid vnūquodq; istorum includat, ponit Nauar. in manuali c. 27. nu. 166.

Aliud aduertendum in hac materia Interdicti est, quod cum dicitur concedi, aliquem tali tempore posse sepeliri cum pompa moderata, vel sollemniter, vt supra in verbo Interdictum primo §. 13.

Vltra ea, quę dicuntur ibi a Co[illegible] re, & Corduba, est sciendum, quod idem Corduba in suo quastionario, tract. d[illegible] mlg. q. 43. dub. 5. ait, quod in Bulla data contra In- E *fideles per Iulium 3. anno 15[illegible] declaratum fuit, quod per pompam moderatam intelligatur, quando fit modicita[illegible] sollemnitatis, quę fieri solet extra interdictum, cantando, & pulsando campanas, iuxta qualitatem personę, idemq; declaratur in Bulla data a Pio IV. annis 1564. & 1565. ac reliqua relinquuntur in arbitrium Ordinarij, si in eo loco, vbi mortuus sepelitur, fuerit prasens; alias in arbitrium Parochi; & aduertit Corduba, quod in Hispania communiter practicatur dispositio Leonis X. in Bulla Cruciatę contra Africam, anno 1516. sed in hoc casu debet attendi consuetudo Episcopatuum.*

Pompa moderata quæ dicatur.

A ITINERANTES FRATRES.



INNOCENTIVS IV. concessit Fratribus Minoribus, vt, quando ratione itineris, vel alterius rei caussa, extra Conuentus, seu loca sua, quemlibet, vel quoslibet eorum contigerit degere, possint Diuinum Officium Fratres cum Fratribus, aut simul cum alijs Regularibus personis, vel quilibet separatim facere, alio quam Romano Ordine placuerit: Et quod id sufficiat ad persoluendum debitum, ad quod Fratres, ratione Regulæ, tenentur, nec iterum proprium Officium dicere teneantur, B.fo.55. Et ffo.138. conc.305. 1 *Diuinum Officium.*

B ALEXANDER IV. concessit omnibus recipientibus Fratres Mino. viatores in domibus suis, & ministrantibus alimenta, soluentibus naula, passalia, & alia pietatis obsequia dictis Fratribus ministrantibus, Indulgentiam quadraginta annorum, b. ffo.260. conc.655. 2 *Indulgent.*

CONCILIVM Constantiense statuit, quod quando Fratres Mino. Obseru. quacumque ex caussa per mundum proficiscentur, seu iter fecerint, possint ad Loca, & Conuentus Fratrum Conuentualium eiusdem Ordinis declinare, si voluerint. Ad alia vero loca Fratrum in Obseruantia sibi similium semper declinare teneantur; iuxta quod in statutis Ordinis continetur, B. fo.26. Et ffo. 110. conc.236. 3 *Hospitium*

C CALLISTVS III. statuit, & ordinauit, quod omnes, & singuli Fratres Min. tam Conuentuales, quam Obseruantes, ad Ciuitates, terras, siue castra, in quibus Conuentus dicti Ordinis fuerint, pro tempore accedentes, teneantur & debeant eorumdem locorum Prælatis suis respectiue se præsentare: In qua quidem Ciuitate, vel terra, si vnus dumtaxat Conuentus fuerit, ad ipsius vnius Prælatum debeant se conferre, illius mandatis humiliter parituri. Et præcepit sub excommunicationis pœna, ne in prædictis Ciuitatibus, seu terris, sine Prælatorum suorum licentia permanere præsumant, B.fo.6. Et ffo.90. concess.197. prope finem. 4 *Excommunicatio.*

Aduertendum est, quod præfata Constitutio fuit suspensa, & annullata per Pium II. quousq; aliter prouideretur, B. ffo.92. conc.200. *Collector.*

D INNOCENTIVS VIII. concessit, quod Fratres Min. qui per obedientiam reperiuntur extra Conuentus, & loca, possint promereri Indulgentias Stationum, & alias concessas in Ecclesijs Fratrum Min. dicendo quinquies, Pater Noster, & Aue Maria, in quacumq; Ecclesia, & lo[illegible] pro intentione, & proposito illius Indulgentiæ, prout illi, qui prædicta suis in locis dicunt. o. fo.65. Et ffo.69. conc.160. 5 *Indulgent.*

Leo X. concessit, quod Fratres Min. itinerantes possint transferre ieiunium diei itineris ad alium diem. o. ffo.3. conc. 286. 6 *Ieiunium.*

Quoad hospitia perpetua relicta pro Fr[illegible]ibus itinerantibus, habetur quædam declaratio Capituli Generalis in dicto. [illegible]aupertas, post. §.7. *Collector.*

E LAICI FRAT[illegible]S.

CALLISTVS III. concessit, quod Fratres Min. Laici possint tangere Calices, & lauare Corporalia, & alia Ecclesiastica, cum expedierit, o. ffo.65. conc.91. Et ffo.101. conc.398. 1 *Indulgent. plen.*

INNOCENTIVS VIII. concessit prædictis Fratribus Laicis Indulgentiam plenariam quando communicant in diebus Dominicis, & Festiuitatibus Domini, & Beatæ Mariæ, ac Sanctorũ nostri Ordinis, o. ffo.69. cõc.148. 2 *Communicare.*

Leo X. concessit, q̃ Fratres prædicti Laici, socij Generaliũ, vel Prouincialiũ, 3

eo tantum tempore, quo Socij sunt, & extra loca, & Conuentus, cum inseruiunt Missis prædictis Prælatis, possint proprijs manibus tractare vasa sacri Ministerij, scilicet Calices, & Corporalia, explicando, & plicando post Missam, sicut Clericus in Sacris constitutus. In Conuentibus vero, vbi sunt alij Fratres ad ministrandum, concedere recusauit, o. ffo. 92. conc. 269. A

Collector. Non obstante hac Concessione stricta, possunt Fratres vti prima suprapositas quia, qui hac impetrauit ignorabat primam, & quia in hac non ponitur aliqua reuocatio alterius.

4 Idem Leo statuit, quod, quando aliquis Frater Laicus ad Clericatum ascenderit, extra obedientiam Prælatorum Ordinis, etiam si vsque ad sacerdotium promotus sit, postquam reuersus fuerit, omni honore Clericali priuetur; nec permittatur Canonicum persoluere officium: sed Laicorum officium persoluens, ad merum statum suum Laicalem reducatur. B

Collector. Statutum generale. Virtute præfatæ Concessionis, in Capitulo generali Lugduni celebrato, fuit renouatum Statutum, ne Fratres Laici ad Clericatum ascendant, sine consensu Generalis Ministri, aut Capituli Generalis. Et hoc vigore prædicti Indulti, a Sanctissimo Domino Papa Leone, nouissime Ordini concessi.

Collector. Ratione præfati Statuti auctoritate Apostolica facti, non possunt ex tunc vllo modo aliqui Fratres Laici ad Ordines Sacros, neq; ad Clericatum promoueri, vel assumi a quibuscumq; Prælatis Ordinis, Generali Ministro inferioribus, etiam in suis Capitulis Prouincialibus: nisi de nouo obtineatur Auctoritas Apostolica specialis, vel generalis: vel habeatur Commissio a Ministro Generali. ¶ Aduerte etiam, quod istud non habetur in Priuilegijs Ordinis impressis; sed fuit publicatum in Capitulo Generali Lugdun. anno Domini 1518 præsidente Auctoritate Apostolica Reuerendiss. Domino Cardinali de Ara-Celi, & fuit positum in tabula diffinitionis prædicti Capituli Generalis. C

Collector. Sciendum est insuper, quod circa Fratres Minores Laicos ordinata sunt non nulla in alijs diuersis Capitulis generalibus; prout inferius annotantur.

Statutum generale. In Capitulo Generali, vbi fuit electus Quinctus Minister Generalis, præsente Summo Pontifice Gregorio ix. inhabilitati sunt Fratres ad officia Ordinis; qui vsq; tunc dicta officia, vt Clerici exercebant. fo. 209. tracta. 3. Et ffo. 227. tracta. 2.

Statutum generale. In Capitulo Generali Barcinone celebrato, vbi fuit electus 1. Vicarius Generalis Obseru. ordinatum est, quod nullus Frater Laicus ad Clericatum ascédat, sed vnusquisque in sua vocatione, qua a Deo vocatus est, permaneat: Et quod nullus eorum Tonsuram Clericalem ferat; nisi eam ab Episcopo receperit; & sit tunc in parua quantitate, fo. 218. tract. 3. Et ffo. 236. tract. 2. D

Statutum generale. In Capitulo Generali, in Conuentu Montis Lucij celebrato, vbi fuit electus 8. Vicarius Generalis, ordinatum est, quod quicumq; Frater Laicus apostatauerit, & extra familiam ordinis [illegible] ceperit, si contingat ipsum denuo in Familia nostra recipi, maneat suspensus ab executione Ordinum, & ab omni promotione ad officia omnimode, quoad vsque per Generale Capitulum fuerit aliud determinatum, fo. 22[illegible] tract. 5. Et ffo. 240. tract. 6. E

Statutum generale. In dicto Capitulo Generali celebrato in Conuentu Montis Lucij; vbi fuit electus 13. Vicarius Generalis, ordinatum est, quod Fratres Laici, qui ad Clericatum, seu ad Sacros Ordines, contra generale Statutum promoti fuerint, vel in posterum promotionem procurare directe, vel indirecte præsumpserint, ad vlteriores gradus, vel ordines nulla ratione promoueantur: Et ab officijs Prælationis, Præsidentiæ, vel Confessionis extiterint, sint in ipso facto priuati, ffo. 224. tract. 2.

Quæstio. Demum circa præfatos Fratres Laicos occurrit dubium scitu dignum, scilicet,

A ceet, vtrum Laici Ordinis nostri Minorum apostatantes ab Ordine, ac in huiusmodi Apostasia ad Sacros Ordines promoti, cum ad ordinem reducuntur, vel redeunt sua sponte, permitti debeant Tonsuram, vt alij Fratres Clerici, ferre? ¶Et saluo meliori iudicio respondetur, quod non, propter plures rationes in auctoritatibus Iuris fundatas. ¶Primo, quia inobediens, & rebellis, non debet esse potioris conditionis, quam obediens; per tex. in c. contingit, de dolo, & contum. Cum ergo prædicti sint manifesti inobedientes, eorum conditio non debet esse potior, quam aliorum obedientium, & quietorum. Ad quod facit tex. in c. Cum qui, de præbendis, lib. 6. Nam dicit ibi Papa, quod non decet, vt stultus, melioris, quam peritus, conditionis existat: Vel quod inuasor, eo qui iuste B ingreditur, priuilegio potiori gaudeat. Cum igitur stultitia prædictorum, & præsumptio maxima, secundum iudicium hominum manifestissime constet, quod præcipua caussa sit ad ostendendum huiusmodi signum tonsuræ clericalis, & quod sic inuadendo, vel vsurpando alienum, scilicet voluntatem propriã de manu Prælati, reportarent commodum, & honorem; quod absurdum, & scandalosum alijs pie viuentibus videretur, claret non esse istud permittendum.

Responsio.

¶ Item, peccata suos debent tenere auctores; vt in c. Quæsiuit, de his quæ fiunt a maiori parte Capituli. Cum ergo isti fuerint perpetratores delicti, decet, vt ipsi pœnam debeant sustinere; quod fit, eorum conatui non condescendendo, sed resistendo. Igitur, &c. ¶Præterea, in quo quis deliquit, in eo debet puniri; C vt habetur in c. fi. de temporib. ord. lib. 6. vbi Episcopo ordinanti aliquas conditiones personarum imponitur pœna, quod per annum a collatione ordinum maneat suspensus, vt in quo peccauit, puniatur. Sed cum huiusmodi Fratres contra prohibitionem, non solum Ordinis, sed etiam Summi Pontificis, attentauerint Sacros suscipere Ordines, iustum est, vt modo supradicto, vltra alias pœnas, puniantur. Constitutiones enim Ordinis, cum Auctoritate Papæ sint factæ, tamquam ab ipso editæ, sunt reputandæ: quia vt iurisconsultus, ff. de veteri Iure enucleando, dicit: Omnia nostra facimus, quibus auctoritatem impartimur. Igitur, &c. ¶Amplius, ex delicto, non debet quis facere conditionem suam meliorem, vt in l. 3. ff. de don. inter vir. & vxo. Si ergo prædicti delinquentes, in hoc tolerarentur, sequeretur, quod boni Religiosi (saltem secundum iu-D dicium hominum) inferiores prædictis iudicarentur; & contra dictum Sapientis, peccatores in malitia sua fouerentur, quod omnibus sanæ mentis abominabile videtur. Et præsertim, quia cum delictum istorum sit valde qualificatum, non decet, vt aliquo, modo tolerentur, cum tex. in c. Si vere, de sententia excõmunicationis, dicat, quod vere pœnitentes, ex pœnitentia non debent damnum reportare, & peccatores commodum ex contumacia. Igitur, &c. ¶ Vlterius, quod huiusmodi apostatæ, præfato signo Tonsuræ debeant priuari, probatur per glo. expressam in c. Degradatio, de pœn. lib. 6. Dicit namq; ibi tex. quod Clericus degradandus, debet exui vestibus sacris, & auferri ab eo omnia per Epi-E scopum, quæ in sua ordinatione collata fuerant, vsque ad primam vestem datã in collatione Tonsuræ. Et subiungit, quod debet radi caput ipsius, seu tonderi, ne Tonsuræ, aut Clericatus vestigium remaneat in eodem. Super quo verbo, scilicet, in eodem, dicit glo. Ita faciunt Monachi apostatæ, faciunt enim se in totum tondere, ne appareant vestigia Monachatus. Hæc glo. Vnde colligitur, quod in potestate Prælatorum est prædictam pœnam imponere propter apostasiam; Et nedum istis, sed etiam quibuscumq; ab Ordine apostatantibus. ¶Ad idem facit dictum Richardi iv. sen. d. 24. art. 2. q. 1. vbi arguendo, an Clerici, per quos in Ecclesia scandalum generatur, debeant portare Tonsuram: in decisione dicit, quod sunt compellẽdi portare illam: nisi forte tale facinus commiserint, pro quo debeant priuari clericali Priuilegio, s. delationis Tonsuræ. Cum ergo

præfati

præfati commiserint tale delictum, quod citra hęresim, in Ordine pro maiori reputatur, sequitur, quod nullo modo tales debent tolerari in hoc prætextu ordinum, sic susceptorum. ¶Insuper ad corroborationem omnium prædictorum facit, quod Petrus de Palude dicit, scilicet, quod pœna text. c. Vnici, de Bigamis, lib. 6. qui, vltra alias pœnas, sub anathemate prohibet illis deferre tonsuram: comprehendit etiam alios irregulares; qui non debent Tonsurari sub pœna prædicta. Refert hæc Florentinus, 3. p. tit. 14. c. 16. §. 6. ante medium. Sequitur ergo, quod cum prædicti sint, secundum iura, irregulares manifesti: ita quod solus Papa potest cum eis dispensare, vt in susceptis ministrent, vel ad vlteriora ascendant, vt in c. fi. de bigamis: & vltra huiusmodi pœnam, per Constitutiones Ordinis, sint incapaces, ac suspensi, & inhabiles: nullo modo in delatione Tonsuræ tales apostatæ possunt, aut debent tolerari. ¶Sed vtrum huiusmodi Fratres teneantur ad Diuinum Officium persoluendum, vt alij Clerici; ex quo ad Clericatum (licet de facto) sunt promoti? Apparet quod non: præsertim si sunt ignorantes: quia secundum iura, impossibilium nulla est obligatio. Et quia auctoritate Apostolica sic determinatum est; vt patet, supra, §. quarto. A B

LEGATA.



1 SIXTVS IV. concessit, quod Prælati Fratrum Minor. Obseru. possint commutare legata facta locis eiusdem Ordinis ad vnum vsum in alium: sine scandalo tamen illorum, ad quos solutio talium legatorum pertinet, o fo. 62. Et ffo. 66. conces. 95. Et fffo. 95. conc. 317. C

Coll. Bar. Vide circa huiusmodi materiam, aliqua in dictionibus Commutare: & Eleemosyna, §. 2. & Hæredes, & hæreditas, §. 2. Et attende ad illa, quæ ponuntur ibidem post omnes Concessiones.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

VM supra, in prima parte, in verbo Hæreditas, aliquas attulerim Decisiones pro hæreditatibus suscipiendis, vel non suscipiendis a Fratribus; nunc e[illegible] alias ad hanc legatorum materiam spectantes apponere censui, ex his, quæ Corduba, & alij Expositores nostrę Regulæ in 6. eius cap. declarant. D

Legatorũ varietas.

Vnde est sciendum, quod si al[illegible]qua particularia legata fuerint Fratribus Minoribus relicta, potęrunt vtiq; illa, si indigeant (vt omnes Expositores aiunt) acceptare. Verum, quia quandoq; Fratribus, poterit forte legari pecunia, quandoq; immobilia, quandoq; alia, quæ vsu consu[illegible]tur, & quandoq; aliquid annuum, de singulis ponam Decisionem (breuiter tam[illegible] particularem.

Pecunia legata potest acceptari a Fratribus.

Quando ergo pecunia legat[illegible] licet tale videatur non valere legatum; cum in Regu. sit expressum, vt Fratres nullo [illegible]do per se, neq; per interpositam personam, denarios, vel pecuniam recipiant: Nicolaus tamen III. in Decret. Exijt §. Ceterum, talia valere legata declarauit; modo per amicos spirituales in Fratrum necessitates conuertantur; prout in eleemosynis pecuniarijs, quę a viuentibus largiuntur, fieri potest: Et quod sint in quantitate moderata, & non in fraudem paupertatis; vt dixit Clem. V, in Clem. Exiui: E

Quantitas moderata Eleemosynæ qualis.

Quam moderatam quantitatem, ipsa pręsens, vel imminens necessitas metietur; sicut a Ministris, & Custodibus simul, & seorsum in suis administrationibus, & Custodijs cum discretione diiudicabitur, ita, vt semper in eis sancta eluceat Paupertas; vt in dicta Decretali Exijt §. Insuper nec vtensilia, dicitur: Et sic Guardianus, & Conuentus non po-

serunt

A terunt determinare, qua sit quantitas moderata, nisi supradicti Prælati.

Et licet hæredes ad ista soluenda ex officio Iudicis cogi possint, nullum tamen ius, seu ciuilis actio ipsis Fratribus acquiritur; adeo, vt nec per eos, nec eorum nomine ad illa soluenda cogi possint: sed quonam modo illa possint Fratres consequi (hæredibus negligentibus ad illa soluenda) dicemus paullo infra.

Sed si quæres, quid fiet de superfluo moderatæ quantitatis relictæ, quod superest, vltra imminentes Fratrum necessitates? Respondet Bart. in Minor. lib. 2. d. 1. cap. 3. quod Fratres tale residuum, nec petere, nec exigere possunt donec noua emerserit necessitas (intellige, scilicet, infra modicum tempus; vt Bald. in cons. 22. expresse dicit) quo casu, eleemo B synaliter tantum, & non aliter illud residuum petant. Superflui pecuniæ legatæ an possit recipi.

C Sed si aliquod legatum fuerit eis relictum ad certam caussam; vtputa pro induendis Fratribus; & huiusmodi; & ad hoc non fuerit necessaria tota pecunia relicta; dicit Barto. in d. lib. 2. d. 3. c. 2 quod hoc in Legatis non reperitur expressum, sicut in Eleemosyna oblata inter viuos. Vbi si quid de ipsa pecunia habita, expleta determinata necessitate, superest, non potest in aliam necessitatem expendi, nisi pecuniæ dominus consentiat, alias ei restituetur; vt dicitur in d. cap. Exijt. §. quia vero puritatem. Ex quo videtur etiam dicendum, quod residuum legati remanere debeat apud hæredem, si rogatus a Fratribus, consentire noluerit, quod in aliam necessitatem expendatur. Attamen contrarium est veritas, nam licet ille, qui pecuniam dedit, possit illam, dum viuit, reuocare, & repetere, quoad expensa non est: hoc tamen hæredibus non permittitur. Vt l. C 5. ff. de seru. export. Et hoc etiam videtur declarari in dicta decretal. Exijt. §. In eo vero casu. Quare concludit Bartol. quod, si caussa, propter quam legata est pecunia, sit finita, residuum expendetur in aliam necessitatem præsentem, vel imminentem. Quem sequitur Bald. ibidem Anchar. in dicta Clement. Exiui. Et Serena conscient. quæst. 18. non enim debet hoc accrescere hæredi, sed pro defuncti anima, in aliam Fratrum necessitatem conuerti debet; vt de vsufruct. legat. l. legatum, & ff. de oper. publ. l. finali.

Et idem dicendum est, quando legatum est relictum pro aliqua determinata caussa, seu necessitate, quæ licet tunc non adsit, in aliam tamen commutabitur caussam, seu necessitatem, per prædicta iura. Quod si res legata sit mobilis, & in propria specie ab D ipsis Fratribus vtibilis, vt est frumentum, oleum, lana, & huiusmodi, licite a Fratribus poterit (si ea indigeant) acceptari, sicut quæcumque alia non pecuniaria eleemosyna, quæ a Fratribus mendicatur, seu liberaliter offertur.

Si vero quæ Fratribus legantur, res immobiles sunt; vt domus, Ager, vinea &c. si in legando, testator modum congruum expresserit; vt scilicet per personas distrahantur, & earum pecunia in ædificijs, & alijs necessitatibus Fratrum conuertatur: tunc bene poterunt huiusmodi legata Fratres accepta re eo modo quo & pecuniaria legata. Legata immobilium.

Idem dicendum est, vbi indifferenter, sine vlla expressione alicuius modi, seu caussa huiusmodi legata ipsis fuerint Fratribus relicta: tunc enim modo congruo, & Fratribus licito relicta intelliguntur; vt habetur in Decretali Exijs. §. Ad hæc. Quod si modus incongruus a Testatore fuerit expressus. Dicit Nicol. 3. per hæc Verba, in eatitu. E Exijt. §. Ad hæc. Quod si testator, modum exprimat in legando, secundum quem Fratribus, eorum inspecta conditione, non liceret recipere: Vt si legaret Fratribus vineam, vel agrum ad excolendum, domum ad locandum, vel similia verba in simili bus proferret; quod tunc a tali legato, & eius receptione per omnem modum Fratres abstineant. hæc Nic. Ita quod nedum talia legata Fratres recipere poterunt, verum etiam (vt annotauit Bartol. in Minoric. lib. 2. d. 2. cap. 1.) non poterunt æstimationem recipere: nam modus vnus recipiendi Legatum, est, æstimationem recipere: vt. l. si domus, §. qui confitetur. ff. de leg. primo & l. non dubium. §. fin. ff. de leg. 3. Legata sine modo, licite ligantur cũ modo. Legata modo incongruo, non licet Fratribus acceptare. Concordat Bal. i auth. ingressi, & Petr Anch. in d Clem. & Serena cõsc. q. 22.

Sed est aduertendũ, quod quando huiusmodi incongruitas non prouenit ratione status &

& conditionis Fratrum generaliter (vt erat illud de Vinea ad excolendum, &c.) sed potius, alicuius Fratris particularis, (puta si Laico essent legati libri, Missale, vel simile) tunc, secundum Iura, omnis subuincitur de Legatis impossibilitas. Vt l. obtinuit. de condit.& demonst.& C. de Institut.& Substit.l. reprehendenda, & debet transmutari in alium modum possibilem, l.legati.ff.de vsufruct.legat. Vnde, exempli gratia, si legatur Fratribus Minoribus vinea ad excolendum, vel tanta pecunia, vt ex ea emant paramenta, vel alia superflua, pro seruitio Ecclesiæ, & cetera huiusmodi: tale Legatum nullo modo valet, quia hæc superflua habere, statui Fratrum Minorum, & Regula repugnat. Si vero aliqua pecuniæ quantitas legatur pro aliquibus rebus licitis, quibus tamen Fratres non egent, tenet Legatum: non enim expressit Testator modum illicitum, ex ipsa Regula, sed ex eo tantum illicitus est, quia prædictis rebus Fratres non indigent. Quo casu, secundum Iura allegata, tollitur impossibilitas a Legato, & commutatur in alias Fratrum necessitates. A B

Et idem dicendum esse aliqui tenent, cum aliquod relinquitur Fratribus ædificium, seu fundus pro loco, seu Conuentu construendo ipsis Fratribus, licet enim Fratres non indigeant loco, quia iam habent: hic tamen talis modus impossibilis, in aliam mutabitur caussam Fratribus necessariam; vt memoria, & salus animæ defuncti seruetur, l. Legatum ff. de vsufruct.leg. Non enim hic modus expressus in Legato continet impossibilitatem, ratione status, & Regul. Fratrum Minor. cum possint Fratres habere loca; Sed impossibilitatem habet aliunde, ex eo, scilicet, quia Fratres habent locum, & non indigent alio: & ideo in aliam commutabitur necessitatem ipsorum Fratrum.

Impossibilitas Legatorum, quando commutari potest.

Sed dices, per quem fiet hæc transmutatio in aliam necessariam caussam? Dico, quod fiet de consensu vtriusque partis, hæredis scilicet, & Prouincialis, seu Custodis: Vt Bar. in Minor.lib.2.d.2.c.3.dicit, per dictam l. Legatum.ff.de vsufruct.legat. Vbi enim, aliquod adest impedimentum iuris, vt illud, quod Testator iussit, de iure fieri non possit; vel facti, vt est in casu, quia Fratres non indigent Monasterio, seu loco, sufficit mutuus vtriusque partis consensus: secus autem, si licite fieri de iure, & de facto posset id, quod Testator iussit; quia tunc in aliam non posset necessariam caussam fieri transmutatio, sine permissione Summi Pontificis, seu Principis, vt dixit Bart. ibidem per l. p.& l. Legatum, in principio. de administr.rer.ad Ciuit.pertin. & per cap. p. de relig. dom. Quod si discordes erunt, Iudex erit medius, cuius auctoritati est standum: Qui Iudex magis eius voluntati fauebit, cui relictum est Legatum, quam eius a quo est præstandum, vt dicta.l. Legatum.§. si vero plures, & hoc intelligo, non vt Minister habeat hæredem in Iudicium prouocare, sed quando hæres forte ab alio, Episcopo scilicet, vel Syndico in Iudicium [illegible]tur, poterit tunc Minister, seu Custos suam Iudici voluntatem declarare. C D

Transmutatio vnius in aliam necessitatem a quo fiet.

Si vero aliquid annuum, seu aliqui redditus Fratribus relinquantur, quia redditus inter immobilia computantur, Vt l. C. de sacr. Eccles. scilicet Iubemus, & Clementina Exiui.§. Annui redditus proinde, sicut diximus de immobilibus legatis Fratribus, absque aliquo modo particulari quod possint illa vendi, & in eorum necessitates præsentes, vel imminentes conuerti, per Decre. Exijt.§. Adhæc; Sic, & hoc annuum, seu huiusmodi redditus in Fratrum necessita[illegible]s vendi poterunt, si absque modo illicito Fratribus relinquantur, Legatum enim [illegible]nuum, seu redditus Fratribus non interdicitur, per Clem. Exiui.§. Annui redditus, ra[t]ione rei legatæ, sed ratione modi a Testatore expressi; vtputa, quod annuatim Fratribus persoluatur: hic enim modus expressus, Regulæ, & conditioni Fratrum Minorum repugnat: Ideo nec Legatum, nec eius æstimationem petere aliquando poterunt. Si vero talis redditus simpliciter Fratribus legetur, absque eo modo, quod annuatim soluatur; solum tunc videtur illud ius percipiendi Fratribus relictum; quod vendi potest, & in Fratrum necessitates præsentes, vel imminentes conuerti. Et hæc est Bart.sent.quam sequitur Anch.in d.Clem.Exiui. E

Legata annui redditus an possint accepٍtari a Fratribus.

Idemq; dicendum est per omnia (secundum prædictos) si relinquatur aliquid perpetuum,

A *tuum, diurnum, vel per aliquas diuisiones temporum, vt de triennio in triennium, & similibus, vt. ff. de transact. l. cum hi, § si cui, & ff. de Aliment. & ciba. legat. l. libertis quos: si enim perpetuum erit Legatum, vt singulis diebus, seu annis, vel per aliquas diuisiones temporum perpetuò soluatur; e nostra Regula professione prohibitum Fratribus comprobatur.*

Legatū perpetuum interdicitur Fratribus.

Si vero aliquid annuum, non perpetuum, sed vsque ad certum tempus, Fratribus fuerit legatum: licet propter limitationem temporis, non videatur quid annuum esse legatum, sed vnum tantum legatum dilatum ad tantum tempus, quod idem est, quod vna in plures diuisa solutiones præstatio; Idem tamen Bart. vbi supra, asserit, ab huiusmodi Legato debere Fratres penitus abstinere: quia hoc eorum statui, & mendicitati repugnat,
B *non enim viuerent simpliciter in spe Dei, ob certam spem, quam in illo sibi facto Legatò, ad tantum tempus haberent. Quem sequitur Seren. Consc. q. 19. Federicus autem de Senis, quem sequuntur Bart. & Anchar. & Zambarel. cons. 22. & Corduba. q. 11. in exposit. 6. cap. Reg. dicit tale Legatum valere, eiusdemq; Fratres esse capaces, si ad modicum tempus sit factum; quia potius summa quædam dilata censetur legata, quam aliquid annuum. Nec per hoc videtur mendicitas tolli, sed aliquo modò subleuari. Secus autem si ad longum tempus fieret Legatum, quia sic inter immobilia computaretur, & Fratres eam non possent recipere.*

Legata ad modicum tēpus qualia sint.

Modicum autem tempus, prædicti omnes esse putant, si infra decem annos, & non vltra fiat Legatum. Vnde si quid Fratribus per decem annos singulis infra dictum tempus
C *præstandum Fratribus legaretur, valere, & licite a Fratribus recipi posse, tenent. Quod ego intelligerem, si illud præstandum singulis annis illis, fuerit quid minimum: quia si esset, ita magnum, quod posset per illud decennium Fratrum necessitatibus prouideri, tunc per illud præfinitum tempus non viuerent simpliciter in spe Dei, propter spem illā, quam in illo Legato haberent, & sic repugnaret eorum statui.*

Anniuersaria defunctorum an sint nobis licita.

Annuū indirecte Fratribus relictum.

Ex quibus colliges, quid tenendum sit de Anniuersarijs defunctorum. si enim certa eleemosyna pro dicendis Missis annuatim præstanda relinquitur in perpetuum, vel longum tempus, non valet; nec eam Fratres licite accipere poterunt: Si autem ad breue tempus, & quid exiguum fuerit, nullo videtur iure prohiberi: licet nostra Capuccinorum Congregatio hactenus hæc non admiserit. Et idem per omnia dicendum est, si aliquid annuum indirecte Fratribus relinquatur: Vt puta, quia grauatur hæres, vt quot-
D. *annis Fratres talis loci vestiat, vel aliquid aliud annuum ipsis soluat: Hoc enim nullo modo licet Fratribus recipere; nisi quid exiguum sit, & ad breue tempus relictum: quia alias in fraudem factum esse censetur, vt ff. de donat. l. quod conditiones, & annotauit Bart. in d. lib. 2. d. 6. cap. 4. & ser. consc. q. 19.*

Legata pro rebus Ecclesiæ an liceant?

Federicus tamen prædictus cons. 22. & alij in locis præallegatis, quos & Cord. & Zambarella in d. Clem. Exiui, & Seren. consc. q. 20. sequuntur, volunt, quod si quid annuum perpetuum ad Diuinum cultum sit relictum, vt puta, quod hæres quotannis soluat vinum pro Sacristia, farinam pro hostijs, oleum pro lampadibus, candelas, &c. licite a Fratribus recipi posse, etiam quod in perpetuum sit: quia per tale Legatum non tollitur mendicitas Fratrum, nec eorum prouidetur necessitatibus, sed Ecclesiæ; & hæc, vt non ciuiliter, sed humiliter, & eleemosynaliter recipiantur: quia hi annui redditus, sunt &
E *inter immobilia computantur, vt iam ex dictis patet, & Monasteria Capuccinorum Sancti Francisci, & eorum, qui Minorum de Obseruantia vocantur, immobilia ex Conc. Trid. Sess. 25. cap. tertio habere non possunt.*

Bona immobilia Capuccinis, & Obseruan. prohibita.

Legata ista p quos expendantur in Fratrum necessit.

Sed quis talia legata, Fratribus relicta, quæ licite ab ipsis poterunt acceptari, in eorum expendet necessitates? est sciendum, quod cum Fratres (vt toties est dictum) nullum ius habeant in rebus sibi relictis, & dominium apud hæredes remaneat, donec per eos soluantur, hæredes ipsi, vel testamentorum executores, facient. Vt in cap. Exiji, §. Adhæc. & Bart. & alij Doctores tenent. Quod si prædicti ad hæc fuerint negligentes, poterunt Episcopi, ratione generali, quam habent in relictis ad pias caussas, Et Iudices se-

culares

culares ex mero officio suo procurare, haredis mora pracedente, vt in Auth. de Eccles. tit. §. si quis autem. vt talia legata soluantur, & Testatoris voluntas adimpleatur. Immo, vt dicit Bart. lib. 2. d. 7. c. 3. ipsa Ciuitas, seu Syndicus hoc facere potest: quoniam, quando aliquid pauperibus, pro eorum necessitatibus relinquitur, toti videtur Ciuitati relictum, cuius interest, vt pauperibus alimenta non deficiant. Vt l. Ciuitatibus. ff. de leg. 1. & l. in Priuilegio, C. de sacr sanct. Eccl. habetur; Sed quis pauperior Fratribus? Sed quomodo hoc possit etiam fieri per Syndicum, dicetur infra, in verbo Syndicus. Sed semper cauere debent Fratres, ne hac petentibus assistant; vt in Clem. Exiui. §. Amplius neque directe, vel indirecte talem haredum compulsionem, ciuiliter, seu cum rigore procurare, sed bene dulciter, & humiliter ipsis nolentibus, Episcopo, vel pradictis alijs, defuncti, & propriam iniuriam, extra Iudicium patefacere; vt ipsi, prout eis placuerit, ad talium Legatorum executionem procedant; vt tenent S. Bonauent. & omnes alij expositores nostra Regula. & hac pro nunc sufficiant, pro huiusmodi Legatorum materia: si quis autem fusius eam voluerit videre, legat Cordub. aliasque Regula exposit. in 6. c. Reg. & Bart. in Mineric. &c. & quod nos etiam diximus supra in verbo Haredes, & hareditas. A B

An possint habere possessiones, & Reddit' vitalitios. *Numquid autem Fratres, & Moniales possint habere possessiones, et annuos redditus; & an licite possint habere redditus Vitalitios, quos sibi parentes, vel consanguinei assignant pro eorum necessitatibus dicemus infra in verbo Paupertas.*

LICENTIARE FRATRES, VEL MONIALES. C

Collector.

VALITER Fratres Min. Obseru. possint, & debeant licentiari a Prælatis Ordinis, vel a Sede Apostolica; vt licite valeant transire ad alium Ordinem; vel ad Conuentuales eiusdem Ordinis: habetur supra in dictione Apostatæ in omnibus. §. vbi in margine est hęc dictio Licentia, seu Licentiare. Et in dictione Conuentuales Fratres. §. 1. Et in dictione Exempti Fratres, præsertim in tribus, §. vltimis. ¶Sed quomodo Moniales Sanctæ Claræ possint licentiari, vt ad alia Monasteria eiusdē Ordinis valeant transire, seu alias; habetur in dictione Clausura Monialium.

Ex iure cōmuni. INNOCENTIVS III. statuit, quod, licet quibusdam Monachis, seu Religiosis a Sede Apostolica sit indultum, ne, postquam aliquis professus fuerit apud eos, ad alium locum possit, ipsis inuitis, arctioris etiam Religionis obtentu, transire, vt vnusquisq; secundum Apostolum in ea vocatione permaneat, in qua dignoscitur esse vocatus: quia tamen vbi spiritus Dei est, ibi libertas; & quæ spiritu Dei aguntur non sunt sub lege, quia lex non est imposita iusto, ea ratione videtur hoc illis fuisse concessum, ne quis ex temeritate, vel leuitate, in iacturam, vel iniuriam sui Ordinis, sub prætextu maioris Religionis ad alium Ordinem transuolaret; sicut frequenter constat a multis esse præsumptum, non quidem, vt ei transeundi licentia denegetur, qui eam cum humilitate, ac puritate duxerit postulandam, vt non ficte, sed vere, ad frugem melioris vitæ, valeat transmigrare. Talis ergo, postquam a Prælato suo transeundi licentiam postulauerit, ex lege priuata (quæ publicę legi pręiudicat) absolutus, libere potest sanctioris vitæ propositum adimplere: non obstante proterua indiscreti contradictione Prælati: quia Priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. Cum etiam, Romanus Pontifex, qui supremam in Ecclesia obtinet potestatem, Archiepiscopis, & Episcopis, cedendi licentiam, ex iusta caussa petentibus, sine difficultate concedat. Quo circa (ait præfatus Innocentius) nouerint vniuersi, quibus huiusmodi Priuilegium est con- D E

A concessum, se ad concedendum licentiam transeundi taliter postulantibus, de iure teneri. Quia, sicut subditus a Prælato cum humilitate, & puritate debet transeundi licentiam postulare, ne bonum obedientiæ contemnere videatur, sic profectò Prælatus, subdito, sine difficultate, & prauitate qualibet, debet trãseundi licentiam indulgere, ne videatur propositum impedire diuinitus inspiratum. Si vero probabiliter dubitetur, vtrum quis velit ad Ordinem arctiorem, aut laxiorem, ex charitate, an ex temeritate transire, Superioris est iudicium requirendum; ne forte Angelus Sathanæ in lucis Angelum se transformet. Habetur in c. Licet quibusdam, extra de Regularibus. *Nota.*

B Leo X. statuit, quod nullus Frater reformatus possit, per quemcumq; Prælatum Ordinis, etiam Ministrum generalem mitti ad morandum ad aliquem Conuentum non reformatum, aut pro reformato non habitum. Excepto quod, si Capitulis Prouincialibus videretur minus malum aliquem Fratrem licentiare ad nondum reformatos, quam ipsum cum reformatis detinere: in tali casu possint Prælati mittere Fratrem, seu Fratres reformatos ad nondum reformatos. Inhibuitque sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, omnibus, & singulis Conuentualium, secundum Priuilegia viuentium, Prælatis, ac Fratribus, ne aliquem ex præfatis reformatis, nisi modo prædicto recipere audeant. Similiter & dictis Fratribus reformatis (sub eadem pœna) ne ab obedientia suorum Ministrorum vllatenus, quam modo prædicto, recedant, B. ffo. 30. conc. 100. *2 Reformatio. Conuẽtuales Fratres. Excommunicatio.*

C

LOCA FRATRVM.

QVALITER Fratres Mino. possint recipere loca eis oblata pro sua habitatione, vide supra in dictione Ædificare, §. 4. & 9. vsque ad 12. ac 7. & 18. & 20. *Collector.*

Et qualiter huiusmodi loca possint deserere, vide etiam vbi supra, eadem dictione, §. 7. & 13. & 14. ¶ De immunitate vero locorum, seu Domorum Fratrum, ac de pœna inflicta contra facientes in eis aliquam violentiam, habetur supra in dictione Ecclesiæ Fratrũ, §. 3. ¶ De dignitate autem locorum, quæ Fratres Min. Obser. inter Conuentuales habere debent, ponitur in dictione Processionis, §. 3. & 4. & 5.

D

MAGISTER.

MARTINVS V. prohibuit, vt nullus Frater Min. possit recipere gradum Magisterij: nisi perfecerit cursum sibi præfixum per constitutiones Apostolicas, & Ordinis; ac nisi alias idoneus fuerit, b. ffo. 35. conc. 40. *1 Gradus Scholastici*

De hoc multa alia posita sunt supra, in dictione Gradus Scholastici, per totam. *Collector.*

Leo X. in Bulla Concordiæ statuit, quod Fratres Min. Conuentuales eligant vnum Fratrem super se ipsos, qui Magister generalis Fratrum Conuentualium in perpetuum appellari debeat, B. ffo. 32. conc. 105. *2 Electio.*

Idem Leo statuit, quod in singulis Prouincijs deputati ad regimen Fratrum Mino. Conuentualium, vocentur Magistri prouinciales Fratrum Conuentualium. Et quod huiusmodi Magistri a Ministris prouincialibus Regularis Obseruantiæ confirmationem electionum de eis pro tempore factarum petere tenean- *3 Electio. Hoc nõ est in vsu.*

Vide in verbo Conuentuales. teneantur, eo modo, quo Vicarij prouinciales olim de Familia, seu de Obseruantia nuncupati, antea a Ministris prouincialibus Fratrum Conuentualium petere tenebantur, B.ffo.32. conc.106. A

Electio. Idem Leo reuocauit, cassauit, & annullauit, ac viribus penitus, & omnino carere decreuit electionem primi Magistri generalis Fratrum Mino. Conuentualium, quam sub nomine Ministri Generalis fecerant Fratres Conuentuales ac nullam fuisse declarauit: sed eam pro electione Canonica Magistri generalis confirmauit, & approbauit, ac si facta fuisset sub nomine Magistri Generalis Conuentualium, B.ffo.32.conc,116.

CAPVCCINI ANNOTATIO. B

In.§.3. Hæc const. non est in Bull. sed ponitur in ocularia seu manipulo. Fratru Mi. fo.331. *NOTA, quod libros, seu quinterna asportare extra Librariam Monasteriorum Sancti Francisci de Obseruantia ad alia loca, adest excommunicatio ipso facto incurrenda: & quod Guardiani debent facere librorum Inuentarium; vt apparet in Breui a Pio V. emanato in ann.1568. & a Sixto V. confirmato in ann.1589.*

MENDICARE.

Pro Fratribus Pradic. & Minor. ALEXANDER IV. declarauit, quod Mendicitas Fratrum Minorum, & Prædicatorum est meritoria. Et quod prædicti Fratres tam ab ijs, quibus prædicant, quam ab alijs possunt petere, & recipere eleemosynas. Ac, quod illi possunt, huiusmodi eleemosynas eisdem Fratribus salubriter elargiri, b.ffo.26. conc.15. C

Collector. De hac materia vide supra in dictione Eleemosyna, §.4.& 5.ac 7. Et infra in dictione Paupertas.

MINISTRI.

Distinctio Priuilegiorum attinentium ad Ministros.

Collector. CONTENTA in Priuilegijs, respectu Ministrorum, sic distinguuntur. Primo enim sunt ibi aliqua, quæ particulariter pertinent ad Ministrum generalem. Et hæc habentur in dictione Generalis Ordinis. ¶ Secundo reperiuntur aliqua, quæ attinent ad Ministros Prouinciales, vel in particulari; aut in quibus est eis communis auctoritas cum Generali. Et hæc subdistinguuntur. Nam quædam concernunt electionem, aut institutionem huiusmodi Ministrorum. Et ista habentur in dictione Electio, §. 4. & 8. Et in dictione Confirmatio Prælatorum, §.2. Alia spectant ad auctoritatem eorumdem, circa collationes officiorum prædicationis, & confessionis, & circa absolutiones, & declarationes: Et hæc continentur infra, §.1.& 2.& 4.& 5. & in reliquis sequentibus, vsq; ad 11. Alia respiciunt eorumdem Ministrorum facultatem, ad conferendas nonnullas indulgentias. Et ista habentur in §.3. & 12. ¶ Vltimo reperitur aliquid pertinens ad huiusmodi Ministrorum durationem. Hoc autem ponitur in §.13. D E

Prædicatio. CLEMENS IV. concessit, vt singuli Prouinciales Ministri in suis Prouincijs, cum Diffinitoribus in prouincialibus Capitulis congregati, habeant plenam auctoritatem, & facultatem examinandi, & approbandi Fratres Minorum in Sacra pagina eruditos, & eis officium prædicationis (Deum habendo præ oculis) committendi: sicut ex forma Regulæ poterat solus Minister Generalis, B.ffo.56. Et ffo.139.conc.311.

Idem

A Idem Clemens, circa absolutiones Fratrum, concessit multa Ministris; prout late habetur supra in dictione Absolutio ordinaria, quoad Fratres, §. secundo, & quarto, & sexto, & nono, ac decimo. 2 *Absolutio.*

VRBANVS V. concessit, quod Ministri Prouinciales de suis Prouincijs possint dare suffragia Indulgentiarum, & Orationum, ac beneficiorum spiritualium Procuratoribus, & alijs quibuscumq; personis deuotis, & benefactoribus prædicti Ordinis, b.ffo.161.conc.671.Et ffo.109.conc.454. 3 *Indulgent.*

SIXTVS IV. concessit Generali, & Prouincialibus Ministris Fratrum Mino. auctoritatem copiosam dispensandi cum suis subditis, defectum natalium patientibus, & cum Irregularibus: prout positum est ad longum, supra, in di-B ctione Dispensatio, in §. 10. & 12. 4 *Dispēsatio*

Idem Sixtus concessit Prouincialibus Carmelitarum, vt in suis Capitulis possint instituere Fratres suos Confessores; prout habetur supra, in dictione Confessiones, & Confessores, §.3. 5 *Confessores.*

INNOCENTIVS VIII. concessit, quod Generalis, & Prouinciales Ministri possint dispensare cum Fratribus suis, vt ad Sacerdotium promoueantur in 22. anno completo. Hoc est cum attingentibus 23. annum, o.fo.63. Et ffo.69. conc.158. Et ffo.99.conc.356. 6 *Dispēsatio Sacerdotij.*

ALEXANDER VI quoad reseruationem casuum, & absolutionem a quibuscumq; delictis, & censuris, dedit magnam auctoritatem Ministris Genera-C libus, & Prouincialibus; prout supra positum est, in dictione Absolutio ordinaria, quoad Fratres, §. 17. Et ibidem, §.15. & 16. 7 *Casus reseruati.*

IVLIVS II. concessit, vt Prouinciales Fratrum Minorum habeant eamdem potestatem, seu facultatem, circa Moniales Sanctæ Claræ, eorum curæ commissas, quam Vrbanus IV. in Regula prædictarum Monialium, commisit Protectoribus dicti Ordinis, B.ffo.112.conc.517. & ffo.72. conc.220. 8 *Moniales.*

Quæ autem sit huiusmodi facultas, habetur in dictione Protector, §.3.

Aduertendum est circa hanc Concessionem, quia multi abusi sunt illa, credentes, quod facultas, & potestas supradicta, collata Protectori, numquā fuerit restricta; propter quod nonnulli Prouinciales, & alij Prælati superiores dabāt licentiam aliquibus personis ad ingrediendum Monasteria prædictarum Mo-D nialium: cum tamen hoc fuerit expresse prohibitum prædicto Protectori per Martinum V. ac etiam quibuscumq; alijs Prælatis; prout dictum est supra, in dictione Ingredi Monasteria Monialium, §.10. Vide etiam ibi aliam declaratio nem circa prædicta. Vide etiam in dictione Protector Ordinis. §.5. *Collector.* *Nota.*

Leo X. fecit multas Concessiones pertinentes ad Ministros: quarum aliquæ continentur in dictione Absolutio ordinaria, quoad Fratres, §.21. & 22. 9

Idem Leo concessit Ministris, & eorum generalibus Commissarijs auctoritatem determinandi quæ dicantur res viles, aut parui valoris; vt possint dari a Fratrib. Min. intra, & extra Ordinem; prout habetur in dictione Declarare, §.1. 10 *Declarare.*

Idem Leo concessit præfatis Ministris auctoritatem determinandi in scru-E pulis subditorum suorum; vt habetur late in dictione Declarare, §.5. 11 *Declarare.*

Idem Leo concessit, quod omnes Prouinc. Obseru. acta visitatione ordinaria in Conuentibus suæ Prouinciæ, habeant facultatē concedendi Indulgētiā plenariam omnibus Fratribus cuiuslibet Couentus, sic visitati. Et idē de Monial. S. Claræ, ac Tertiarijs in Congregatione viuentibus, o.ffo.93.conc. 285. *Visitatio. Indulgent. Plenaria.*

Idem Leo statuit, quod Ministri prouinciales, vltra triennium, in suis non possint continuari officijs. Et voluit, quod triennio elapso, pro absolutis ab officio a cunctis Fratribus habeantur. Ac etiam, quod infra dictum triennium (si minus vtiles inuenti fuerint) possint in Capitulis prouincialibus ab officijs absolui, B.ffo.30.conc.97. in fine.

ANNOTATIO CORDVBÆ. A

QVOAD §. 8. vbi agitur de potestate concessa per Iulium II. nostris Prouincialibus, circa Moniales, videatur latius vbi supra in his annotationibus, &c. super titu. Ingredi, quoad quartum Notandum Collectoris, &c.

MISSA.

¶ *Distinctio Concessionum Apostolicarum, quæ Missas concernunt.*

B

Collector. ATTENDE, quod omnium, quæ in Priuilegijs habentur circa Missas, quædam pertinent ad locum celebrationis. Et hæc ponuntur hic primo. ¶ Alia spectant ad tempus, seu horam celebrandi. Et ista ponuntur. 2. loco. ¶ Nonnulla vero attinent ad modũ celebrandi. Et ista sunt multiplicia. Nam quædam sunt quoad Hymnum Angelicum. Et hæc habentur in dictione Gloria in excelsis Deo. Quædam quoad Symbolum. Et hæc habentur in dictione Credo. Quædam quoad Præfationem. Et hæc habentur in dictione Præfatio. Quædam quoad totam Missam. Et hæc habentur infra, in hac dictione Missa tertio.

MISSA PRIMO, QVOAD LOCVM. C

1 *Altare.* HONORIVS III. concessit, quod Fratres Mino. possint Missas celebrare super Altare portatili, absque licentia Prælatorum Ecclesiæ, seu Ordinariorum, B. ffo. 83. conc. 242. & 243.

2 *Reuocatio.* ALEXANDER IV. reuocauit Decretum Innocentij IV. quo prohibebatur ne Fratres Min. aut alij quicumq; Religiosi reciperent ad Diuina parochianos alienos, in diebus Dominicis, & festiuis, in suis Ecclesijs, & Oratorijs B. ffo. 102. conc. 214.

3 Idem Alexander, quia nonnulli Prælati Ecclesiastici non curabant de supradicta reuocatione per ipsum facta, dedit insuper litteras executoriales, B. ffo. 102. conc. 215. D

Collector. Per supradictas duas Prouisiones nihil nobis noui concessum est: sed Pontifex restituit nos ad ius commune.

4 CLEMENS IV. concessit, quod in locis, vbi Fratres Mino. degunt, possint habere Oratoria; in quibus cum altari portatili possint Missarum sollemnia, & alia Diuina Officia celebrare, B. fo. 56. & ffo. 140. conc. 313.

5 *Prohibitio.* Idem Clemens prohibuit ne quis in Ecclesijs Fratrum Min. Missarum sollemnia, vel pro animabus eorum, qui ad loca ipsorum tumulandi deferuntur, ibidem exequias celebrare, sine eorumdem Fratrum assensu, & voluntate, præsumat, B. fo. 58. & ffo. 141. conc. 336.

Collector. Circa hoc vide infra dispositum per Concilium Lateranense, §. 8. E

6 SIXTVS IV. concessit eisdem Fratribus Mino. vt non solum in Oratoriis, & locis, in quibus degunt, sed etiam in quouis alio loco cõgruenti, & honesto, possint super Altare portatili, Missas libere, & licite celebrare, B. fo. 59. & ffo. 143. conc. 344.

7 ALEXANDER VI. concessit, Fratres Mino. posse celebrare Missas in cameris secularium, vel in plateis: dato quod non videantur loca honesta: quia in cameris dormiunt coniugati, & in plateis fiunt multa profana. o. ffo. 70. conc. 173. & fffo. 99. conc. 371.

Leo

A Leo X. in Concilio Lateranensi statuit, quod tam Prælati Ecclesiastici, quã presbyteri sæculares, qui vinculo excommunicationis ligati non fuerint, Missas in Ecclesijs quorumlibet Fratrum, deuotionis caussa celebrare volentes, celebrare possint. Ipsiq; Fratres tales celebrare volentes, libenter recipere debeant, B.fffo.25.conc.70. 8 *Pro Clericis sæcularibus.*

Idem Leo declarauit, & statuit, omnes Christifideles vtriusque sexus, qui (non contempto proprio Sacerdote Parochiali) in Ecclesijs Fratrum Ordinũ Mendicantium Dominicis, & Festiuis diebus Missas audiunt, satisfacere præcepto Ecclesiæ de Missa audienda. Nec in aliquam labem peccati mortalis, aut pœnam propterea incurrere. In contrarium facien. non obstantibus quibuscumq; B.fffo.27.conc.90. 9 *Pro Laicis sæcularib.*

B Idem Leo præfatas suas litteras confirmauit, & ampliauit; & super eas, aduersus contradictores, Conseruatores dedit, B.fffo.47.conc.142. 10

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD §. 2. & 3. notandum, quod illa Concessiones Alex.iv. habentur etiam in 2.tract.lib.Ordinis. Et Bonif.9.fff 118. concessit Fratribus Prædicatoribus, prohibendo ne, scilicet, Prælati Ecclesiarum, aut alij quicumque eos impediant, quominus Missas, & alia Officia Diuina in Ecclesijs suis quotidie celebrare, ac oblationes in Missis ipsis, & alias ad eorum

C *Altaria prouenientes libere, & integraliter recipere, & in suos vsus, iuxta morem dicti Ordinis, conuertere possint, sub excommunicatione, ipso facto in contrarium facientes, &c.*

MISSA SECVNDO, QVOAD TEMPVS.

VGENIVS IV. concessit, quod Fratres Min. possint celebrare Missam vsque ad nonam, sine scrupulo conscientiæ, o. fffo. 102. concess.418. 1

PIVS II. concessit, quod Generalis possit dare Fratribus auctoritatem celebrandi Missas per vnam horam ante auroram, eis, quibus sibi videbitur, auctoritate Apostolica, o.fffo.97.concess.346. 2

D SIXTVS IV. concessit, quod Fratres Mino. Obser. Sacerdotes, caussa necessitatis possint ante, & post horam statutam ab Ecclesia, celebrare, o.fo.63. & ffo.67.concess.109.& fffo.96.concess.324. 3

INNOCENTIVS VIII. concessit Fratribus Ordinis Prædicatorum Congregationis Hispaniæ reformatis, quod possint celebrare Missam per horam ante diem, & per horam post meridiem, præsertim quando prædicatur in Conuẽtibus, vel sunt sollemnia Officia, o.fo.16. & ffo.76.conce.194.& fffo.101.concess.393. 4 *Particularis pro Hispania.* 5 6

Idem Innocentius concessit Fratribus Augustiniensibus, quod expleto Matutinali Officio, etiam ante lucis auroram, possint Missas celebrare, b.fffo.101. concess.399.

E LEO X. concessit Fratribus Min. Obser. vt de licentia suorum Superiorum (quorum conscientijs remittit, quomodo Fratres debeant vti hac gratia) possint celebrare illico post Matutinum, & post Meridiem, præsertim diebus, quando est de audienda Missa præceptum; quando Fratres debent ambulare, seu quando de via veniunt, & non possunt ante Meridiem applicare ad locum, vbi commode possint Missam audire, vel honeste celebrare. De æstate vero, quando noctes sunt breuiores, etiam ante matutinum chori, vel infra: dummodo celebraturus, illud per se, aut cum socio, dixerit, prout consuetum est in Ordine cum prima, o.fffo.92, concess.275.

Ista omnia Priuil. Six. Innocen. & Leonis sunt sublata a Conc. Trid. Sess. 22. de Obseru. & euitand. in celebr. miss. vt ait & Nauar. in Man. c. 25. nu 82.

¶ *Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.* A

7 ARTINVS V. concessit, quod Priores, & Fratres Ordinis Sancti Benedicti, possint ex deuotione, vel alia iusta caussa, in suis Monasterijs celebrare Missas, statim post expletum Matutinum, vel saltem per horam ante auroram, habito respectu ad Horologium.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD §.3. & 4. vt ait Sum. Ros. tit. Missa, §. 2. quod hora statuta per Ecclesiam ad celebrandum, est ab Aurora, vsque ad Nonam: Aurora autem incipit per vnam horam, & quinctam eius partem ante Solis ortum, ad nostrum hemisphęrium. Per prędictas autem Concessiones Pij 2. Sixt. 4. Innoc. 8. possumus celebrare per vnam horam ante, & post vt ibi conceditur, ex caussa rationabili, & per alias subsequentes Concessiones possumus adhuc latius, videatur ibidem in Compendio, in §§. sequentibus. B

Quoad §. 5. notandum, quod illa est optima Concessio, sine vlla limitatione, vbi concedit Innoc. 8. quod statim post Matutinum possint Fratres Augustinien. & nos etiam per communicationem eorum, celebrare. Sed & Iulius 2 ff. 4. concessit Minimis, quod possint celebrare, & facere sibi celebrari Missas, etiam per Sacerdotes saeculares, ante diē, in quocumque loco honesto, cum Altari portatili, & ibi recipere Sacramenta. C

MISSA TERTIO, QVOAD MODVM.

1 *Ex iure cōmuni.* ONORIVS III. mandauit vniuersis Ecclesiarum Prælatis, quatenus in Ecclesijs collegiatis, celebrent duas Missas collegialiter, vnam pro defunctis, & aliam secundum exigentiam diei, vt de Festo, si Festum occurrit, vel de Feria, si Feria. Habetur in cap. Cum creatura. extra de celebratione Missarum.



2 *Ex iure cōmuni. Credo. Præfatio.* INNOCENTIVS III. statuit, vt in Missis commemorationis, seu votiuis, licet dicatur propria præfatio, non tamen Hymnus Angelicus, seu Gloria in Excelsis, nec Symbolum dicantur; vt inter commemorationem, & sollemnitatem differentia ostendatur. Habetur in cap. Concilium extra de celebratione Missarum. D



3 *Ex iure cōmuni.* CONCILIVM Triburinen. statuit, quod propter Missam specialem, seu votiuam, vt de sancto Michaele, Missa de eadem die non dimittatur: nisi aliquis velit, propter reuerentiam Trinitatis, Missam illius audire. Habetur in c. Quidam laicorum, de celebratione Missarum.



4 *Gloria. Prosa.* ALEXANDER IV. concessit Fratribus Mino. vt in Missis votiuis Spiritus sancti, & Virginis Mariæ, Gloria in excelsis Deo, nec non Sequentias competentes, tam in sollemnitatibus cantare, quam dicere possint in priuatis: non obstante Statuto generali, b, ffo. 257. tract. 2.



5 *Indulgent.* Idem Alexander concessit accedentibus ad Ecclesias Fratrum Mino. caussa audiendi Missas quocumque tempore, pro qualibet vice, Indulgentiam cētum dierum, o. ffo. 108. conc. 437. E



6 *Pro domicellis.* EVGENIVS IV. concessit, quod puellæ nobiles, non audientes Missam in diebus Dominicis, excusentur, si sunt in potestate alterius, o. ffo. 102. cōc. 417.



7 *De Sanctis Ordinis. Collector.* Idem Eugenius concessit, q Fratres, qui noluerint dicere Missā de Dominica infra Octauas Sanctorum nostri Ordinis, non teneantur, o. ffo. 101. cōc. 407.

Attende, quod supradictum videtur solum habere posse locum, quando in huiusmodi Dominica poneretur historia Dominicæ.

ALE-

A ALEXANDER VI. ad remouendum scrupulum, concessit Fratribus Min. quod possint celebrare cum planellis de corio, sine calcaneo, o.ffo.70. concess. 171. & ffo.99.conces.370. hoc tamen non est de necessitate. Vnde si quis ipsa ommitteret non ex contemptu, sed quia non habet, non peccaret vt; Sum Ang. titu.Missa, nu.36. 8

Sciendum, quod tempore præfati Alexandri VI. videlicet, anno Domini 1502.celebratum est Capitulum generale Albiense; in quo facta est sequens Ordinatio, seu Declaratio, vel publicatio Concessionis per præfatum Summũ Pontificem (vt pie creditur) factæ, aut eius auctoritate. *Cellister.*

Quascumq; Missas in nostris Missalibus existentes possumus dicere: licet nõ sint Ordinarij Romani. 9 *Statutum generale.*

B Leo X. informatus, quod in Conuentibus, quos Fratres Min. Obseru.a Fratribus Conuentualibus eiusdem Ordinis (de mandato, & licentia Sedis Apostolicæ) reformandos receperunt, tot, & tanta onera, ac fundationes Missarũ, & aliorum suffragiorum comperiuntur, vt si omnibus satisfacere deberent, in multis locis Fratres non sufficerent: quinimmo opus esset, quasi vbiq; ordinarium prætermittere Officium, & alia extraordinaria celebrare, & persoluere: ac in plerisque locis prouentus, & redditus, ex quibus celebrationes Missarum, & suffragiorum huiusmodi fundatæ substiterant, sunt probati non subsistere, sed penitus alienati: necnon, & paramenta Ecclesiastica, pro quibus C etiam similis obligatio excreuerat, esse omnino consumpta, decreuit, & declarauit, prædictos Fratres, qui prouentus, & redditus, propter quos talia onera imposita sunt, non percipiunt, nec ex voto Professionis suæ percipere possunt, non fuisse obligatos, nec esse, nec in posterum, si contigerit similes reformationes in Conuentibus fieri, teneri ad similia suffragia persoluenda: dummodo tam in communibus Officijs, quæ quotidie in dictis Ecclesijs celebrantur, quam in priuatis Orationibus, & in extraordinarijs Missis, & suffragijs, quæ in dicto Ordine pro singularibus benefactoribus fieri statutum est, illorum, qui prædictos redditus, seu ornamenta reliquerunt, memoriam specialiter faciant. 10 *Pro Conuētibus nouiter reformatis.*

Et simili modo concessit, quod Moniales Sanctæ Claræ, sub cura dictorum D Fratrum viuentes, vbi similes obligationes in reformatis Monasterijs forte inuenerunt, non teneantur ad huiusmodi onera: dummodo etiam ipsæ in communibus Officijs, & Orationibus priuatis, & alijs extraordinarijs Missis, & suffragijs, pro benefactoribus per eas ordinatis, eorum memoriam faciant specialem, B.ffo.18.conc.58. *Pro Cõuentibus Monialium S. Claræ.*

Idem Leo postea informatus, quod antę reformationem aliquarum Domorum Ordinis Mino. Fratres Conuentuales in illis existentes, certa bona, ac annuos redditus cum onere celebrandi Missas, & alia Diuina Officia, & suffragia illis relicta possidebant; & quod post reformationem huiusmodi, Guardiani, & Fratres Regulares Obseru. in illis existentes, bona, ac annuos redditus huiusmodi, partim dimiserunt, & partim vendiderunt, & pretium illorum in re- E parationem dictarum Domorum, & alias necessitates Fratrum Domorum earumdem conuerterunt, ac etiam, quod in aliquibus locis Regularis Obseruan. dicti Ordinis inueniuntur aliquæ obligationes perpetuæ ad Missas continuę celebrandas; per prædecessores Prælatos prædictorum locorum antea contractas; quas, si seruare deberent Fratres præsentes, & pro tempore dicta loca inhabitantes (cum ex quotidiana mendicatione, ac laboritio viuere habeant) quotidianæ necessitatis præsidio fraudarentur: declarauit, & ordinauit, quod cum prædicti Fratres, iuxta Regulæ suæ puram, & debitam Obseruantiam, ex quotidiano laboritio, humili Mendicatione viuere habeant, non fuerunt, nec 11 *Pro Cõuentibus nouiter reformatis.* *De obligationib' perpetuis Missarum.*

sunt capaces onerum perpetuorum huiusmodi, per quæ temporis progressu libertas spiritus in Missis, & alijs Diuinis Officijs, ac in acquirendis vitæ necessarijs commoditas a Fratribus prædictis tolleretur. Quare omnes, & singulas huiusmodi obligationes perpetuas, tam per Fratres Conuentuales, quam per Fratres Obseruantes cum quibuscumq; personis contractas, cassauit, & annullauit. Et ne Christi fideles (qui pro præfatis perpetuis seruitijs sua bona sunt elargiti) suo fraudentur desiderio, omnia charitatis opera, & Diuina seruitia, quæ in toto dicto Ordine celebrantur, & fiunt, prædictis Christi fidelibus, & defunctis, per viam suffragij, quantum Diuinæ placuerit bonitati communicauit, B. ffo. 23. conc. 65. A B

12 *Prohibitio.* Idem Leo inhibuit districte Ministris Prouincialibus Fratrum Mino. Regularis Obser. ac subditis eorumdem, ne huiusmodi Missarum, aut aliorum seruitiorum onera perpetua, vllatenus de cetero acceptent, aut recipiant, B. ffo. 23. concef. 65.

13 *De Missis superstitiosis.* Idem Leo concessit, vt, quando Fratribus Mino. commendantur Missæ, quæ vulgariter appellantur de reuelatione, de Sancto Amatore, & de Consolatione, cum certis candelis, vel aliæ similes, vel quod non discontinuentur: satisfaciant Fratres prædicti dicendo illas Missas, ad quas magis dispositi fuerint: maxime de Officio, de quo illo die recitant: & ad prædictas, tali modo recommendatas, nullatenus teneantur: præcipue, cum videatur hoc quamdam superstitionem sonare, o. ffo. 93. conc. 289. C

Collector. Occasione huius Concessionis, aliqui (illam minus bene intelligentes) arbitrati sunt prædictam facultatem extendi ad quascumq; Missas eis recommendatas; vt de Epiphania, de Natiuitate, vel plagis, seu de passione, &c. quod tamen est omnino falsum, propter multa. Primo, quia expresse littera Concessionis loquitur de Missis, quæ habent aliquam superstitionem annexam, prout ibi exemplificatur. Nec obstat illud, quod additur (vel aliæ consimiles) quia refertur ad superstitiosas immediate exemplificatas. Nec adhuc pro omnibus in Concessione exemplificatis videtur tuta dispensatio præfata, seu declaratio; quia inter alias sunt multæ, nullam superstitionem habentes; vt aliquarum Festiuitatum Domini nostri, aut Dominæ nostræ, seu aliæ, quæ in Missali continentur, vt de tali Dominica, vel tali Apostolo, seu Apostolis, vel alijs Sanctis. Secundo etiam, quia a promissione, & obligatione licita, euiusmodi est de alijs Missis non superstitiosis, non potest quis (postquam obligatus est) liberari, seu dispensari, absque consensu illius, cui se obligauit, aut sine alia legitima caussa. Et ideo indubitate tenendum videtur, quod, quandocumq; aliqua Missa recommendatur, sine admistione alicuius superstitionis, debet dici, prout fuit recommendata, & acceptata, scilicet, tam respectu Officij, quam etiam loci, & temporis, & candelarum, &c. D *Nota.*

14 *De Missis pro quibus datur modica eleemosyna.* Idem Leo informatus, quod in quibusdam Regionibus pro celebratione vnius Missæ, certa pecuniæ quantitas dari consueuit in eleemosynam Fratribus Mino. tam valde parua, & tenuis, quod dicti Fratres, ob eleemosynam, quæ singulariter a pluribus elargitur, tot Missas, quot sunt largientes, pro singulis celebrare non valent, declarauit, & concessit prædictis Fratribus Obser. quod celebrando vnam Missam dumtaxat, si eleemosyna æquiualens vni Iulio, id est decimæ parti ducati, non elargitur: etiam si duas, tres, vel quattuor, aut plures Missas celebraturi essent occasione diuersarum, vel plurium eleemosynarum huiusmodi; & in dicta celebranda Missa pro omnibus, qui pro dictis Missis in eleemosynam, vsque ad summam huiusmodi, contribuunt, commemorationem in genere faciendo, in hoc conscientiarum puritati prædictorum Fratrum satisfactum sit, B. ffo. 20. conc. 62. E

Cauen-

A Cauendum est omnino, ne quis vtatur huiusmodi Concessione; quia reuera nullius est valoris; prout multi viri famosi Theologi, & Iurisperiti, super hoc consulti, responderunt. Nam vltra multa, quæ contra huiusmodi Concessioné dici possent, constat bene intuenti relationem, quod subreptitie obtenta est. Quapropter Reuerendus Pater Frater Ioannes Glapion, dum institutus esset Procurator curiç Rom. promisit procurare reuocationem, seu potius declarationem nullitatis huius Concessionis. Et credendum est, quod obtinuit: licet ad manus nostras non peruenerit *Collector. Nota.*

CLEMENS VII. concessit Fratribus Mino. Obser. quod cum aliquis petierit ab eis, vt celebrent Missam de Passione, liceat eis Missam de Cruce, vel de quinque Plagis; & loco Euangelij, Passionem secundum Ioannem dicere: Siue in fine Missę huiusmodi, passionem pręfatam dicere. Et sic censeatur satisfactum fuisse petitionibus illorum, qui petierunt celebrari Missam de passione, o. 15 *De Missa passionis.* B

Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.

EVGENIVS IV. concessit Monachis Sancti Benedicti Congregationis Hispaniæ, quod celebrans Missas tricenarii Sancti Gregorij, vel Lamberti in suis Monasterijs, satisfaciat, etiam si intra dictum tricenarium sibi occurrat, quod celebret aliquam aliam Missam, puta Maiorem, vel Matutinalé, vel alias in Conuentu, o. 16 C

Ex Priuilegijs Fratrum Sancti Hieronymi.

MARTINVS V. concessit, quod in quattuor Temporibus, vel dicbus quadragesimę, aut litanijs, sufficiat in Monasterijs Sancti Hieronymi celebrare Missam de Feria (si hoc velint) cum commemoratione Festi, quod in ipsa die celebratur: nisi eadem die sit Festum duplex, aut semiduplex. Super hoc tamen onerat conscientiam Prælati, si non est tanta multitudo Fratrum, quod possint duas Missas dicere, o. 17

D Audientibus Missas in certis Festiuitatibus, & alijs diebus, sunt concessę nónullę indulgentiæ, quę habentur in dictione Indulgentię Plenariæ, quoad Fratres, §. 19. Et in dictione Indulgentię, quoad Sæculares, in multis. §. *Collector.*

CAPVCCINI ANNOTATIO.

MNIA supradicta Priuilegia dicendi Missam, quoad modum, locum, & tempus, sunt tam per Conc. Trid. sublatas & pręcipue illa Six. IV. Innocentij, & Leon. X. in §. 5. 4. 5. & 6. in verbo Missa 2. quoad tempus. Vt aut etiam Nau. in Manuali, c. 25. nu. 82. in fin. & nu. 86. Sed celebrari debét secundú Rub. Missalis noui, iuxta Cóst. 118. Pij v. in Bul *Conc. Tri. sess. 22. de euita. & obseru. in celeb. Miss.*

E *Et inter alia, quę ibi a Sac. Conc. obseruari iubétur, est, quod Episc. nó patiantur priuatis in Domib. atq; omnino extra Ecclesiá, & ad Diuinú tantum Cultú dedicata Oratoria, ab eisdé Ordinarijs designanda, & Visitanda, S. Sacrificium, a sæcularibus, aut Regularibus quibuscumq. peragi. Vide tamen id, quod ait Nauar. in pręfato nu 82. quemodo, sicut ante Conc. Trid. sine licentia Episcopi celebrari poterat extra locum Sacrum, super Altare Portatili Sacro, propter necessitatem; Ita posset etiam hodie; quod notandum esse ait pro terris, in quibus frequentissima supplicationes fiunt ad aliqua parua eremitoria, pr§ quorum foribus solet dici Missa, vt ab omnibus audiatur: Et pro primis Missis Sacerdotum, ad quas maxima multitudo, quam Ecclesia* *De loco celebrandi Missam. Not doctrinam Naua.*

capere

capere non potest, solet conuenire.

De modo celebrandi.

Cauetur etiam in Conc. ne Sacerdotes, alijs, quam debitis horis celebrent, neue ritus A
alios, vel alias caremonias, & preces, in Missarum celebratione adhibeant, pręter eas, quę ab Ecclesia approbatę, ac frequenti, & laudabili vsu receptę sunt. Ac quarumdam Missarum, ac Candelarum, certum numerum, quę magis, a superstitioso cultu, quam a vera Religione inuentus est, omnino ab Ecclesia remoueant.

Hora celebrandi.

Priuileg. S. Iustinę.

Sed circa hanc Conc. dispositionem, de hora celebrandi Missam, est aduertēdum, quod possunt Fratres celebrare secundum vsum S. Francisci, & S. Marię Magdalenę Confraternitatum a Sacra Card. Congreg. approbatum, qui est duabus horis ante Solis ortum: Et Greg. XIII. anno 11. sui Pontif. Concessit Congreg. S. Iustinę, dum in itinere fuerint Constituti, posse Missam celebrare ante auroram, & post mediam noctem, Et B
hoc, viuę vocis Oraculo facto Illust. Alexand. Farnesio Cardinali illius Ordinis Protectori. Et refertur in Comp. Fratrum S. Hiero. Hispan. fol. 50.

Societati Iesu.

Eamdem Concessionem fecerat, & pleniorem, Pius V. Societati Iesu, vt refertur in eius Comp. Priuilegiorum in verbo Missa, §. 3. quia, illis addidit quod possint celebrare per horam ante Auroram, & infra horam post meridiem, caussa itineris, vel alterius legitimi impedimenti.

De onere Missarum tollendo.

Item in Conc. sess. 25. de reform. c. 4. ordinatur, vt in Ecclesiis, vbi magnus Missarum numerus reperitur, Episcopi in synodo diœcesana, & Abbates, & Generales Ordinum in suis Capitulis Gener. re diligenter perspecta, possint pro sua conscientia, in prędictis Ecclesiis, quas hac prouisione indigere cognouerint, statuere circa hoc, quidquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Ecclesiarum vtilitatem viderint expedire; Ita C
tamen, vt eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro animarum suarum salute, legata ea ad pios vsus reliquerunt.

Vbi primo notandum, quod hoc (inquit Nau. in Manual. c. 25. nu. 138.) videtur ius nouum, quoad Abbates, & Generales; sed non quoad Episcopos qui, argumen. C. cum accessisset, & C. cum ex parte de Const. & eis annot. possunt hoc facere sine Synodo, Iure antiquo, quod non videtur per hoc sublatum, cum fuisset additum ad Augendum, &c.

Congreg. Card.

Passarellus, in tract. priuil. fo. 232.

Secundo notandum, quod huiusmodi facultas, Episcopis, Abbatibus, ac Generalibus concessa, intelligitur tantum de onere Missarum ante Conc. Trid. imposito; sicut ita fuisse sibi responsum ab Illustriss. Cardinalibus Sanctissimę Congreg. Conc. interpretibus, anno 1573. testatur R. P. Gaspar Passar. Nec non & ipsa Congreg. alibi respondit, hanc D
taxationem esse intelligendam de Missis tantum, & non de alijs suffragijs. Nec de Missis in fundatione impositis; sed pro alia caussa a Testatoribus relictis.

Tertio notandum quod Iulius II. anno 1508. in Const. sua Sacer Ordo, Correctori Generali Ordinis Minimorũ, qui tunc erat, concessit, vt in Visitatione posset in multitudine Missarum dispensare, adeo, vt in Missa possent poni vsque ad nouem Collecta, & qualibet Collecta valeret pro Missa.

Ac postea, per Leon. X. anno 1513. in Const. Exposcit dilectorum, &c. supradicta Concessio fuit ampliata, vt non tantum dicta Collecta valerent pro tot Missis specialibus, & integralibus; Sed etiam hoc extendit ad omnem alium futurum Generalem, vt posset talem Missarum moderationem in visitationibus suis facere, quę Constitutiones integrę ponuntur a Passar. in lib. Priuil. fol. 45. & 58. super quibus Consultus Nauar. E
de quibusdam occurrentibus dubijs, in lib. 5. Cons. tit. de Priuileg. Cons. 3. respondit.

Primo, quod omnibus Generalibus qui pro tempore erunt, supradicta datur facultas.

Secundo, quod potest dispensare non solum super Missis receptis tempore Generalium, qui praerant tempore datarum Bullarum prędictarum; sed etiam pro postea receptis ante eorum visitationem, & tempus in quo petitur dispensatio.

Tertio, quod non posset dispensare per alium, delegando ipsi potestatem suam, & quod huiusmodi dispensatio non debet fieri, nisi magna consideratione, ac dicere omnes Collectas, & quidquid aliud ipsi Pontifices mandarunt; & quod Fratres nec sine magna

caussa,

A *caussa, & necessitate, debent recipere prafatas Missas cum proposito decipiendi eos, qui eas rogarent, vel rogati darent: & ita tenet, & concludit Nauar. Sed secundum supradictam Congregat. Cardinalium declarationem, secus esset dicendum; vt iam supra dixi.*

MONASTERIA.

Distinctio Indultorum Apostolicę Sedis, pertinentium ad Monasteria.

CIrca materiam Monasteriorum, præsertim Monialium; sunt multa superius in varijs dictionibus posita; quæ hic repetere superfluum foret. Et ideo sufficiet remittere ad huiusmodi Dictiones. ¶ Et primo, quoad ędificationem Monasteriorum, habetur in dictione Ædificare. ¶ Secundo, quoad exemptionem ipsorum monasteriorum, dictum est in dictione Exemptio. ¶ Tertio, quoad bona Monasteriorum huiusmodi, positum est in dictione Alienatio, & Bona. ¶ Quarto, quoad accessum ad loca exteriora Monasteriorum Monialium, vbi communiter accedunt sęculares, dictum est in dictione Accedere ad Monasteria. ¶ Quincto, quoad ingressum in Clausuram prædictorum Monasteriorum, habetur in dictione Ingredi Monasteria. ¶ Sexto quoad Indulgentias concessas visitantibus huiusmodi Monasteria, aut pro illis manus porrigentibus adiutrices, dictum est in dictione Indulgentię, quoad Sęculares, 1. & 2. & 3. & 4. ¶ Vltra prædicta, sunt nonnulla alia Monasterijs pertinentia; prout sequuntur. *Collector.*

B

C

SYNODVS VII. diffiniuit, duplex Monasterium, scilicet, virorum, & Mulierum minime fieri: quia scandalum id, & offendiculū multis efficitur. Quæ autem hactenus fuerunt dupla, secundum Regulam Sancti Patris nostri Basilij, & secundum pręceptionem eius, ita formentur. Non habitent in vno Monasterio Monachi, & Monachæ. Adulterium enim intercipit cohabitationem; si habeat aditum Monachus ad Monacham; vel Monacha ad Monachum secreto singulariter ad collocutionē. Non cubet Monachus in Muliebri Monasterio, neque singulariter cum Monacha conuiuetur. Et quando necessaria vitę a parte virorum ad Regulares deferuntur, extra portam hæc suscipiat Abbatissa Monasterij fœminarum, cum aliqua vetula Monacha. Habetur 18. q. 2. c. Diffinimus. 1 *Ex iure cōi.*

D

CONCILIVM Agathense statuit, quod Monasteria puellarum, seu Monialium, longius a Monasterij, Monachorum, aut propter insidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum, collocentur. Habetur, 18. quæst. 2. cap. Monasteria. 2 *Ex iure cōi.*

INNOCENTIVS II. sub pœna anathematis, interdixit, ac prohibuit, ne Sanctimoniales simul cum Canonicis, vel Monachis in vno Choro conueniant ad psallendum Habetur 18. q. 2. c. Perniciosam. 3 *Ex iure cōi.*

E

GREGORIVS I. statuit, in nullo loco Monachos, & Monachas vnum Monasterium habitare; Sed nec ea, quę duplicia vocant. Et si quid tale est, Religiosus Episcopus, mulieres quidem in suo loco manere studeat, Monachos autem aliud Monasterium ædificare cogat. Si autem plurima sint talia Monasteria, separentur in alijs Monasterijs Monachę, & in alijs Monachi: Res autem quas habent communes, secundum iura eis competentia, distribuantur. Habetur 18. q. 2. c. In nullo loco. 4 *Ex iure cōi.*

INNOCENTIVS IV. concessit, Fratribus Minoribus, vt in Monasterijs Monialium Sanctæ Claræ, in quibus tempore Gregorij IX. prædicti Fratres deputati non fuerunt pro illarum regimine, aut seruitio, non teneantur ibidem morari, nec ad id per litteras Apostolicas arctari possint: nisi litterę ipsæ 5

sx plenam fecerint de huiusmodi Indulto mentionem, B. ffo.101.conc.495. A

6 Idem Innocentius statuit, quod in Monasterijs Monialium, in quibus prædicti Fratres Mino. deputati fuerint pro seruitio Monialium, in spiritualibus dumtaxat deseruiant, & iurisdictioni, & correctioni Ministrorum suorum, sicut & alij Fratres pareant, & obediant, B. ffo.101.cooncessione 495.

Correctio.

7 CLEMENS IV. inhibuit, vt nullus, Ecclesias, aut Monasteria, seu loca Fratrum Minorum, ausu temerario præsumat infringere, aut in illis violentiã damnabilem exercere. Ac voluit, quod illi, qui secus facere præsumpserint, sententiam excommunicationis incurrant ipso facto; a qua non possint absolui, nisi per Sedem Apostolicam, aut per Conseruatores eidem Ordini deputatos, B. fo.21 Et ffo.105.conce.226. B

Excõicati.

De hoc dictum est supra i verbo Ecclesię Fratrum.

Circa hoc postea Leo X. concessit, vt præfatę personę possint absolui a Prælatis Ordinis; prout habetur supra, in dictione Absolutio, quoad sæculares secundo, in §. decimoquarto.

Collector.

8 CONCILIVM Constantiense statuit, quod Generalis Fratrum Minorum possit Monasteria sibi subdita reformare, atque ab eis superflua tollere; ptout supra latius positum est, in dictione Generalis Minister, §.3.

Reformatio

LEO X. concessit Ministris Prouincialibus, vt loca eis minus commoda, ab ipsis non omnino derelicta, post constitutionem Bonifacij Papæ VIII. constructa, pro sua deuotione possint ipsi tenere, sine Fratribus illa inhabitantibus: ita quod aliquando ea visitent, cum tempus opportunum fuerit; & in eorum Ecclesias aliquando celebrent. Et quod quidquid ab illis locis ad alia, in quibus modo degunt, trãsportarunt, licite possint, & sine scrupulo conscientię retinere, & illis deinceps vti, O, ffo.61.conce.189. C

Collector.

Attende, quod huiusmodi Concessio, quoad transportationem rerum, non extenditur, nisi ad præterita, ante datam præsentium, s.1520. die 10. Martij.

MONIALES.

Distinctio Concessionum attinentium ad Moniales.

Collector.

Voad Moniales, quam plura continentur in Priuilegijs Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium. ¶ Et primo ea, quæ attinent in speciali ad electionem Abbatissarum, & auctoritatem officij ipsarum, dicta sunt in dictione Abbatissa, in §. vbi est hæc dictio Electio. ¶ Secundo illa, quæ concernunt exemptionem earumdem Monialium ab Ordinarijs Prælatis Ecclesiarum, & a Decimis, alijsque impositionibus; vt gabellarum, &c. posita sunt in dictione Decimæ, §.4.& 6.& 7.& 10.& 11.& 12.& 13. Et in dictione Exemptio, §. 12. & 17.& 20.& 29.& 30. ¶ Tertio de Indulgentijs, & Absolutionibus plenariis eisdem concessis; habetur in dictionibus Absolutio quoad Fratres, & Indulgentię, quoad Fratres. ¶ Quarto qualiter sunt præfatis Monialibus communicata Priuilegia Fratrum Minorum; positum est in dictione Communicatio Priuilegiorum, §.1.& 3.& 4.& 5.& 6.& 19. ¶ Vltimo quomodo teneantur præfatæ Moniales obseruare Clausuram suorum Monasteriorum; habetur in dictione Clausura Monialium. D E

Distinctio infrascriptarum Concessionum.

Collector.

VLtra prædicta, sunt nonnulla alia, quę Moniales concernunt. Et istorum quædam pertinent directe ad Prælatos Ordinis, quæ continentur in §.

&

A & 2. & 3 & 6. & 9. & 17. & 19. & 20. & 22. & 26. ac 27.
Alia spectant directe ad Moniales, quorum quedam pertinent ad communicationem Priuilegiorum eis factam, Ista autem continentur in §. tertio, & duodecimo.
Quædam vero tangunt dispensationem. Et hæc habentur in §. 4. & 5. & 5. & 7. & 8. & 13. & 18. & 21. & 25.
Quædam alia pertinet ad absolutiones; prout habetur in §. decimo, & vndecimo.

B

Alia distinctio Concessionum sequentium.

Sciendum insuper, quod Moniales Sanctæ Claræ, quas infrascripta tangunt, sunt in duplici differentia. ¶ Quædam sunt primæ Regulæ a Sancta Clara editæ, quæ in nonnullis partibus Collectaneæ nuncupantur: & antiquitus dominæ pauperes Sancti Damiani dicebantur. Et istæ sunt proprie, ac vere Moniales Sanctæ Claræ. ¶ Aliç sunt Moniales secundæ Regulæ, non quidem a Sancta Clara ordinatæ, sed ab Vrbano Papa IV. quæ a multis Vrbanistæ appellantur: & in partibus, vbi Monasteria earum vigent, Moniales Sanctæ Claræ absolute dicuntur. Et sic voluit Vrbanus præfatus quod vocarentur. ¶ Ad primas Moniales, quę re, ac nomine Sanctæ Clarę sunt, diriguntur Priuil. quę ante Vrb. IV. reperiuntur concessa. Necnon & alia per Eugenius IV. postea concessa, quæ habentur infra, §. 6 & 7. & 8. Ac etiam per Sixtum quartum; vt habetur infra, §. duodecimo. ¶ Ad alias Moniales, quę nomine solum, & non re, sunt Sanctæ Claræ, pertinent præcipue reliqua indulta Apostolica: quia pro ipsis impetrata sunt a Fratribus, curam illarum gerentibus. Sed nihilominus eisdem priuilegijs gaudere possunt præfatę Moniales primę Regulę: quia generaliter, ac indistincte Monialibus Sanctæ Claræ sub cura Fratrum Minorum degentium concessa reperiuntur. Et quia nouissime Clemens VII. concessa quibusuis congregationibus Fratrum, aut Monialium, extendit, seu communicauit omnibus; vt habetur supra Communicatio Priuilegiorum, §. 19. gaudent similiter omnibus concessis Fratribus Mino, vt habetur inf. §. 4. — Collector.

C

D ALEXANDER IV. concessit Fratribus Minorum, quod non teneantur suscipere curam quarumcumque Monialium, prætextu quarumcumque litterarum Apostolicarum, quæ de presentibus plenam, & expressam mentionem non fecerint, nisi Romanæ Ecclesię immediate essent subiectę, B. fo. 23. 1

Clemens IV. concessit Fratribus Minorum, vt ad visitandum aliqua Monasteria Monialium cuiuscumque Ordinis, vel ad audiendum confessiones earum compelli aliquatenus non possint, etiam per litteras Apostolicę Sedis; in quibus non fuerit facta mentio specialis de huiusmodi Indulto, nec minus per Legatos, vel delegatos eiusdem Sedis, aut per quoscumque alios, B. fo. 57. Et ffo. 140. conceff. 322. 2 — Visitatio.

E BONIFACIVS VIII. innouauit litteras Innocentij IV quibus statuit, & declarauit, quod quæcumque Moniales commissę fuerint gubernationi Fratrum Minorum virtute alicuius Indulti Apostolici, non propterea intelligantur esse Ordinis predictorum Fratrum: sed quod huiusmodi Commissio ad hoc extendatur, vt Moniales sic commissæ, gaudeant Priuilegijs concessis, & concedendis prædictis Fratribus. Quodque Prelati Ordinis exhibeant eisdé Monialibus de constitutionibus prædicti Ordinis Minorum ea, quæ illis competere possunt. Ac etiã, quod Ministri per se, vel Fratres suos, quos ad hoc idoneos viderint, Visitationis officium eis impendant; corrigendo, & reformando, tam in capite, quam in membris, quę correctione, & reformatione nouerint in- 3 — Communicatio Priuilegiorum. — Visitatio.

indigere;instituendo,& destituendo,mutando,& ordinando,prout, secundum Deum,viderint expedire. Ita tamen, quod electio Abbatissæ libere pertineat ad Conuentum. Et quod confessiones earumdem Monialium audiant, & eis Ecclesiastica Sacramenta administrent. Ac insuper, quod possint assignare, & deputare aliquem Capellanum sæcularem,discretum tamen,& prouidum:qui in necessitatis articulo, prædictarum Monialium confessiones audiat; & alia Sacramenta ministret; necnon, & Diuina Officia celebret, b.ffo.32. Et ffo.33. conce. 35. A

4 Idem Bonifacius confirmauit litteras Innocentij IV.qui statuit,vt quęcumque Moniales commissę fuerint gubernationi Fratrum Mino. virtute alicuius Indulti Apostolici, Moniales sic commissæ gaudeant Priuilegiis concessis, & concedendis prędictis Fratribus,b.fo.32.& ffo.33.conce.35. B

Cõicatio Priuile.

5 EVGENIVS IV.concessit,quod Moniales Sanctæ Claræ, ac Tertiarię, necnon & aliorum Ordinum,scilicet sub gubernatione Fratrum Minorum exi stentes,solummodo teneantur ad illa ieiunia,ad quæ Fratres Mino.Obser.obligati sunt. Et quod eodem modo seruent in cibis quadragesimali tempore, exceptis debilibus,& infirmis.Sed in aliis ieiuniis,vt sunt quattuor tempora, & Vigiliæ Apostolorum, & similia, seruent consuetudinem Regionis. Secundum quam liceat eis, etiam oua, & lactinia comedere, fo. 46. Et ffo. 42. concessione 47.

Ieiunium. Dispensat.

6 Idem Eugenius concessit Monialibus primæ Regulæ Sanctæ Claræ, vt non teneantur incedere nudis pedibus discalceatæ; sed possint deferre illa, quæ nomine calceamentorum non censentur, ut puta cuquos ligneos, seu calepodia,& sandalia,atque etiam, cum opportunum fuerit, calceamenta, b. fo. 46. Et ffo.42.concess.47. C

Dispensat.

7 Idem Eugenius concessit, quod Generalis, & Prouinciales Fratrum Minorum Obseruantiæ habeant(cum discretorum consilio) facultatem dispensandi cum præfatis Monialibus,tam in cibis, quam in silentio, & quibuscumq; aliis perpetuis,quę in earum Regula continentur,b.fo.47. Et ffo.42.conce.47.

Dispensat.

8 Idem Eugenius declarauit, ac voluit, quod in nullius præceptorum primę Regulę Sanctę Claręt ransgressione(prǽterquam eorum quattuor, quę concernunt principalia vota,scilicet,Obedientię,Paupertatis,Castitatis,& Clausuræ,ac super electione Abbatissę,& eius depositione)peccatum mortale præfatę Moniales incurrant,b,fo.47.Et ffo.42.conce.47. D

Pro Monialibus primę Regulę Sanctę Claręę. Dispensat.

9 Idem Eugenius concessit postea,quod dispensatio per ipsum facta super primam Regulam Sanctę Claręę, videlicet, quod non teneantur, nisi ad quattuor Vota;& super electione,ac depositione Abbatissę(prout supra positum est)extenderetur ad Moniales secundę Regulę Sanctę Claręę, scilicet, quod non teneantur, nisi ad supradicta, sub pœna peccati mortalis, o. ffo. 261. concessione 674.

Pro Monialibus secundæ Regulę S. Claręę. Dispensat.

10 NICOLAVS V. statuit, quod Moniales Sanctæ Claręę, nisi de Generalis,vel Visitatoris earum expressa licentia,aliquam,ad Religionem, vel professionem recipere valeant.Et quód nullum(nisi qui a præfato Generali,seu Visitatore pro idoneo reputatus fuerit) in earum Capellanum recipere, seu receptum retinere presumant,b.fo.48.Et ffo.43.conce.48. E

De receptione Nouitiarum:& Capellani.

11 Idem Nicolaus concessit eisdem Monialibus,ac earum Seruitricibus copiosam facultatem,qua vti possint confessores ipsarum;prout habetur in dictione Absolutio ordinaria,quoad Frat.§.8.

Absolutio.

12 Sixtus IV.concessit,quod dictæ Moniales Collectaneæ (scilicet primę Regulę Sanctæ Claræ) possint absolui a Ministris,seu Visitatoribus,& earum confessoribus ab omnibus criminibus,pœnis, & Censuris, etiam Sedi Apostolicę reser-

Pro Monialibus Collectan.

A reseruatis, quoties opus fuerit. Et quod ipsæ, & earum Nouitiæ possint promereri omnes indulgẽtias almę Vrbis, visitãdo suas Ecclesias o.sso.261.conc.678.

Idem Sixtus concessit, vt Sorores S. Claræ sub cura Fratrum Minorum Obser. viuentes, gaudeant omnibus Priuilegijs, gratijs, & exemptionibus in genere Sororibus Collectaneis factis, o.sso.261.concessione 677. Et ssso.96. concessione 338. 13 *Communicatio Priu.*

Idem Sixtus concessit omnibus Monialibus S.Claræ, ac Sororibus Tertij Ordinis, curę Fratrum Minorum commissis, quod possint tangere, & lauare sacros pannos, exceptis Corporalibus. Et postmodum concessit idem, vt omnes Sorores suprascriptæ, sub Clausura, & Congregatione viuentes, etiam Corporalia, B & Purificatoria tangere possint: dummodo steterint lota a Fratribus, o. fo. 62. Et sso.66.concessione 97. Et ssso 95.concess.318. 14 *Pro Monialibus S.Claræ ac Tertiarijs. Corporalia*

Idem Sixtus communicauit Sororibus Sanctæ Claræ, viuentibus sub obedientia Fratrum cismontanorum Declarationes primæ Regulæ Sanctæ Claræ: quarum principium est: Quam admiranda Virginis, &c. quas quondam Magister Gulielmus de Casali Minister Ordinis Mino. auctoritate Apostolica composuit. Citra tamen obligationis vinculum: sed sicut fuerit visum Generali, cum consilio aliquorum proborum Patrum, o.fo.63. Et sso.67.concess.124. 15

INNOCENTIVS VIII. declarauit, quod Moniales (quia nesciunt discernere inter intentionem primariam, quæ caussat Simoniam, & secundam) numquam incurrant Simoniam, nisi in duobus casibus, scilicet, quando paciC scuntur de aliquo dando, vel soluendo pro ingressu: & quando recipiunt inhabiles, ob spem habendi aliquid: quia tunc illa est principalis intentio, o.sso.69. conce.151. Et ssso.99.conce.363. 16 *Simonia.*

Idem Innocentius concessit prædictis Monialibus, quod sine scrupulo conscientiæ possint petere, quę sibi promissa fuerunt ante ingressum, o.sso.69.concess.152. Et ssso.99.concess.364. 17

De contentis in duabus Concessionibus immediatè præcedentibus, habetur latior Concessio infra, §. vltimo. *Collector.*

ALEXANDER VI. declarauit, quod, licet aliquarum Monialium gubernatio, & visitatio sit commissa Prouincialibus, vel Custodibus, seu Visitatoribus, aut Guardianis, non propterea sint exemptę a iurisdictione GeneraD lis: sed quod huiusmodi Generalis eamdem auctoritatem habeat in præmissis, quam Prouinciales, Custodes, Visitatores, seu Guardiani, vel alij Fratres ei subditi habent, b.fo.59. Et sso.55.conce.63. 18 *Generalis Minister. Visitatio.*

Idem Alexander declarauit, quod Moniales Sanctæ Claræ non sunt obligatæ ad habendum ostium in sublimi parte Monasteriorum suorum cum scala leuatoria, & tenendum ostium inferius, muro a parte exteriori, clausum; prout in earum Regula continetur. Sed quod liceat eis, loco huiusmodi ostij superioris, habere ostium in aliquo loco inferiori commodo, & cõuenienti; & præter illud, etiam aliud ostium maius, muratum a parte exteriori, non clausum. Et voluit, quod ne illud ostium totum pro cuiuslibet rei, & personæ intromissione aperire oporteat, in eo ostiolum paruum habere possint. Quæ quidẽ ambo ostia sint clauibus, seris, & repagulis (iuxta ipsius Ordinis Instituta) munita, B.fo.52. Et sso.135.conc.301. 19 *Clausura. Dispensat.*

IVLIVS II. statuit, quod Fratres Mino. Obseruantię compelli nequeãt ad recipiendum curam Monialium, etiam per litteras Apostolicas: & adhuc de huiusmodi facientes mentionem, nisi impetratæ fuerint per Protectorem, & Generalem prædicti Ordinis. Et voluit, quod aliter recipientes huiusmodi curam, ipso facto excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurrant, B. sso. 207.concessione 509. Et ssso.70.concess.216. 20 *Regimen Monialiũ. Excõicatio*

Ad-

ANNOTATIO CORDVBÆ. A

QVOAD §. 8. *vbi agitur de potestate concessa per Iulium II. nostris Prouincialibus, circa Moniales, videatur latius vbi supra in his annotationibus, &c. super titu. Ingredi, quoad quartum Notandum Collectoris, &c.*

MISSA.

¶ *Distinctio Concessionum Apostolicarum, quæ Missas concernunt.* B

Collector. ATTENDE, quod omnium, quæ in Priuilegijs habentur circa Missas, quædam pertinent ad locum celebrationis. Et hæc ponuntur hic primo. ¶ Alia spectant ad tempus, seu horam celebrandi. Et ista ponuntur. 2. loco. ¶ Nonnulla vero attinent ad modũ celebrandi. Et ista sunt multiplicia. Nam quædam sunt quoad Hymnum Angelicum. Et hæc habentur in dictione Gloria in excelsis Deo. Quædam quoad Symbolum. Et hæc habentur in dictione Credo. Quædam quoad Præfationem. Et hæc habentur in dictione Præfatio. Quædam quoad totam Missam. Et hæc habentur infra, in hac dictione Missa tertio.

MISSA PRIMO, QVOAD LOCVM. C

1 *Altare.* HONORIVS III. concessit, quod Fratres Mino. possint Missas celebrare super Altare portatili, absque licentia Prælatorum Ecclesiæ, seu Ordinariorum, B. fffo. 83. conc. 242. & 243.

2 *Reuocatio.* ALEXANDER IV. reuocauit Decretum Innocentij IV. quo prohibebatur ne Fratres Min. aut alij quicumq; Religiosi reciperent ad Diuina parochianos alienos, in diebus Dominicis, & festiuis, in suis Ecclesijs, & Oratorijs B. ffo. 102. conc. 214.



3 Idem Alexander, quia nonnulli Prælati Ecclesiastici non curabant de supradicta reuocatione per ipsum facta, dedit insuper litteras executoriales, B. ffo. 102. conc. 115. D

Collector. Per supradictas duas Prouisiones nihil nobis noui concessum est: sed Pontifex restituit nos ad ius commune.



4 CLEMENS IV. concessit, quod in locis, vbi Fratres Mino. degunt, possint habere Oratoria; in quibus cum altari portatili possint Missarum sollemnia, & alia Diuina Officia celebrare, B. fo. 56. & ffo. 140. conc. 313.



5 *Prohibitio.* Idem Clemens prohibuit ne q[u]is in Ecclesijs Fratrum Min. Missarum sollemnia, vel pro animabus eorum, qui ad loca ipsorum tumulandi deferuntur, ibidem exequias celebrare, sine eorundem Fratrum assensu, & voluntate, præsumat, B. fo. 58. & ffo. 141. conc. 336. E



Collector. Circa hoc vide infra dispositum per Concilium Lateranense, §. 8.

6 SIXTVS IV. concessit eisdem Fratribus Mino. vt non solum in Oratoriis, & locis, in quibus degunt, sed etiam in quouis alio loco cõgruenti, & honesto, possint super Altare portatili, Missas libere, & licite celebrare, B. fo. 59. & ffo. 143. conc. 344.





7 ALEXANDER VI. concessit, Fratres Mino. posse celebrare Missas in cameris secularium, vel in plateis: dato quod non videantur loca honesta: quia in cameris dormiunt coniugati, & in plateis fiunt multa profana. o. ffo. 70. conc. 373. & fffo. 99. conc. 371.



Leo

A Leo X. in Concilio Lateranensi statuit, quod tam Prælati Ecclesiastici, quã presbyteri sæculares, qui vinculo excommunicationis ligati non fuerint, Missas in Ecclesijs quorumlibet Fratrum, deuotionis caussa celebrare volentes, celebrare possint. Ipsiq; Fratres tales celebrare volentes, libenter recipere debeant, B. fffo. 25. conc. 70. 8 *Pro Clericis secularibus.*

Idem Leo declarauit, & statuit, omnes Christifideles vtriusque sexus, qui (non contempto proprio Sacerdote Parochiali) in Ecclesijs Fratrum Ordinũ Mendicantium Dominicis, & Festiuis diebus Missas audiunt, satisfacere præcepto Ecclesiæ de Missa audienda. Nec in aliquam labem peccati mortalis, aut pœnam propterea incurrere. In contrarium facien. non obstantibus quibuscumq; B. fffo. 27. conc. 90. 9 *Pro Laicis secularib.*

B Idem Leo præfatas suas litteras confirmauit, & ampliauit; & super eas, aduersus contradictores, Conseruatores dedit, B. fffo. 47. conc. 142. 10

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD §. 2. & 3. notandum, quod illa Concessiones Alex. iv. habentur etiam in 2. tract. lib. Ordinis. Et Bonif. 9. fff 118. concessit Fratribus Prædicatoribus, prohibendo ne, scilicet, Prælati Ecclesiarum, aut alij quicumque eos impediant, quominus Missas, & alia Officia Diuina in Ecclesijs suis quotidie celebrare, ac oblationes in Missis ipsis, & alias ad eorum

C *Altaria prouenientes libere, & integraliter recipere, & in suos vsus, iuxta morem dicti Ordinis, conuertere possint, sub excommunicatione, ipso facto in contrarium facientes, &c.*

MISSA SECVNDO, QVOAD TEMPVS.

VGENIVS IV. concessit, quod Fratres Min. possint celebrare Missam vsque ad nonam, sine scrupulo conscientiæ, o. fffo. 102. concess. 418. 1

PIVS II. concessit, quod Generalis possit dare Fratribus auctoritatem celebrandi Missas per vnam horam ante auroram, eis, quibus sibi videbitur, auctoritate Apostolica, o. fffo. 97. concess. 346. 2

D SIXTVS IV. concessit, quod Fratres Mino. Obser. Sacerdotes, caussa necessitatis possint ante, & post horam statutam ab Ecclesia, celebrare, o. fo. 63. & ffo. 67. conces. 109. & fffo. 96. conces. 324. 3 4

INNOCENTIVS VIII. concessit Fratribus Ordinis Prædicatorum Congregationis Hispaniæ reformatis, quod possint celebrare Missam per horam ante diem, & per horam post meridiem, præsertim quando prædicatur in Conuẽtibus, vel sunt sollemnia Officia, o. fo. 16. & ffo. 76. conce. 194. & fffo. 101. concess. 393. *Particularis pro Hispania.* 5 6

Idem Innocentius concessit Fratribus Augustiniensibus, quod expleto Matutinali Officio, etiam ante lucis auroram, possint Missas celebrare, b. fffo. 101. concess. 399.

E LEO X. concessit Fratribus Min. Obser. vt de licentia suorum Superiorum (quorum conscientijs remittit, quomodo Fratres debeant vti hac gratia) possint celebrare illico post Matutinum, & post Meridiem, præsertim diebus, quando est de audienda Missa præceptum; quando Fratres debent ambulare, seu quando de via veniunt, & non possunt ante Meridiem applicare ad locum, vbi commode possint Missam audire, vel honeste celebrare. De æstate vero, quando noctes sunt breuiores, etiam ante matutinum chori, vel infra: dummodo celebraturus, illud per se, aut cum socio, dixerit, prout consuetum est in Ordine cum prima, o. fffo. 92, concess. 275.

Ista omnia Priuil. Six. Innocen. & Leonis sunt sublata a Conc. Trid. Sess. 22. de Obseru. & euitand. in celebr. miss. vt ait & Nauar. in Man. c. 25. nu 82.

¶ *Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.* A

7 ARTINVS V. concessit, quod Priores, & Fratres Ordinis Sancti Benedicti, possint ex deuotione, vel alia iusta caussa, in suis Monasterijs celebrare Missas, statim post expletum Matutinum, vel saltem per horam ante auroram, habito respectu ad Horologium.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD §.3. & 4. vt ait Sum. Ros. tit. Missa, §. 2. quod hora statuta per Ecclesiam ad celebrandum, est ab Aurora, vsq; ad Nonam: Aurora autem incipit per vnam horam, & quinctam eius partem ante Solis ortum, ad nostrum hemisphærium. Per prædictas autem Concessiones Pij 2. Sixt. 4. Innoc. 8. possumus celebrare per vnam horam ante, & post; vt ibi conceditur, ex caussa rationabili, & per alias subsequentes Concessiones possumus adhuc latius, videatur ibidem in Compendio, in §§. sequentibus. B

Quoad §. 5. notandum, quod illa est optima Concessio, sine vlla limitatione, vbi conceditur Innoc. 8. quod statim post Matutinum possint Fratres Augustinien. & nos etiam per communicationem eorum, celebrare. Sed & Iulius 2 ff. 4. concessit Minimis, quod possint celebrare, & facere sibi celebrari Missas, etiam per Sacerdotes sæculares, ante diem, in quocumque loco honesto, cum Altari portatili, & ibi recipere Sacramenta. C

MISSA TERTIO, QVOAD MODVM.

1 *Ex iure cõmuni.* ONORIVS III. mandauit vniuersis Ecclesiarum Prælatis, quatenus in Ecclesijs collegiatis, celebrent duas Missas collegialiter, vnam pro defunctis, & aliam secundum exigentiam diei; vt de Festo, si Festum occurrit, vel de Feria, si Feria. Habetur in cap. Cum creatura. extra de celebratione Missarum.

2 *Ex iure cõmuni. Credo. Præfatio.* INNOCENTIVS III. statuit, vt in Missis commemorationis, seu votiuis, licet dicatur propria præfatio, non tamen Hymnus Angelicus, seu Gloria in Excelsis, nec Symbolum dicantur; vt inter commemorationem, & sollemnitatem differentia ostendatur. Habetur in cap. Concilium extra de celebratione Missarum. D

3 *Ex iure cõmuni.* CONCILIVM Triburinen. statuit, quod propter Missam specialem, seu votiuam, vt de sancto Michaele, Missa de eadem die non dimittatur: nisi aliquis velit, propter reuerentiam Trinitatis, Missam illius audire. Habetur in c. Quidam laicorum, de celebratione Missarum.

4 *Gloria. Prosa.* ALEXANDER IV. concessit Fratribus Mino. vt in Missis votiuis Spiritus sancti, & Virginis Mariæ, Gloria in excelsis Deo, nec non Sequentias competentes, tam in sollemnitatibus cantare, quam dicere possint in priuatis: non obstante Statuto generali, b, ffo. 257. tract. 2.

5 *Indulgent.* Idem Alexander concessit accedentibus ad Ecclesias Fratrum Mino. caussa audiendi Missas quocumque tempore, pro qualibet vice, Indulgentiam cẽtum dierum, o. fffo. 108. conc. 437. E

6 *Pro domicellis.* EVGENIVS IV. concessit, quod puellæ nobiles, non audientes Missam in diebus Dominicis, excusentur, si sunt in potestate alterius, o. fffo. 102. cõc. 417.

7 *De Sanctis Ordinis. Collectar.* Idem Eugenius concessit, q; Fratres, qui noluerint dicere Missã de Dominica infra Octauas Sanctorum nostri Ordinis, non teneantur, o. fffo. 101. cõc. 407. Attende, quod supradictum videtur solum habere posse locum, quando in hujusmodi Dominica poneretur historia Dominicæ.

ALE-

A ALEXANDER VI. ad remouendum scrupulum, concessit Fratribus Min. quod possint celebrare cum planellis de corio, sine calcaneo, o.ffo.70. concess. 172. & ffo.99.conces.370. hoc tamen non est de necessitate. Vnde si quis ipsa ommitteret non ex contemptu, sed quia non habet, non peccaret vt; Sum Ang. titu.Missa,nu.36. 8

Sciendum, quod tempore præfati Alexandri VI. videlicet, anno Domini 1502.celebratum est Capitulum generale Albiense; in quo facta est sequens Ordinatio, seu Declaratio, vel publicatio Concessionis per præfatum Summũ Pontificem (vt pie creditur) factæ, aut eius auctoritate. *Collector.*

Quascumq; Missas in nostris Missalibus existentes possumus dicere: licet nõ sint Ordinarij Romani. 9 *Statutum generale.*

B Leo X. informatus, quod in Conuentibus, quos Fratres Min. Obseru.a Fratribus Conuentualibus eiusdem Ordinis (de mandato, & licentia Sedis Apostolicæ) reformandos receperunt, tot, & tanta onera, ac fundationes Missarũ, & aliorum suffragiorum comperiuntur, vt si omnibus satisfacere deberent, in multis locis Fratres non sufficerent: quinimmo opus esset, quasi vbiq; ordinarium prætermittere Officium, & alia extraordinaria celebrare, & persoluere: ac in plerisque locis prouentus, & redditus, ex quibus celebrationes Missarum, & suffragiorum huiusmodi fundatæ substiterant, sunt probati non subsistere, sed penitus alienati: necnon, & paramenta Ecclesiastica, pro quibus C etiam similis obligatio excreuerat, esse omnino consumpta, decreuit, & declarauit, prædictos Fratres, qui prouentus, & redditus, propter quos talia onera imposita sunt, non percipiunt, nec ex voto Professionis suæ percipere possunt, non fuisse obligatos, nec esse, nec in posterum, si contigerit similes reformationes in Conuentibus fieri, teneri ad similia suffragia persoluenda: dummodo tam in communibus Officijs, quæ quotidie in dictis Ecclesijs celebrantur, quam in priuatis Orationibus, & in extraordinarijs Missis, & suffragijs, quæ in dicto Ordine pro singularibus benefactoribus fieri statutum est, illorum, qui prædictos redditus, seu ornamenta reliquerunt, memoriam specialiter faciant. 10 *Pro Conuētibus nouiter reformatis.*

D Et simili modo concessit, quod Moniales Sanctæ Claræ, sub cura dictorum Fratrum viuentes, vbi similes obligationes in reformatis Monasterijs forte inuenerunt, non teneantur ad huiusmodi onera: dummodo etiam ipsæ in communibus Officijs, & Orationibus priuatis, & alijs extraordinarijs Missis, & suffragijs, pro benefactoribus per eas ordinatis, eorum memoriam faciant specialem, B.ffo.18.conc.58. *Pro Cõuentibus Monialium S. Claræ.*

Idem Leo postea informatus, quod ante reformationem aliquarum Domorum Ordinis Mino. Fratres Conuentuales in illis existentes, certa bona, ac annuos redditus cum onere celebrandi Missas, & alia Diuina Officia, & suffragia illis relicta possidebant; & quod post reformationem huiusmodi, Guardiani, & Fratres Regulares Obseru. in illis existentes, bona, ac annuos redditus huiusmodi, partim dimiserunt, & partim vendiderunt, & pretium illorum in re- E parationem dictarum Domorum, & alias necessitates Fratrum Domorum earumdem conuerterunt, ac etiam, quod in aliquibus locis Regularis Obseruan. dicti Ordinis inueniuntur aliquæ obligationes perpetuæ ad Missas continue celebrandas; per prædecessores Prælatos prædictorum locorum antea contractas; quas, si seruare deberent Fratres præsentes, & pro tempore dicta loca inhabitantes (cum ex quotidiana mendicatione, ac laboritio viuere habeant) quotidianæ necessitatis præsidio fraudarentur: declarauit, & ordinauit, quod cum prædicti Fratres, iuxta Regulæ suæ puram, & debitam Obseruantiam, ex quotidiano laboritio, humili Mendicatione viuere habeant, non fuerunt, nec 11 *Pro Cõuentibus nouiter reformatis.* *De obligationib⁹ perpetuis Missarum.*

sunt capaces onerum perpetuorum huiusmodi, per quæ temporis progressu li- A
bertas spiritus in Missis, & alijs Diuinis Officijs, ac in acquirendis vitæ neces-
sarijs commoditas a Fratribus prædictis tolleretur. Quare omnes, & singulas
huiusmodi obligationes perpetuas, tam per Fratres Conuentuales, quam per
Fratres Obseruantes cum quibuscumq; personis contractas, cassauit, & annul-
lauit. Et ne Christi fideles (qui pro præfatis perpetuis seruitijs sua bona sunt
elargiti) suo fraudentur desiderio, omnia charitatis opera, & Diuina seruitia,
quæ in toto dicto Ordine celebrantur, & fiunt, prædictis Christi fidelibus, &
defunctis, per viam suffragij, quantum Diuinæ placuerit bonitati communi-
cauit, B.ffo.23.conc.65. B

12 *Prohibitio.*
Idem Leo inhibuit districte Ministris Prouincialibus Fratrum Mino. Regu-
laris Obser. ac subditis eorumdem, ne huiusmodi Missarum, aut aliorum ser-
uitiorum onera perpetua, vllatenus de cetero acceptent, aut recipiant, B. ffo.
23.concess.65.

13 *De Missis superstitiosis.*
Idem Leo concessit, vt, quando Fratribus Mino. commendantur Missæ, quæ
vulgariter appellantur de reuelatione, de Sancto Amatore, & de Consolatio-
ne, cum certis candelis, vel aliæ similes, vel quod non discontinuentur: satis-
faciant Fratres prædicti dicendo illas Missas, ad quas magis dispositi fuerint:
maxime de Officio, de quo illo die recitant: & ad prædictas, tali modo recom-
mendatas, nullatenus teneantur: precipue, cum videatur hoc quamdam super
stitionem sonare, o. ffo.93.conc.289. C

Collector.
Occasione huius Concessionis, aliqui (illam minus bene intelligentes) ar-
bitrati sunt prædictam facultatem extendi ad quascumq; Missas eis recommen
datas; vt de Epiphania, de Natiuitate, vel plagis, seu de passione, &c. quod ta-
men est omnino falsum, propter multa. Primo, quia expresse littera Conces-
sionis loquitur de Missis, quæ habent aliquam superstitionem annexam, prout
ibi exemplificatur. Nec obstat illud, quod additur (vel aliæ consimiles) quia
refertur ad superstitiosas immediate exemplificatas. Nec adhuc pro omnibus
in Concessione exemplificatis videtur tuta dispensatio præfata, seu declara-
tio; quia inter alias sunt multæ, nullam superstitionem habentes; vt aliqua-
rum Festiuitatum Domini nostri, aut Dominæ nostræ, seu aliæ, quæ in Mis- D
sali continentur, vt de tali Dominica, vel tali Apostolo, seu Apostolis, vel alijs
Nota. Sanctis. Secundo etiam, quia a promissione, & obligatione licita, cuiusmodi
est de alijs Missis non superstitiosis, non potest quis (postquam obligatus est)
liberari, seu dispensari, absque consensu illius, cui se obligauit, aut sine alia le-
gitima caussa. Et ideo indubitate tenendum videtur, quod, quandocumq; ali-
qua Missa recommendatur, sine admistione alicuius superstitionis, debet di-
ci, prout fuit recommendata, & acceptata, scilicet, tam respectu Officij, quam
etiam loci, & temporis, & candelarum, &c.

14 *De Missis pro quibus datur modica eleemosyna.*
Idem Leo informatus, quod in quibusdam Regionibus pro celebratione v-
nius Missæ, certa pecuniæ quantitas dari consueuit in eleemosynam Fratribus
Mino. tam valde parua, & tenuis, quod dicti Fratres, ob eleemosynam, quæ sin- E
gulariter a pluribus elargitur, tot Missas, quot sunt largientes, pro singulis ce-
lebrare non valent, declarauit, & concessit prædictis Fratribus Obser. quod
celebrando vnam Missam dumtaxat, si eleemosyna æquiualens vni Iulio, id
est decimæ parti ducati, non elargitur: etiam si duas, tres, vel quattuor, aut
plures Missas celebraturi essent occasione diuersarum, vel plurium eleemosy-
narum huiusmodi; & in dicta celebranda Missa pro omnibus, qui pro dictis
Missis in eleemosynam, vsque ad summam huiusmodi, contribuunt, commemo
rationem in genere faciendo, in hoc conscientiarum puritati prædictorum Fra
trum satisfactum sit, B.ffo.20.conc.62.

Caute-

A Cauendum est omnino, ne quis vtatur huiusmodi Concessione; quia reuera nullius est valoris; prout multi viri famosi Theologi, & Iurisperiti, super hoc consulti, responderunt. Nam vltra multa, quæ contra huiusmodi Concessioné dici possent, constat bene intuenti relationem, quod subrepticie obtenta est. Quapropter Reuerendus Pater Frater Ioannes Glapion, dum institutus esset Procurator curię Rom. promisit procurare reuocationem, seu potius declarationem nullitatis huius Concessionis. Et credendum est, quod obtinuit: licet ad manus nostras non peruenerit.

Collector. Nota.

15 CLEMENS VII. concessit Fratribus Mino. Obser. quod cum aliquis petierit ab eis, vt celebrent Missam de Passione, liceat eis Missam de Cruce,
B vel de quinque Plagis; & loco Euangelij, Passionem secundum Ioannem dicere: Siue in fine Missę huiusmodi, passionem prętatam dicere. Et sic censeatur satisfactum fuisse petitionibus illorum, qui petierunt celebrari Missam de passione, o.

De Missa passionis.

Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.

16 EVGENIVS IV. concessit Monachis Sancti Benedicti Congregationis Hispaniæ, quod celebrans Missas tricenarij Sancti Gregorij, vel Lamberti in suis Monasterijs, satisfaciat, etiam si intra dictum tricenarium sibi occurrat,
C quod celebret aliquam aliam Missam, puta Maiorem, vel Matutinalé, vel alias in Conuentu, o.

Ex Priuilegijs Fratrum Sancti Hieronymi.

17 MARTINVS V. concessit, quod in quattuor Temporibus, vel diebus quadragesimę, aut litaniis, sufficiat in Monasterijs Sancti Hieronymi celebrare Missam de Feria (si hoc velint) cum commemoratione Festi, quod in ipsa die celebratur: nisi eadem die sit Festum duplex, aut semiduplex. Super hoc tamen onerat conscientiam Prælati, si non est tanta multitudo Fratrum, quod possint duas Missas dicere, o.

D Audientibus Missas in certis Festiuitatibus, & alijs diebus, sunt concessę nónullę indulgentiæ, quę habentur in dictione Indulgentię Plenariæ, quoad Fratres, §. 19. Et in dictione Indulgentię, quoad Sæculares, in multis. §.

Collector.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

OMNIA supradicta Priuilegia dicendi Missam, quoad modum, locum, & tempus, sunt iam per Conc. Trid. sublata; & pręcipue illa Six. IV. Innocentij, & Leon. X. in §. 5. 4. 5. & 6. in verbo Missa 2. quoad tempus. Vt ait etiam Nau. in Manuali, c. 25. nu. 82. in fin. & nu. 86. Sed celebrari debẽt secundũ Rub. Missalis noui, iuxta Cõst. 118. Pij V. in Bul
E *Et inter alia, quę ibi a Sac. Conc. obseruari iubẽtur, est, quod Episc. nõ patiantur priuatis in Domib. atq; omnino extra Ecclesiã, & ad Diuinũ tantum Cultũ dedicata Oratoria, ab eisdẽ Ordinarijs designanda, & Visitanda, S. Sacrificium, a sæcularibus, aut Regularibus quibuscumq; peragi. Vide tamen id, quod ait Nauar. in pręfato nu 82. quomodo, sicut ante Conc. Trid. sine licentia Episcopi celebrari poterat extra locum Sacrum, super Altare Portatili Sacro, propter necessitatem; Ita posset etiam hodie; quod notandum esse ait pro terris, in quibus frequentissima supplicationes fiunt ad aliqua parua eremitoria, prę quorum foribus solet dici Missa, vt ab omnibus audiatur: Et pro primis Missis Sacerdotum, ad quas maxima multitudo, quam Ecclesia*

Conc. Tri. sess. 22. de euita. & obseru. in celeb. Miss. De loco celebrandi Missam. Not doctrinam Naua.

capere

capere non potest, solet conuenire. A

De modo celebrandi.

Cauetur etiam in Conc. ne Sacerdotes, alijs, quam debitis horis celebrent, neue ritus alios, vel alias caremonias, & preces, in Missarum celebratione adhibeant, pręter eas, quę ab Ecclesia approbatę, ac frequenti, & laudabili vsu receptę sunt. Ac quarumdam Missarum, ac Candelarum, certum numerum, qui magis, a superstitioso cultu, quam a vera Religione inuentus est, omnino ab Ecclesia remoueant.

Hora celebrandi.

Priuileg. S. Iustinę.

Sed circa hanc Conc. dispositionem, de hora celebrandi Missam, est aduertēdum, quod possunt Fratres celebrare secundum vsum S. Francisci, & S. Maria Magdalenę Confraternitatum a Sacra Card. Congreg. approbatum, qui est duabus horis ante Solis ortum: Et Greg. XIII. anno 11. sui Pontif. Concessit Congreg. S. Iustina, dum in itinere fuerint Constituti, posse Missam celebrare ante auroram, & post mediam noctem, Et hoc, viuę vocis Oraculo facto Illust. Alexand. Farnesio Cardinali illius Ordinis Protectori. Et refertur in Comp. Fratrum S. Hiero. Hispan. fol. 50. B

Societati Iesu.

Eamdem Concessionem fecerat, & pleniorem, Pius V. Societati Iesu, vt refertur in eius Comp. Priuilegiorum in verbo Missa, §. 3. quia, illis addidit quod possint celebrare per horam ante Auroram, & infra horam post meridiem, caussa itineris, vel alterius legitimi impedimenti.

De onere Missarum tollendo.

Item in Conc. sess. 25. de reform. c. 4. ordinatur, vt in Ecclesiis, vbi magnus Missarum numerus reperitur, Episcopi in synodo diœcesana, & Abbates, & Generales Ordinum in suis Capitulis Gener. re diligenter perspecta, possint pro sua conscientia, in prędictis Ecclesiis, quas hac prouisione indigere cognouerint, statuero circa hoc, quidquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Ecclesiarum vtilitatem viderint expedire; Ita tamen, vt eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro animarum suarum salute, legata ea ad pios vsus reliquerunt. C

Vbi primo notandum, quod hoc (inquit Nau. in Manual. c. 25. nu. 138.) videtur ius nouum, quoad Abbates, & Generales; sed non quoad Episcopos qui, argumen. C. cum accessisset, & C. cum ex parte de Const. & eis annot. possunt hoc facere sine Synodo, Iure antiquo, quod non videtur per hoc sublatum, cum fuisset additum ad Augendum. &c.

Congreg. Card.

Passarellus, in tract. priuil. fo. 232.

Secundo notandum, quod huiusmodi facultas, Episcopis, Abbatibus, ac Generalibus concessa, intelligitur tantum de onere Missarum ante Conc. Trid. imposito; sicut ita fuisse sibi responsum ab Illustriss. Cardinalibus Sanctissima Congreg. Conc. interpretibus, anno 1573. testatur R. P. Gaspar Passar. Nec non & ipsa Congreg. alibi respondit, hanc taxationem esse intelligendam de Missis tantum, & non de alijs suffragijs. Nec de Missis in fundatione impositis; sed pro alia caussa a Testatoribus relictis. D

Tertio notandum quod Iulius II. anno 1508. in Const. sua Sacer Ordo, Correctori Generali Ordinis Minimorū, qui tunc erat, concessit, vt in Visitatione posset in multitudine Missarum dispensare, adeo, vt in Missa possent pōni vsque ad nouem Collecta, & qualibet Collecta valeret pro Missa.

Ac postea, per Leon. X. anno 1513. in Const. Exposcit dilectorum, &c. supradicta Concessio fuit ampliata, vt non tantum dicta Collecta valerent pro tot Missis specialibus, & integralibus; Sed etiam hoc extendit ad omnem alium futurum Generalem, vt posset talem Missarum moderationem in visitationibus suis facere, quę Constitutiones integrę ponuntur a Passar. in lib. Priuil. fol. 45. & 58. super quibus Consultus Nauar. de quibusdam occurrentibus dubijs, in lib. 5. Cons. tit. de Priuileg. Cons. 3. respondit. E

Primo, quod omnibus Generalibus qui pro tempore erunt, supradicta datur facultas.

Secundo, quod potest dispensare non solum super Missis receptis tempore Generalium, qui praerant tempore datarum Bullarum prędictarum; sed etiam pro postea receptis ante eorum visitationem, & tempus in quo petitur dispensatio.

Tertio, quod non possct dispensare per alium, delegando ipsi potestatem suam, & quod huiusmodi dispensatio non debet fieri, nisi magna consideratione, ac dicere omnes Collectas, & quidquid aliud ipsi Pontifices mandarunt; & quod Fratres nec sine magna

caussa,

A *caussa, & necessitate, debent recipere præfatas Missas cum proposito decipiendi eos, qui eas rogarent, vel rogati darent: & ita tenet, & concludit Nauar. Sed secundum supradictam Congregat. Cardinalium declarationem, secus esset dicendum; vt iam supra dixi.*

M O N A S T E R I A.

Distinctio Indultorum Apostolicę Sedis, pertinentium ad Monasteria.

CIrca materiam Monasteriorum, præsertim Monialium; sunt multa superius in varijs dictionibus posita; quæ hic repetere superfluum *Collector.*
B foret. Et ideo sufficiet remittere ad huiusmodi Dictiones. ¶ Et primo, quoad ędificationem Monasteriorum, habetur in dictione Ædificare. ¶ Secundo, quoad exemptionem ipsorum monasteriorum, dictum est in dictione Exemptio. ¶ Tertio, quoad bona Monasteriorum huiusmodi, positum est in dictione Alienatio, & Bona. ¶ Quarto, quoad accessum ad loca exteriora Monasteriorum Monialium, vbi communiter accedunt sęculares, dictum est in dictione Accedere ad Monasteria. ¶ Quinto, quoad ingressum in Clausuram prædictorum Monasteriorum, habetur in dictione Ingredi Monasteria. ¶ Sexto quoad Indulgentias concessas visitantibus huiusmodi Monasteria, aut pro illis manus porrigentibus adiutrices, dictum est in dictione Indulgentię, quoad Sęculares, 1. & 2. & 3. & 4. ¶ Vltra prædicta, sunt nonnulla alia Monasterijs per-
C tinentia; prout sequuntur.

SYNODVS VII. diffiniuit, duplex Monasterium, scilicet, virorum, & Mulierum minime fieri: quia scandalum id, & offendiculũ multis efficitur. Quæ autem hactenus fuerunt dupla, secundum Regulam Sancti Patris nostri Basilij, & secundum pręceptionem eius, ita formentur. Non habitent in vno Monasterio Monachi, & Monachæ. Adulterium enim intercipit cohabitationem; si habeat aditum Monachus ad Monacham; vel Monacha ad Monachum secreto singulariter ad collocutioné. Non cubet Monachus in Muliebri Monasterio, neque singulariter cum Monacha conuiuetur. Et quando necessaria vitę a parte virorum ad Regulares deferuntur, extra portam hæc suscipiat Abbatissa Monasterij fœminarum, cum ali-
D qua vetula Monacha. Habetur 18. q. 2. c. Diffinimus. *1 Ex iure ebi.*

CONCILIVM Agathense statuit, quod Monasteria puellarum, seu Monialium, longius a Monasterij, Monachorum, aut propter insidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum, collocentur. Habetur, 18. quæst. 2. cap. Monasteria. *2 Ex iure ebi.*

INNOCENTIVS II. sub pœna anathematis, interdixit, ac prohibuit, ne Sanctimoniales simul cum Canonicis, vel Monachis in vno Choro conueniant ad psallendum Habetur 18. q. 2. c. Periculosam. *3 Ex iure ebi.*

GREGORIVS I. statuit, in nullo loco Monachos, & Monachas vnum
E Monasterium habitare; Sed nec ea, quę duplicia vocant. Et si quid tale est, Religiosus Episcopus, mulieres quidem in suo loco manere studeat, Monachos autem aliud Monasterium ædificare cogat. Si autem plurima sint talia Monasteria, separentur in alijs Monasterijs Monachę, & in alijs Monachi: Res autem quas habent communes, secundum iura eis competentia, distribuantur. Habetur 18. q. 2. c. In nullo loco. *4 Ex iure ebi.*

INNOCENTIVS IV. concessit, Fratribus Minoribus, vt in Monasterijs Monialium Sanctæ Claræ, in quibus tempore Gregorij IX. prædicti Fratres deputati non fuerunt pro illarum regimine, aut seruitio, non teneantur ibidem morari, nec ad id per litteras Apostolicas arctari possint: nisi litterę ip- *5*

sæ

sæ plenam fecerint de huiusmodi Indulto mentionem, B. ffo.101.conc.495. A

6 Idem Innocentius statuit, quod in Monasterijs Monialium, in quibus prædicti Fratres Mino. deputati fuerint pro seruitio Monialium, in spiritualibus dumtaxat deseruiant, & iurisdictioni, & correctioni Ministrorum suorum, sicut & alij Fratres pareant, & obediant, B.ffo.201.cooceßione 495.

Correctio.

7 CLEMENS IV. inhibuit, vt nullus, Ecclesias, aut Monasteria, seu loca Fratrum Minorum, ausu temerario præsumat infringere, aut in illis violentiā damnabilem exercere. Ac voluit, quod illi, qui secus facere præsumpserint, sententiam excommunicationis incurrant ipso facto; a qua non possint absolui, nisi per Sedem Apostolicam, aut per Conseruatores eidem Ordini deputatos, B.fo.21 Et ffo.105.conce.226. B

Excõicati.

De hoc dictum est supra ī verbo Ecclesię Fratrum.

Circa hoc postea Leo X. concessit, vt præfatę personę possint absolui a Prelatis Ordinis; prout habetur supra, in dictione Absolutio, quoad sæculares secundo, in §. decimoquarto.

Collector.

8 CONCILIVM Constantiense statuit, quod Generalis Fratrum Minorum possit Monasteria sibi subdita reformare, atque ab eis superflua tollere; prout supra latius positum est, in dictione Generalis Minister, §.3.

Reformatio

LEO X. concessit Ministris Prouincialibus, vt loca eis minus commoda, ab ipsis non omnino derelicta, post constitutionem Bonifacij Papæ VIII. constructa, pro sua deuotione possint ipsi tenere, sine Fratribus illa inhabitantibus: ita quod aliquando ea visitent, cum tempus opportunum fuerit; & in eorum Ecclesias aliquando celebrent. Et quod quidquid ab illis locis ad alia, in quibus modo degunt, trāsportarunt, licite possint, & sine scrupulo conscientię retinere, & illis deinceps vti, O, fffo.61.conce.189. C

Attende, quod huiusmodi Concessio, quoad transportationem rerum, non extenditur, nisi ad præterita, ante datam præsentium, s.1520. die 10. Martij.

Collector.

MONIALES.

Distinctio Concessionum attinentium ad Moniales.

Collector.

Voad Moniales, quam plura continentur in Priuilegijs Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium. ¶ Et primo ea, quæ attinent in speciali ad electionem Abbatissarum, & auctoritatem officij ipsarum, dicta sunt in dictione Abbatissa, in §. vbi est hæc dictio Electio. ¶ Secundo illa, quæ concernunt exemptionem earumdem Monialium ab Ordinarijs Prælatis Ecclesiarum, & a Decimis, alijsque impositionibus; vt gabellarum, &c. posita sunt in dictione Decimæ, §.4.& 6.& 7.& 10.& 11.& 12.& 13. Et in dictione Exemptio, §. 12. & 17.& 20.& 29.& 30. ¶ Tertio de Indulgentijs, & Absolutionibus plenariis eisdem concessis; habetur in dictionibus Absolutio quoad Fratres, & Indulgentię, quoad Fratres. ¶ Quarto qualiter sunt præfatis Monialibus communicata Priuilegia Fratrum Minorum; positum est in dictione Communicatio Priuilegiorum, §.2.& 3.& 4.& 5.& 6.& 19. ¶ Vltimo quomodo teneantur præfatæ Moniales obseruare Clausuram suorum Monasteriorum; habetur in dictione Clausura Monialium. D E

Distinctio infrascriptarum Concessionum.

Collector.

VLtra prędicta, sunt nonnulla alia, quę Moniales concernunt. Et istorum quædam pertinent directe ad Prælatos Ordinis, quæ continentur in §.

&

A & 2.& 3 & 6.& 9.& 17.& 19. & 20.& 22.& 26.ac 27.

Alia spectant directe ad Moniales, quorum quędam pertinent ad communicationem Priuilegiorum eis factam. Ista autem continentur in §. tertio, & duodecimo.

Quædam vero tangunt dispensationem. Et hæc habentur in §. 4. & 5. & 5. & 7. & 8. & 13. & 18. & 21. & 25.

Quædam alia pertinet ad absolutiones; prout habetur in §. decimo, & vndecimo.

B

Alia distinctio Concessionum sequentium.

Sciendum insuper, quoad Moniales Sanctæ Claræ, quas infrascripta tangunt, sunt in duplici differentia. ¶ Quædam sunt primæ Regulæ a Sancta Clara editæ, quæ in nonnullis partibus Collectaneæ nuncupantur: & antiquitus dominæ pauperes Sancti Damiani dicebantur. Et istæ sunt proprie, ac vere Moniales Sanctæ Claræ. ¶ Aliç sunt Moniales secundæ Regulæ, non quidem a Sancta Clara ordinatæ, sed ab Vrbano Papa IV. quæ a multis Vrbanistæ appellantur: & in partibus, vbi Monasteria earum vigent, Moniales Sanctæ Claræ absolute dicuntur. Et sic voluit Vrbanus præfatus quod vocarentur. ¶ Ad primas Moniales, quę re, ac nomine Sanctæ Clarę sunt, diriguntur Priuil. quę ante Vrb. IV. reperiuntur concessa. Necnon & alia per Eugenius IV. postea concessa, quæ habentur infra, §. 6 & 7. & 8. Ac etiam per Sixtum quartum; vt habetur infra, §. duodecimo. ¶ Ad alias Moniales, quę nomine solum, & non re, sunt Sanctæ Claræ, pertinent præcipue reliqua indulta Apostolica: quia pro ipsis impetrata sunt a Fratribus, curam illarum gerentibus. Sed nihilominus eisdem priuilegijs gaudere possunt præfatę Moniales primę Regulę: quia generaliter, ac indistincte Monialibus Sanctæ Claræ sub cura Fratrum Minorum degentium concessa reperiuntur. Et quia nouissime Clemens VII. concessa quibusuis congregationibus Fratrum, aut Monialium, extendit, seu communicauit omnibus; vt habetur supra Communicatio Priuilegiorum, §. 19. gaudent similiter omnibus concessis Fratribus Mino, vt habetur inf. §. 4. Collector.

C

D ALEXANDER IV. concessit Fratribus Minorum, quod non teneantur suscipere curam quarumcumque Monialium, prætextu quarumcumque litterarum Apostolicarum, quæ de pręsentibus plenam, & expressam mentionem non fecerint, nisi Romanæ Ecclesię immediate essent subiectę, b. fo. 23. 1

Clemens IV. concessit Fratribus Minorum, vt ad visitandum aliqua Monasteria Monialium cuiuscumque Ordinis, vel ad audiendum confessiones earum compelli aliquatenus non possint, etiam per litteras Apostolicę Sedis; in quibus non fuerit facta mentio specialis de huiusmodi Indulto, nec minus per Legatos, vel delegatos eiusdem Sedis; aut per quoscumque alios, B. fo. 57. Et ffo. 140. concess. 322. 2 Visitatio.

E BONIFACIVS VIII. innouauit litteras Innocentij IV quibus statuit, & declarauit, quod quæcumque Moniales commissę fuerint gubernationi Fratrum Minorum virtute alicuius Indulti Apostolici, non propterea intelligantur esse Ordinis prędictorum Fratrum: sed quod huiusmodi Commissio ad hoc extendatur, vt Moniales sic commissæ, gaudeant Priuilegijs concessis, & concedendis prædictis Fratribus. Quodque Pręlati Ordinis exhibeant eisdē Monialibus de constitutionibus prædicti Ordinis Minorum ea, quæ illis competere possunt. Ac etiā, quod Ministri per se, vel Fratres suos, quos ad hoc idoneos viderint, Visitationis officium eis impendant; corrigendo, & reformando, tam in capite, quam in membris, quę correctione, & reformatione nouerint 3 Communicatio Priuilegiorum. Visitatio.

in-

A reseruatis,quoties opus fuerit.Et quod ipsæ,& earum Nouitiæ possint prome reri omnes indulgētias almę Vrbis, visitãdo suas Ecclesias o.ffo.261.conc.678.

Idem Sixtus concessit, vt Sorores S. Claræ sub cura Fratrum Minorum Obser. viuentes,gaudeant omnibus Priuilegijs,gratijs,& exemptionibus in genere Sororibus Collectaneis factis,o.ffo.261.concessione 677. Et ffo.96. concessione 338. — 13 *Communicatio Priu.*

Idem Sixtus concessit omnibus Monialibus S.Claræ,ac Sororibus Tertij Ordinis,curę Fratrum Minorum commissis,quod possint tangere,& lauare sacros pannos,exceptis Corporalibus.Et postmodum concessit idem,vt omnes Sorores suprascriptæ,sub Clausura,& Congregatione viuentes,etiam Corporalia, B & Purificatoria tangere possint:dummodo steterint lota a Fratribus, o. fo. 62. Et ffo.66.concessione 97.Et ffo 95.concess.318. — 14 *Pro Monialibus S.Claræ ac Tertiarijs. Corporalia*

Idem Sixtus communicauit Sororibus Sanctæ Claræ, viuentibus sub obedientia Fratrum cismontanorum Declarationes primæ Regulæ Sanctæ Claræ: quarum principium est:Quam admiranda Virginis,&c. quas quondam Magister Gulielmus de Casali Minister Ordinis Mino. auctoritate Apostolica composuit. Citra tamen obligationis vinculum: sed sicut fuerit visum Generali, cum consilio aliquorum proborum Patrum,o.fo.63.Et ffo.67.concess.124. — 15

INNOCENTIVS VIII. declarauit, quod Moniales (quia nesciunt discernere inter intentionem primariam,quæ caussat Simoniam,& secundam) numquam incurrant Simoniam, nisi in duobus casibus, scilicet, quando paciscuntur de aliquo dando,vel soluendo pro ingressu:& quando recipiunt inhabiles,ob spem habendi aliquid:quia tunc illa est principalis intentio,o.ffo.69. conce.151.Et ffo.99.conce.363. — 16 *Simonia.*

C

Idem Innocentius concessit prædictis Monialibus, quod sine scrupulo conscientiæ possint petere,quę sibi promissa fuerunt ante ingressum,o.ffo.69.concess.152.Et ffo.99.concess.364. — 17

De contentis in duabus Concessionibus immediate præcedentibus, habetur latior Concessio infra,§.vltimo. — *Collector.*

ALEXANDER VI. declarauit,quod,licet aliquarum Monialium gubernatio,& visitatio sit commissa Prouincialibus,vel Custodibus, seu Visitatoribus, aut Guardianis, non propterea sint exemptę a iurisdictione Generalis: sed quod huiusmodi Generalis eamdem auctoritatem habeat in præmissis, quam Prouinciales, Custodes, Visitatores, seu Guardiani, vel alij Fratres ei subditi habent,b.fo.59.Et ffo.55.conce.63. — 18 *Generalis Minister. Visitatio.*

D

Idem Alexander declarauit, quod Moniales Sanctæ Claræ non sunt obligatæ ad habendum ostium in sublimi parte Monasteriorum suorum cum scala leuatoria,& tenendum ostium inferius,muro a parte exteriori,clausum;prout in earum Regula continetur. Sed quod liceat eis, loco huiusmodi ostij superioris, habere ostium in aliquo loco inferiori commodo,& cōuenienti;& præter illud, etiam aliud ostium maius, muratum a parte exteriori, non clausum. Et voluit,quod ne illud ostium totum pro cuiuslibet rei,& personæ intromissione aperire oporteat,in eo ostiolum paruum habere possint. Quæ quidē ambo ostia sint clauibus,seris, & repagulis (iuxta ipsius Ordinis Instituta) munita,B.fo.52.Et ffo.135.conc.301. — 19 *Clausura. Dispensat.*

E

IVLIVS II. statuit,quod Fratres Mino. Obseruantię compelli nequeāt ad recipiendum curam Monialium,etiam per litteras Apostolicas: & adhuc de huiusmodi facientes mentionem, nisi impetratæ fuerint per Protectorem, & Generalem prædicti Ordinis. Et voluit,quod aliter recipientes huiusmodi curam, ipso facto excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurrant, B. ffo. 207.concessione 509.Et ffo.70.concess.216. — 20 *Regimen Monialiū. Excōicatio*

Ad-

Collector. Aduertendum valde esset circa præfatam Constitutionem: quia sæpe recipitur cura Monialium, absque sufficienti derogatione huius, & non aduertitur ad excommunicationem supra positam. A

21 *Ministri Prouinc.* Idem Iulius concessit Prouincialibus Ordinis Minorum, illam auctoritatē super Moniales Sanctæ Claræ eis commissas, quam Regula ipsarum per Vrbanum ordinata concedit Protectoribus eiusdem Ordinis, B.ffo.112. concessione 517. Et ffo.72.concess.220.

Collector. Quæ autem sit præfata potestas, seu auctoritas, habetur in dictione Protector, §.3. ¶Prædicta vero auctoritas Protectoribus per Vrbanum concessa, fuit postea restricta per Martinum V. vt patet in dictione Ingredi monasteria, §.13. Et ideo Prouinciales non debent vti præfata auctoritate, eo modo, quo prius fuit data: sed sicut postea inuenitur restricta. B

22 *Eucharist. Dispensat.* LEO X. concessit Monialibus Sanctæ Claræ, ac Conceptionis Beatę Marię, & Tertij Ordinis Sancti Francisci, vt præcepto Regulæ de percipiendo sanctissimum Sacramentum, satisfaciant per aliquot dies anteponendo, vel postponendo: dum tamen illud in fraudem non faciant, O.ffo.61.conc.191.

23 *Excommu. Statuta.* Idem Leo Motu proprio, & ex certa scientia, & potestatis plenitudine, ac sub excommunicationis sententia præcepit Monialibus Sanctę Claræ, ac vniuersis, & singulis alijs, sub cura Fratrum Minorum pro tempore degentibus, quatenus ipsę (iuxta Regulares, in hactenus celebratis, & in posterum celebrandis Capitulis generalibus, seu prouincialibus editas, & factas Constitutiones, ac desuper ab earum prouinciali, seu alijs Superioribus traditam formam) obedire teneantur; & in earum assumpta professione Altissimo famulatum impendere debeant, B.ffo.40. conce.128. C

24 *Offic. Diui.* Idem Leo declarauit, Moniales Sanctæ Claræ sub cura Fratrum Minor. viuentes, non teneri ad Officium defunctorum: nisi, prout tenentur prædicti Fratres Minores; quorum ritui in Diuinorum persolutione, Regula ipsarum præcipit eas conformari, B.ffo.41.conce.129.

25 *Offic. Diui. Dispensat.* Idem Leo, quoad obligationem persoluendi Officium Diuinum in Choro, decreuit, etiam sanas Moniales pręfatas, non teneri semper Officium huiusmodi in Choro persoluere. Ac exonerando conscientiam ipsarum Monialium, discretioni Abbatissarum, pro tempore existentium, commisit: vt quando, & quomodo, siue cum quibus sit hęc remissio, siue exemptio toleranda, solerter inuigilent, & diligenter aduertant, & prudenter concedant: ne sub colore pietatis (ex nimia indulgentia) permittant in aliqua Sororum, seu Monialium, habitum generari Diuinę offensionis, B.ffo.11.conce.130. D

26 *Excommu. Generalis Minister.* Idem Leo mandauit Monialibus Sanctæ Claræ, & Sororibus Tertiæ Regulę, in virtute sanctę obedientię, & sub excommunicationis latę sententię pœna, quatenus Ministrum Generalem Fratrum Minor. pro tempore existentem, ad officium Visitationis admittant, seque, & earum Domos, ac Monasteria, & loca visitari in capite, & in membris, ac corrigi, & puniri permittant. Ac etiā, vt salubria monita, & correctiones, per huiusmodi Ministrum generalem faciendas, omni cum humilitate suscipiant. Et sub similibus pœnis, & censuris E

De Fratr. habentibus curā Mon. præcepit Fratribus vniuersis eiusdem Ordinis, & præsertim Confessoribus, & Visitatoribus earumdem Monialium, & Sororum, ne aliquem actum confessionis, seu visitationis exercere audeant, vel pręsumant; nisi Moniales, & Sorores ipsę, mādatis huiusmodi Generalis Ministri realiter, & cum effectu paruerint, B.ffo.34.concess.118. Et ffo.17.conc.56.

27 Idem Leo confirmauit, & approbauit Statutum factum in Capitulo generali Lugdunensi; quo cauetur, vt de cetero Moniales Sanctæ Claræ, tam de prima, quam de secunda Regula, quę Vrbanistæ appellantur, quam quę

cum-

A cumque aliæ Religiosæ, quæ per Fratres Ordinis Minorum reguntur, nullos habeant Visitatores, nec Confessores per eas electos; sed a Ministris Prouincialibus in suis Prouincijs respectiue, cum suis Capitulis Prouincialibus, eis in Visitatores, & Confessores datos, & assignatos. Ipsique Visitatores, & Confessores a suis Ministris Prouincialibus, sic dati, a Prouinciali adiunctis se cum aliquibus discretis Capituli præcedentis, etiam extra tempus Capituli, exigentibus legitimis caussis, iudicari, & ab officijs prædictis absolui possint: debeantque ipsi Visitatores, Confessores, ac alij Fratres, dictis Monialibus seruientes, Prælatis Ordinis, sicut & ceteri Fratres, per omia esse subiecti. Ita tamen, quod Moniales ipsæ, cum eis placuerit, in Visitatorem, seu Confessorem nominare possint aliquem Fratrem, quem Minister Prouincialis cum B suo Capitulo (si eis placuerit) instituere possint. Non obstantibus quibusuis Indultis, & Priuilegijs Apostolicis in contrarium dictis Monialibus, Visitatoribus, & Confessoribus, a Sede Apostolica, præsertim Monasterio de Tordesillas, & Palentiæ, concessis. Mandauit etiam in virtute sanctæ obedientiæ, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna; a qua non nisi a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constituti, absolui possint; ac iniunxit omnibus, & singulis Fratribus, & Religiosis, ac Monialibus, sub cura Fratrum dicti Ordinis degentibus, tam qui ante Statutum huiusmodi erant sub obediētia Ministrorum Prouincialium, quam Visitatorum, seu cuiusuis alterius, etiā Sedi Apostolicæ mediate, seu immediate subiectis, quatenus præmissa omnia C in dicto Statuto contenta, firmiter, & inuiolabiliter obseruent. Decreuit insuper, irritum, & inane quidquid secus a quoquam, quauis auctoritate fieri, seu attentari contigerit, B. ffo. 37. concess. 123.

Visitatores Cōfessores.

Excōicatio.

¶ Idem Leo ex certa scientia, & de plenitudine suæ potestatis statuit, & ordinauit, quod illi Fratres Minores, qui antea vocabantur Visitatores Monialium, de cetero nuncupentur Commissarij huiusmodi, & Confessores prædictarum Monialium, vltra triennium Officia sua exercere nullatenus possint: illoque finito, vel antea (si expediens videbitur) talis Commissarius ab officio absoluatur. Et voluit, vt ad cognoscendum defectus præfatorum Commissariorum, possit quilibet Prouincialis in Prouincia sibi deputata respectiue, Monasteria, Domos, & loca Monialium prædictarum, & Religiosarum ingredi, & quod de visitationis modo, ac Commissarij, & Confessorum meritis, D ac vitæ integritate in eisdem Monasterijs, siue Domibus, libere inquirere valeat. Ac insuper vniuersis, & singulis Monasteriorum, & Domorum prædictarum Abbatissis, & Monialibus, sub excommunicationis sententia, ac officiorum suorum priuationis, & ad illa inhabilitationis, & alia in posterum obtinenda, si contra fecerint, sine alia declaratione incurrendis pœnis: ac sub obtestatione Diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, districte præcipiendo mandauit, quatenus infra vnius diei spatium, postquam ad huiusmodi inquisitionem processum fuerit, de visitationis modo, ac meritis, & idoneitate Commissariorum, & Confessorum prædictorum: omni exceptione, E & contradictione cessante, ac appellationis, & alijs defensionis remedijs (tamquam contra veram correctionem, & debitam obedientiam interpositis) sublatis, & quibusuis in contrarium, sub quibuscumque verborum formis eisdem Abbatissis, Monialibus, & Religiosis, earumque Monasterijs concessis Priuilegijs, Indultis, ac litteris Apostolicis, sua vota deponere, & in publicum, aut alias (prout per huiusmodi prouinciales desuper ordinatum fuerit) redigere teneantur, & astrictæ existant. Et circa hoc dat Iudices, & Conseruatores cum magnis non obstantijs, B. ffo. 49. conce. 145.

29 *De Visitatoribus.*

Excōicatio.

Appellatio.

¶ CLEMENS VII. concessit, quod Moniales, seu Religiosæ, existentes sub obe-

29 *Euchari-s.*

ſub obedientia Miniſtri Generalis Ordinis Mino. poſſint in Eccleſia interiori in loco decenti habere Euchariſtiæ Sacramentum, ſicut habent in exteriori, o. A

30 *Officiũ Diuinum.* ¶ Idem Clemens, quia ſunt nonnullæ ex Sororibus prædictis, ſub cura Fratrum Min. degentes, quæ propter imperitiam neſciunt recitare Officium perfecte, conceſſit, quod tales, iudicatæ a Prælatis, vel Confeſſoribus earum, ſeu etiam earum Abbatiſsis, recitando Officium Sororum laicarum, cenſeantur ſatisfeciſſe obligationi de dicendo Officium, quod dicere tenebantur. Et idem de Fratribus imperitis, o.

31 *Simonia.* ¶ Idem Clemens conceſſit, quod præfatę Religioſæ nullam incurrant Simoniam ex pactionibus, & conuentionibus, quas faciunt in receptione intrantium Ordinem ipſarum, ſuper dotibus recipiendarum, pro congruenti, & ſufficienti ſuſtentatione earum, o. B

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD, §. 9. notandum, quod idem Eug. IV. decreuit omnes Moniales primæ, & ſecundæ Regulæ Sanctæ Claræ, eſſe ſub obedientia, & cura noſtrorum Prouincialium, & ſub eorum regimine mediate, & immediate, ſcilicet, per ſe, vel per alios gubernandas, ſub grauibus Cenſuris contra Moniales reſiſtentes; decreuitq; vt oẽs præfatæ Moniales, vocentur Moniales S. Claræ. Et hoc idem decreuit Vrbanus IV. in prologo ſuper Regulam Monialium ſecundæ Regulæ S. Claræ. Nota etiam vt collector in hoc tit. paullo ſuperius dixerat, quod Moniales primæ Regulæ a Sancta Clara editæ, alicubi vocabantur Collectaneę alicubi Pauperes Dominæ, aut Sancti Damiani vocabantur: Moniales autem, viuentes ſecundum Regulam editam ab Vrbano IV. vocabantur Vrbaniſtæ; & iſtæ ſunt omnes fere, quæ ſunt in Hiſpania: ſed nunc ſecundum ſupradicta Decreta Pontificum, communiter vocantur abſolute Moniales Sanctæ Claræ, ſicut & aliæ primæ Regulæ; vt dictum eſt. C

Quoad. §. 21. vbi ponitur Conceſſio Iulij II. concedentis noſtris Prouincialibus poteſtatem Protectoris ſuper Moniales, quomodo debeat intelligi, videatur ſupra in his Annotationibus, &c. tit. Ingredi: ſimiliter 4. Notabile Collectoris.

Item an de licencia Miniſtri Prouincialis poſſint Moniales Sanctæ Claræ exire Clauſuram cauſſa alicuius infirmitatis curandæ, ſeu alia cauſſa; videatur latius in Compendio, tit. Clauſura Monialium, per totum. D

Quæritur vtrum Moniales, & Sorores teneantur Officium Diuinum dicere in Choro, & ad faciendum celebrari Miſſam Conuentualem, & eam applicare pro Eccleſiis vt nos Fratres Min. facimus, & tenemur?

Reſponſio quãtum ad Officiũ Diuinũm. *Reſpondeo per tria puncta; quorum primum eſt, quoad Officium Diuinum: dico, quod ex iure communi tenentur in communi in Choro dicere Officium Diuinum, ſicut alij Regulares, ſeu Religioſi vt expreſſe habetur Clem. 1. de celebrat. Miſſ. vt bene notat Summa Angelica tit. Hora Canonica, §. 25. 26. & Silueſt. eo tit. §. 10. & latius de hoc habetur in 2 puncto ſequente, ibi videatur. Ex Regula autem Moniales S. Claræ non obligantur ſpecialiter, quia hoc eis obligatorie non imponitur: & ſimiliter dicendum de alijs, quibus id Regula obligatorie non imponit: ex Statuto autem, aut conſuetudine, videat vnaquæque Religio quid circa hoc habeatur reſpectiue. Videantur autem ſi quæ ſunt Priuilegia, quoad aliquas in ſpeciali, aut in communi conceſſa, vt habetur in Compendio. tit. Officium Diuinum, tit. Moniales, §. 24. 25. &c.* E

quãtum ad Miſſam Cõuentualem. *Secundum punctum eſt, quoad Miſſam: & dico quod iure communi ſimiliter tenentur facere celebrari Miſſam Conuentualem in ſuis Eccleſijs. Ratio quia expreſſe ſub verbo Mandamus, habetur in cap. Cum creatura, de celebrat. Miſſ. iuncta rubrica, quod in Eccleſijs Collegialibus quotidie Miſſa celebretur conuentualiter de Feſto, aut de Feria,*

ſecundum

A *secundum quod, tempori conuenit. Item in cap. Dolentes, eo tit. stricte mandatur in virtute obedientia Pralatis, & Clericis, quod celebrent Officium diurnũ, & nocturnũ, &c. & ibi expresse videtur loqui tam de celebratione Missarum, quam de alijs horis: quia prius loquitur ibi de Matutinis, & post de Missis: & post hac omnia, tandem dicitur ibidem, hac igitur, & similia, &c. quę sequuntur; vsque ad verbum celebrent, &c. Et ideo Sum. Angel. tit. Missa §. 33. dicit quod virtute Clem. 1. de celebra. Miss. in omni Ecclesia Collegiali, & Conuentuali celebran. est quotidie Missa de Officio occurrente; & concordat Siluest. tit. Missa 1 q. 4. nunc autem Monasteria Religiosorum, & Religiosarum sunt Collegia; vt ait rubrica, in cap. cum creatura, de celebrat. Miss. seu sunt Conuentus, ex quo habent Pralatum, seu Pralatam, vt etiam specialiter, quoad Moniales habetur in hym. ad laudes Festi Sanctę Clara, vbi habetur, Ducis ad Sponsum* B *dominum puellarum collegia, &c. ergo tenentur Conuentualiter, &c. vt habetur in d. cap. cum creatura. Et nullus decipiatur, dicens, pradicta capitula loqui de prafatis Ecclesiasticis, & Clericis, non autem de Monasterijs Monachorum, aut Religiosorum, vtriusque sexus. Nam ad id respondeo, quod dicta Clem. etiam loquitur de Monasterijs, & Regularibus. Item, quia, vt elicitur ex cap. ex parte de postulando, & ait Panormit. & aly Doct. ibidem, quando aliqua Constitutio Papalis fit respectu Religionis, qua potest conuenire Monachis, & Canonicis Regularibus, & non signantur nisi aliqui eorum, ligat vtrosque, vtriusq; sexus, etiam si diuersa nomina habeant, quia vbi eadem ratio. & idem ius, vt habetur de reg. iur. lib. 6. ergo. Pradicta tamen de dicenda quotidie Missa Conuentuali in dictis Monast. intelligenda sunt ciuiliter, sicut in* C *alijs praceptis iuris Canonici, s. dum commode fieri potuerit, & dum non aderit impedimentum, seu dum alia caussa rationabiliter non obstiterit; vbi credibile esset legis conditorem, si adesset, consensurum; vt non diceretur talis Missa Conuentualiter tunc, vel tali tempore puta, si non esset nisi vna Missa tantum in die pro Festo, in quo occurreret defunctus, pro quo esset tunc de Requiem celebranda, & huiusmodi, vt monitur in dicto cap. cum creatura. & secundum communiter Doct. vbi supra.*

Obiectio.

Responsio.

Tertium punctum est, si talis Missa Conuentualis Monialium sit necessario applicanda generaliter pro viuis, & defunctis; vt facimus nos Fratres Minores ad quod respondeo, saluo meliori iudicio, quod non tenentur ad id: ratio, quia nullo iure videntur ad id obligari; quia non iure diuino, vt patet, nec humano. nam licet detur illud: quia constitutio Fratrum Minorum, quod Missa Conuentualis celebretur pro viuis, & defunctis, solum respicit ipsos Fratres, vt patet: Item, quia cum ratio legis, sit anima legis, D *vt habetur in lege cum ratio, ff. de bonis damnatorum: Ratio autem illius constitutionis generalis, quod Missa Conuentualis celebretur pro viuis, &c. fuit, vt sic satisfieret benefactoribus ipsorum Fratrum, viuentium de eleemosynis, vt patet; quia ibi in Statutis gener. dicitur, quod celebretur pro illis, qui recommendantur, &c. Hac tamen ratio cessat. in Monialibus habentibus suos redditus, & bona sua, qua secum afferunt ad Monasteria, de quibus viuunt, non autem de eleemosynis, vt nos; ergo non tenentur, vt nos, quoad hoc; nisi alio modo, ratione alicuius redditus, aut oneris alterius, teneantur applicare Missam Conuentualem pro viuis. &c. ideo poterunt eam applicare pro quo voluerint. Hac tria puncta videntur rationabiliter dicta, vt quidam Pater satis eruditus ea annotauit.* E

Missa Conuẽtualis an sit necessario applicãda.

Quoad, §. 31. vide ad idem infra tit. Simonia, §. 1.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

IRCA tempus suscipiendi habitum a puellis Deo dicandis, & de earum professione, & alijs ad hoc pertinentibus, ait Conc. Trident. Sess. vlt. de Regul. c. 17. quod si Puella, qua habitum Regularem suscipere voluerit maior 12. annis sit, non ante eum suscipiat, nec postea ipsa, vel alia, pro

In § 30. Habitũ nõ suscipiant ante 12. annos.

fessionem

fessionem emittat, quam explorauerit Episcopus, vel eo absente, vel impedito, eius Vicarius, aut aliquis eorum sumptibus ab eis deputatus, Virginis voluntatem diligenter, an coacta, an seducta sit, an sciat quid agat: cuius professionis tempus, ne Episcopus ignorет, teneatur Prefecta Monasterij, eum ante mensem certiorem facere, alias, quamdiu Episcopo videbitur ab Officio suspensa sit. A

Vt in c. 18. Non cõpellendæ, nec impediendæ.

Et quod eos, qui cogunt Mulieres ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum habitum, vel ad emittendam professionem: Et qui sanctam virginum, vel aliarum mulierum voluntatem, Veli accipiendi, vel Voti emittendi, sine iusta caussa impedierit, Sancta Synodus anathemati subijcit.

De Cõfessore eis extraordinario dando. Seff. vlt. ca. 10.

Quod prater ordinarium Confessorem, alius extraordinarius ab Episcopo, & alijs Superioribus, bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium confessiones audire debeat: quamuis non sit eiusdem Ordinis; qui Confessores ordinarij non sunt ab Episcopo, sed a Superiore Ordinis examinandi; vt declarauit sacra Congreg. Card. sup. Conc. Trid. in cap. 10. de Regular. Seff. 25. B

In communi viuant.

Item Moniales ipsę proprium habere non debent, vt in Conc. Trid. Seff. vlt. de Regul. cap 1. habetur, ait enim quod omnes Regulares, tam viri, quam mulieres, ad Regule, quam professi sunt, pręscriptum, vitam instituant, & componant; ac quæ ad communem vitam, victum, & vestitum obseruanda pertinent fideliter obseruent. omnisque cura, & diligentia a Superioribus adhibeatur, tam in Capitulis prouincialibus, & generalibus, quam in eorum visitationibus (quas suis tẽporibus facere non pretermittant,) vt ab illis non recedatur. C

Cõc. Trid. Propriũ nõ habeant.

Ac de proprietate extirpanda ait Conc. in cap. 2. quod nemini Regularium tam virorum, quam mulierum, liceat bona mobilia, vel immobilia cuiuscumque qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquisita, tamquam propria aut etiam nomine Conuentus, possidere, vel tenere: sed statim ea Superiori tradantur, Conuentuique incorporentur.

Cõc. Trid. Quæ bona potest concedere Prelatus. Pœna.

Ac de bonis, qua potest Superior concedere, & qua non, ait ibidem, quod non liceat Superioribus, bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad vsumfructum, vel vsum, administrationem, vel commendam; mobilium vero vsum, ita permittant, vt eorum supellex statui paupertatis conueniat, nihilque etiam, quod sit necessarium, eis denegetur. Quod si quis aliter quidquam tenere deprehensus, aut conuictus fuerit, is biẽnio actiua, & passiua priuatus sit voce; atque etiam, iuxta sua Regulę, & Ordinis constitutiones, puniatur. D

In. §. 19.

Circa Monialium Clausuram, est iam attendendum id, quod Sac. Conc. Trid. iubet in Seff. 25. tit. de Monial. & Regul. c. 5. & vide sup. in verbo Clausura. Attamen est aduertendum quod quaritur a Nauar. in lib. Consiliorum lib. 3. tit. de Regul. Conf. 48. An Generalis Ordinis Minorum de Obseruantia, possit transferre Moniales sibi subditas de vno ad aliud Monasterium, caussa correctionis, vel noua fundationis, & concludit quod sic. & licet videantur obstare Bulla Pij V. & c. 7. Nulli Monialium de statu Regul. lib. 6. & Conc. Trid. tamen nihil obstare ait, quia sunt illa limitanda, ne procedat prohibitio exitus Monacharum, cum occurrit caussa legitima, vt est iam supradictum. & licet Conc. Trid. videatur requirere non solum caussam legitimam, sed etiam, vt caussa legitima approbetur per Episcopum, & consequenter, quod non sufficiat licentia Generalium, & quod confirmatio Priuilegiorum prefati Ordinis a Greg. XIII. facta non extenditur ad Contraria Conc. Trid. tamen respon. ab ipso, quod illa verba Concilij sunt intelligenda hoc modo, videlicet, quod approbatio illa Episcopalis requiritur quoad exitum Monialium eidem subditarum: vel ita exemptarum, quod soli Papa subsunt immediate: non autem de alijs exemptis, qua subsunt alijs Prelatis aliorum Ordinum, de quibus hic agitur; & ita concludit vbi supra, ipse Nauar. quod possit Generalis eas transferre. Vel dic vt in Verbo Clauf. Monial. fol. 114. B. & fol. 118. E

A

CAPVCCINI ANNOTATIO.



ABC. Concessio Clem. 7. hodie non habet locum, per Conc. Trid. Sess. 25. cap. 10. dicitur enim ibi, Quod vero Sanctissimum Christi corpus intra chorum, vel septa Monasterij, & non in publica Ecclesia conseruetur, prohibet Sancta Synodus, non obstante quocumque indulto aut priuilegio. In §. 29. Additio.

Sacra Congreg. supra Conc. in Sess. 13. canon. 7 statuit. Non licere Sanctam Eucharistiam ad ægrotantes deferre, qui morbi grauitate impediti sumere eam non possunt, sed venerationis gratia solent eam deosculari: & si forte alique in loco talis B *est consuetudo, ea prorsus est tollenda. Et Pius V. similiter prohibuit ne Sacra Eucharistia deferatur ad infirmos, vt eam adorent.]*

MVLIERES.

Distinctio Concessionum omnium concernentium Mulieres, quæ non sunt Moniales.

CIRCA Mulieres, quæ non sunt Moniales, sunt pleraq; ordinata, & concessa in Priuilegijs Fratrum Mendicantium. ¶ Et primo quæ, & qualiter possint ingredi Monasteria Monialium, positum est in dictione Ingredi Monasteria. §. 28. & 30. & 31. *Collectw.*

C

Secundo qualiter possint absolui Mulieres, etiam mala intentione prædicta Monasteria intrantes, habetur in dictione Absolutio quoad Sæculares. 2. in §. 9.

Tertio in particulari de Mulieribus seruitricibus Monialium, habetur in dictione Ingredi Monasteria. §. 19. Et qualiter huiusmodi Mulieres seruitrices possint absolui a Fratribus Mino. eisque Ecclesiastica Sacramenta conferri: habetur in dictione Absolutio ordinaria quoad Fratres. §. 11. prope finem. Et in dictione Seruitrices Monialium. ¶ Vltra prædicta, sequuntur nonnulla, pertinentia ad Mulieres, quæ sub Religionibus Mendicantibus militant; licet D non sint Moniales.

EVGENIVS IV. Et Martinus V. confirmauerunt litteras Bonifacij VIIII. inserendo illas de verbo ad verbum; in quibus conceditur, quod Generali, & cuilibet Officiali, & Prioribus Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, in quibuscumque Prouincijs constitutis, sit licitum, quascumque Mulieres idoneas, aliquod Canonicum obstaculum non habentes, quæ habitum Regularem dicti Ordinis (ad instar Mantellatarum, seu Pinzocherarum Ordinum Fratrum Minorum, & Prædicatorum) habere, ac gestare voluerint, tam virgines, quam matronas, ac viduas, in Mantellatas, seu Pinzocheras prædicti Ordinis Eremitarum recipere, & admittere: Ac earum singulis habitum Regularem, & Regulam eiusdem Ordinis Eremitarum exhibere, ad instar huiusmodi Mantellatarum, seu Pinzocherarum Ordinum Fratrum Minorum, & Prædicatorum præfatorum; prout, secundum Deum, saluti animarum earumdem salubrius visum fuerit expedire. Et voluit, quod huiusmodi Mulieres gaudeant, & gaudere possint, & debeant, tam exemptionis priuilegio, quam omnibus immunitatibus, libertatibus, Indulgentijs, ac alijs Priuilegijs quibuscumque, præfato Ordini Eremitarum, eiusq; Fratribus, & personis per Sedem Apostolicam con- *1 Ex Priu. Fratrum Augustiniensium.* E *Communicatio Priuileg.*

Dd 3 cessis, ac

cessis, ac in posterum concedendis, B. ffo.177. conce. 412. ac etiam 246. concess. 596. & 597. A

Collector. In libris Monumentorum Ordinis, non habetur quidquam concessum Fratribus Minoribus, aut Prædicatoribus in huiusmodi materia. Et ideo vix poterit prodesse aliquid hæc Concessio, cum referatur ad Priuilegia, quæ non apparent.

2 *Communicatio Priuilegiorum.* ¶ SIXTVS IV. confirmauit suprascriptam Concessionem Eugenij, &c. & concessit præfatis Mulieribus, quod omnibus, & singulis Priuilegijs, immunitatibus, fauoribus, gratijs, & indultis spiritualibus, & temporalibus, Ordini, & Fratribus prædictis concessis, & concedendis, & quibus illi in genere quomodolibet potiuntur, & gaudent, tam in vita, quam in mortis articulo, etiã circa peccatorum remissionem, & iniunctarum pœnitentiarum relaxationem, B *Administratio Sacramẽtorũ.* vti, potiri, & gaudere, ac participes esse possint, ac debeant. Et quod liceat Fratribus præfatis, eisdem Pinzocheris, & Mantellatis personis (in earum etiã domibus quoties opus fuerit) Eucharistiæ, & extremæ vnctionis Sacramenta ministrare, ac illarum cadauera tumulanda deferre, etiam Parochialium Ecclesiarum *Sepultura.* personarum earumdem Rectorum licentia desuper minime requisita, & contradictione qualibet non obstante, B. ffo.149. conce.622.

Collector. Circa vltimam clausulam suprascriptam, ordinatum est aliter in Concilio Lateranensi; prout ponitur infra. §. 6.

3 *Ex Priuileg. Carmelitarum.* ¶ Idem Sixtus fecit consimilem Concessionem Ordini Fratrum Carmelitarum quasi ad litteram, vt supra. Additur tamen in fine, quod præfati Fratres Carmelitæ possint suis Pinzocheris, & Mantellatis personis, etiam in earum C domibus, quoties opus fuerit (confessionibus diligenter auditis) de absolutio- *Absolutio.* nis beneficio prouidere, &c. vt supra. Et quod, dum huiusmodi personas de- *Sepultura.* cedere contigerit, possint earum cadauera ad eorumdem Fratrum Ecclesias tumulanda deferre. Non obstante contradictione Rectorum Parochialium, &c. B. fo.96. Et ffo.180. concess.426.

Collector. Circa prædicta vide infra, §. sexto.

4 ¶ Idem Sixtus concessit Generali, & Prouincialibus, Prioribus Ordinis Carmelitarum, eamdẽ auctoritatem recipiendi præfatas Pinzocheras, & Mantellatas, sicut concesserat Ordini Eremitarum Sancti Augustini, sub simili tenore, sicut supra positum est, B. fo.101. Et ffo.184. conce.462. D

5 *Ex Priuilegijs Augustiniẽsium.* ¶ LEO X. declarauit præfatas Mantellatas Ordinis Sancti Augustini, omnibus, & singulis Priuilegijs, gratijs, & indultis, quæ in Mari Magno, seu alijs Concessionibus tam per ipsum, quam per alios Romanos Pontifices prædecessores, Ordini antedicto concessis continentur, plene, ac largiter perfrui posse, & debere, b. ffo. 122. conce.556.

6 *Sepultura. Sacramẽta* ¶ Idem Leo X. in Concilio Lateranensi statuit, quod præfatæ Mantellatę, & Pinzocheræ quorumlibet Ordinum in proprijs domibus habitantes, eligere valeant sepulturam, vbi voluerint. Et quod in die Paschatis tantum Eucharistiam, necnon extremam vnctionem, ceteraq; Ecclesiastica Sacramenta (pœnitentiæ Sacramento dumtaxat excepto) a proprio Sacerdote recipere, & ad E onera, quæ laicis incumbunt perferenda teneantur. Ac decreuit, quod in foro sæculari, coram Iudicibus sæcularibus conueniri possint, B. ffo. 26. concessione 86.

Collector. Præfata Constitutio non intelligitur de vouentibus castitatem virginalem, vel vidualem. Nam tales gaudent omnibus Priuilegijs, sicut Fratres, prout habetur infra, §. 7. vbi prædictum Decretum declaratur, ac limitatur.

7 *De Mulie-* ¶ Idem Leo postea referendo præfatum Statutum, per eum in Concilio factum, quia, occasione illius, aliquæ dubitationes exortæ fuerunt, ad tollendum

omne

A omne dubium, Motu proprio, & ex certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine decreuit, & declarauit, quod præfatum Statutum minime intelligi debeat de facientibus votum ſollemne caſtitatis. Ita vt mulieres virginalem vitam, aut cælibem ſollemniter vouentes, etiam in conſanguineorum, vel affinium ſuorum, vel proprijs domibus, aut ſeorſum habitantes, Priuilegijs, & immunitatibus prædictis, in omnibus, & per omnia frui, & gaudere debeant, B. ffo. 28. conce. 91. *ribus vouētibus ſolam caſtitatem.*

ANNOTATIO CORDVBÆ.

B *VOAD. §. 1. notandum, quod iſta Pinzochera, de quibus ibi agitur, ſunt velut Tertiaria noſtri Ordinis Minorum, viuentes in ſuis domibus particulariter, modo fecerint votum continentia, modo nõ; qua quidem non ſunt propriè, nec verè religioſa, ſecundum ius; & in Italia dicuntur Bizocha, in Hiſpania Beata (vt ait collector Compendij, tit. Ingredi, in 2. notabili, & tit. Oblati Fratrum, §. 2.) & aliquando dicuntur Mantellata; quia Mantellum coloris cinerei, ſicut eſt noſter habitus, portant, vt in hoc §. 1. innuitur. Et quando tales mulieres ſunt ſub Ordine Sancti Auguſtini, dicuntur aliquando Corrigiata: quia corrigiam illius Ordinis portant; vt patet in multis Priuilegijs, & Indulgentijs conceſſis talibus Corrigiatis. De his autem Tertiarijs latius habetur infra, titulo Tertiarij, &c.*

C *Quoad. §. 2. vid. in Compendio tit. Tertiarij, §. 26. aliam Conceſſionem Innoc. viij. ffo. 79. ad id quod Six. IV. in hoc. §. concedit.*

NOVITIVS.

Diſtinctio Conceſſionum pertinentium ad Nouitios Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium.

CONCESSIONVM attinentium ad Nouitios, quædam pertinent ad receptionem ipſorum ad habitum. Et hæc continentur infra in omnibus, §. vbi habetur hæc dictio Receptio. Alia ſpectant ad eorumdem Nouitiorum abſolutionem, & diſpenſationem. iſta autem continentur infra, vbi habetur hæc dictio Abſolutio, & Diſpenſatio. Nonnulla pertinent ad ipſorum Nouitiorum profeſſionis emiſſionem. Et huiuſmodi exiſtunt infra, vbi eſt hęc dictio Profeſſio. Reliqua vero concernunt diſpoſitionem bonorum ipſorum Nouitiorum. Et iſta habentur infra, §. 12. & 21. & 26. *Collector.*

D

HONORIVS III. inhibuit Prælatis Ordinis Minorum, ne aliquem ad ſui Ordinis profeſſionem admittant, niſi per annum in probatione fuerit, B. ffo. 101. conce. 213. *1 Prohibitio. Profeſſio.*

¶ INNOCENTIVS IV. ſtatuit, vt Fratres Prædicatores prætextu alicuius Conceſſionis eis factæ, vel faciendæ expreſſam mentionem de hoc Priuilegio non facientis, non poſſint recipere, Ordini Fratrum Minorum obligatos Voto, vel Iuramento, b. ffo. 5. *2 Prohibitio. Receptio.*

E

¶ Idem Innocentius ſtatuit, & in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pęna ipſo facto incurrenda, & a qua nequaquam abſolui poſſint, niſi per Sedem Apoſtolicam, præcepit Miniſtris, & Fratribus Ordinis Mino. ne præſumant recipere vllo modo Prædicatores, & eorum Ordini Voto, vel Iuramento etiam obligatos, prætextu alicuius Indulti Apoſtolici, obtenti, vel obtinendi, de huiuſmodi litteris expreſſam mentionem non facientis, niſi prius Prioris ſui petita licentia, & obtenta. Poſtea tamen declarauit hoc de il- *3 Prohibitio. Receptio. Excommunicatio.*

lis intelligi, quos post annum probationis elapsum, eorum constiterit Ordini obligatos. B. fo.19. Et ffo.103. conce 218. A

4 ¶ Idem Innocentius prohibuit, sub excommunicationis pœna, aliquem ante annum probationis elapsum, ad professionem recipi: Aut quominus ad aliā transeat Religionem, impediri: Et professionem, aliter factam, irritam mandauit esse, & nullam, B. fo.119. Et b. ffo.5.

Excõicatio. Professio.

5 ¶ Idem Innocentius districte inhibuit Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, ne ante annum probationis elapsum, quemquam ad professionem suorū Ordinum præsumant recipere, nec constitutum in probatione Nouitium aliqualiter impedire, quominus infra eumdem probationis annum, ad aliam Religionem, quam maluerit, transeat; sicut de sua processerit voluntate, B. ffo. 103. conce. 218. B

Prohibitio. Professio.

6 ¶ Idem Innocentius concessit Generali, & Prouincialibus Ministris Fratrum Minorum, vt possint absoluere Nouitios excommunicatos pro iniectione manuum in se ipsos; prout habetur in dictione Absolutio ordinaria quoad Fratres, §. 1.

Absolutio.

7 ¶ INNOCENTIVS IV. statuit, quod is, qui Monasteriū ante 14. annum, vt Monachus efficiatur, ingreditur, nisi eo completo professionem faciat in sequenti, vel habitum Religionis suscipiat, qui dari profitentibus consueuit, seu professionem a se prius factam, ratam expresse habeat, libere possit infra sequentem annum, ad sæculum remeare. Quod si per totum sequentem annum in Monasterio permanserit, vbi Professorum, & Nouitiorum sunt habitus indistincti, professionem per hoc fecisse, vel si quam prius fecerat, ratam habuisse videtur: nisi tanta indistinctio ibi habitus habeatur, quod Professi, & Nouitij, ac etiam alij communem vitam cum eis ducentes, simili penitus habitu induantur. Qui vero post 14. annum, habitum Religionis assumpserit, si per annum illum gestauerit, ex tunc Religionem assumptam præsumitur veraciter esse professus; vbi professi a Nouitijs dissimilitudine habitus, minime distinguuntur, etiam si alij degentes cum eis, similibus vestibus coutantur: quoniam cum iam hic ad discretionis annos peruenerit, quid agat, agnoscit; & ideo susceptum discretionis tempore Ordinem, (postquam tunc anni probauerit spatio,) intelligitur firmiter approbasse. Secus autem in illo, qui ante discretionis annos, habitum induit Regularem: cum eorum, quæ tūc agit, plenum non habeat intellectum. Distincti quoque aut dissimiles intelliguntur esse habitus, siue Nouitijs, siue professis dissimiles vestes dentur; siue benedicantur, cum profitentibus conceduntur, siue etiam aliquid aliud fiat, per quod Nouitiorum a Professorum habitu discernatur. Habetur in c. Is qui Monasterium: De Regularibus, lib. 6. C D

Ex iure cōmuni. Professio.

Habitus.

8 ¶ ALEXANDER IV. Fratribus Prædicatoribus, & Mino. in virtute obedientiæ, & sub excommunicationis pœna districtius inhibuit, ne ante annum probationis elapsum (qui est, maxime in subsidium fragilitatis humanæ, regulariter institutus) quemquam ad Professionem sui Ordinis, seu renuntiationem in sæculo faciendam, recipere: nec constitutum infra huiusmodi annum aliquatenus impedire, quominus infra ipsum ad aliam Religionem, quam maluerit, transeat: vel (nisi maior tamen quattuordecim annis existens, Professus sit tacite, vel expresse; aut euidenter constet, illum vitam voluisse mutare; quod tamen non præsumitur, nisi clara probatione, vel competentibus indicijs ostendatur,) omnino ad sæculum redeat; sicut de sua voluntate processerit, præsumant. Quod, si forte contra huiusmodi prohibitionem quemquam recipere præsumpserint, decreuit eum, qui taliter receptus fuerit, nullatenus dicto Ordini esse alligatum; ipsosque Fratres, a receptione quorumlibet E

Ex iure cōi Excommunicatio. Professio.

ad Pro-

A an Professionem eiusdem Ordinis, fore ipso facto suspensos; & insuper pœnæ subijciendos, quæ Fratribus ipsius Ordinis, pro culpis infligi grauioribus consueuit Habetur in c. Non solum: De Regularibus, & transeuntibus ad Religionem, lib.6.

ALEXANDER IV. præcepit in virtute sanctæ obedientiæ Magistro, 9
& Fratribus Ordinis Prædicatorum, & sub excommunicationis pœna, ipso *Excõicatio.*
facto incurrenda, a qua nequaquam absolui valeant, nisi per Sedem Apostoli- *Prohibitio.*
cam: quatenus non recipiant ad suum Ordinem Fratres Ordinis Min. aut eos, *Receptio.*
qui voto, vel iuramento eidem Ordini Mino. fuerint obligati: nisi prius petita fuerit, & obtenta Ministri sui licentia, etiam prætextu alicuius Indulti, B seu aliquarum litterarum obtentarum a Sede Apostolica, vel in posterum obtinendarum; quæ de præsentibus expressam non fecerint mentionem. Et decreuit irritum, & inane quidquid secus in hac parte contigerit attentari, B. ffo. 201. concess. 496.

¶ CLEMENS IV. voluit, quod si aliqui Nouitij ostenderint talia si- 10
gna, per quæ euidenter appareat eos voluisse perpetuo seculum deserere, ac sub Religione de cetero, Domino deseruire, & postea reuersi fuerint ad sæculum, compellantur per Ecclesiarum Prælatos, (quando ex parte Fratrum fuerint requisiti) vt ad aliquem Ordinem se debeant transferre, B. fo. 55.

¶ Idem Clemens fecit quamdam latissimam Concessionem circa absolutio- 11
C nem, quæ Nouitijs potest impendi; prout habetur in dictione Absolutio ordi- *Absolutio.*
naria, quoad Fratres, in §.4. & 6.

Aduertere oportet, quod in hac Concessione absolutionis, nullum casum *Collector.*
excipit: dicendo (prout dici solitum est) Nisi casus adeo grauis, &c. Ex quo videtur, quod ampliorem gratiam voluit facere venientibus ad Ordinem, ne impediretur eorum connectio ad Deum, quam iam Professis in quorum Concessione absolutionis ponitur prædicta exceptio. Attamen in casibus contentis in Bulla Conę Domini, non auderem asserere, quod possint venientes absolui: nec minus alij, absq; noua Concessione, post prædictæ Bullę pronuntiationem, quolibet anno impetrata: Quia casus illi quolibet anno de nouo reseruantur cum derogationibus Priuilegiorum Ordinum, & eximijs non obstantijs. De D quo vide supra in dictione Absolutio ordinaria quoad Fratres, post §. 13. Et idem dicendum est de quibuslibet alijs casibus, post istam Concessionem auctoritate Apostolica promulgatis, & specialiter reseruatis. Itaque ijs bene prospectis, nihil amplius habent modo Nouitij, quam professi; quamuis tempore supradictæ Concessionis viderentur plus habere.

¶ Idem Clemens concessit, quod si aliqui habitum Fratrum Mino. assumen- 12
tes, diuersis personis, quæ sciri, & inueniri non possunt, aliqua bona restituere *Restitutio*
teneantur, possint Ministri, & Custodes, & Vicarij eorum, singuli in locis sibi *incertorũ.*
commissis, bona ipsa in pios vsus conuertere; prout secundum Deum viderint expedire, B. fo. 58. Et ffo. 141. concessione 334.

E Circa prædicta, vide ampliorem Concessionem, infra, §. 21. *Collector.*

¶ NICOLAVS III. in declaratione Regulę Fratrum Minorum con- 13
cessit, & statuit, licere nō solum Generali, sed etiam Prouincialibus Ministris, *Quibus li-*
personas fugientes a sæculo, in Fratres recipere: Quæ tamen Prouincialium *ceat recipe-*
Ministrorum licentia, per Ministrum Generalem possit arctari, sicut expedire *re Nouitios*
viderit. Et declarauit, quod Vicarij Ministrorum Prouincialium, ex officio Vi-
cariatus, licentiam hanc sibi nouerint interdictam; nisi per Ministros eosdem, *Receptio.*
ipsis Vicarijs specialiter committatur, quibus Ministris, hoc p[illegible] [illegible]ittere Vicarijs, & alijs, licentiam concessit, B. fo. 10. Et b. ffo. 12. secundi [tr]actatus, articulo 7.

¶ Idem

14 *Receptio.* ¶ Idem Nicolaus circa hoc addidit, dicens Caueant tamen ipsi Prouinciales, quod hoc non indiscrete, nec passim, sed sic considerate committant, ac sic illos, quibus hoc committi contigerit, fidelibus consilijs fulciant, quod omnia discrete procedant. Habetur supra, §. 13. A

15 *Receptio.* ¶ Idem Nicolaus superaddidit circa hanc materiam, quod non indifferenter omnes admittantur ad Ordinem, sed illi tantum, qui suffragantibus eis litteratura, & idoneitate, vel alijs circumstantijs, possint vtiles esse Ordini; sibique per vitæ meritum; & alijs proficere per exemplum. Habetur vbi supra §. 13.

16 *Ex iure cõmuni. Excommunicatio.* ¶ BONIFACIVS VIII. statuit, quod quamuis is, qui Religionem ingreditur, Religiosus censeri cum effectu non possit, donec sit tacite, vel expresse professus: si quis tamen violentas manus in eum inijciat, excommunicationis latæ a canone vinculum non euadat. Habetur in c. Religioso, de sententia excommunicationis, lib. 6. B

17 *Ex iure cõmuni.* ¶ Idem Bonifacius Constitutionis Innocentianæ suprascriptę §. 7. quæ prohibet Conuersorum professionem recipi ante annum probationis elapsum; quã Constitutionem Alexander Papa IV. ad Fratrum Prædicatorum, & Minorum Ordines dumtaxat declarauit extendi; Declarationem eamdem ad aliorum Mendicantium Ordines prorogauit. Statuit etiam, quod in alijs Religionibus professio expresse, vel tacite fieri possit licite infra annum. Sed expresse emissa, (etiam sæculari habitu non mutato,) illi Religioni præcise obligat, quam profitens est professus. Tacite vero facta, infra probationis annum, per susceptionem habitus, qui profitentibus tantum datur, non illi specialiter, cuius habitus est susceptus, sed generaliter Religioni alicui recipientem obligat: si ætatis aptæ sit, si sciens, & voluntarius, ac triduo perseueret. Habetur in c. Constitutionem. De Regularibus, & transeuntibus ad Religionem, lib. 6. C

18 *Ex iure cõmuni.* ¶ CLEMENS V. eos, qui in discretionis constituti ætate, Nouitiorum habitum in aliqua Religione per annum portauerint, hoc ipso Religionem illam decreuit esse professos: nisi huiusmodi habitus in colore, scissura, vel forma se distinctum patenter exhibeat ab habitu professorum. Habetur in c. Eos qui, de Regularibus. D

19 ¶ VRBANVS V. & Gregorius XI. circa receptionẽ Nouitiorum, & Monialium fecerunt notabilem prouisionẽ, quæ habetur in dictione Simonia, §. 1.

20 *Prohibitio. cõtra Mon.* NICOLAVS V. statuit, quod Moniales S. Claræ, nisi de Prouincialis, seu Visitatoris sui expressa licentia, recipere valeant aliquam ad Religionem, vel professionem, b. fo. 48. Et ffo. 43. conce. 44.

21 *Ex Priu. Fratrum Carmelitarum.* ¶ SIXTVS IV. concessit Magistro Generali, & Prioribus Prouincialibus, ac Prioribus localibus Ordinis Fratrum Carmelitarũ, vt singuli eorum in locis sibi commissis, possint, & valeant in pios vsus conuertere bona, quæ Nouitij ad Ordinem prædictum venientes, tenentur restituere diuersis personis, quæ sciri, & inueniri non possunt, B. fo. 103. Et ffo. 186. conc. 474. E

22 ¶ Idem Sixtus concessit, quod Nouitiæ Monialium Sanctę Claræ primæ Regulæ, possint promereri omnes indulgentias almæ Vrbis, Visitando suas Ecclesias, o. ffo. 161. conce. 678.

Collector. Virtute communicationis Priuilegiorum, quæ habetur in dictione Communicatio Priuilegiorum, §. 14. & 19. poterunt Nouitij Fratrum Mino. conseq[illegible] pr[illegible] indulgentias. Nam directe non reperiuntur illis concessæ.

23 *Professio* [illegible]LIVS II. statuit, quod, cum aliqui Fratres in Ordine Mino. ann[illegible] probationis inceperint, ac deinde habitum dimiserint, sed postea ad ips[illegible] Ordinem redierint, tempus prioris receptionis habitus, cum tempore post-

rioris

A rioris sibi computari, vel non computari possit, iuxta discretionem, & determinationem suorum Superiorum, B. ffo. 127. conce. 283.

¶ Idem Iulius concessit Ordini Eremitarum Sancti Augustini, vt quicumque Nouitius in huiusmodi Religione promotus fuerit ad Sacros Ordines, habeatur pro Professo; & quod habitum prædicti Ordinis relinquere, aut mutare nulla auctoritate possit: nisi licentiam in scriptis a Generali præfati Ordinis obtinuerit, b. ffo. 166. concess. 694. Et B. ffo. 67. concess. 213. 24 Ex Priuil. Augustin. Professio.

¶ LEO X. fecit quamdam Concessionem, seu Statutum, circa eiectionem Nouitiorum, & Professorum ab Ordine; prout positum est supra, in dictione Eijcere ab Ordine, §. 5. 25 Eijcere ab Ordine.

B ¶ Idem Leo in Concilio Lateranensi statuit, quod excommunicati, volentes profiteri aliquem Ordinem Mendicantium, vbi de interesse tertij agitur, absolui non possint, nisi præuia satisfactione, B. ffo. 26. conce. 84. 26 Professio.

¶ Idem Leo concessit, quod quando contigerit, auctoritate Apostolica concedi aliquibus Fratribus, vel Monialibus diuersarum Religionum, posse trāsire ad Ordinem Fratrum Minorum, aut Sanctæ Claræ, attento, quod tales iam sunt nutriti in alijs Ordinibus, vnde præsumitur de ieiunijs, & alijs asperitatibus Religionis esse instructos, possint facere Professionem tanto tempore ante annum probationis de iure communi taxatum, quanto Prælato prædicti Ordinis Minorum, de consilio discretorum Fratrum, vel discre- 27 Pro Fratribus, & Monialibus. Professio.
C tarum Monialium respectiue illius domus, in qua fecerint probationem, visum fuerit: Dum tamen Fratres, & Moniales huiusmodi fuerint inter obseruantes suorum Ordinum Professi, & nutriti, & ad obseruantes prædicti Ordinis Minorum transire voluerint, & non alias, o. ffo. 94. concessione 295.

Circa modum receptionis Nouitiorum, præsertim Monialium, vt vitetur Simonia, facta est quædam optima prouisio per Vrbanum V. & Gregor. XI. quæ habetur in dictione, Simonia, §. 1. Et in dictione Moniales, §. vltimo. Collector.

Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.

D EVGENIVS IV. prohibuit, ne aliqui cuiuspiam status gradus, vel conditionis existant, personas, quæ de iure communi Religionem ingredi non prohibentur, ex sæculo fugientes, & ad conuersationem huiusmodi congregationis venire cupientes, verberibus, aut violentijs quibuscumq; impedire, vel prohibere, aut a Monasterijs, & locis congregationis Monachorum Sancti Benedicti (iniuriam aliquam ingredi volentibus, aut recipientibus irrogando, seu eos molestando,) huiusmodi personas euellere, aut extrahere audeant, vel præsumant: Contrarium vero facientes, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant: dum tamen cum hoc præsens Statutum fuerit eis ad notitiam deductum, non destiterint a prædictis: A qua non possint, præ- 28 Prohibitio. Excommunicatio.
E terquam in mortis articulo, nisi per Sedem Apostolicam, beneficium absolutionis obtinere, B.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD §. 10. notandum, quod per talia signa volentium perpetuo in Religione manere; & per talem compulsionem, quam Papa concedit posse fieri talibus, de quibus ibi agitur ad permanendum in Religione, non sequitur quod, ergo illi Nouitij sunt tacite, vel expresse professi: nisi simul per actum.

per actualem promissionem, seu votum, saltem aquiualenter se tunc Religioni illi obligassent: quamuis hic Papa Clem. IV. in fauorem anima Nouitij, & ad illius maiorem securitatem, & pracipue in fauorem Religionis, statuerit, saltem in foro Ecclesia talem debere compelli ad Religionem, licet nullo modo sit vere Professus, vt dictum est; & de hoc latius not sup. diximus in expositione Regula Fratrum Mino. cap. 2. q. 12. & latius habetur in Siluest. tit. Religio 30. q. 19. Religio 5. q. 8. & Summ. Angel. eo tit. & Caiet. 2. 2. q. 88. art. 1. & in quolibet. ibi videat, qui volet. A

Quoad §. 24. notandum, an hoc Priuil. Iulij II. concessum Augustiniensibus, communicetur alijs Religiosis, tamquam fauorabile ipsis ita quod, etiam in alijs Religionibus, saltem Mendicantibus, censeatur Professus ille Nouitius, qui promouetur ad Sacros Ordines; & quem effectum habeat talis tacita professio. Et an ipsi August. aut alij si quibus forte ipsum Priuilegium communicatur, possint tali Priuilegio renuntiare, quia videtur in periculum Nouitiorum. Ista omnia debent hic aduerti, de quibus nihil hic certum habeo, neque scio; quia me imparem huius dubij enodationi plane confiteor: quamuis credam quod solum in foro iudiciali censeatur Professus talis, ad hoc, vt possit compelli ad Ordinem, (sicut. & sup. §. 10. quoad Concessionem Clem. IV. dictum est,) ex qua auctoritate Ministri Generalis potest talis Nouitius promotus ad Sacros Ordines, habitum illum relinquere, vel mutare, sed, vt dixi, in hoc peritiores consulendi sunt. Adde quod consuetudo illum non habet pro Professo; neque vmquam tale Priuilegium practicatum est, & ita per non vsum videtur iam non valere. B

CAPVCCINI ANNOTATIO. C

Proponitur huiusmodi materię tractandæ ordo.

T distincte, ac perlucide aliqua scitu digna occurrentia, in huiusmodi Nouitiorum materia, valeam annotare, procedere censui iuxta eamdemmet distinctionem Concessionum a Collectore supra in huius principio positam, cum ait, quod Concessionum pertinentium ad Nouitios, Quadam pertinent ad receptionem ipsorum ad habitum: Alia ad Professionis emissionem: Alia spectant ad eorumdem Nouitiorum absolutionem, & dispensationem: & Alia concernunt dispositionem bonorum eorum, quibus siquidem membris, omnia, qua mihi magis videntur necessaria, omni, qua potero, breuitate, conabor submectere. In prima etenim, & secunda illa parte tractab tur de omnibus requisitis conditionibus, cum in receptione, tum etiam in professione eorum. In tertia parte de Auctoritate, quam Prælati habent pro absolutione, & dispensatione illorum, & quid nunc sit obseruandum cum habentibus aliquem casum reseruatum: Ac in postrema parte agetur de bonorum eorum dispositione iuxta Trid. Conc. decretum. D

De receptione Nouitiorum ad habitum.

Prima pars diuisionis.

V*NDE, quoad primam diuisionis partem, de receptione, scilicet, eorum ad habitum, Duo videbimus: Vnum circa modum obseruandum in receptione illorum, Alterum circa Concessiones, ac prohibitiones Summorum illorum Pontificum ibidem a Collectore citatas, ac aliorum subsequentium.* E

Modus datus a Regula in recep. Nouitiorū.

Circa modum autem obseruandum, est sciendum, quod in nostra Regula a Seraphice nostro Padre Francisco, omnibus suis Fratribus Min. ribus prastripta, ordinatur, vt ad Ministros Prouinciales tantum pertineat ad Ordinem recipere; dum in cap. 2. ait, Si qui voluerint hanc vitam accipere, & venerint ad Fratres nostros; mittat eos ad suos Ministros Prouinciales, quibus solummodo, & non alijs recipiendi Fratres, licentia concedatur. Nec est credendum, quod per hoc excludatur Generalis Minister, quin possit, & ipse ad Ordinem recipere, immo ad eum spectare, & in eo ordinariam eu-

Quibus cõpetat Nouitios recipere.

A *riam auctoritatem residere, tamquam Vniuersali Ministro, recipiendi, & acceptandi in toto Ordine quoscumque ad vitam istam recipiendam venturos, declarauit Gregorius IX. Prouinciales vero ex suo off. id tantum in suis Prouincijs facere possunt, vt ex Nicolao III. in declarat. nostræ Regulæ, art. 7. patet. Dum enim ipse Nicolaus dicit, quod Vicarij, siue Commissarij Prouincialium, ipsis longe agentibus, non possunt ex off. ad ordinem recipere, nisi a Prouincialibus talem facultatem habuerint, satis demonstrat, quod Prouinciales Ministri, ex suo officio, & ordinaria auctoritate, talem habeant facultatem: adeo, vt Generalis Minister, & Prouinciales tantummodo ex officio, & ordinaria auctoritate, ad Religionem posse recipere, probentur; ceteri vero præter hos, nullam ad id habent facultatem, nisi ab istis fuerit illis delegata. Quam delegationem* B *fieri posse (cum ex Regula solis Ministris concedatur) declarauit, ac concessit Nicolaus prædictus; & habetur supra. §. 13. quod & Innocentius IV. fecerat in exposit. Regul. & Gregor. IX. per Priuilegium speciale. ac ita declaratur a Corduba in exposit. nostræ Regul. cap. 2. quæst. 7. Nec putandum, ait D. Bonauent. Priuilegium istud relaxatiuum esse Regulæ, immo esse potius secundum eius intentionem; vt bene ipse probat.*

Sed in anno 1587. per const. Sixti V. quæ incipit cum de omnibus Ecclesiasticis, &c. fuit talis forma pro receptione Nouitiorum data: Statuimus, & ordinamus, iuuenes aut viros adultos, maiores 16. annis, non aliter in aliquam Religionem recipi posse, nec debere; nisi prius de eorum parentibus, patria, deque ante acta vita, & moribus, diligenter inquiratur; & ex accurata informatione, & fide digna relatione compertum, C *& exploratum sit, eos neque aliquorum criminum, qualia sunt homicidia, furta, latrocinia, vel alia similia, aut grauiora, reos, vel suspectos existere; vt propterea damnati sint, aut ne damnentur formident; neque ingenti ære alieno, supra vires facultatum suarum, grauatos; vel reddendis ratiocinijs, ita obnoxios, vt ex huiusmodi caussalis, vel molestia eis iam illata, vel timendum sit, ne inferatur: Nisi denique constet, ipsos non humana aliqua ratione, sed tantum deuotionis, & pietatis feruore, vitam Religiosam, sponte, & ex animo elegisse.*

Modus receptionis a Sixto V. præscriptus.

Impedimenta Nouitiorum.

Deque his omnibus in generali, vel prouinciali Capitulo, plena & indubitata fide facta, tam Superioris Generalis, seu Prouincialis, quam Diffinitorum consensu approbati, & ad habitum regularem admissi fuerint.

Vt non recipiantur nisi in Capitulo.

Et in alia Bulla, sequenti anno edita, huius prædictæ declaratiua, quæ incipit, Ad D *Romanum spectat Pontificem, circa eos, qui in locis a sua patria longissime remotis degentes, vel quorum patria ab hæreticis, vel infidelibus oppressa detinetur, voluerint se diuinis obsequijs, sub regulari habitu dicare: Sancimus, ait, exteros huiusmodi, & aduenas, quamuis non liquido constet de his omnibus, quæ in Constit. nostra requiruntur: tamen si diligentia adhibita, nihil appareat, quod eos impediat, habiles reputandos esse.*

Adeo, quod, inter alias conditiones, volebat ipse Summus Pontifex, vt Nouitiorum receptio in nulla fieret Religione, nisi in Capitulo generali, vel prouinciali, tam Superioris Generalis, seu Prouincialis, quam Diffinitorum consensu, approbata. Verum in sequenti anno, per dictam const. Ad Rem. spect. Pont. fuit quibusdam Religiosis concessum, vt etiam infra annum, extra Capitulum, cum quadam tamen cautela ibi ex- E *plicita, possent Nouitios recipere.*

Fuit dispensatum ad receptionem in cap. faciendam.

Et in anno 1591. per felicem recordationem Greg. XIV. fuit nobis Capuccinis similiter concessum, vt possemus infra annum, ipsos Nouitios recipere, cum consensu tamen trium, vel quattuor seniorum Fratrum illius loci, vbi talis fieret receptio; prout fic viuæ vocis Oraculo, fuit Illustrissimo, & Reuerendissimo Protectori nostro, Iulio Sanctorio, Cardinali Sanctæ Seuerinæ declaratum, manetq; iam, de mandato eiusdemmet Illustriss. Domini Protectoris, impressum.

Vt nos Capuc. possemus Nouitios extra Capitulum recipere.

Itaq; ex supradictis concludendo, dicimus, ad Ministros Generales, siue Prouinciales, vel ad eos, quibus ipsi id commiserint, modo & forma tamen a Sixto V. præscripta,

Nouitio-

De quibus examinãdi sint Nouitij

Nouitiorum receptionem spectare.

A

Qui quidem Nouitiorum Receptores, debent eos de nonnullis conditionibus ad hoc requisitis, ex vi Regulæ, & ex Iure communi, ac ex nostra Religionis Statutis, omni adhibita diligentia, examinare.

Prima conditio est de fide cathol.

Vt refert Cordub. in expos. Regul c.2, q.4.

Ac primum, (per æquipollentiam nostræ Regulæ præcepti, iuxta declarationem Clementis V.) diligenter debent illos examinare de fide catholica, & Ecclesiasticis Sacramentis; & hoc examen tunc maxime faciendum, ex præcepto, ait D. Bonau. cum aliqua oritur suspicio, vel ratione personæ recipiendæ, vel ratione regionis, & loci, in quibus hæretici reperirentur.

Vt habetur supra in §. 15.

Sed quia non est verisimile, vt de his tantum Seraphicus Pater intenderit fieri examen, sed & de alijs etiam minus grauioribus, & maxime de aptitudine, & habilitate venientium ad Religionem; ideo debent pariter diligenter perpendere, num ad obseruantiam Regularem, & ad officia, & onera Religionis ferenda, & ad conuiuendum pacifice, & absque periculo cum Fratribus sint bene dispositi; ac ideirco Nicolaus III. ordinauit, vt non omnes passim ad Religionem admitterentur, sed solummodo idonei, & digni, & qui Ordini possent aliquando vtiles esse.

B

Auctoritas recipiendi ad Ordinẽ, cur Ministris sit cõmissa.

Et proinde arbitror hoc negotium, vt satis principale, & maximi momenti, vnde tota Ordinis pendet propagatio, Seraphicum Patrem Ministris tantum committere voluisse: quoniam de ipsorum prudentia super omnes merito sperari poterat; quique præceteris ad profectum, & vtilitatem Ordinis, qui eorum curæ erat commendatus, debebant aspicere; & tamquam ianua Ordinis tantum illis præberent ingressum, qui apti, & bene dispositi ad Religionem dignoscerentur; inhabiles, & indispositos repellendo. Vnde illi Ministri, qui aliter faciunt, & affectu aliquo deordinato, vel aliquo alio respectu, indispositos, & inutiles ad Ordinem recipiunt, & infideles suæ Religioni, ac contra propriam, & proximi animam facere dignoscuntur.

C

Itaq; ex vi Regulæ requiritur, vt recipiendus sit fidelis, catholicus, & de nullo errore suspectus: quando dicitur in ea, & si hæc omnia credant, & ea velint fideliter confiteri.

Secunda cõditio.

Vt non habeant vxores.

1. Cor. 4.

Alia conditio est (de qua debent secundo pariter examinari) & vxores non habeant, vel si habeant, & iam Monasterium intrauerint vxores &c. (vt habetur in Reg.) vt sic soluti, & liberi, possint se ipsos offerre Deo, & super sua propria corpora, dominiũ & potestatem Religioni reddere; quæ vtique facere non possent, quando matrimonio consummato, essent ligati: cum, teste Apostolo, tunc nec vir sui corporis amplius potestatẽ habeat, nec vxor, &c. & hoc debet intelligi (secundum Expositores) de matrimonio vero, legitimo, & consummato: non autem, de clandestino, &c.

D

Si autem vxorem haberet, non aliter, nisi illis tantum concurrentibus conditionibus, in Regula positis, Religionem ingredi poterit.

Epilogãtur suprad. cõd.

Et hæ sunt conditiones ex vi Regulæ requisitæ, quod videlicet recipiendus ad Ordinẽ sit fidelis, catholicus, & de nullo errore suspectus, & quod vxorem non habeat.

IntẽtioSeraphici Patris circa alias cõditiones.

Cõditiones a Iure requisitæ.

C si qui Incognit. 15. q. 2. Et c. oportet deserui nõ ordi. C licet de Reg. 20. q. 5

Verum aduertant Ministri, quod sub his impedimentis in Regula positis, voluit Seraphic. Pater noster omnia alia, quæ ingressum Religionis legitime impedire possunt, debere intelligi, & comprehendi, modum, & morem in hoc sequens diuinæ scripturæ, & alterius cuiuscumque rationabilis legis, & reg. (vt ait D. Bona. & Cordub. in exposit. Regul. c.2.) ex similibus similia intelligere, & minora in maioribus implicare. Vnde, dum prohibentur Minist. recipere tales impeditos, agnoscere pro certo debent, quod etiam prohibetur, ne aliquem Canonice impeditum admittant; quæ impedimenta, ex sequentibus alijs conditionibus, a Iure requisitis, colliguntur.

E

De iure autem communi, præter prædictas, requiruntur septem aliæ conditiones relatæ a Cordub. vbi supra in exposit. Regul q.4.

Prima vt sit conditione liber, & non seruus.

Secunda, quod non sit dignitati astrictus: quia Episcopi, Archiepiscopi, aliiq; Superiores non possunt fieri Religiosi, sine speciali licentia Papæ.

Tertia,

A Tertia, quod non veniat coactus minis, falsis promissionibus, alijsque medijs illic. etc. sed voluntarie. Præses C. perlatū cū met. C. ficut tenor. de regul. Vt per Summistas.

Quarta, quod non sit fatuus, mente captus, vel furiosus.

Quinta, vt sit in ætate debita constitutus.

Sexta, vt non sit obligatus ratiocinijs publicis, & perpetuis.

Septima, vt non sit debito obligatus.

Octaua, ne sit ex illis prohibitis recipi per constitutiones Summorum Pontific. supra notatas in §. 2. 3. 9. & alibi.

B Nona, ne illis alijs a Sixto V. in Constitutione supra posita, prohibitis (quæ infra in huius explicatione dicentur) reperiatur implicatus.

Conditiones autem requisitę ex vi nostrarum Constitutionum Ordinis, vltra prædictas, sunt sex aliæ, relatæ similiter ibidem a Corduba. Aliæ conditiones ex constitutionibus Ordinis.

Quarum prima est, quod recipiendi sint animo prompti vel ad subeundum pro fide martyrium, vel ad subeunda Religionis onera, ac asperitatem.

Secunda quod sint corpore sani, non infecti lepra, malo caduco, aut alia infirmitate contagiosa.

Tertia, vt sint ex legitimo matrimonio nati.

Quarta, quod non sint aliqua infamia in sæculo notati.

C Quinta, quod sint sufficienter litterati, vel ad alios labores ordinis, Fratribus honestos, & vtiles apti.

Sexta, quod non recipiatur ante 17. annum completū pro clericos & pro laico ante 19. Et in nostris Capuccinorum Constitucionibus habetur etiam.

Septima, vt non habeant Patres, Matres, aut Sorores pauperes, adeo, quod sine ipsis viuere non possint.

Octaua, & qui alias fuit noster Nouitius, non recipiatur, nisi a Prouinciali illius prouincia, ex qua discessit: dummodo tamen aliquod scandalum non fecerit, ac nisi semel discesserit.

Nona vt aliquis Religiosus ab aliqua Religione Apostata non recipiatur. Requiruntur, & aliæ conditiones, ab alijs Ordinibus, ad quorum Constitutiones me remitto.

D Quæ conditiones, licet ex vi Statuti ad culpam non obligent, sed tantum ad Pœnam, bene tamen possent obligare ex alio iure Diuino, vel humano, vt ex infra dicendis apparebit.

Circa quas conditiones, cum a Regula, tum a Iure, & etiam a Constitutionibus Ordinis requisitas, ne in aliquem incidatur errorim, aliquas apponere earum declarationes necessarium duxi, iuxta sacri Conc. Trid. Decreta, ac subsequentium Summorum Pontific. dispositiones. Declaratio supradictarum conditionum.

Quoad primam condit. Regul. vbi dicitur, vt sint fideles, Catholici, & nullo errore suspecti. Quæritur an infideles, ad fidem conuersi, vel ex Iudæis, aut Mahumetanis, aut ex Hæreticis parentibus, descendentes, possint in Religionem recipi? & respondetur, quod E sic. ac posse etiam, ad dignitates, & officia Ordinis assumi, iuxta dispositionem Pij IV. vt in eius Const. Prouisiones nostra &c. apparet: quæ licet non sit in Bullario registrata, est tamen posita in Ocularia, seu Manipulo Fratrum Minorum, impresso anno 1582. fo. 32. Quoad primã condit. an descendẽtes ex infidelibus parẽtibus possint recipi. Pij IV dispositio. Pij V.

Et per Const. 131. Pij V. Pastoralis officij &c. anno 1571. publicatam in Capitulo generali Fratrum Minorum de Obseruantia, Romæ celebrato, vbi dando modum regiminis, & Nouitiorum receptionis, ait postremo quod in Nouitijs recipiendis fiat inquisitio de progenitorum suorum defectus volentes, quod ijs, qui ex Mahumetanorum, vel Iudæorum genere descendunt, cum, post susceptum ab eis Baptisma, Græci, & Iudæi distinctio esse non debeat, nullatenus defectus generis huiusmodi, quominus in Ordinem prædictum recipiantur, & ad consequendas in dicto Ordine dignitates, gradus, & officia Religionis, vel cuipiam alteri nocere possit, vel debeat. Et quoad descendentes ex

dentes ex Hæreticis, videlicet, conuersis, pariter minime circa præmissa quidquam obstet. Quoad vero illos, qui ex hæreticis damnatis, & non conuersis, vel quorum statua combusta fuerunt, originem ducunt per lineam paternam, vsque ad secundam generationem; per lineam autem maternam, vsque ad primam tantum, in præmissis obesse decernimus: Et idem seruetur in Fratribus, qui ad sacros etiam Presbyteratus Ordines admittuntur: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & quibusuis dicti Ordinis Statutis, & consuetudinibus, &c. ex qua tacito videtur reuocasse aliam quamdam Bullam, anno 1559. factam; in qua sub pœna excommunicationis supradictos recipi, omnino prohibebatur. A

Greg. XIII. dispositio. *Idemq; fuit notificatum per Breue quoddam Gregorij XIII. Capitulo generali Patrum Minimorum, Ianua quinctio celebrato, anno 1584. in quo decreuit, quod in his, & alijs, de quibus disposuit Pius Quinctus seruetur, quod Paullus IV. per suas litteras statuit.* B

Sed circa hoc magnum mouetur dubium, an videlicet Statuta, quæ in Capitulis generalibus fiunt; de istis supradictis non admittendis ad Ordines, & ad dignitates, possint licite fieri? Ad quod tamen breuiter resolutorie respondetur, similia Statuta nisi fuerint confirmata, vel facta auctoritate Papæ, non posse a quoquam auctoritate ordinaria, etiam per Capitulum generale licite fieri; vt inter alios Doctores sentire videtur Caietanus in Opusc. in volumine responsionum, in respons. 6. vbi hanc quæst. tract. & Passarellus validissimis rationibus comprobare nititur in scholio 31. & Cap. Ianuens. fo. 113. vltra ea, quæ alibi dixit in Nota. Priuileg. 20. Et concordat Nauar. in lib. 3. Consil. tit. de Regular. cons. 5. vbi multis rationibus probat Statutum illud Minimorum de non recipiendis descendentibus ab infidelibus, nec potuisse fieri, nec obseruari. C

Caietanus. Passarellus. Nauar.

Et tandem concluditur, per Breue supradictum Pij V. & Gregor. XIII. vbi expresse volunt (non obstantibus quibuscumque etiam Statutis dicti Ordinis) tales recipiendos, & admittendos, vt supra.

Hodie tamen a Fratribus S. Hieron. Hispan. obseruatur, descendentes a quocumq; gradu a Iudæis, vel Sarracenis, etiam vltra quartum gradum, non posse, nec debere recipi, alias Priores, illos recipientes, grauiter punirentur; vt refertur in Comp. Priuileg. eorum a P. Garsia Collecto, fo. 162. sed quomodo hoc possit procedere, & an sit bene statutum, ex supradictis collige. D

De Nouitiorum Professionis Emissione.

Quoad secundã partẽ diuisionis Collectoris. Ætas recipien. ad professio. secundum Conc. Trid.

DEINDE, *dum in quincta condit. a Iure requisita, & in sexta a Constitutionibus, tractatur de debita ætate recipiendorum (& hoc pertinebit ad secundam partem diuisionis facta a Collectore supra.)*

Primo est sciendum, quod licet per Alexandrum III. fuerit declaratum, quod valeret professio a Nouitio in 15. anno facta, vt in Cap. ad nostram, extra de regul. transf. ad Relig. & idem dixerit Innoc. VIII. & Alex. IV. in cap. 1. & 2. eod. Tit. de reg. in 6. Est tamen nunc obseruanda dispositio Sacri Conc. Trid. in Sess. 25. tit. de Regul. C. 15. qua cauetur, vt in quacumq; Religione, tam virorum, quam mulierum ante 16. annũ completum professio non fiat. & finito Probationis anno; Professio autem antea facta sit nulla, nullamq; inducat obligationem ad alicuius Regulæ, vel Religionis, vel Ordinis obseruationem, aut ad alios quoscumque effectus. E

Dispositio Pij V. *Et per Pium V. in const. 67. anno 1568. fuit decretum, vt Nullus a Fratribus Conuentualibus pro Clerico ad Professionẽ recipiatur, nisi finitis 19. annis, & pro laico 25*

Secundo est videndum, cum ex supradicta Conc. Trid. dispositione constet, quod professio eius, qui post susceptum habitum non steterit in probatione per annum, non valeat, vt pariter ordinauerat prius Hon. III. & Innoc. IV. vt supra in §. 1. 4. 5. & in cap. 1. de Regul.

A de Regul. lib. 6. & Greg. XIII. postea in Const. 56. anno 1579. Quid si annus ille interrumperetur per Nouitij regressum ad sæculum, an possent nec ne illius partes coniungi, prima scilicet ante egressum, cum alia facta post regressum? Ad quod dicitur, quod si Nouitius per aliquam partem anni foris manserit, interrumperetur quidem annus probationis, nec illa partes interruptæ possent coniungi; sed deberet ex integro a principio incipere probationis partis; secundum Ancar. Panor. & comm. in cap. ad Apostolic. de reg. etiam si per tres tantum dies foris maneret, secundum Iap. alleg. 47. communiter recept. & hoc demonstrat præpositio illa (per) posita in Conc. Trid. dicens, per annū, &c. quæ de sui natura demonstrat continuitatem temporis, iuxta doctrinam Canonistarum, & præsertim Archid. c. cum contumacia, ibi, per annum, de Hæretic. in 6. per text. in c. præsentium 7. q. 1. & Cassinensis in summa lib. 3. De Regul. Cap. 5. num. 15. Hoc tamen fal'ere dicimus, cum ipse Nouitius exiret cum obedientia sui Prælati, quia tunc satis videretur in Monasterio manere, qui de licentia iusta Prælati eius, extra illud, maneret sub obedientia sua; prout sic concludere videtur Nauar. in 3. lib. suorum cons. tit. de Regular. cons. 42. & etiam in cons. 36. eodem tit. *An partes interruptæ anni probationis possint cōiūgi.*

Sed Iulius II. Minoribus nostris Fratribus concessit, & idem asserit Cassin. vbi sup. nu. 18. vt tempus prioris receptionis, cum tempore secunda computari, vel non computari possit, iuxta discretionem suorum Superiorum, vt supra habetur in §. 25. *Iulij II. Cōcessio Fratribus Minoribus.*

Sed an requiratur integer annus probationis in Religiosis venientibus ad nostram Minoricam Religionem? Leo X. hoc remittit Prælato, cum consilio discretorum Fratrum, vt habetur supra, in §. 23. Nec illud videtur esse contra dispositionem Conc. Trid. ac C Six. V. de anno integro in probatione manendo; quia illud intelligi volunt de sæcularibus non autem de Religiosis ad aliam Religionem legitime transeuntibus; vt ex verbis illorum clare patet. *An Religiosi debeant stare p annum in probatione.*

At in nostris Constitutionibus Capuccinorum, c. 2. ordinatur, vt venientes ex Patribus Conuentualibus, vel de Obseruantia ad nostram Religionem, stent per annum in Probatione, ac postea professionem emittant. Idemq; ordinauit Gregor. XIII. in const. 56. anno 1579. obseruari quando Fratres de Obseruantia transire voluissent ad eorum Fratres reformatos, vt scilicet per annum integrum in Nouitiatu existerent, quo anno elapso, haberi pro professis, nec ab illa recedere, absq; Apostasiæ nota deberent; nisi qui ad nos Capuccinos transeundi licentiam in scriptis a proprio Custode, obtinuerint. *Capuccinorum obseruatio.* *Reformato rū de obseruantia cōst.*

D Sed aduertendum, quod, vt post prædictum annum probationis professio fiat (vt inter nos deberet fieri) nulla ibi fit mentio; nisi tantummodo vt ille anno elapso habeatur pro Professo: Nauar. autem in lib. 3. cons. tit. de Regul. cons. 3. tenet indistincte, quod quilibet Regularis, transiens legitime ad aliam Religionem, debeat iterum profiteri: cum frequenter Monasterium secundum sit arctioris obseruantiæ, ad quam professio prioris Monasterij non extenderetur, nisi de nouo profiteretur.

Et per Const. supradictam Sixti V. ordinatur (vt etiam supra est dictum) vt Religiosi sic recepti, nomen, & cognomen, quibus in sæculo vtebantur, & patria, in actis Capituli describentur, & notentur.

Tertio est notandum, quod professio, facta ante finem anni Nouitiatus in Ordine E Mendicantium, non obligat ad Religionem, quam professus est, in specie, sed tantum in genere: ita quod simplicis voti teneat locum, ex c. non solum, & cap. constit. de Regul. 16. elicit, & tenet (licet sub dubio) Nauar. in lib. suorum cons. tit. de regul. cons. 22. ex mente Hostiensis. *Professio facta ante finē anni ad quid oblig. Nauar.*

Attamen cum ex supradicti Conc. Trid. dispositione, qualibet professio, ante finem anni probationis facta, penitus annulletur, ac pro infecta habeatur, nescio quomodo supradicta Nauarri doctrina possit procedere: ait enim in præfato C. 15. sess. 25. Nec, qui minori tempore, quam per annum, post susceptum habitum, in probatione steterit, ad professionem admittatur, professio autem antea facta sit nulla, nullamq; inducat obligationem, &c. vt supra est dictum.

Professio tacita quid operetur.

Quid autem dicendum de professione tacita illis modis, quibus a Summistis, & bene a Cordub. in exposit. nostræ Regul. q. 12. c. 2. induci disponitur; an vt iure antiquo, ita A *& nunc, post supradictam Conc. dispositionem, aliquid operetur? Et breuiter dicimus primo, quod, licet Iure antiquo, & per Canonistas, siue per propositum firmum, cum animo scilicet, implicito, vel explicito se obligandi, & mutandi vitam; siue per susceptionem habitus professorũ ab habitu Nouitiorum distincti, de voluntate eius, qui valet Religioni incorporare, per delationem eius per triduum, tacita induceretur professio, tam in Religionibus mendicantibus, quam non mendicantibus, ad aliquam illum obligans Religionem in genere; ipsa vero Religio, in qua sic professus est tacite, obligaretur ille in specie ad retinendum eum, si ibi permanere voluerit: nisi prius fuerit protestata, quod non intendebat se ipsam obligare ad detinendum eum, nisi sollemniter, & expresse Religionem fuerit professus, (vt solet in nostra Religione fieri)* B *quamuis dico hoc ita procederet iure antiquo: hodie tamen per dictum Conc. Trid. (secundum moderniores Doctores) non nisi post expletum annum probationis, tacita inducitur professio; non enim aiunt per prædictum Conc. tacita professio penitus annullatur, sed tantummodo modificatur, vt ante expletum annum induci, per quemcumque actum, minime possit: cum nec sollemnis ipsa professio ante prædictum tempus emissa valeat, vt supra dictum est.*

Vt habetur supra, in §. 7. 16. 17.

Secundo aduertendum, quod tantum secundum Deum, tacita inducitur professio, quando quis non ignoranter, sed sciens, & volens, aliquid facit, ex quo tacita inducitur professio, secus autem esset si ignoranter: nam tunc nec coram Deo erit professus, nec Religioni alicui obligatus, vt communiter Theologi tenent.

Per susceptionem ordinis sacri non induci professionẽ probat Nauar. in libr. cons. tit. de Regul. cõs. 36. & in comun. 4. de Regul. n. 71.

Quid autem dicendum de eo, quod habetur in §. 10. & in §. 24. & videas quod dicitur ibi a Cordub. maxime de illo Priuilegio a Iulio II. concesso Augustiniensibus, quo- C *modocumque sit, Patres Societatis Iesu, non tenentur: cum ex susceptione ordinis sacri, professio tacita inter eos minime inducatur, vt in eorum Priuilegiorum Compend. habetur.*

Professio facta ante ætatem legitimam an valeat. Nauar. opinio.

Quarto notandum, quod, qui profitetur ante annos ætatis a Conc. vel a Religionis Statutis requisitos, eius est pariter nulla professio: & tenetur iterum, post expletum annũ legitimum, profiteri, sicut tenet Nauar. vbi supra in lib. consil. de Regular. cons. 31. nam Conc. Trid. non vetat habitum posse suscipi ante illos completos, neque disponit, tunc annum probationis impleri non posse. & sic etiam hodie probationis annus incipere potest, immo & perfici, ante annum 16. completum, & virtute illius probationis, expleto 16. fieri professio, iuxta Clem. Eos. de Regular. quam quoad hoc nullatenus esse correctam D *tenet idem Nauar. in cons. 30. Et nota etiam; quod quando professio fuit nulla, ad hoc vt valeat, oportet, vt ratificetur, & quod professus sciat illam esse nullam, & animo approbandi, & ratificandi in Religione persistat, vt singulariter declarauit Caiet. super 2. 2. q. 189. art. 5. Nauar. in Man. C. 12. nu. 31. & in Conc. 5. nu. 8.*

Nouitius rediens ad sæculum, quã do peccet.

Quinto notandum, quod Nouitius, licet infra annum probationis libere possit exire, etiam licentia non petita, vt notat Panor. in c. stat. de regular. & habetur ex Conc. Trid. de peccato tamen eorum notat Caiet. 2. 2. q. fin. art. 4. quod si ex voto ingressus esset Religionem, ac postea sine caussa rationabili exiret, hoc est, sola libertate a Iure Nouitijs concessa, voto vtiq; non satisfaceret, & per consequens peccaret mortaliter: si autem sine voto, peccaret tantum venialiter: cuius rationem videas ibidem. E

Annus probat. an possit prolongari.

Sexto notandum, quod, licet Conc. Trid. in eadem Sess. 25. c. 16. statuerit, vt in quibuscumq; Religionibus, finito anno Nouitiatus, Superiores Nouitios, quos habiles inuenerint, ad profitendum admittant, aut e Monast. eos ejciant (excipiendo tamen Clericos Societatis Iesu) prout etiam ex Regula nostra Fratrum Minorum est obligatorium, cum ait. finito probationis anno recipiantur ad obedientiã; Relatione tamen, per Sacram Congreg. Concilij S. D. P. Pio V. facta; Sanctitas sua dixit Conclusionem dicti cap. 16. procedere tantum in illis Nouitijs, quos Superiores, elapso tempore Nouitiatus, habiles inuenerint: non in his, quos inhabiles, vt sunt illi, qui non bene adhuc disciplinã didicerũt.

Interpretatio Cõcilij a Congre.

Et ideo,

A Et ideo, quoad istos attinet, S. Sanctitas concessit, vt Superiores possint illorum professionem (si ipsi Nouitij consenserint) prolongare, dummodo habeant spem probabilem, quod efficiantur habiles, infra sex menses. Ita R.P.F. Gaspar Passarellus, in suo tract. Priuil. fo. 230. sibi consulenti e Neap. die 8. Nouemb. ann. 1569. respondisse Illustriss. Cardinales Interpretes Congreg. Conc. fatetur: & ita etiam viua vocis Oraculo fuit nostra Religioni concessum. Itaq; tunc annum Probationis, expletum dicimus, quãdo Nouitiatus annus sit finitus ex reuolutione Solis, ab eodem puncto ad idem punctum (& non per Festa mobilia) computando, & insuper, & illud tempus, infra sex menses, quãdo opus erit, & tunc fieri potest professio, si horam vnum vel minutum saltem, excedat. Passarellus.

Septimo est notandum, quod si quis prętenderet aliquo modo suam professionem non B teneret tunc a Sac. Conc. Trid. in cap. 19. eiusdem Sess. 25. de Reg. ordinatur, quod quicumq; Regularis prętendat, se per vim, & metum ingressum Religionem, aut ante ętatem professum fuisse, aut quid simile, &c. non audiatur, nisi intra quinquennium tantum a die Professionis, & tunc non aliter, nisi caussas, quas pretenderit, deduxerit coram Superiore suo, & Ordinario: quod si antea sponte habitum dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcumque caussam admittatur, & tamquam Apostata puniatur. De remedio illius, qui pretenderet suam profess. esse nullam.

Et ideo ad tollendas istorum cauillationes sic allegantium, eorum professionem inualidam, Sacra Congreg. Card. supra Regul. ordinauit, vt a Ministris quinternus fieret, in quo dies, & annus Nouitiorum ętatis, & habitus susceptionis notetur, & quod per annum integrum perseuerauit, ac quod in pręsentia talium Fratrum sponte, se illius esse ętatis annorum (N) professionemq; emisisse confessus est, cum tam sua (si sciat C scribere) quam aliorum astantium subscriptiones prout idem Six. etiam in pręfata const. ordinasse videtur. & notandum, quod supradicta reclamatio, procedit etiam in Professione tacita; & a quo die incipiat illud quinquennium currere, ponit Nauar. in comment. 4. de Regular, num. 73. vbi etiam ponit in nu. 77. quędam aduertenda in dicto cap. 19. Conc. Trid. Ministri faciant librũ Professorũ. Nauar.

Tertio principaliter, dum in 6. 7. & 9. Conditionibus a Iure requisitis in receptione Nouitiorum, dicitur, vt non sit obligatus Nouitius ratiocinijs publicis, ac alicui debito, vel illis alijs a Sixto V. taxatis implicatus &c. etiam sciendum, quod ipse Sixtus in prefata Constitut. De omnibus, &c. declarauit omnes, & quęscumq; (vt dictum est) criminosos, vel suspectos, aut ari alieno, vel rationibus reddendis obligatos, ad Religionẽ perpetuo inhabiles: & si qui eorum contra illam Constitutionem temere admitterentur, D tam susceptionem habitus, quam professionem, & inde secuta, irritauit, & annullauit: ac iussit eos, qui sic de facto recepti erunt, habitu spoliari, & a Religione expelli; & si non fuerint expulsi, attenta nullitate professionis eorum, licere quibuscumq; Iudicibus, & Curijs sęcularibus, ad quos spectat, contra eos, vt prius, Iuris, & facti remedijs opportunis, ciuiliter, aut criminaliter, aut mistim procedere: & qui eos sic inhabiles receperint, sint ipso facto voce actiua, & passiua, ac officijs &c. priuati, ac inhabiles in futurum ad ea obtinenda, &c. sed non adest excommunicatio. Declaratio 6. 7. & 9. cõditionis a Iure. Six. V. ord. Pœna cõtra receptos. Pœna cõtra Recipiẽtes.

Quarto Principaliter, dum dicitur in 8. Condit. Ex iure, Ne sit ex illis prohibitis, recepi per Constitutiones Summorum Pontific. supra annotatas, in §. 2. 3. 9. & alibi, est sciendum, quod circa illas, ac alias prohibitiones factas, ne se inuicem Religiosi diuersa- E rum Religionum recipiant, nonnulla dicemus infra, in verbo Recipere, & diximus supra, in verbo Apostata. Declaratio 8. condit. a Iure. Circa receptionẽ Religiosorum.

Et dum in prefatis §. 2 3. & 9. habetur, quod non recipiantur, qui Voto, vel iuramento illis Religionibus fuerint obligati, &c. per hoc attende ad ea, qua paullo infra dicam, sub eadem hac materia, in 3. parte diuisionis Collectoris, circa Absolutionem Nouitiorum, de Priuilegio concesso Camaldulensibus Montis Oliueti, &c.

Quincto principaliter, pro intelligentia secundę conditionis ex Constitutionibus, requisita, vt sint videlicet corpore sani, &c. Quaritur, quid si Nouitius tacuerit habere morbum gallicum, vel aliud incurabile malum, an facta professione possit expelli? Pro Declar. sec. cond. Cõst.

 hoc est

An tacentis habere morbũ incurabilẽ valeat professio.

A

hoc est doctrina Nauar. in 3. lib. suorum cons. tit. de Regul. cons. 25. vbi resolutè ait, posse expelli, professionemq; eius non valere, si Religio haberet statutum confirmatum a Papa, annihilans professionem sic factam, negato morbo (vt in nostris Constitutionibus habetur) alias inquit, non posse, solo iure communi attento; posse tamen, inquit, Prælatum, in pœnam illius peccati commissi, non exprimendo illud, quod tenebatur exprimere, eum expellere e Religione.

Et quando professio non valeret, an ei liceat exire a Religione, absque licentia Papæ? respondetur, quod sic, secus autem esset, si professio esset valida, quia tunc non teneretur exire, nec ad petendam huiusmodi licentiam; cum sufficeret ei, pro sua conscientia satisfactione, de peccato illo pœnitere, vt aiunt Doctores.

Declar. tertiæ condit. Ex legitimo matrimonio matrimonio.

Illegitimi quãdo possint recipi.

B

Sexto quoad 3. condit. Constit. vt sint ex legitimo matrimonio nati, est aduertendũ, quod Sixtus V. in præfata sua Const. prohibuit, vt nullo ∗ medo illegitime, procreati ex incestu, aut sacrilegio, etiam si fuerint legitimati, reciperentur: Alij vero ex quouis alio minus legitimo toro nati, habita diligenti de eorum vita, & moribus informatione, possent recipi: sed ad gradus, honores, & dignitates sui Ordinis obtinenaum perpetuo inhabiles, & illorum incapaces remanerent, &c.

Nota quod illegitimi, per ingressum Relig. non habilitantur ad officia: nisi specialiter dispensentur vide sup. in verbo Dispẽsatio in nostra additione, fol. 206.

Sed per felicem recordationem Greg. XIV. anno 1591. prohibitio huiusmodi fuit reuocata, ac ordinatum, vt supradicti illegitimi possent recipi, vt prius poterant, antequam Const. illa emanasset: & Priuilegia, quæ Religiones habent pro illorum legitimatione, atq; ad prælaturas promotione de nouo concessit, ac confirmauit: tantum ibi reseruans, vt nullus eorum possit recipi in eadem Religione, vbi suus pater reperiretur professus: ceteris Clausulis firmis permanentibus illius Sixti Bullæ.

C

Septimo, dum in 7. condit. dicitur, vt non habeant parentes pauperes, an & quando propter eorum inopiam liceat eis post professionem e Religione exire: cum sit hæc quæstio, ex professo, & valde diffuse a Doctoribus pertractata, & præcipue a Summistis in hac materia, & a Corduba in declar. nostræ Regul. c. 2. q. 6. Ideo breuitati studendo ad eos me remitto, & aliqua dixi supra in verbo Apostata. fol. 90.

Et sic etiam de quæstione illa, an & quando possit quis debito aliquo obnoxius impediri, ne ad Religionem recipiatur: quæ præcipue tractatur ab eodem Corduba ibidẽ q. 5.

Et hæc sufficiant pro primi, ac secundi membri diuisionis a Collectore in hac materia Nouitiorum facta, intelligentia.

De Nouitiorum Absolutione, & Dispensatione.

D

Tertia pars Diuisionis.

Nouiti⁹ habẽs casum reseruatum debet pro absolutione mitti.

Nouiti⁹ ab aliqua censura absolutus, si postea exierit quid faciendum.

CIRCA autem tertiam partem diuisionis Collectoris, concernentem absolutionẽ venientium ad Ordinem, est sciendum, quod vltra ea priuilegia, quæ supra ponuntur in §. 6. 11. Et quæ ego dixi supra, in verbo Absolutio ordinaria quoad Fratres, debet primo aduerti, quod quando in Nouitiorum receptione, aliquis eorum ante vel post susceptum habitum reperiatur aliquem habere casum Sedi Apostolicæ reseruatum, (non obstantibus supradictis Priuilegijs, & infra ponendis) debet statim ad eos mitti, ad quos eius repræsentatio, & absolutio spectat; prout sic ordinauit viuæ vocis Oraculo nostro Procuratori Ordinis, Sanctitas præsentis Pontificis Clemen. VIII. de quo vide quæ plenius dixi supra in verbo Absolutio extraordinaria, quoad Fratres in §. 3. fol. 29.

E

Deinde aduertendum, quod, siqui Nouitij, infra annum Nouitiatus, in aliquo excessserint pro cuius absolutione, si in sæculo deliquissent ad Sedem Apostol. vel alibi merito fuissent destinandi: ratione Religionis, secundum Priuilegia, absoluuntur; sed si postea, non emissa Professione, & absoluti exierint, tenentur vtique se ei præsentare, qui eos alias de iure, in sæculo absoluere poterat, non vt absoluantur, cum iam sint absoluti, sed ne reincidant; textus est ad hoc expressus, in cap. eos, de sentent. excommunic. in 6. in quam reinciderent ratione inobedientiæ, non se præsentando, iuxta tenorem dicti C. eos. Idemque determinat Angel. in verbo excommun. 5. §. 46. de Nouitio percu-

Casus Ang. de Nouitio percussore.

A *percutiente in Nouitiatu, & absolutos qui, si postea exiret, & non se præsentaret, statim reincideret: cuius rationem esse ait Siluest. in verbo Absolutio 5. §. 7. & sequitur Tabien. Absol. 3. ab excommun. §. 10. quia absolutio, qua impenditur Nouitijs, vel ad habitum venientibus, ipso iure intelligitur, si in Religione perseuerauerint.*

Et iste casus est valde mente tenendus: quia sæpe solet euenire, quod multi Nouitij percussores Fratrum absoluuntur; & postea absoluti, illinc ad aliquot dies solent exire. quare caute sunt animaduertendi, eos iterum incidere in eamdem censuram, si non se repræsentauerint ei, a quo alias de iure absolui debebāt. Et ratio rationis esse potest: quia
B *Priuilegio debet priuari, qui Priuilegio abutitur.*

Nota.

Sed an Prælatus Regularis possit cognoscere de crimine Nouitij, & maxime de crimine aliquo, requirente depositionem, vel degradationem realem? Resoluit Nauar. in 3. lib. consil. de Regular. cons. 58. ibique videas.

An Prælat. possit cognoscere de crimine Nouitij.

Ex Priuileg. Camald. Montis Olivueti. Sancti August. Et Carthusien.

EST tandem pro hac tertia parte aduertendum maximum illud Priuilegium, concessum Ordinibus, Camald. Montis Oliueti &c. quod refertur in Compendio Priuileg. Fratrum S. Hieronymi Hispan. in verbo Nouitius, vbi habetur, quod possunt,
C *per communicationem supradictorum, Priores Ordinis, omnes, & singulos Religioni illi sociari volentes, licet aliam Religionem, vel Ordinem, etiam arctiorem, ingredi vouissent, ad probationem, & professionem recipere; eosque auctoritate Apostolica ab huiusmodi voto absoluere; & super omnibus alijs votis (Religionis excepto) cum ipsis dispensare; ac quocumque excommunicationis vinculo innodatis (iniuncta eis, iuxta eorum facultatem restitutione, & pœnitentia salutari) tamquam vni ex professis, absolutionis beneficium impendere: ita tamen, quod, si e Monasterio, ante professionem discesserint, in eamdem, ipso facto, reincidant; ita concessit Leo X. Congregationi Camald. anno Domini 1513. Iulius II. Congregat. Montis Oliueti, anno Domini 1507. & refertur in eorum Priuileg. num. 31. fo. 62. Eugen. IV. Ordini S. August. Priuileg. 94. & 80. &*
D *tandem Alex. IV. Carthusiensibus, vt in lib. eorum Priuileg. fo. 8.*

Latissima cōcessio p absolut. Nouitiorum.

Nouitij, licet vouissent ingredi aliū Ordinem strictiorē, possunt recipi. Vide infra I verbo Votū, I principio, in nostra annotat.

Extat, & aliud latissimum Priuilegium a Gregor. XIV. Ministris infirmorum concessum; de quo supra mentionem feci, in verbo Absolutio ordinaria quoad Fratres, in principio.

Priuilegiū p Ministris infirmorū.

An autem Nouitij possint absolui a casibus reseruatis in Religione, virtute Bullæ Cruciatæ, vel iure communi, dixi supra in verbo Cruciata.

An Nouitij possint a casibus reseruatis absolui virtute Bullæ Cruciatę 4. pars Diuisionis.

De Bonoru m ipsorum Nouitiorum dispositione.

E *QVOAD vltimam autem diuisionis partem, concernentem bonorum ipsorum Nouitiorum dispositionem: est primo aduertendum, quod circa Renuntiationem bonorum a Nouitijs, ante receptionem, siue professionem, faciendam in nostra Regula habetur, vt dicatur eis verbum S. Euangelij, vt vadant, & vendant omnia sua, & ea studeant pauperibus erogare: & hoc æquipollere præcepto declarauit Clemens V. Quod qualiter, & quando sit ipsis Ministris obligatorium, hoc eis verbum dicere, vt vadant, & vendant, &c. Et ipsis Nouitijs, dispensare omnia sua pauperibus, potius quam parentibus vel alijs; videas Expositores nostræ Regulæ, & præcipue Corduum in cap. 2. q. 8.*

Renūtiatio bonorum, quando, & quomodo a Nouitio fit faciēda. Dispositio nostræ Regulę.

At Conc. Trid. Sess. vltima c. 16. tit. de Regular. statuit, vt nulla renuntiatio, aut obligatio, ante professionem facta, valeat: nisi cum licentia Episcopi, siue eius Vicarij fiat, intra duos menses proximos ante professionem: Ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione. Et quod ante professionem nihil recipiatur de bonis

Cōc. Trid. dispositio.

Nouitij, etiam sponte oblatum a parentibus, vel curatoribus eorum, nisi pro victu, & vestitu, illius temporis, quo in probatione est. & hoc præcipit sancta Synodus, sub anathematis pœna, dantibus, & recipientibus, & vt abeuntibus ante professionem omnia restituantur, quæ sua erant. Hæc in Concilio. A

Renūtiatio facienda intra duos mēses quomodo intelligitur. Sed hic sunt aliqua aduertenda, & primo, dum dicitur: Nullam renuntiationem, aut obligationem antea factam valere, nisi cum licentia, &c. illud intelligi de renuntiationibus tantum, factis post ingressum Religionis, non autem de factis ante ingressum, sacra Congreg. Card. declarauit Gaspari Passarello, anno 1573. prout ipse testatur in suo tract. priuileg. fo. 209.

Passarellus. Sed si ordinationes, vel renuntiationes illæ factæ ante ingressum Religionis, fuissent factæ intuitu Religionis ingrediendæ, tamquam factas in fraudem canonis, videri subesse supradictæ Canonis dispositioni, eadem Congreg. Card. respondit. ac idem videtur sentire Nauar. in lib. 3. consil. tit. de donation. cons. 7. & 8. B

Nauar. Et hinc deinde facile erit resoluere dubium illud, cui videlicet, bona Nouitij morientis, Monasterio relicta, sint tribuenda. Nam relictis antiquorum Iuribus, & opinionibus, resolute, iuxta supradictam Conc. dispositionem, videtur dicendum, quod, si Nouitius intrando fecit donationem Monasterio ante duos menses proximos professioni, donatio nulla erit, etiam si, non moriendo. illam non reuocauit; cum Conc. annullet omnia sic facta. si autem cum licentia Episcopi, siue eius Vicarij, intra duos menses, iuxta dispositionem, fecerit donationem Monasterio, vel alteri, & infra illud tempus moritur, etiam si expresse illam non reuocauit, intelligas eam similiter esse irritam, & nullius effectus, ob defectum professionis non secutæ: cū in omni casu videatur dispom per Conc. ipsum dicens, ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione. C

Recipere ad professionē quis poterit. Viso quonam modo veniētes ad Ordinem recipi debeant ad annum probationis: Nunc, pro conclusione huius materiæ, restat videndum a quonam debeant ad professionem admitti: & pro resolutione dicimus, quod (vt Expositores nostræ Regulæ aiunt) est inter Doctores dubium, an Guardiani, vel Custodes id facere possint. Aliqui enim volunt, quod sic (nisi eis id a Ministris fuerit prohibitum) si modo Ministri agerent in remotis, & eorum præsentia, siue licentia minime haberi posset. Alij autem quamplurimi contrariam conantur tueri sententiam, quod scilicet non possint, nisi soli Ministri, vel illi, quibus ipsi commiserint: pro ratione dicentes quia si ex Regula solis Ministris, modo, quo supra dictum est, receptio Nouitiorum ad probationem conceditur: multo fortius ipsis tantum Ministris seruabitur id, quod maius est, receptio scilicet, ad professionem. ac ideo Seraphicum Patrem, nullam hic fecisse Ministr. mentionem, aiunt. ex quo sicut primam receptionem, sic, immo multo fortius, & hanc secundam ad professionem Ministris reseruatam esse supponebat. At licet sit talis inter Doctores varietas, & ista secunda opinio videatur magis rationabilis: puto tamen, quod in hoc, pro omnibus Religionibus, standum sit consuetudini, quæ est optima legum interpres. Bene verum est, quod si per alios, quam per Ministros, sine eorum licentia tacita, vel expressa, quis reciperetur ad professionem. talis professio, saltem in foro Ecclesiæ, esset nulla; vt late Summistæ tradunt. D

Modus autem seruandus in receptione ad Professionem, ponetur in fine huius Compendij post Bullas ibi positas.

An autem Nouitij clerici, ex ingressu in Religionem, teneantur ad persoluendum officium Diuinum, vel paruum B. M. psalm. pœnit. grad. & Mortuorum. vt alij professi clerici tenentur: Communis sententia est (quidquid dicat Palud.) quod non: cum nec Religionis, nec clericalem habeant statum. Vt dixit S. Anto. 3. par. tit. 13. c. 4. §. 1. Siluest. tit. Hora q. 2. Caiet. tit. hora. §. 1. & Nauar. de hor. c. 7. num. 23. E

Et hæc sufficiant pro huiusmodi Nouitiorum materia: aliqua tamen alia ad [illegible]ellarum, seu Virginum Nouitiatum, ac religionis ingressum posui supra, in [illegible]erbo Abbatissa.

OBE-

A

OBEDIENTIA.

ONORIVS III. statuit, quod nullus Fratrum Minorum, post factam professionem, Ordinem prædictum relinquere audeat, nec relinquentem, alicui sit licitum retinere. Inhibuit etiam, ne sub habitu prædicti Ordinis liceat alicui extra obedientiam euagari. Et quod, si qui forte hoc præsumpserint, liceat Prælatis dicti Ordinis in Fratres ipsos, donec resipuerint, censuram Ecclesiasticam exercere, B. ffo. 101. 1 *Habit' Ordinis.*

B ¶ CLEMENS IV. inhibuit, ne quis, post Professionem in Ordine Fratrum Minorum factam, sine Generalis, vel Prouincialis sui licentia, discedat ab ipso Ordine; Prout late positum est in dictione Apostatæ. §. 8. cum additionibus ibidem positis. 2 *Apostata.*

¶ Idem Clemens fecit quoddam Statutum circa præfatam materiam, quod positum est in dictione Apostatæ. §. 8. 3 *Apostata.*

¶ SIXTVS IV. statuit aliqua circa obedientiam, & subiectionem, quam Fratres, & Sorores Tertiæ Regulæ Sancti Francisci tenentur exhibere, quæ ponuntur in dictione Tertiarij. §. 8. Et habetur, B. fo. 8. Et ffo. 93. conce. 201. 4 *De Tertiarijs.*

¶ ALEXANDER VI. inhibuit Fratribus Minoribus Obseruantiæ, ne prætextu litterarum Apostolicarum, se ab obedientia suorum Prælatorum C subtrahere audeant, vel alio Prælato eiusdem Ordinis se subdant, vel extra Conuentus, & loca Fratrum, maneant: nisi de consensu Generalium, Prouincialium, seu Commissariorum Generalis. Super quo dat Iudices, & Conseruatores, cum magnis clausulis, & non obstantijs latissimis, B. fo. 14. Et ffo. 99. concess. 209. 5 *Exempti.*

¶ IVLIVS II. prohibuit similiter, sicut Alexander præfatus, & addidit contra commorantes caussa studij, vel alias, extra domos Ordinis. Sed hæc, cum multis alijs hanc materiam obedientiæ tangentibus, posita sunt in dictione Apostatæ, in multis. §. 6

D

OBLATI FRATRVM, VEL MONIALIVM.


VGENIVS IV. fecit magnam Concessionem circa absolutionem Oblatorum, & perpetuo donatorum, pro semel in vita, sicut positum est in dictionibus Absolutio ordinaria, quoad Fratres, §. 10. Et Absolutio extraordinaria, quoad Fratres, §. 3. 1 *Absolutio.*

¶ SIXTVS IV. concessit, quod Oblati, & Oblatæ Ordinis Fratrum Carmelitarum gaudeant Priuilegijs, & gratijs dicti Ordinis, sicut gaudere possunt Mulieres Mantellatæ, & Pinzocheræ, sub dicto Ordine viuétes: (quæ sunt velut Tertiarij Ordinis Minor.) quibus concessum est, posse gaudere omnibus Priuilegijs Fratrum, B. fo. 97. Et ffo. 180. conce. 427. 2 *Ex Priuil. Carmelit. Communicatio Priuilegiorum.*

E ¶ Idem Sixtus concessit Oblatis Fratrum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, omnia & singula Priuilegia, & indulta concessa Fratribus, & Sororibus de pœnitentia, ac Mantellatis, & Pinzocheris, sub dicto Ordine degentibus. Et decreuit in eis locum habere debere, perinde ac si pro eisdem Oblatis personis, & circa illas emanassent, B. ffo. 249. conce. 623. 3 *Ex Priuil. Augustin. Communicatio Priuilegiorum.*

Ratione communicationis Priuilegiorum, similiter Oblati Ordinis Fratrũ Minorum gaudebunt Priuilegijs Fratrum. ¶ Multa alia pertinentia ad huiusmodi Oblatos, posita sunt in dictione Familiares Fratrum. *Collector.*

A

OBLIGATIONES.

Coll. Ador. VIA in Priuilegijs Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium, reperiuntur multa, & varia, ad quæ huiusmodi Fratres obligantur: & ista posita sunt sub diuersis dictionibus huius Compendij: ideo, ne omnia in omnibus dicamus, sufficiet per remissio nes circa hæc procedere. ¶ Primo, circa Obligationes Missarum, & aliorum suffragiorum, ratione redditus, vel alias, habetur in dictione Missa 3.5.10. & 11. & 12. ac 13. ¶ Secundo, circa Obligationes pertinentes ad Officium Horarum Canonicarum, ponitur in dictione Officiũ Diuinum 1. & 2. ¶ Tertio, quantum ad obseruationis Interdicti Obligationem, continentur multa in dictione Interdictum. ¶ Quarto, quoad Obligationẽ votorum, ponuntur nonnulla, in dictione Votũ. ¶ Quincto, quoad obligationem Statutorum Ordinis: ponuntur aliqua in dictione Statuta. ¶ Sexto quoad obligationem concordiarum, & conuentionum, ac pactorum, habetur in dictionibus Concordia, & Conuentiones. B

OBSERVANTES FRATRES.

1 ONCILIVM Constanciense fecit Decretum super separationem Fratrum Mino. Obser. a Conuentualibus, vt habetur, B. fo.25. Et ffo.109. concessione 236. C

2 ¶ MARTINVS V. approbauit postea Decretum prædicti Concilij, quoad separationem Fratrum Minorum Obseruantium, B. fo.36. Et ffo.120. concess. 260.

3 ¶ EVGENIVS IV. statuit multa circa Fratres Mino. Obser. & Conuentuales; quæ, quia modernis temporibus non deseruiunt, ideo illa hic inserere superfluum iudicaui. Habentur tamen inserta in Bulla Pij II. super eadẽ materia, B. fo.2. & ffo.86. conce. 196.

4 ¶ PAVLVS II. statuit etiam multa, circa Fratres Obseruantes, & Conuentuales: præsertim qualiter possint se transferre ab vna obedientia ad alteram. Et ista posita sunt in dictionibus Apostatæ, & Conuentuales Fratres. Et habentur, B. fo.9. Et ffo.93. concessione 202. D

5 ¶ ALEXANDER VI. statuit, quod nullus Fratrum Min. Obser. possit succedere suis parentibus, etiam si transierit ad Conuentuales; vt habetur in dictione Hæredes, §.4. & 5. & 6. *Succedere.*

6 ¶ LEO X. statuit multa circa Fratres Minor. Obseruantes, & Conuentuales, in Bulla Vnionis, B. ffo.28. Et in Bulla Concordiæ, B. ffo.31. Habentur etiam in hoc Compendio sub varijs dictionibus, iuxta diuersitatem materiarum.

7 ¶ Idem Leo in Bulla Vnionis præcepit firmiter, & mandauit sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ipso facto incurrenda, & a qua nullus, præterquam in mortis articulo, nisi a Sede Apostolica absolui valeat: ne aliquis Frater Sancti Francisci appellet alium Fratrem eiusdem Ordinis malitiose, irrisorie, aut improperiose, Priuilegiatum, Collectaneum, Bullistam, Amadeitam, Clarenum, de Euangelio, seu de Caputio, seu Bigotum, aut alio quouis nomine irrisorio, iniurioso, aut improperioso, vel quod pro improperioso a patientibus habeatur. Et similiter præcepit tam Clericis, quam laicis, ne Fratres huiusmodi, aut eorum fautores, præfatis nominibus irrisorie; seu malitiose appellent, sed omnes Fratres ipsius Ordinis, Fratres Minores, seu Sancti Fran- *Excõicatio.* E

A ĉti Francisci à seipsis, & ab omnibus alijs appellentur, & nominentur, B. ffo. 30. concessione 99.

Sciendum circa prædicta, quod Reuerendissimus Dominus D. Christophorus de Forliuio Cardinalis de Ara cœli, dixit Reuerendo Patri Fratri Ioanni de Argomanes, quod Summus Pontifex Leo X. ad suam instantiam amouit dictam Censuram, quoad Fratres, ad minus Obseruantes, & adhuc generaliter; prout præfatus Pater credebat: a quo ego accepi, sicut supra posui. *Collector.*

¶ Idem Leo fecit tres Concessiones circa dignitatem locorum, quæ Fratres Mino. Obser. in actibus publicis, quando cum Conuentualibus eiusdem Ordinis, & Augustiniensibus conueniunt, habere debent; prout habetur in dictione Processiones, §. 3. & 4. & 5. *1*

B

OCTAVÆ FESTIVITATVM.

Circa Octauas Festiuitatum, sunt nonnulla ordinata, seu concessa a Summis Pontificibus, quæ infra ponuntur. *Collector.*

SIXTVS IV. statuit, quod fiat Octaua sollemnis de Festo Cōceptionis Virginis Mariæ; sicut positum est in dictione Conceptio Virginis, §. 5. *1 De Cōceptione Virg.*

Idem Sixtus concessit, quod celebretur Octaua sancti Bonauenturæ, sicut de alijs Sanctis Ordinis Minorum, o fo. 64. Et ffo. 68. concessione 134. *2 De Sancto Bonauentura.*

C ¶ Idem Sixtus statuit, & ordinauit, quod Festiuitas omnium Sanctorum cum Octaua, sub duplici Officio sollemniter celebretur per vniuersum orbē, perpetuis futuris temporibus, b. ffo. 51. concess. 56. *3 De Festo omniū Sanctorum.*

¶ Idem Sixtus ordinauit, seu declarauit, quod per Octauam omnium Sanctorum semper fiat idem Officium, quod in die. Et quod dicatur Officiū Beatæ Virginis. Ac quod non fiat de aliquo Festo, sicut fit in Octaua Sancti Francisci, o. fo. 63. Et ffo. 67. concess. 115. *4 De omnibus Sāctis.*

¶ Idem Sixtus concessit, posse dici Credo in Octaua Festiuitatis Beati Francisci, o. fo. 63. Et ffo. 68. concessione 133. *5 Collector.*

D Circa hoc vide in dictione Credo, post 5. §. 2.

¶ ALEXANDER VI. concessit, quod in Prouincia Sancti Iacobi celebretur Octaua Festi eiusdem S. Iacobi, & cum Officio proprio, Et quod dicatur Credo, per totam Octauam, o. ffo. 70. concess. 168. *6 Pro Sancto Iacobo.*

¶ Idem Alexander concessit Fratribus Mino. de Obser. vt in omnibus Festis Gloriosæ Virginis Mariæ, Octauas habentibus, Octauum diem sub duplici minori possint celebrare, o. ffo. 261. concess. 679. *7 De Octauis Beata Virginis.*

OFFICIA ORDINIS.

E *Distinctio materiæ Officiorum Ordinis.*

QVOAD Officia Ordinis multa, & varia Statuta, & concessa sunt a Summis Pontificibus, iuxta varietatem Officiorum. ¶ Et primo, quoad Officium Generalis Ministri, habetur in dictione Generalis Ordinis. ¶ Secundo, quoad Officium Ministrorū Prouincialium, in dictione Ministri. ¶ Tertio, quoad Officiū Custodum, in dictione Custodes. ¶ Quarto, quoad Officiū Guardianorum, in dictione Guardianus. ¶ Quinto, quoad Officiū Visitatorum Monialiū, in dictione Moniales, §. 22. & 27. & in dictione Visitatores. ¶ Sexto, quoad *Collector.*

Officium Vicariorum Monialium, & Conuentuum Fratrum, in dictione Vicarij. ¶ Septimo, quoad Officium Abbatissarum, in dictione Abbatissa. ¶ Octauo, in generali, quoad omnia prædicta Officia, habentur ea, quæ concernunt electiones, in dictione Electio. Vltra omnia præfata, adduntur hic quædam attinentia in genere ad Officia Ordinis, præsertim ad durationem ipsorum. A

1 *Prohibitio cõtra discedẽtes ab Ordine.*

NICOLAVS IV. statuit, ac ordinauit, vt Fratres Ordinis Mino. qui, post professionem ab eis in Ordine factam, ad quoscumque Ordines Professionis cuiuslibet, petita vel non petita, obtẽta vel non obtenta, a suis Superioribus licentia immediate, vel per alium, seu alios Ordines mediate transierint, in Ordine siue Ordinibus, ad quem vel ad quos transitum habere contigerit, B vel etiam extra illos, ad nullam omnino administrationem, vel Officium habens curam animarum, neque etiam ad aliquam dignitatem, vel prælaturam quoquo modo possint assumi, absque Sedis Apostolicæ speciali, & expressa licentia, per ipsius Sedis patentes litteras concedenda, facientes plenam, certam, & determinatam de Statuto, & Ordinatione huiusmodi mentionem. Et decreuit irritum, & inane, si secus in hac parte fuerit attentatum, B. fo.28. Et ffo. 112. conce. 239.

2 *Pro tribus Ordinibus S.Frãcisci.* ¶ IVLIVS II. statuit, & in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis pœna præcepit, quod omnia, & singula Officia trium Ordinum Beati Francisci, sint triennalia, ita, vt expleto triennio, in eadem Domo prorogari quispiam non possit in Officio Prælationis: licet bene in alia Domo, vel in alio Officio, B. ffo.226. conce. 531. C

Collector. Supradictum Statutum numquam fuit admissum: immo in Capitulo generali apud Rebasten, celebrato, fuit contra hoc reclamatum; prout retulit Reuerendus Pater Frater Ioannes de Argomanes, qui fuit Prouincialis Sancti Iacobi. Et cum moribus vtentium non sit comprobatum, videtur per non vsum abrogatum. Idemque, aut simile iudicium esse videtur de Statutis generalibus circa hoc factis, quæ inferius annotantur.

Collector. Circa durationem Officiorum Ordinis fuerunt nonnulla Statuta in Capitulo generali celebrato in Conuentu Laualis Prouinciæ Turoniæ, anno Domini 1503. prout sequuntur. D

Statutum generale. Ordinat, & statuit generale Capitulũ, quod omnia, & singula Officia regiminis trium Ordinum Beatissimi Francisci Patris nostri, de cetero sint triennalia. Si autem aliquis Guardianus, seu Abbatissa, postquam suum triennium in aliquo Conuentu finierit, in altero eligatur, vel postuletur, ibidem poterit præfici, & confirmari. Sed non poterit vltra triennium in eodem Conuentu in Officio continuari. Non intelligitur autem ita præcise huiusmodi triennium, quin possit per mensem, & per menses prolongari, vel breuiari, secundum quod Capitula prouincialia accelerantur, vel protrahuntur, fo.229. trac. 3. Et ffo. 248. tract.2.

Item determinat totum Capitulum generale, quod Confessores Monialium S. Claræ sint triennales, sicut ceteri Prælati, seu Guardiani, vel alij in Regimine constituti. Et quod nullus in hoc possit dispensare, fo.229. tractatu.3. Et ffo. 249. tractatu 2.

3 *Minister Generalis.* ¶ LEO X. in Bulla Vnionis statuit, quod Officium Mini. Gen. possit durare per sex annos; quibus sex annis expletis, ipso facto sit absolutus a Generalatus Officio, & pro tali ab omnibus habeatur, B. fffo. 29. conce. 93.

4 ¶ Idem Leo voluit, & ordinauit, quod Ministri Prouinciales, vltra triennium, non possint continuari in suis officijs. Et quod, elapso triennio, pro absolutis ab

A luris ab officio a cunctis Fratribus habeantur, Et quod idem iudicium de Custodibus per omnia habeatur, B. ffo.30. conce.87. prope finem. *Prouinciales.*

CAPVCCINI ANNOTATIO.

CIRCA id, quod dicitur in §. 2. vt Officia Ordinis sint triennalia, vide id, quod supra dixi in verbo Abbatissa. §. 5. fo.3. & in verbo Electio. In §. 2.

OFFICIVM DIVINVM.

Distinctio Concessionum pertinentium ad Officium Diuinum.

B CIRCA Officium Diuinum, multa, & varia reperiuntur in Priuilegijs Fratrum; quæ sub sequenti Ordine distinguuntur. ¶ Aliqua enim concernunt celebrationem Missarum. Et hæc habentur supra, in dictionibus Celebratio Diuinorum, Credo, Gloria, Præfatio, & Missa. ¶ Alia spectant ad Horas Canonicas. ¶ Ista vero subdistinguuntur. nam quædam pertinent ad Officium Feriale; de quibus supra, in dictione Feriæ: quædam autem attinent ad Festiuitates Sanctorum, prout habentur in dictione Festiuitas. ¶ Quædam ad Octauas Festiuitatum, sicut positum est in dictione Octauæ Festiuitatum. ¶ Nonnulla tangunt Officij Diuini ordinem, & C modum dicendi, Et hæc ponuntur hic primo. ¶ Deinde adduntur aliqua, quę pro suppletione defectuum in huiusmodi officio commissorum sunt concessa. ¶ Postremo superadduntur Indulgentiæ ratione huiusmodi Officij concessæ. *Ista materia diuerso Ordine, & melius tractatur hic a prima impressione. Collector.*

OFFICIVM DIVINVM, PRIMO.

CONCILIVM Agathense statuit, quod Presbyter mane Matutinali Officio expleto, pensum seruitutis suæ, videlicet, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperasq; persoluat. Ita tamen, vt horis competentibus, iuxta possibilitatem, aut a se, aut a scholaribus D publice compleantur. Habetur in cap. Presbyter, de celebratione Missarum. *1 Ex iure cõi*

Notandum, quod glossa super præfato verbo Persoluat, dicit, Consilium est, vt simul dicat omnes Horas, ne superuenientibus occupationibus, aliquã horam dimittat. Et intelligitur hoc de Clericis pauperibus, quos ad opus rurale oportet exire: vt infra, textus patet. Alias suo loco, & tempore, dicendæ sunt singulæ horæ. Hæc glossa: *Collector.*

¶ CONCILIVM Gerundinense statuit, semper obseruari, vt omnibus diebus, & post Matutinum, & Vesperas, oratio Dominica proferatur. Habetur in c. Id semper, de consecra. distin.5. *2 Ex iure cõi*

E Super hoc dicunt Doctores, quod per Matutinum intelligitur Officium vsque ad Nonam, & per Vesperas, vsque ad Completorium. *Collector.*

¶ INNOCENTIVS III. in Concilio Generali districte præcepit in virtute obedientiæ omnibus Prælatis, & Clericis, seu personis Ecclesiasticis, vt Diuinum Officium nocturnum pariter, & diurnum (quantum eis dederit Deus) studiose celebrent pariter, & deuote Habetur in c. Dolentes: de celebratione Missarum. *3 Ex iure cõi Celebrare Diuina.*

¶ INNOCENTIVS IV. concessit Fratribus Minoribus, vt quando ratione itineris, vel alterius rei caussa, extra Conuentus, seu loca sua, quemlibet, vel quoslibet eorum contigerit degere, possint Diuinum Officium Fratres cum *4 Pro itinerãtibus Fratribus Dispensatio.*

cum Fratribus, aut simul cum alijs Regularibus personis, vel quilibet separatim facere alio, quam Romano Ordine, placuerit. Et quod id sufficiat ad persoluendum debitum, ad quod ratione Regulæ tenentur, nec iterum proprium Officium dicere teneantur, B. fo.55. Et ffo.138. concess.305. A

5 *De officio Conceptio.* ¶ SIXTVS IV. concessit, vt Officium Conceptionis Beatæ Virginis per Fratrem Bernardinum de Busto compilatum, & ordinatum, possit libere, & licite dici, & recitari a quibuscumque volentibus, pro deuotione sua, illud dicere, B. ffo.124. concessione 272.

6 *De Sanctis Ordinis.* ¶ Idem Sixtus concessit, quod Fratres Minores possint dicere Commemorationes omnium Sanctorum sui Ordinis, sub vna Antiphona, o. fo.63. Et ffo.67. conce. 116.

7 *De historijs proprijs.* ¶ ALEXANDER VI. concessit, Fratribus Mino. vt in sollemnitatibus Sanctorum possint dicere proprias eorum historias, etiam si in Breuiario non sint, o. ffo.261. conce.679. B

8 *Pro scrupulosis Fratribus.* ¶ LEO X. concessit, quod Fratres Mino. dicendo Horas Canonicas, & alia Officia Diuina in Choro, vel extra, satisfaciant præcepto Capituli Dolentes: de celeb. Miss. de dicendo studiose, pariter & deuote, ac etiam Regulæ suæ: etiam si propter aliquam fatigationem, vel aliam caussam, dicant, sedendo, aut deambulando, vel non integre verba proferendo, prout scripta sunt, propter negligentiam, aut imperitiam, vel malam prolationem naturalem, propter defectum linguæ, seu alias qualitercumque ore imperfecte dicant, aut cum mentis distractione, & sensuum vagatione: dum tamen non ex malitia hæc faciant. C

Et similiter concessit, quod, qui cum talibus male proferentibus, vel alios supradictos defectus facientibus, dicunt Officium, non teneantur reiterare ab alijs imperfecte dicta, aut ab eis non integre audita, propter distantiam localem, vel strepitum, seu aliam caussam: sed satisfaciant præcepto Ecclesiæ, & Regulæ suæ, qualitercumque audiendo quæ alij debent dicere, præsertim in Choro, O. ffo. 59. conce. 169.

9 *Pro scrupulosis Fratribus.* ¶ Idem Leo concessit, vt ne Fratres prædicti mutuo se impediant in Officio Diuino, aut alijs sint fastidiosi, quod illa, quæ in ordinario iubentur dici secrete sub silentio, tam in Horis Canonicis, quam etiam in Missa, non teneantur proferre vocaliter: sed satisfaciant dicendo mentaliter, aut legendo inter se per librum: quia aliqui deuotius sic dicunt, & absque impedimento, & fastidio aliorum. Et quod eodem modo possit facere, qui solus dicit Officium per se: cum prolatio verbalis sit præcipue, vt ab alijs intelligatur, O. ffo.59. concessione 170. D

10 *Pro scrupulosis Fratribus infirmis.* ¶ Idem Leo, quia fuit informatus, quod aliqui Fratres scrupulosi, quando sunt in infirmitate, fere numquam possunt, nec sciunt discernere, & se determinare, quando licite possunt dimittere dicere Horas Canonicas, concessit, quod siue propter febrem, aut dolorem intensum, vel aliam infirmitaté Fratres fuerint grauati, & afflicti, satisfaciant dicendo pro Horis Canonicis, Preces, Hymnos, Pater noster, Aue Maria, vel alia iudicio Prælati, aut Præsidentis loci, seu Conuentus assignanda. Et hoc quando Medicus corporalis (si commode poterit haberi) dixerit esse nociuum infirmo, O. ffo.59. conc.171. E

11 *Ordinare. Declarare.* ¶ Idem Leo concessit, quod Capitulum generale dumtaxat, habeat facultatem declarandi dubia, quæ occurrerint circa Officium Diuinum, & ordinandi, addendi, & mutandi quidquid videbitur pro Fratribus expedire, tam in Regulis, quam in Kalendario, O. ffo. 59. concessione 176. ¶ Vide circa hoc infra §. 14.

12 *De anticip.* ¶ Idem Leo concessit, quod quãdo Fratres prædicti habent aliquas occupationes,

A tiones, possint sine conscientiæ scrupulo anteponere, siue postponere Officiũ Diuinum, vt puta dicendo Matutinum ante mediam noctem quacumque hora voluerint, & alias horas de mane, vsque ad Vesperas exclusiue; etiam si occupatio non sit multum necessaria: sed satis est, quod cogitent tunc deuotius, ac quietius dicere, O. ffo. 60. concess. 128. *patione. & postpositione horarũ.*

¶ Idem Leo concessit, quod Ministri Fratrum Mino. in suis Capitulis Prouincialibus respectiue, possint, de Consilio Diffinitorum, nominare duos, vel tres Fratres; qui, sic nominati, possint ordinare vnum Kalendarium Sanctorum, Feriarum, & Dominicarum pro toto anno, cum Regulis necessarijs. Ita, quod semper in quacumque Prouincia, tam Fratres, quam Moniales B illarum Prouinciarum respectiue, idem Officium, & de eodem Sancto, vel Festiuitate, aut Feria faciant, ne varietati, & discordiæ locus detur: dum tamen non multum discrepent a Kalendario Romano, O. ffo. 61. concessione 190. *13 Ordinare.*

¶ Idem Leo declarauit, quod Fratres Mino. dicendo Officium extra Chorum, propter occupationes occurrentes, non teneantur ad obseruantiam Horarum statutarum; quibus solet Officium in choro dici a Fratribus: præsertim quando sunt ipsi Fratres in itinere constituti, vel alias infirmitate, siue occupatione communi præpediti, o. ffo. 91. concess. 266. *14 De anticipatione. & postpositione horarũ.*

¶ Idem Leo fecit duas Concessiones, seu dispensationes circa Officium Diuinum pertinentes ad Moniales Sanctæ Claræ: quæ positæ sunt in dictione C Moniales, §. 23. & 24. *15 Pro Monialibus.*

¶ CLEMENS VII. fecit aliam dispositionem, pertinentem ad hanc materiam, pro Monialibus, & Fratribus imperitis; prout habetur in dictione Moniales, §. 29. *16 Pro Monialibus.*

Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.

EVGENIVS IV. concessit, quod Monachi clerici, in Sacris tamen nõ constituti, etiam si Professi, ad Canonicas Horas recitandas ex debito minime teneantur. Debeat tamen Prior psalmos aliquos, aut Pater noster, aut D Officiũ, quod laicis Monachis iniungitur, prædictis huiusmodi Monachis Clericis, qui aliqua forte rationabili caussa Horas Can. (vt dictum est) non recitauerint, iniungere; vt illud Apostoli in omnibus impleatur: Qui non laborat, non manducet, o. *17 Pro nescientibus dicere Officiũ Diuinum.*

Præfata Concessio non deseruit pro Fratribus Minoribus: quia ipsi statim, vt professionem emittunt, tenentur ratione voti ad persoluendum Officium Diuinum: licet non sint in sacris Ordinibus constituti, ac si omnes Sacros Ordines haberent. Poterit tamen huiusmodi Concessio prodesse alijs Fratribus Mendicantibus. *Collector.*

E *Ex Priuilegijs Fratrum Sancti Hieronymi.* *18 Declaratio dubiorum.*

BENEDICTVS XIII. concessit, quod vbi occurrerit dubium in recitatione Horarum in choro, possit illud determinare Prior, vel Vicarius, aut ille, qui est deputatus in Choro Corrector, vel maior pars presbyterorum, o. *19 De Officio domina nostra.*

¶ MARTINVS V. concessit, quod singulis diebus sabbatinis, nisi Festum duplex occurrat, possint Fratres Officium Beatæ Mariæ Virginis libere celebrare, o. *20 De Cãticandum.*

¶ Idem Martinus concessit, quod Priores, & Fratres Ordinis Sancti Hieronymi

nymi possint post Completorium dicere Canticum graduum, & Matutinos Beatæ Virginis, o. A

21 *De Horis B. Virg.* ¶ Idem Martinus concessit, quod Fratres præfati Ordinis, recitantes extra chorum, possint recitare Horas Beatæ Virginis ante horas diei, vel e contrario: Et idem etiam de Matutinis: dummodo non dicant omnes Horas Beatæ Virginis post omnes horas diei, o.

Collector. De Horis B. Virg. Præfatam Concessionem reperi alibi, prout sequitur.

¶ Idem Martinus concessit, quod Priores, & Fratres dicti Ordinis, Horas Canonicas Beatę Virginis, quandocumq; voluerint, ante horas Canonicas diei, orando, vel alias dicere, vel prout negotia occurrerint, melius ordinare (in choro tamen dicendo modo consueto) libere, & licite valeant, o. B

23 Idem Martinus, circa Officium Diuinum, fecit quamdam Concessionem pro Fratrib. infirmis, & senibus; prout habetur in dictione Infirmi Fratres, §. 11.

24 *Pro Festis Corporis Christi: & Visitationis B Virg.* EVGENIVS IV. concessit, quod in Festiuitatibus Corporis Christi, & Visitationis Beatæ Virginis, & per earum Octauas, possit dici in præfato Ordine Matutinum post Completorium diei præcedentis: Et quod gaudeant qui intersunt indulgentijs concessis, ac si hora consueta interfuissent, o.

25 *De anticipatione Horarum.* ¶ Idem Eugenius concessit, quod Priores, & Fratres Ordinis S. Hieronymi, circa Officia Monasterij, vel Ordinis, vel alia pia opera occupati, seu debiles, aut infirmi cum licentia Prioris, aut Confessoris pro Fratribus deputati, possint, post completorium in die pręcedente dicere Matutinos ante mediam noctem, & post mediam noctem, etiam ante auroram dicere alias Horas, vsq; ad Vesperas, Et hoc quamdiu vixerint in obseruantia Regulari, o. C

26 ¶ Idem Eugenius præfatis Fratribus fecit duas Concessiones, circa huiusmodi materiam pro infirmis, & senibus, ac debilibus, prout habetur in dictione Infirmi Fratres, §. 12. & 13.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD. §. 6. 7. & 8. primo notandum, quod post illam Concessionem Sixti IV. deberent poni alia eiusdem Sixti, & aliorum Pontificum Concessiones; quæ in eo Compendio, tit. Officium Diuinum, 2. habentur inferius. Secundo notandum, quod ibi omissa sunt duæ Concessiones, & duo §§. ex defectu Calchographi. Nam ibi deficit Concessio §. 7. & Concessio §. 8. quæ ibi truncata est: & quamuis Concessio illa pro §. 8. quæ ibi truncata, est optime possit suppleri, vt paullo inferius suppletur, tamen ego non possum diuinare, quæ Concessio sit illa, quæ pro §. 7. posita erat, aut debuit poni a Collectore: quia non habeo eius originalem. Ideo, loco eius, ego pono vnam aliam Concessionem, quæ non est posita in Compendio; & forte hæc est, quam Collector ibi pro §. 7. posuit. Est ergo pro §. 7. Concessio hæc quæ habetur in Registro Ordinis, facto tempore Reuerendissimi Patris Fratris Francisci Licheti Ministri Generalis quod S. Leo X. anno Domini 1519. viuæ vocis Oraculo concessit, quod tempore Capituli, non teneantur Fratres dicere in Choro Officium Beatæ Virginis, & habetur fo. 92. Concessione 304. Pro §. autem 8. Concessio illa, quæ ibi habetur truncata, suppletur sic, Leo X. concessit nobis, quod dicendo Horas Canonicas, & alia Officia Diuina in Choro, vel extra, satisfacimus præcepto cap. Dolentes, de celebranda Miss. de dicendo studiose pariter, & deuote, ac etiam Regulæ nostræ, etiam si propter aliquam fatigationem, vel aliam caussam, dicamus sedendo, aut deambulando, vel non integre proferendo verba, prout sunt scripta, propter negligentiam, aut imperitiam, &c. vt ibi subsequitur in Compendio, ante §. 9.

D E

A

OFFICIVM DIVINVM, SECVNDO.

CLEMENS V. fertur concessisse, quod quicumque in fine Horarum dixerit flexis genibus infrascripta, consequatur remissionem omnium defectuum in huiusmodi Horis commissorum. Et insuper conceduntur ei quadraginta dies Indulgentiæ. ¶ Sequitur oratio, cui præmittitur. Vers. Diuinum auxilium maneat semper nobiscum. Antiph. ¶ Sanctissimæ Trinitati, & indiuiduæ vnitati, Domini nostri crucifixi humanitati, & Beatissimæ Virginis Mariæ fœcunditati, & virginitati, sit sempiterna gloria nunc, & semper, & per infinita sæculorum sæcula. Amen. Oratio. ¶ Suscipe Domine Deus meritis, & precibus Beatissimæ semper Virginis Mariæ, & omnium sanctorum, officium seruitutis nostræ, & si quid in tuis laudibus dignum egimus, propitius respice, & quod negligenter actum est, clementer indulge. Per Christum, &c. ¶ Similiter asseritur, quod Sixtus Papa IV. concessit supradictam remissionem dicenti solum antiphonam suprascriptam, scilicet, Sanctissimæ Trinitati. Et hoc est satis verisimile, cum sic habeatur communiter in vsu apud Ecclesiasticos. 1 *Indulgentia pro suppletione defectuũ Officij Diuini.*

B

¶ SIXTVS IV. concessit omnibus Fratribus Mino. non valentibus persoluere Diuinum Officium bene, ac diligenter in Choro, prout tenentur, quod si per defectum visus, vel auditus aliquid prætermiserint, non teneantur illud omissum iterum persoluere: sed dicant vnum psalmum in fine Horarum, & sufficiat eis, o. fo.62. & ffo.66. conc.98. Et fffo. 100. concess. 383. 2 *Pro suppletione defectuũ Officij Diuini.*

C

¶ INNOCENTIVS VIII. concessit, quod quando Fratres Minores aliquid dimittunt de Diuino officio, non ex dolo, possint supplere cum aliquo psalmo, vel dicendo orationem Dominicam, vel Aue Maria, o. ffo.69. concess.149. ¶ Idem ad litteram reperitur concessum per Alexandrum, VI. fffo. 99. concessione 362. 3 *Pro suppletione defectuũ Officij Diuini.*

¶ Idem Innocentius concessit quod Fratres Mino. professi, nescientes per se plene persoluere Officium Diuinum, non teneantur ad id, sub pœna peccati mortalis, donec sciuerint illud: dummodo faciant quod in se est, & dicant sicut sciunt, & vltra dicant Horas Fratrum laicorum, o. fo.65. & ffo.96. concess. 156. & fffo.100. concess.373. 4 *Pro Fratribus idiotis.*

D

LEO X. concessit, quod quicumq; dixerit post quamlibet horam diei infra scriptam orationem, & in fine illius vnum Pater noster, & Aue Maria, pro felici statu suæ Sanctitatis, & Ecclesiæ Sanctæ Dei, consequatur plenariã remissionem omnium defectuum in illa hora humana fragilitate commissorum. Oratio. ¶ Sacrosanctæ, ac indiuiduæ Trinitati, crucifixi Iesu Christi Domini nostri humanitati, & Beatissimæ, ac gloriosissimæ Virginis Mariæ fœcunditati, siue integritati, & omnium sanctorum Vniuersitati, sit sempiterna laus, honor, virtus, & gloria ab omni creatura; nobisq; remissio peccatorum, per infinita sæcula sæculorum, Amen. Et Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portauerunt æterni Patris filium: & Beata vbera, quæ lactauerunt Christum Dominum. Pater noster, & Aue Maria, pro intentione supradicta, o. fffo. 61. concessione 268. 5 *Indulgẽtia pro suppletione defectuũ Officij Diuini.*

E

¶ Idem Leo, ampliando prædictam gratiam, concessit, quod non solum sufficiat dicere suprascriptam orationem. s. Sacrosanctæ, &c. pro supplemento vnius horæ, quando dicitur per se sola, sed etiam omnium horarum, quæ dicuntur semel, seu vno contextu: licet aliquis paruus interuallus inter vnam, & aliam fiat, o. fffo.94. concess.294. 6 *Indulgẽtia*

AN-

ANNOTATIO CORDVBÆ. A

VOAD. §. 4. notandum id, quod ibi conceditur per Innocen. VIII. haberi etiam declaratum in tab. 19. Vic. g. & melior concessio habetur supra, tit. Officium Diuinum 1. §. 16. per communicationem Monialium, titu. Moniales, §. 29. & de his latius in tit. Infirmi Fratres tit. Feria, tit. Festiuitas, tit. Missa, secundum subiectam materiam, habetur.

OFFICIVM DIVINVM, TERTIO. B

1 *Indulg.*

LEXANDER VI. concessit omnibus dicentibus in Officio Beatæ Virginis, in hymnis Quem terra pontus, &c. & O Gloriosa Domina, &c. Vers. Maria Mater gratiæ, &c. decem annos indulgentiæ pro qualibet vice, o. fo. 66. Et ffo. 70. concessione 170.

2 *Indulg.* ¶ LEO X. concessit, quod Religiosi Ordinis Minorum, qui Officium Diuinum soluerint per librum, consequantur remissionem dimidiæ partis peccatorum commissorum illa die, qua prædictum soluunt Officium, O. ffo. 94. concess. 298. C

Ex Priuilegijs Fratrum Sancti Hieronymi.

3 *Indulg.* MARTINVS V. concessit Fratribus Sancti Hieronymi, quód pro qualibet hora, scilicet, Matutino, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperis, & Completorio, cum eas dixerint in Choro cum alijs, lucrentur centum dies indulgentiæ, 6.

Collector. De Indulgentiis concessis ratione Officij Corporis Christi, habetur supra, in dictione Indulgentiæ quoad sæculares, post §. 2. Et de Indulgentijs concessis ratione Officii Conceptionis Beatæ Virginis, habetur etiam in dictione Indulgentiæ quoad sæculares, 7. §. 1. & 2.

Collector. Sequuntur aliæ Indulgentiæ attinentes ad Officium Diuinum, quæ reperiuntur concessæ; prout in subsequentibus versibus continentur. D

Indulg.
Quando Iesus nominatur, si deuote inclinatur,
Dantur Indulgentiæ, a Ioanne vigesimo.
Secundo Papa optimo, dies quater decies.
Ad campanam cum pulsatur, si Aue Maria dicatur,
Dantur dies totidem.
Et ad gloriam psalmorum, quandocumq; tenent chorum,
Si bene sunt inclinantes, quadraginta sunt lucrantes.

CAPVCCINI ANNOTATIO. F



ICET, circa Officium Diuinum persoluendum, varia reperiantur Concessiones Clericis Regularibus, & Beneficiatis facta; nunc tamen debet obseruari Const. 72. pro Breuiarijs, & constitut. 125. pro Officio Beatæ Virginis, & Const. 138. Pij Quincti, vt in Bullario pro pœna Beneficiatis non dicentibus diuinum Officium inflictas in Constitut. enim illa 72. annullantur omnia alia Breuiaria, & illo tantum vti iubetur: ac in alia Constitut. 125. mandatur, vt officio Beatæ Virginis ab ipsomet Pio V.

A *Pio V. reformato omnes vtantur ceteris alijs annullatis, &c.*

Concessio Congreg. S. Iustinæ. Camaldu. & Montis Oliueti.

Sed vltra supradictas Concessiones est sciendum, quod Fratres in Officijs Monasteriorum occupati, ideoque in Choro interesse nequientes, aut qui alias non docti sunt, aut minus experti, vt Officium diuinum commode dicere possint (dummodo in sacris non sint Ordinibus constituti, licet professionem emiserint) ad persoluendum integre prædictum Diuinum Officium non tenentur; sed Prælati, consideratione subditorum, vltra Officium B. Virginis, ad quod obligatos remanere Pontifex eos voluit, aliquid aliud dicendum illis imponere possunt, quod cum animi alacritate persoluant: ista concessit Eugenius IV. Congregationi Sanctæ Iustinæ, anno Domini 1436. Et Iulius II. Congregationi Montis Oliueti anno 1507. Et Congregationi Camaldulen. Leo X. anno Domini 1513.

Minoribus.

B *Possunt etiam Fratres Minores, qui ad horas Canonicas tenentur, sine scrupulo, ratione itineris, vel alterius honestæ occupationis, quando creditur, quod tunc maiori deuotione Officium recitabunt, dicere Matutinum vespere ante solis occasum, vel mane totum. vsque ad Completorium inclusiue. Ita concessum est per Pium V. Minoribus vt refertur in Compend. Societatis Iesu, verbo Hora Canonica §. 2. & in manuscripto Priuileg. Minor. fol. 7 b. pag. 2.*

Societati Iesu.

Possunt Fratres Ordinis Societatis Iesu de licentia Generalis, aut aliorum quos ipse substituerit, sine scrupulo, Officium Diuinum, Missa postponere, iustis de caussis, super quo conscientia largientis licentiam oneratur. Ita concessit Iulius III. Societ. Iesu, vt in eodem eius Compend. refertur. Verbo Hora Canonicæ § 1.

C *Eorumque professi, quousque sacro Ordine initiantur, non obligantur ad Diuinum Officium persoluendum; & huius ratio est, quia obligatio dicendi Diuin. Offic. non prouenit ratione professionis, sed, vel ratione Clericatus in sacris, vel Beneficiarij, vel Monachatus vtriusque sexus, ex antiquissima consuetudine, vel statuto Religionis, vt inquit Astens. & Medin C. de oration. q. 7. & habetur in summa D. Iacobi de Graffijs nuper edita, tit. de Horis Canonicis, nu. 6.*

Societ. Clericorum Sancti Siluestri de Vrbe alias Theatinorum.

Fratres Ordinis prædicationi verbi Dei, audientiæ Confessionum, & Sacræ Theologiæ, ac sacrorum Canonum studijs insistentes, ad suam, & animarum fidelium vtilitatem, & qui occupantur infirmitate propria, aut infirmorum Fratrum curatione, satisfaciunt pro horis canonicis, recitantes certum numerum psalmorum per Priorem eis assignandorum, numero non minus septem. aut sex, cum deuotione: aut orationem Dominicam septies, & symbolum Apostolorum bis: grauiter autem ægrotantes, orationem Dominicam septies in die recitando septem Horis Canonicis similiter satisfaciunt. Ita concessum est a Clem. 7. Societati Clericorum Sancti Siluestri, & Sanctæ Andreæ de vrbe, alias Theatini nuncupatorum, & refertur in Compend. Priuileg. S. Hieron. Hispan. Collecto a P. Garsia, anno 1591. fol. 108. §. 70.

D *Sed an Officium paruum B. M. sit a Fratribus recitandum sub pœna peccati mortalis Resolute respondendo (quidquid dicant in hoc Doctores) dico quod, qui Romano Offic. vtuntur, & ad horas canonicas recitandas sunt obligati: tenentur in Choro illud persoluere illis diebus, quibus in rubricis dicti Breuiarij annotatur, sub pœna peccati mort. extra vero Chorum, liberum est cuique pro temporis opportunitate, illud dicere, vel omittere. Psal. vero pœnitent. & Graduales, Officiumque defunctorum, extra omnem culpam dici debent. vt ex Const. Pij V. in principio Breuiarij posita apparet. Qui vero alio Officio, quam Romano in Religionibus licite vti possunt, tum ad dictum Officium B. M. cum etiam ad 7. Psalm. ad Grad. &c. persoluenda, secundum Statuta Religionis tenebuntur, lethaliter, si sub lethali culpa statuuntur, & venialiter, si sub veniali culpa. Et sic possent concordari dispositiones variæ doctorum, præcipue Nauar. & Soti circa hoc, qui enim dicunt teneri sub peccato, intelligunt, si per Statuta Ordinis id præcipiatur, alias non.*

ORACVLA VIVÆ VOCIS. A

1 *Priuilegia, Nota.* LEO X. concessit, quod Fratres Minor. Regularis Obser. secura conscientia possint vti omnibus concessis a Sede Apostolica, & Romanis Pontificibus, siue per Bullas, aut Breuia, aut viuæ vocis Oracula; prout in libris Ordinis reperiuntur; ac si omnia specifice fuissent tunc expressa. Et pro maiori conscientiarum securitate, omnia de nouo concessit, O.ffo.58.conc.161.

2 *De valore Oraculorū.* Idem Leo concessit, quod non sint minoris efficaciæ, & valoris, viuæ vocis Oracula, quam si per Bullam, aut Breue ad perpetuam rei memoriam essent concessa. Et hoc in foro conscientiæ tantum, O.ffo. 58.conc.161. B

3 *De suspensione Oraculorum viuę vocis.* Idem Leo informatus, quod sunt nonnulla viuæ vocis Oracula, concessa Ordini Fratrum Minorum; quorum aliqua, aliquibus temporibus, fuerunt vtilia: sed forte præsentibus non sunt, nec futuris erunt: ac præterea aliqua sunt, in aliquibus locis, necessaria, & aliqua non: concessit, vt non solum Generalis in suo generali Capitulo; sed etiam quilibet Prouincialis, in suo prouinciali Capitulo, de consensu eiusdem Capituli, vel maioris partis, declarare possit, & valeat, vtrum ab vsu alicuius Concessionis viuæ vocis Oraculo factæ, abstineri debeat: Post quam quidem declarationem, tam Fratres, quam Moniales; ac si Concessio huiusmodi per suam Sanctitatem suspensa, vel reuocata fuisset, Concessione eadem in posterum non vtantur. o.ffo.94.conc.296. C

ORDINES SACRI.

Distinctio materiæ infrascriptę.

Collector. CIRCA Ordines sacros, duo principalia continentur in Priuilegijs Fratrum Minorum, & aliorum Fratrum Mendicantium, ac etiam non Mendicantium. ¶Et primo sunt aliqua, quę respiciunt personas Fratrum, qui debent ad huiusmodi Ordines promoueri, ac etiam ad promouentes. Et hęc habentur infra, §. 1. & 2. & 3. & 9. & 10. ac 11. D

Secundo sunt aliqua, quæ tangunt etiam personas ordinandorum, scilicet, qualiter possint circa ætatem dispensari, ac de sufficientia examinari. Et ista specialiter continentur, §.4. & 5. & 7.

1 *Episcopi.* CLEMENS IV. concessit licentiam, & liberam facultatem ad hoc, vt Fratres Minor. promoueri possint ad Ordines sacros, per quoscumque Catholicos Episcopos, communionem, & gratiam Sedis Apostolicæ habentes. Et hoc absque aliqua examinatione, per huiusmodi Episcopos facienda; & absque omni promissione, vel obligatione ipsorum ordinandorum Fratrum, B. fo. 56. Et ffo.140.conc.312. Et ffo.96.conc.321.

Tamen per examē Episcopi Conc. Trid. sess. 23.c.12. Aduerte, quod circa prædicta fuit postea aliter ordinatum; prout patet infra, §. 7. E

Collector.

2 *Extra com.* CLEMENS V. decreuit, seu statuit, vt alio non obstante impedimento Canonico, possit quis libere in decimooctauo ad Subdiaconatus, in vigesimo ad Diaconatus, in vigesimo quinto ætatis suæ anno ad Presbyteratus Ordines promoueri. Habetur in Clementina, Generalem, de ætate, & qualitate.

3 *Episcopi.* SIXTVS IV. concessit, quod quilibet Catholicus Episcopus possit celebrare Ordines sacros, temporibus ad hoc ab Ecclesia deputatis, in locis

Fra-

A Fratrum Minorum de Obseruantia, pro Fratribus prædictis dumtaxat, o. fo. 63. Et ffo. 67. conc. 106. ¶Vide circa prædicta, inf. §. 6.

INNOCENTIVS VIII. fecit duas dispensationes circa tempus ætatis promouendorum ad sacerdotium, quæ habentur supra in dictione Dispensatio, §. 14. & 15. *4 Dispens.*

IVLIVS II. fecit quamdam dispensationem Fratribus Ordinis Minimorum similiter circa tempus promotionis ad Ordinem Sacerdotij, quę posita est in dictione Dispensatio, §. 22. *5 Dispens.*

LEO X. ampliando Concessionem Sixti suprapositam, §. 3. concessit, quod quilibet Catholicus Episcopus possit in locis, & personis Fratrum exercere *6 Dispens.*
B omnes actus Episcopales; prout latius in dictione Benedicere, §. 15. positum est, O. ffo. 60. conc. 179.

Idem Leo in Concilio Lateranensi statuit, quod Fratres ad Ordines promouendi, possint per Ordinarios, de grammatica, & sufficientia examinari, & quod dummodo competēter respondeant, per eosdem Ordinarios debeant libere admitti. Ac etiam statuit, quod nullatenus in eorum Ecclesijs, aut Domibus, vel alijs prædictorum Fratrum locis ab alio, quam a diœcesano Episcopo promoueri ad dictos Ordines debeant; nisi prius ipso diœcesano Episcopo, vel eius Vicario super hoc (cum debita reuerentia) requisito, & absque rationabili caussa contradicente, vel eo a diœcesi absente, B. ffo. 26. concessione 78. *7 Examinatio ordinandorum. Prohibitio. Ita etiā per Conc. Trid. Seß. 23. ca. 12. Episc.*
C

In foro conscientiæ non tenentur Fratres Minor. Obser. ad huiusmodi Statutum, sicut nec ad alia in prædicto Concilio contra eorum Priuilegia ordinata; vt habetur in dictione Concilium, §. 7. *Collector.*

Idem Leo statuit, quod, quandocumque aliquis Frater laicus ad Clericatum ascenderit, extra obedientiam Prælatorum Ordinis, etiam si vsque ad Sacerdotium promotus sit, postquam reuersus fuerit, omni honore clericali priuetur; prout latius positum est supra, in dictione Laici Fratres, §. 4. Et ibidem inferius ponuntur multa, circa prædicta, notanda. *8 De laicis Fratribus promotis.*

D *Ex Priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti.*

EVGENIVS IV. concessit, vt singuli Monachi præsentes, & futuri Sancti Benedicti, ad id idonei, quos Prior sui Monasterij ad hoc elegerit, siue nominauerit, semel dumtaxat anno quolibet, omnes etiam sacros ordines vna, & eadem die, etiam extra tempora a iure statuta, a quibuscumque catholicis Antistibus, gratiam, & communionem Sedis Apostolicę habentibus (cuiusuis super hoc licentia minime requisita) suscipere: dictique Antistites eisdem Monachis Ordines huiusmodi, tunc conferre possint, b. *9 Infrascrip. Priuil. iam sunt correcta per Cōc. Trid. Seß. 23 c. 12. & 13 de refor. Nota.*

Idem Eugenius statuit, & decreuit, quatenus Monachi S. Benedicti Congregationis Italiæ, omnes etiam sacros Ordines, ad quos per eorum Superiores
E præsentati fuerint, a quocumque maluerint catholico Antistite, gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habente, statutis a iure temporibus, absque aliquo dictorum Monachorum examine, recipere valeant: Atque huiusmodi Antistites in dictæ Congregationis Monasterijs, & locis dumtaxat aduocare; quibus liceat Apostolica auctoritate, absque alia licentia, & contradictione diœcesani, nulla, vt præfertur, examinatione præmissa, Monachos ordinare, Missas celebrare, Ecclesias, Altaria, & vasa consecrare, vestes benedicere, & alia Pontificalia exercere, b. *Episcopus. 10 Episcopus.*

Ex Priuilegijs Fratrum S. Hieronymi.

11 Episcopus.

A LEXANDER VI, concessit, quod Prior generalis Ordinis S. Hieronymi,& singuli Priores eiusdem Ordinis presentes,& futuri,possint eligere quemcumque Episcopum catholicum, communionem Sedis Apostolicæ habentem,qui personas singulorum Monasteriorum huiusmodi ad ad idoneas, ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus ordines, etiam extra tempora a iure statuta,tribus diebus Dominicis, siue Festiuis duplicibus successione promouere possit:Diœcesanorum licentia super hoc requisita,o.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

Conc. Trid. disposit. Cap. 10.

ONCILIVM Trid. Sess. 23. circa ordinandorum ætatem, & qualitatem, nonnulla decreuit: & præcipue infrascripta, ad Regulares etiam pertinentia.

Abbatibus, & alijs quibuscumque, quantumuis exemptis, non liceat in posterum, intra fines alicuius diœcesis consistentibus, etiam si nullius diœcesis, vel exempta esse dicantur, cuiquam, qui Regularis subditus sibi non sit, tonsuram, vel minores ordines conferre: nec ipsi Abbates, & alij exempti. &c. nec litteras dimissorias aliquibus clericis secularibus, vt ab alijs ordinentur concedant, &c.

Cap. 11.

Minores ordines ijs, qui saltem latinam linguam intelligant, per temporum interstitia (nisi aliud Episcopo expedire magis videretur) conferantur, &c. Hi vero non nisi post annum a susceptione postremi gradus minorum ordinum, ad sacros ordines promoueantur, nisi necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas, iudicio Episcopi, aliud exposcat.

Cap. 12. Hic corrig. Clem. generalē de ætate & qualit. ordinā. positā sup. §. 2.

Nullus in posterum ad Subdiaconatus ordinem, ante 22. ad Diaconatus, ante 23. ad Presbyteratus, ante 25. ætatis suæ annum promoueatur, &c. Regulares quoque nec in minori ætate, nec sine diligenti Episcopi examine, ordinentur, Priuilegijs quibuscumque, quoad hoc, penitus exclusis.

Promoti ad sacrum Subdiaconatus ordinem, si per annum saltem in eo non sint versati, ad altiorem gradum, nisi aliud Episcopo videatur, ascendere non permittantur.

Cap. 13.

Duo sacri ordines non eodem die, etiam Regularibus conferantur, Priuilegijs, ac Indultis quibusuis concessis non obstantibus quibuscumque.

Cap. 14.

Qui pie, & fideliter in ministerijs anteactis se gesserint, & ad Presbyteratus ordinem assumuntur, bonum habeant testimonium: & hi sint, qui non modo in Diaconatu, ad minus annum integrum (nisi ob Ecclesiæ vtilitatem, ac necessitatem, aliud Episcopo videretur) ministrauerint, sed etiam ad populum docendum, &c.

Sixti V. Motus propr.

Sixtus V. in quodam Motu proprio contra clericos male promotos anno 1588. edito, contra non seruantes supradicta, nonnullas pœnas apposuit, dicens: Presenti constitutione perpetuo statuimus, & ordinamus, vt, si in posterum Antistes aliquis Episcopali, Archiepiscopali, Primatiali, vel etiam Patriarchali dignitate præfulgens, aut Abbas ad primam tonsuram, minoresque ordines suis subditis conferendos, a Sede Apostolica auctoritatem habens, quemcumque secularem, vel cuiusuis ordinis, aut militiæ Regularem, ex aliquo crimine, vitio, aut defectu, seu alias inhabilem, vel irregularem existentem, vel extra tempora a iure statuta, vel absque veris dimissorijs sui Ordinarij litteris, aut per saltum, vel furtiue, aut quoad seculares, sine titulo sufficientis beneficij, vel patrimonij, aut ante ætatem per sacri generalis Concilij Tridentini decreta primæ Tonsuræ, aut cuique Ordini præscriptam, aut non seruatis temporum interstitijs ita, vt aliquis vnico die, seu continuatis diebus ad plures ordines sacros, vel post vnum ordinem susceptum sine caussa rationabili, antequam tempus ab eodem Concilio Tridentino præfixum elabatur, ad alium ordinem promoueatur sine dispensatione, aut Indulto Apostolico,

A *llos, Clericali charactere non legitime insignierit, aut ad ordines minores, vel sacros, vt prefertur, vel alias male promouerit, siue id scienter, siue ignoranter fecerit, nisi debita diligentia adhibita, iustus error, & probabilis facti ignorantia eum excuset, vt in quo deliquit, in eo puniatur, a collatione quorumcumque ordinum, &c.*

Pœna in ordinantes.

Et Clericos post hac male promotos ab executione, ministerio, & exercitio ordinum susceptorum, & ab omni spe & facultate ascendendi ad alios superiores, perpetuo suspenses declaramus: & si in eis ministrare præsumpserint, illos, sic irregulares effectos, omnibus dignitatibus, officijs, & beneficijs Ecclesiasticis, cum cura & sine, &c. Ac si ipsi Clerici Regulares fuerint, actiua, & passiua voce, ipso facto priuamus, & ijs priuatos, atque ad illa, & alia similia, vel dissimilia in posterum obtinenda in perpetuum inhabiles, & incapaces esse decernimus, & declaramus; illorum beneficiorum vacantium

Pęna in clericos ordinatos.

B *dispositionem Apostolicę Sedi perpetuo reseruantes &c. tam absoluendi, quam dispensandi facultatem in casibus præmissis, etiam in foro conscientię, nobis, & successoribus nostris dumtaxat, perpetuo reseruamus, &c. adeo, vt nec per quacumque Priuilegia, nec per quacumque Iubilæa, & Indulgentias etiam plenissimas, per nos, vel per successores nostros, anno Iubilęi, vel alio quouis tempore, & Cruciata, &c. prędicti Antistites, seu Abbates promouentes, & Clerici ordinati, nisi in mortis articulo, absolui possint, aut debeant; nec cum ijs super irregularitate contracta, etiamsi crimen penitus occultum fuerit, quouis modo valeat dispensari, &c.*

Reser. absolutionis.

Quia in prędictorum verborum Concilij, & Sixti V. intelligentia, aliqua occurrunt dubia; ideo ea hic ponere, ac declarare opera pretium esse duxi.

C *Vnde est primo notandũ, quod R. P. Emmanuel Rodriguez Lusitanus, in explicatione Bullæ Cruciatæ, in fine, hanc materiam Ordinum tangens, quattuor puncta principalia explicare nititur.*

1. Not. Declarãtur dubia occurrentia in supradictis decretis.

Primum, si id, quod a Sac. Conc. Trid. sess. 23. cap. 13. & 14. de interstitijs dicitur, debeat ita de Religiosis, ac de sæcularibus intelligi.

Secundum, pręsupposito, intelligi de omnibus: quæritur cui conueniat, in interstitijs illis dispensare? Prælatis videlicet, ordinum, cum suis subditis, an Episcopis? & si Episcopis, Diœcesano, vbi ordinandi morantur, vel Episcopo, qui eos ordinare habet.

Tertium, quę nam poterit esse caussa, pro tali dispensatione, sufficiens?

Quarto, quęritur si de rigore, interstitia omnia, tam minorum, quam maiorum ordinum obseruari debeant, nec ne? Circa quæ, aliqua, secundum aliorum ac meam opinio-
D *nem, addam.*

Et iam, circa primum concluditur, interstitia omnia, & minorum, & maiorum ordinum, seruanda esse; sicut clare constat ex verbis supradictis Concil. & Motus proprij Sixti V.

Et quod interstitia ipsa, etiam in Regularium ordinationibus sint seruanda; non obstante, quod in cap. 11. præfatę sess. 23. vbi de hoc agitur, nulla ipsorum Regularium mentio fiat, nec verba illa generalia possint in materia odiosa (vt est huiusmodi) Religiosos Regulares comprehendere; nisi expressa fieret de eis mentio, (sicut Doctores tradunt) patet, quia Sixtus V. clare id insinuat in supradictis verbis, dum ait, cuiusuis Ordinis, aut militię Regularem.

Quoad secũdum, cui, scilicet, in interstitijs dispensare conueniat? est sciendum, quod,
E *licet super hoc, nonnulli Doctores, cum quibus illud contuli, varię fuerint opinionis, supradicti tamen auctoris sententiam faciliter posse sustineri arbitror; qui Episcopis licere ait, & non Prelatis Ordinum, cum suis subditis: cum verba Concilij sint expressa: dum in capite. 11. dicitur minores Ordines ijs, qui saltem latinam linguam intelligant per temporum interstitia: (nisi aliud Episcopo expedire magis videatur) Et etiam paullo post, de ordinibus maioribus ait (Iudicio Episcopi) Immo auctor ipse supradictus probat, quod licet Concilium non, illo verbo (Episcopi) vsum fuisset: sed verbo (Ordinarij) Adhuc tamen de Episcopo intelligi oporteret. Nam, quamuis Prælati*

Episcopis competit I interstitijs dispensare, & nõ Prælatis.

Religionum,(vt sunt Generales, & Prouinciales) habeant iurisdictionem ordinariam; & in absoluendo, ac dispensando cum suis subditis sint Ordinarij: quando tamen Decretum aliquod Sacrorum Canonum, vel Bulla, aut Motus proprij, absolutionem, vel dispensationem alicuius casus cōmittit Ordinario, absolute, tunc quidem de Episcopo intelligitur: quia, cum hoc verbum Ordinarij, & de Episcopo, & de Prelatis Religionum, qui quasi Episcopalem iurisdictionem habent, possit intelligi: in dubio, quando aliud non apparet, debet sumi in potiori suo significatu secundum Regulam Analogi. Et hoc, euidentissima alia ratione comprobari potest; quia, quando in Bullis datur facultas eligendi sibi Confessorem, per Ordinarium approbatum, tunc clare constat, quod per Ordinarium intelligitur Episcopus, & non Pralati Religionum, vt supra iam dixi; in verbo Absolutio. A

Dicitur insuper, quod quando Episcopus aliquis, ob aliquod impedimentum, non valens suum subditum ordinare, mittit illum, cum debitis litteris dimissorijs ad alium Antistitem, ordinandum; tunc absque dubio, in interstitijs dispensare, ad hunc, qui mittit, & non ad illum, qui ordinare habet, pertinebit. quia, vt in sess. 23. cap. 16. cum nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit vtilis, aut necessarius suis Ecclesiis, ita nullus alius Episcopus poterit in interstitijs dispensare; nisi ille, qui necessitati, & vtilitati Ecclesię, vbi ille residere habet, scit illum profuturum; & hoc nullus sciet melius, quam eius proprius pastor; prout late a supradicto auctore ibidem comprobatur: & hac eadem ratione possemus similiter dicere de Pralatis Religionum, quod ad ipsos dispensare pertineat cum suis subditis; cum ipsi soli Ecclesiarum suarum sciant vtilitatem, & necessitatem; nisi tam expressis verbis id Episcopis committeretur. B

Sess. 23. c. 7. de refor. *Immo non solum in interstitijs, dispensare tali Episcopo conuenire dicimus; sed quando etiam in litteris dimissorijs fidem fecerit, se illum de omnibus necessarijs, iuxta Conc. Trid. examinasse, ac idoneum inuenisse, minime quidem oporteret, vt iterum Episcopus ordinans, illum examinaret, nec in pœnis proinde a Sixto V. taxatis, incurreret. Alias videretur potius, irreuerentiam quamdam, & infidelitatem erga suum consocium, & germanum Episcopum demonstrare.* C

Quando vero Abbates suos Regulares subditos de ordinibus minoribus per se ordinauerint, iuxta concessam sibi facultatem a Conc. Trid. sess. 23. cap. 10. poterunt vtiq; sine dubio in interstitijs dispensare.

Et sic concludi posse arbitror quod (saluo tamen meliori iudicio) ad Episcopos, seu Abbates ordinantes pertineat in interstitijs dispensare; non autem ad Prelatos Ordinum, cum suis subditis: nisi vellemus paullo supra dictam rationem admittere. Possent tamen Prelati ipsi, quando in illis iudicauerint dispensandum, Episcopum in litteris dimissorijs exorare, vt in illis interstitijs cum tali, & tali &c. dispensare dignaretur, absq; quod in alicuius particularis caussa assignationem descendant, illudque sane Episcopo ad illos ordinandos, sine alia inquisitione posset sufficere: sicque Passarellus, et a Sacra Card. Congreg. fuisse responsum an. 1573. testatur, in lib. Priuilegiorum fol. 225. vt videlicet, sufficiens caussa ad dispensandum a Prelatis indicata, ordinaturo Episcopo referatur, cuius erit iudicare de illa. D

Passarellus Congreg. Card.

3. Quę dicatur caussa sufficiens ad dispēsandum in interstitijs.

Quoad illud, quod tertio loco, supra est propositum: quanam, scilicet, poterit esse caussa sufficiens dispensandi in interstitijs dicitur, quod in Ordinibus minoribus, & in Diaconatu, quauis caussa, licet leuis, iudicio Episcopi erit sufficiens, cum sic in sess. 23. cap. 11. & 13. simpliciter illud iudicio Episcopi relinquatur. E

A postremi vero minorum ordinis susceptione ad subdiaconatum, & a Diaconatu ad Presbyteratum; cum dicatur in cap. 11. & 14. vt non aliter in anno requisito dispensetur; nisi necessitas, aut Ecclesia vtilitas, iudicio Episcopi illud exposcat, vrgentiorem quidem caussam in eis requiri, clare ex verbis illis appositis (Ecclesię necessitas, aut vtilitas) constare videtur, quę vtilitas, & necessitas, Episcopi arbitrio iudicanda relinquitur, secundum locum, & tempus, ac personę conditionem. Bene verum est, quod vrgentior

A *tior requiritur caussa in dispensatione anni requisiti a Diaconatu ad Presbyteratum; cum in c. 14. Concilij coniunctiue dicatur, requiri vtilitas, & necessitas, illis verbis (nisi ob Ecclesiæ vtilitatem, & necessitatem, aliud Episcopo &c.) & in alio supradicto ponantur ista disiunctiue, vtilitas, aut necessitas, ac si istarum altera sit sufficiens.*

Est tamen aduertendum, quod, licet, sicut supra dictum est, iudicio Episcopi relinquatur, in interstitijs dispensare: tamen eodem die, etiam Regularibus, duos sacros ordines vni conferre, vt in cap. 13. eiusdem, sess. 23. prohibetur.

Duo sacri Ordines eodem die non possunt dari.

Et licet Nauar. in Manuali cap. 25. nu. 71. dixerit, quod quamuis duo ordines sacri, eodem die dari non possint, ordines tamen minores cum vno ordine sacro, vbi fuerit consuetudo, dari possunt, cum Conc. Trid. consuetudinem huiusmodi non tollat: Nihilominus tamen, quia Sixti V. derogatio, est valde generalis, & ampla, dum ait, contrarijs
B *quibuscumque non obstantibus; id proinde subsistere minime posse videtur: nisi vellemus dicere, quod cum Pontifex in Motu illo, aliud non prętendat, nisi vt Concilium obseruetur; & in eo consuetudines antiquę non tollantur, nisi quando expresse dicit, vt in sess. 23. cap. 6. & 9. quod nec etiam ipse Pontifex tollere intendat.*

An quattuor ord. minor. cũ vno sacro possint date. In motu proprio contra cl. mal. pm.

Et quia est iam supra dictum, quod in susceptione Subdiaconatus, caussa sufficiens dispensandi in interstitijs, est necessitas, aut Ecclesię vtilitas, disiunctiue: & in susceptione Presbyteratus coniunctiue. Ideo videamus nunc, quęnam possit dici ista Ecclesię vtilitas, & necessitas. Et relicta opinione Sil. titu. ordo. §. 10. in fine, vt valde rigorosa, dicimus cum Sancto Antonino 3. par. titu. 14. de tempore, & loco ord. in §. 18. tunc Ecclesiam dici necessitatem habere, quando alios non habet ordines suscipientes, ac mi-
C *nistrorum necessitatem habet, qui Capellis, & beneficiis satisfaciant. Et tunc erit vtilitas, quando, licet ipsa alios habeat ministros idoneos, aliis tamen pluribus indiget, vt melius seruiatur, Et sic, quando pauci erunt ministri idonei, erit vtilitas; & quando non solum talium idoneorum ministrorum, sed etiam & non idoneorum inopiam habebit, dicetur necessitas, pro in interstitiis supradictis dispensando: relinquuntur tamen vtilitates, & necessitates huiusmodi Episcopi iudicio iudicandę, vt supra est iam dictum.*

Quæ erit vtilitas, & necessitas dispẽsandi in interstitiis.

An autem de rigore, æque in omnibus ordinibus, cum maioribus, tum etiam minoribus, interstitia sint seruanda? & iam in primo Not. conclusum est, quod sic, sed longe minus in minoribus, quam in alijs: cum ex quauis etiam leuissima caussa, in illis possit dispensari, adeo, vt etiam cum prima tonsura, omnes simul possint dari eidem personæ, eo-
D *dem die, vbi fuerit consuetudo; vt tenent Armilla, titu. ordo. §. 6. & Nauar. in man. cap. 25. num. 71. Et potest, vltra Canones, & Doctores, per ipsos allegatos, sumi ratio a verbis ipsiusmet Concilij; quia dispensationem in interstitiis horum ordinum minorum simpliciter Episcopi iudicio relinquit.* 4

An interstitia ęqualiter sint seruanda. Arm. & Nauar.

At in interstitio medio, inter Subdiaconatum, & Diaconatum, cum pariter sic simpliciter, absque quod aliquid diceret de vtilitate, & necessitate Eccl. Episc. iudicandum reliquerit: statim postea addidit, vt duos ordines sacri, eodem die vni non dentur, ac si dicere vellet, quod & si huiusmodi amplam dispensandi licentiam in interstitiis a Subdiaconatu, ad Diaconatum dederit, vult tamen, vt in hoc sit limitata, ne, scilicet, duo ordines sacri vnico dentur die, quam quidem restrictionem, cum in ordinibus minoribus supra non posuerit, tacite videtur inferre, eos vni simul posse eodem die dari. Et dum di-
E *xit, duo ordines sacri, &c. intellexisse constat de maioribus, qui proprie, & ratione materia dicuntur sacri, secundum Thom. in 4. d. 22. q. 3. & in supplem. 3. par. Summę, q. 37. art. 3. vbi inquit, quod, licet, omnes ordines per se possint dici sacri, ratione tamen materia, circa quam versantur, sunt tantum tres ordines maiores sacri; & sic, ordines, per sacros, & non sacros, distingui posse concludit.*

Et habetur in cap. 1. iuncta gl. 32. d. & Nau. in Man. ca. 22. nu. 18.

Posseque hoc clarius corroborari, ex quo, ex ipsiusmet Concilij verbis videtur huiusmodi distinctio inter ordines posse colligi: nam in sess. 23. cap. 11. cum præscripsisset modum in collatione minorum ordinum obseruandum, illico subnectit, dicens: Hi vero 5

non nisi post annum a susceptione postremi gradus minorum ordinum ad sacros ordines promoueantur, &c. Ecce quomodo videtur Concilium distinctionem prędictam, inter minores, & maiores ordines, probare: illos simpliciter minores ordines appellans, maiores autem, Sacros. Et postea, in cap. 13. loquens de promotione ad Subdiaconatum, & Diaconatum, eorumque interstitijs, statim subnectit, dicens. duo sacri ordines, non eodem die, etiam Regularibus, conferantur: quę prohibitio iam clare videtur intelligi tantum de ordinibus maioribus, qui proprie sacri vocantur, & de quibus supra in eodem capite mentionem fecerat, & non de alijs ordinibus minoribus, quos potius sacramentales appellari, ait Nau. vbi supra. A

Et sic bene concludi posse arbitror, quod, cum talis prohibitio non conferendi eodem die duos sacros ordines eidem personę, sit tantum specifice facta in ordinibus maioribus, & non in minoribus: minores isti possent omnes simul eodem die dari, quando Episcopus, vel Abbas expedire iudicauerit; cum non sit contra Concilium, & sit iuxta Canones, vt tenet glos. in cap. de eo de temp. ordin. & Nauar. & Armil. vbi supra, vel saltem vbi dari simul, non fuerit consuetudo, possent singuli dari Dominicis diebus, alijsque festis; vt in pręfato capitu. de eo. & Angel. in sum. titu. ordo 4. pro vt sic vidi a multis Episcopis practicari. B

2. Not. Promoti ante ætatē sūt suspensi. Quā refert Na. in man. c. 27. n. 21. C. 1. de re ī d in 6 & cō muni delet. excō in 6. Cum ordinatis sine licētia vel in Apostasia potest Prælatus dispēsare. Sed non cū ordinatis ante ætatē. Nauar.

Item notandum secundo, quod promoti sine licentia, vel ante ætatem, sunt ipso iure suspensi, per Extrauag. Pij II. Et siquis, durante suspensione, prę sumpserit celebrare, incurrit irregularitatem, secundum Canones, quia sic promoti, & si characterem, non tamen executionem, recipiunt. Ideo credo voluisse Panor. in c. per illorum, de pręb. & dig. quod promotus ante ętatem non debet habere vocem in Capitulo; quia tunc paria sunt, vt quod non sit ordinatus ad ordinem requisitum, & quod sit ordinatus ante tempus: & allegat notabilem glossam in cap. ei cui, de pręb. & dig. in 6. vbi est aduertendum, quod cum ordinatis sine licentia, possunt Pręlati dispensare, etiam cum Fratribus ordinatis in apostasia; nec obstat C. fin. de apost. vbi habetur, quod Monachus in apostasia ordinatus, non potest ministrare in ordine sic suscepto, sine dispensatione Papæ. Quia hodie vacat, propter priuilegia nostra; quibus conceditur, Prælatos posse cum talibus dispensare, non autem cum ordinatis ante ætatem: immo neque Episcopus, vt tenet glo. in Cle. final. de ætate, & qualitate ordinand. & Silue. in verbo ętas. Immo, nec per Bullam Cruciata, nec per alia Iubilęa datur talis auctoritas, vt ait Nauar. in lib. 1 cons. tit. de temporibus ordin. cons. 36. nume. 2. & in Manuali, cap. 27. nume. 254. Sed elapso tempore suspensionis, sunt ipso iure restituti. hoc est, absque alia declaratione, vt probat gl. in c. 1. de sent. excom. in vi 1. verbo mensem. C D

Nota doctrinā Nauar.

Sed hic aduertenda est doctrina illa Nauar. posita in lib. 5. cons. tit. de Cleri. non ordin. minist. cons. 4. vbi concludit, quod accipiens presbyteratum, ante legitimam ætatem, fit irregularis, antequam celebret, vel vtatur alio ordine sacro; & hoc probat; quia, cum iste talis sit ipso iure suspensus, per supradictam extrauag. Pij II. cum ex sacrorum: Et fiat irregularis, si post illum assumptum, vtatur ordine sacro; qui ordinatur Presbyter, consecrat cum Episcopo, & vtitur ordine Presbyteratus, posteaquam assumpsit illum: quia Episcopus prius ordinat Presbyteros, & prius infigit eis characterem illius ordinis, quam consecret, & admittat eos ad consecrandum: alioquin enim induceret eos ad consecrandum antequam haberent potestatem id faciendi, quod est absurdum, & ita non dicendum, &c. E

3. Not. Clerici idiotæ an possint in Ord. assumpto ministrare sine dispensatione Pont.

Iccirco per illam primam celebrationem; absque quod alias celebret, irregularitatem incurrit; hac Nau. Hoc tamen non occurrit in susceptione aliorum ordinum.

Est etiam tertio aduertendum, quod clerici idiotę, ordinati contra formam Decreti Sac. Conc. Trid. sess. 23. cap. 11. videntur non posse in ordine illo, sic suscepto, ministrare, sine Sum. Pont. dispensatione: nam sicut Pius V. in Const. 74. in bullario, contra promotos sine titu. patrimonij, & sufficienti titu. beneficij, statuit, & decreuit, promotiones quarumlibet personarum ad ordines, contra ipsius decreti Concilij Tridentini formā.

etiam

A *etiam cuius suis licentia, &c. pretextu factas, executione prædictorum ordinum, omnino carere, nullasque prorsus & irritas existere; sicque promotas personas, in altaris ministerio, ministrare non posse, & a pœnis incursis, vt in eadem Constit. nisi a Romano Pontifice, vel in mortis articulo, minime posse absolui: Et in Const. 32. statuit, quod Ecclesiæ Parochiales collata contra formam Conc. Trid. non possint retineri, sine noua dispensatione & sine illæ collationes nullæ &c. Sic etiam videtur dici debere de idiota Clerico, vel Religioso male ordinato, contra formam, & decretum ipsius Sacri Concilij, scilicet, quod non possis ministrare, sine Summi Pont. dispensatione: Nec Religio potest dispensare in virtute suorum Priuilegiorum; cum in confirmatione illorum dicatur, dummodo non contradicant Concilio Tridentino &c.*

B *Est etiam quarto notandum, quod Sixtus V. de aliquibus consultus super Constitu. prædicta contra male promotos, De Congreg. Cardinalium sententia respondit: primo circa id, quod in sess. 23. c. 5. habetur ibi (& testimoniales litteras) de habendis testimonialibus litteris ab ijs, qui ordines suscepturi sunt, fuit quæsitum. An Episcopus ordinans, circa Clericos alterius Diœcesis, ordinandos, testimoniales litteras a suis Ordinarijs habentes, de requisitis ad ordinationes, alia diligentia vti teneatur, quam ipsos examinandi quoad sufficientiam, &c. ? suæ Sanctitatis mentem esse, Ordinarios cum suis subditis dimissorias petentibus, teneri adhibere debitam diligentiam super omnibus requisitis circa ordinandos, iuxta Conc. Trid. & sacros canones: & si ea, ipsos habere constiterit, in eisdem dimissorijs, in conscientia sua, de eis fidem facere, & tunc cum tales dimissorias habentibus non opus esse, Episcopum ordinantem nouam facere diligentiam super dictis requisitis: nisi in examine super idoneitate, & litteratura.* 4. Not. Congreg. Card. Respōsa super quædā dubia. Motu Sixti V. P. P.

C *Circa id, quod in Sess. 23. cap. 13. de reformatione, ordinatur, vt promoti ad sacrum Subdiaconatus ordinem, si per annum saltem in eo non sint versati, ad altiorem gradū (nisi aliud Episcopo videatur) ascendere non permittantur, fuit quæsitum, An in interstitijs seruandis, annus, qui interponi debet in promotione ab vno ad alterum sacrum Ordinem, duodecim mensium completorum esse debeat; vel sufficiat lapsa esse quatuor interstitia; quæ aliquando, propter variationem Festorum mobilium, occurrunt, priusquam mensis duodecimus compleatur? & respondit sua B. esse attendendum cursum quattuor dictorum interstitiorum, non autem tempus 12. mensium completorum.*

An per prædicta Const. contra male promotos, censeatur reuocatum, seu restrictum arbitrium Episcopo concessum, vt possit ordinare infra annum a promotione vnius ordinis sacri, ad alium, iuxta decretum in supradicto cap. 13. Sess. 23.? & respondit sua

D *Sanctitas, non esse suæ mentis alterare dispositionem supradicti decreti; quod vult remanere in sua pristina validitate, ac vigore, absque vlla innouatione, seu restrictione.*

Est etiam quarto notandum, quod Clerici Regulares, qui ante professionem factam ad sacros ordines promouentur, ipso facto suspensi sunt, & ita ordinum susceptorum actus exercendo, fiunt irregulares; ita Pius V. in Extrauag. quæ incipit, Romanus Pontifex sacrorum, &c. publicata pridie idus Octobris 1568. Sed in hac Pij V. Constitut. Greg. XIII. in Const. 74. declarauit Clericos Societatis Iesu non comprehendi. 4. Not. Clerici regulares ante professionem ordinati, sunt suspensi.

Et id, quod dicitur in Conc. Trid. quod ordinari non possint, nisi a proprio Episcopo, non intelligi de Regularibus, declarauit Pius V. vt testatur Passarellus fol. 109. Excipiuntur clerici socie. Iesu.

E *Sed modo a sacra Congregat. Card. aliter statutum est, vt patet per sequens decretum.*

DE mandato S. D. N. Clementis Diuina prouidentia Papæ VIII. Tenore præsentium mandatur omnibus & singulis quarumcumq; Regularium Superioribus, vt de cetero obseruent, & obseruari faciant ea, quæ in Decreto Sacræ Congregationis Concilij Tridentini continentur, cuius tenor est talis. Additio.

Cōgreg. Cōcilij cēsuit Superiores Regulares posse suo subdito itidē regulari,

qui

qui præditus qualitatibus requisitis, ordines suscipere voluerit, litteras dimissorias concedere, ad Episcopum tamen Diœcesanũ nempe illius monasterij, in cuius familia, ab ijs, ad quos pertinet, is regularis positus fuerit: Et si Diœcesanus abfuerit, vel non esset habiturus ordinationes, ad quemcumq; alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui ordines cõtulerit, examinetur quo ad doctrinam; & dum ipsi regulares non distulerint de industria, concessionẽ dimissoriarum, in id tẽpus, quo Episcopus Diœcesanus, vel absuturus, vel nullas habiturus esset ordinationes. Verum cum a Superioribus regularibus, Episcopo Diœcesano absente, vel ordinationes non habente litteræ dimissoriæ dabuntur, in eis vtiq; huiusmodi caussam absentiæ Diœcesani Episcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam esse. Quod qui non fecerint, officij, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis actiuæ, & passiuæ priuationis, ac alias arbitrio eiusdem Sanctiss. D. N. Papæ reseruatas pœnas incurrẽt. In quorum fidem, &c. Dat. Romæ die 15. Mensis Martij. 1596.] A B

5 *Notandum, quod eadem sacra Congreg. Card. declarans id, quod in Conc. Triden. sess. 23. c. 10. de reformatione statuitur, videlicet, Abbatibus, & alijs quibuscumque quantumuis exemptis, non liceat in posterum, intra fines alicuius Diœcesis consistentibus, etiamsi nullius Diœcesis, vel exempti esse dicantur, cuiquam, qui Regularis subditus sibi non sit, tonsuram, vel minores ordines conferre: nec litteras dimissorias Clericis sæcularibus, vt ab alijs ordinentur concedant. Ait ipsa Congregatio, quod Abbates Regulares, habentes ius Baculum deferendi, & Mitram: postquam Sacerdotalem ordinem, & munus Benedictionis susceperint, possunt Tonsuras, & ordines minores sæcularibus, Episcopi iurisdictioni subiectis, conferre: si modo ipsius Episcopi consensus accedat: & a dicto Episcopo quis ipsas litteras dimissorias impetrauerit: ita vt satis non sit, id generatim ab Episcopo concessum esse, sed has concessione semper opus sit singulis, &c.* C

Possunt etiam ipsi Abbates eosdem ordines conferre alijs Regularibus, qui dimissorias speciales Superiorum suorum, & specialem consensum Episcopi loci habuerint, ac præterea alijs sæcularibus, qui aliorum Episcoporum iurisdictioni subiecti sint, dummodo Superiorum suorum dimissorias attulerint, & specialem consensum Episcopi loci, in quo Ordines huiusmodi cupiunt suscipere.

Possunt etiam ex Priuilegio Apostolico (de consensu tamen Ordinarij vt supra) Confirmationis sacramentum conferre: prout declarauit sacra Congreg. prędicta, in sess. 7. can. 3 de confirmatione. D

Hæc pro huiusmodi materia ordinum sint dicta saluo semper saniori iudicio.

ORNAMENTA ECCLESIASTICA.

¶ *Distinctio materiæ infrascriptæ.*

1 *Paupertas.* PRIVILEGIA Fratrum Minorum, seu Statuta, quæ loquuntur de ornamentis Ecclesiasticis, sunt bipartita. ¶ Aliqua enim ex ipsis tangunt paupertatem, quam Fratres Minores circa huiusmodi ornamenta debent habere. Et hæc habentur infra, §. 1. & 2. & 4. & 8. ¶ Alia autem concernunt vsum, & tactum eorumdem ornamentorum. Et ista continentur in §. 3. & 5. & 7. & 8. ¶ Reliqua vero, quę pertinent ad benedictionem huiusmodi ornamentorum, posita sunt in dictione Benedicere, in multis. 5. E

CLEMENS V. in declaratione Regulæ Fratrum Minorũ, quæ incipit Exiui de Paradiso, &c. voluit, & mandauit Fratribus prædictis, ne habeant, nisi paramenta, & vasa Ecclesiastica, decentia in numero, & in magnitudine, sufficientia competenter. Quia superfluitas, aut nimia pretiositas, vel quæcumq; curiositas in ijs, seu alijs quibuscumq;, non potest ipsorum professioni, vel statui conuenire, b. fo. 15. in tractatu 3. Et fo. 16. secundo tractatu.

CAL-

A CALLISTVS III. remisit omnem excessum in paramentis factum vsq; in illum diem; & suspirans dixit, quod prouideretur, ne in futurum tales excessus fierent, o. fo.62. Et ffo.65.conc.89. 2 *Paupertas.*

Idem Callistus concessit, quod Fratres laici possint tangere calices, & lauare Corporalia, & alia ornamenta Ecclesiastica, cum expedierit, o.fo.62. Et ffo. 65.Conc.91. 3 *Fratres laici.*

Aduertendum est circa præfatam Concessionem, quod quidam Commissarius curiæ, ignorans huiusmodi Concessionem, vel oblitus illius, impetrauit aliam Concessionem valde strictam, solum pro illis laicis Fratribus, qui sunt socij Generalis, aut Prouincialium Ministrorum; prout supra positum est, in B dictione Laici Fratres, in §. 3. Sed illa Concessione non obstante, possunt Fratres huiusmodi vti suprascripta Concessione; quia non reperitur reuocata. *Collector.*

SIXTVS IV. concessit, quod Fratres Minores possint tuta conscientia tenere, & recipere paramenta argentea, aurea, & alia ad Diuinum cultum pertinentia; & habere campanas magnas, & diuersas. Sed hoc, quādo Capitulo prouinciali visum fuerit, posse sine scandalo fieri, o.fo.63. Et ffo.67.conc.103. Et ffo.100.conc.374. 4 *Paupertas.*

Cauendum est ab huiusmodi Concessione, saltem pro talibus rebus recipiendis in futurum: quia propter consimilia relaxatur, & destruitur paupertas promissa in Regula. *Collector.*

C Idem Sixtus concessit, quod omnes Fratres Clerici, & laici possint tangere, sine scrupulo conscientiæ, Calices, & Corporalia, & alia ornamenta: cum reuerentia tamen, o. ffo.97.conc.343. 6

Idem Sixtus concessit, vt possint prædicti Fratres, secura cōscientia, vestes, & pannos profanos, in paramenta, & alios vsus ecclesiasticos conuertere, o.ffo. 69.conc.144. Et ffo.97.conc.344.

Idem Sixtus fecit quamdam Concessionem Monialibus Sāctæ Claræ, ac Tertiarijs, vt possint tangere, & lauare ornamenta Ecclesiastica, exceptis Corporalibus; quæ posita est in dictione Corporalia, §.3. 7 *Moniales.*

Leo X. declarauit, & decreuit, quod Fratres Minores sint tantum custodes, & non possessores paramentorum, & ornamentorum, ac vasorum, quæ ad mi- D nisterium Sacramenti Altaris habent: & propterea illis, absq; suæ professionis macula, aut violatione, vti, & potiri libere, & licite eos posse: cum deceat, iuxta sollemnitatum celebritatem, decentioribus paramentis diuinam honorare maiestatem, B.ffo.15.conc.54. 8 *Paupertas.*

Huiusmodi Concessio est relaxatiua, & dissipatiua paupertatis, sicut suprà posita in §.4. quapropter non expedit vti illa, præsertim, quia aduersatur determinationi Clementis suprascriptæ, §.1. *Collector.*

Idem Leo fecit in huiusmodi materia quamdam eximiam Concessionem omnibus Prælatis Fratrum Min. Obseruan. quæ posita est in dictione Benedicere, §. 14. 9

E

ANNOTATIO CORDVBÆ.

QVOAD §.4. & 8. notandum, quod ibi Collector conformiter ad Spec. ff. 6. dicit, quod cauendum est ab illis dispensationibus Sixt. 4. & Leonis X. quoad habendum preciosa, & sumptuosa in cultu Diuino, quia sunt subreptitia, ex falsa caussa habitæ, & quia contra Declarationes, &c. Sed certe modestius mihi dicendum videtur. Nam aliud iudicium habendum est, quoad Fratres, vtentes prędictis rebus preciosis, secundum prædicta Priuilegia; & aliud quoad procurantes prędicta preciosa, aut superflua.

Nam

*Nam primo, quoad ipsos Fratres vtentes, dico, quod omnes Fratres possent licite reci- A
pere, & tenere paramenta, & contenta in Priuil. Sixti IV. §. 4. cum limitationibus ibi
positis: quia sic limitata videtur rationabilis dispensatio, ad tollendum scandalum, vel
turbationem personarum, probabiliter imminentem; & vt deuotioni talium personarum
ad Dei honorem condescendatur; & dummodo Fratres non dent caussam prædictis; vt
ibi dicitur, neque tenentur Fratres esse valde solliciti ad informandum tales personas, vel
ad multum dissuadendum eis: sed sufficit, quod non prouocent eas ad id, & quod non fin
gant scandalum, vbi non est, vt ibi innuitur, & certo temerarium videtur dicere, quod
cum his limitationibus non sit licitum vti tali Concessione, quam totum Capitulum ge-
nerale Aquilę, anno Domini 1472. acceptauit, & posuit inter alias recollectiones ipsius
Capituli; vt habetur fffo. 100. Similiter dico, quod omnes Fratres possent licite vti do- B
mibus, & ædificijs sumptuosis, & ibi morari, & paramentis, vasisq; Ecclesiasticis pre-
tiosis valde, & multiplicibus vti, & alijs quibuscumque, quibus Fratres vtuntur com-
muniter, vel diuisim, vt pote Cellis, & Officinis, libris, & alijs vtensilibus domorum
nostrarum, secundum Priuileg. Leo. X. supradictum, §. 8. quia videtur rationabile, &
habere caussam rationabilem aliqualiter, vt in dicto Priuileg. ff. 15. ponitur: quia sci-
licet talium rerum sumus custodes tantum, & ex ipsarum vsu, nihil magis adijcitur
nostris commoditatibus corporalibus, quoad victum, & vestitum, & propter honorē cul
tus Diuini; & vt similiter satisfiat deuotioni Domini earum rerum scilicet deuotioni
Domini Papę, qui est dominus taliū rerū, alio domino non existente, videtur, quod licite
talibus rebus vtamur; sicut de Concessione Sixt. 4. dictum est. Maxime, quia ex quo
ipse Leo X. non solum dispensando concedit, sed & declarat, & decernit esse licitum ta- C
libus vti, & insuper vult, mandatque sic fieri, certe videtur tacite decernere, talem Con
cessionem, seu dispensationem, eiusque caussam, esse rationabilem, & licitam nobis. Ideo,
tamquam talis, habenda est in vtroque foro: dum de opposito non constat manifeste; vt
est communis practica, & regula Doctorum vtriusque iuris: & nos humiliter, & sin-
cero sic stantes prędictis, Papali declarationi, atque decreto, sumus omnino tuti in con-
scientia. Neque est dicendum, Papam non fuisse debite informatum de nostra obliga-
tione: constat enim, quod fuit sufficienter instructus; vt expresse patet in relatione ip-
sius priuilegij: & dato quod ei non fieret tam extensa relatio, seu informatio nostrę obli
gationis, ipso tamen censetur habere in pectore suo omnia iura communia, cuiusmodi est
nostra Regula obligatio, quoad hoc, de qua habetur in Declarationibus insertis in corpo D
re iuris: ergo licite possumus vti prædictis rebus, secundum pręfata Priuilegia; vt di-
ctum est. Et quoad ędificia, idem adhuc clarius patet: quia, quamuis Clem. 5. decre-
uerit, in sua declaratione, super nostram Regulam, quod ędificia nimis sumptuosa non
conueniunt nostro statui; tamen ipse postea in Clem. Cupientes, de pœnis, præcepit sub
excommunicatione, quod talia loca non relinqueremus absque licentia speciali Sedis
Apostolicæ; ergo licite possumus ea habitare, & eis vti; vt etiam Sanctus Bernardinus
in sua epistola, art. 4. declarauit; & habetur in eodem Speculo, ffff. 6. Ergo patet, quoad
ipsos Fratres, vtentes prędictis rebus, quod possunt ipsis licite vti, secundum prędicta
Priuilegia Sixt. 4. & Leonis X. cum suis limitationibus, ibi contentis. Sed quoad Fra-
tres procurantes fieri, seu haberi talia sumptuosa, &c. dico, quod illicite, contra sta-
tum nostrę professionis, ea procurant. Quia in dictis Priuilegijs non conceditur talibus, E
quod possint ea procurare vllo modo; vt patet ibidem: immo & in Concessione Sixt. 4.
id eis specialiter prohibetur, seu limitatur; vt patet, §. 4. Postquam autem iam semel
habita, seu facta sunt in Ordine, culpabiliter, seu inculpabiliter procurata per ipsos Fra
tres, seu per alios, tunc licitum est talibus vti, vt dictum est. Nam vsus tantum eorum
est concessus, acquisitio autem, seu ędificatio, seu caussalis procuratio talium sumptuo-
sorum, aut pretiosorum prohibita, & illicita nobis est ex Regula, seu Declarationibus;
& nullo modo est nobis concessa per prædicta Priuilegia, sed potius exclusa; vt patet ex
dictis: quod, secundum Clementem V. & Sanctum Bernardinum licitus erat nobis
vsus*

A *vsus ædificiorum sumptuosorum, quorum tamen procuratio, aut ædificatio nobis prohibita est. ergo, secundum prædicta. videntur moderanda ea, quæ hic Collector dicit.*

PACTA.

CIRCA pacta inita per Fratres Minores, & alios quoscumque sunt nonnulla Statuta, & concessa per Summos Pontifices; quæ posita sunt supra, in dictionibus Concordia, & Conuentiones. *Collector.*

B

PARAMENTA ECCLESIASTICA.



DE attinentibus ad Paramenta Ecclesiastica, dictum est in dictione Ornamenta, & latius in dictione Benedicere, in multis §. *Collector.*

PARENTES FRATRVM.

CALLISTVS III. concessit indulgentiam plenariam pro patribus, matribusque Fratrum Minorum, præsentium, & futurorum, & etiam defunctorum, in Purgatorio existentium, o.ffo.65.conc.90. Et ffo.101.conc.397. *1 Indul.plen.*

C Circa præfatam Concessionem vide Declarationem superius positam, in dictione Indulgentię, quoad sęculares 8. in §.1. *Collector.*

PAROCHIA.

ALEXANDER IV. reuocauit Decretum Innocentij IV. quo prohibebatur, ne Fratres Mino. aut alij quicumque Religiosi reciperent ad Diuina, parochianos alienos, in diebus Dominicis, & festiuis in suis Ecclesijs, & Oratorijs, B.ffo.102. conc.214. *1 Reuocatio pro secularibus.*

D Idem Alexander, quia nonnulli Prælati Ecclesiastici non curabant de supradicta reuocatioñe per eum facta, dedit super illam, litteras executoriales, B.ffo.102.conc.115. *2*

Per suprapositas Prouisiones nihil nobis noui concessum est: sed Pontifex restituit nos ad ius commune. Attamen Leo X. prouidit optime circa supradictum; vt positum est in dictione Missa primo, quoad locum §.9.& 10. *Collector.*

SIXTVS IV. declarauit, quod Parochialium Ecclesiarum pręiudicium, quod debent Fratres Carmelitæ, ac Fratres Minores, & alij Mendicantes; per communicationem, euitare, celebrando, & prædicando in Domibus suis, vel extra, ac etiam in plateis communibus, intelligendum est solum de decimis, & primitijs, quæ a laicis solent Clericis exhiberi, B. fo.102. Et ffo.185.conc.465. *3 Quid sit pręiudiciũ Ecclesiarũ parochialiũ*

E

Vide circa istam Concessionem in dictione Pręedicatores, §.14. *Collector.*

LEO X. in Concilio Lateranensi statuit, quod nulli Religiosorum Parochias cum cruce, ad leuanda corpora eorum, qui apud Ecclesias domorum, & locorum eorumdem Religiosorum, suam elegerunt sepulturam, intrare possint, nisi prius præmonito, & requisito, ac recusante Parochiano Presbytero; & tunc sine eius, ac Ordinarij præiudicio: nisi eisdem Fratribus super hoc antiqua consuetudo, quæ sit in viridi obseruantia, & cum pacifica possessione, suffragetur, B.ffo.26.conc.76. *4 Prohibitio. Sepultura.*

Idem

Idem Leo circa supradicta.§.1.& 2. fecit quamdam declarationem, seu Statutum; prout positum est in dictione Ecclesiæ Fratrum §.12.& 13.Et in dictione Missa primo quoad locum,§.9.& 10. A

PAVPERTAS.

¶ *Distinctio materiæ Paupertatis.*

Collector.

QVOAD materiam paupertatis, sunt multa, & varia concessa, & disposita in Priuilegijs Fratrum Minorum, quæ subsequenti ordine distinguuntur. ¶ Primo namque inueniuntur aliqua in commendationem, ac laudem huiusmodi Paupertatis: necnon etiam in defensionem illius. Et ista ponuntur infra, §.2. & 3. & 4. & 6. ac 7. Et in dictione Bona, §. 9. ¶ Secundo reperiuntur complura, spectantia ad ea, quæ Præfati Fratres acquirere, seu recipere, ac possidere possunt. Hæc autem ponuntur sub varijs dictionibus huius Compendij, scilicet, in dictione Bona, §.2.& 3. & 4. & 7. ac 13. Et in dictione Commutare. Et in dictione Eleemosyna, in §. 1.& 2.ac 3. & 14. cum Statutis generalibus ibidem additis. Et in dictione Possessiones, §. 1. Sed in speciali, quoad illa, quæ relinquuntur Fratribus prędictis in testamentis: habetur in dictione Hæreditas, §.2.& 4.& 5.ac 6.cum ibi notatis. Et in dictione Legata. Et magis in particulari quædam pertinentia ad res cultui Diuino dedicatas: continentur in dictione Ædificare, §. 4. Et in dictione Ornamenta Ecclesiastica, §. 1. & 2.& 4. ac 8. ¶ Tertio in prędictis Priuilegijs reperiuntur aliqua, quæ respiciunt dispositionem rerum, quas huiusmodi Fratres possident: præsertim quoad res viles,& parui valoris. De quo habetur in dictionibus Dare, ac Declarare. ¶ Quarto sunt aliqua, quæ specialiter concernunt denarios, vel pecuniam. Et quoad istud, ponitur in fine huius dictionis quoddam dubium notabile, cum sua decisione. B C

1 *Exiure cōi.* INNOCENTIVS III. statuit, ne quis Monachorum, proprium aliquo modo possideat. Et quod, si proprietatem aliquam fuerit deprehensus habere, Regulari monitione pręmissa, de Monasterio expellatur, nec recipiatur vlterius: nisi pœniteat secundum Monasticam disciplinam. Quod si proprietas apud quemquam inuenta fuerit, in morte, ipsa cum eo in signum perditionis, extra Monasterium, in sterquilinio subterretur; secundum quod Beatus Gregorius narrat in dialogo, se fecisse. Vnde, si quidquam alicui fuerit specialiter destinatum, non præsumat illud accipere: sed Abbati, vel Priori, seu Cellario assignetur. Et infra. Nec æstimet Abbas, quod, super habenda proprietate, possit cum aliquo Monacho dispensare: quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est annexa Regulę Monachali, vt contra eam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere. Habetur in c.Cum ad Monasterium, extra de statu Monachorum. D *Nota.*

2 *Pro Fratribus Predicatoribus, & Minor.* ALEXANDER IV. declarauit, quod Mendicitas Fratrum Minorum Prędicatorum est meritoria, & quod possunt eleemosynas petere, ac recipere á fidelibus: non obstante quacumque contradictione, b. fol. 15. Et ffo. 25. concessione 15. E

3 NICOLAVS III. in declaratione Regulæ Fratrum Minorum determinauit, quod paupertas prædictorum Fratrum Minorum, quæ abdicat proprietatem omnium rerum, tam in particulari, quam etiam in communi, propter Deũ est meritoria, & sancta, quam & Christus, viam perfectionis ostendens, verbo docuit, & exemplo firmauit. Et circa hoc dicit ibidem multa alia notabilia,

A tabilia, B. fol. 5. in secundo tractatu. Et ffo. 7. articulo primo, in secundo tractatu.

MARTINVS V commisit cuidam Cardinali plenissime suam auctoritatem, vt præsideret Capitulo Generali Fratrum Minorum in ciuitate Assisij celebrando, vbi præfatus Cardinalis reualidauit declarationem Nicolai III. quoad articulum paupertatis, sub forma sequenti. ¶ Item quoad votum Paupertatis, idest viuendo sine proprio, & quod Fratres nihil sibi approprient, statuimus, & ordinamus, illud inconcusse tenendum, quod felicis recordationis Nicolaus III. declarauit in sua decretali, extra de verborum significationibus, Exijt, qui seminat, libro 6. a 5. Porro, successiue, & seriatim per ordinem, vsque ad 5. Verum: quia expresse continetur in Regula, &c. ¶ Et quod quilibet Conuentus habeat suum Procuratorem, secundum Declarationem, & Priuilegium Domini Nicolai III. & Martini IV. & Sanctissimi Domini Patris & Domini, Domini Martini V. Hucusque verba præfati Cardinalis, in Constitutionibus Martinianis posita. ¶ Postea prædictus Martinus confirmauit omnia per dictum Cardinalem in præfato Capitulo facta. ¶ Commissio supradicta habetur fffo. 84. concess. 245. ¶ Reualidatio autem continetur in Constitutionibus Ordinis Minorum, quæ appellantur Martinianæ, in Capitulo primo, fol. 231. tractatu 3. 4 *Approbatio seu reualidatio decretaliũ Exijt, &c.* *Nota.*

B

Confirmatio vero existit, b. fo. 38. Et ffo. 36. conc. 41.

Idem Martinus fecit quamdam Concessionem contra Constitutionem, quæ incipit ad conditorem, per Ioannem 22. editam; prout habetur infra, in dictione Procuratores Fratrum, seu Syndici, §. 5

C

ALEXANDER VI. approbauit, & perpetuæ firmitatis robur obtinere voluit litteras Martini IV. Martini V. Eugenij IV. Callisti III. ac Sixti IV. necnon Paulli II. Romanorum Pontificum, per quas litteras huiusmodi Pontifices professoribus Ordinis Mino. concesserunt, quod vsum bonorum eis, & dicto Ordini relictorum (proprietate, seu dominio eorumdem bonorum apud Romanam Ecclesiam remanente.) cum puritate suæ Regulæ percipere, & habere possint, B. fffo. 75. conc. 225. 6

Hæc approbatio confert ad reualidationem Decretalis Exijt qui seminat, & derogationem extrauagantium Ioannis 22. de quibus supra.

D CLEMENS VII. in quodam Breui, seu Bulla sollemni; vbi Fratribus Min. Regularis Obseruan. communicauit omnia Priuilegia quorumcumque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium; posuit sequentem clausulam notatu dignam; necnon Regulam ipsam; per sanctum Franciscum, pro Fratribus Ordinis Minorum institutam, obseruabilem, meritoriam, fundatam super sanctum Euangelium, existere: & quoscumq; cuiuscumq; status, dignitatis, aut conditionis, scribentes, aut asserentes, Regulam ipsam non meritoriam, vel inobseruabilem, seu sacro Euangelio repugnantem esse: in hoc eorum assertionem huiusmodi non esse tenendam, nec admittendam; auctoritate, & tenore præmissis, decernimus, ac volumus, & mandamus. Super quo, & alijs dedit Conseruatores Archiepiscopum Hispalensem, & Episcopum Abulensem, cum maximis clausulis, & latissimis derogationibus, B. 7

E

Aduertendum est, quod in Capitulo Generali Meclinensi; vbi tertio electus est in Generalem Reuerendus Pater claræ memoriæ Frater Oliuerius Maillardi, factæ sunt, circa paupertatem, nonnullæ declarationes; prout sequuntur. *Collector.*

Capitulum generale declarauit, quod Papa Ioannes 22. reuocauit, ante mortem suam, quidquid dixerat, seu fecerat contrarium Ecclesiæ, & determinationi Romanorum Pontificum: Quare Constitutiones, quas fecerat contra *Declaratio Capituli generalis.*

tra

tra nostras declarationes scilicet. Nicolai III. & Clementis V. nullius fuit roboris, vel momenti. Habetur, fol. 227. in tractatu 3. Et ffo. 249. tractatu 2. A

Altera declaratio. Capitulum generale declarauit, quod duplex est ius vtendi, scilicet ius vtendi, idest licite vti; & sic vtimur nos Obseruantes Fratres: Et similiter ius vtendi, idest dominium rei habere; vel auctoritatem exigendi immediate habere; & isto modo non habemus alicuius rei ius vtendi, nec habere possumus. Habetur, fo. 228. in tractatu 3. Et ffo. 247. in tractatu 2.

Alia declaratio. Item fuit declaratum in prædicto Capitulo, quod licitum est Fratribus hospitari in domo relicta ab aliquo defuncto alicui viuenti, hac conditione, vt ibidem hospitentur Fratres, & sibi prouideatur de vtensilibus. Habetur, fol. 227. in tractatu 3. Et ffo. 246 tractatu 2. B

Alia declaratio. Pœna contra proprietarios. Insuper in Capitulo generali, celebrato in Conuentu Brugensi declaratum est, quod pœna Proprietarij, quæ aliquando ponitur in constitutionibus, est pœna priuationis actuum legitimorum, & Canonicæ sepulturæ. Et pro laicis, priuatio vocis actiuæ, & passiuæ, ac visitationum in iudicio. Habetur, fo. 225. tractatu 3. Et ffo. 244. tractatu 2.

Collector. *Circa huiusmodi materiam Paupertatis, inquantum tangit receptionem, aut delationem denariorum, est notanda decisio sequentis dubij.* C

Quæstio de Bursarijs.



DVBITATVR, an vniuersaliter sit illicitum Fratribus Min. Regularis Obsern. Bursarium in via ducere? Et primo videtur, quod non: quia Nicolaus III. & Clemens V. in declarationibus Regulæ præfatorum Fratrum, dicunt, quod pro similibus caussis, prout sunt contentæ in huiusmodi Regula, scilicet, pro infirmis curandis, & alijs Fratribus induendis, possunt Fratres recurrere ad amicos spirituales, siue fint dantes pecunias, vel deputati per ipsos, siue nuntij, seu depositarij, aut quouis alio nomine appellentur. Sed necessitas itineris videtur esse talis, sicut præfatæ necessitates expresse in Regu. ergo, &c. In oppositum tamen est rei veritas, ad quam faciunt multa. Primo, quia de hoc in Concilio Constantiensi a Fratribus procurantibus reformationem Religionis, aduersus transgressores, specialis reclamatio facta est; vt habetur. ffo. 165. in 2. tractatu. Secundo, quia Auctor tractatus, qui dicitur Serena conscientia; qui fuit natione Italus, allegans Aluarum Hispanum, lib. 2. de planctu Ecclesiæ, dicit, quod non possunt huiusmodi Bursarij duci: nisi Fratres irent per regiones, vel partes inhumanas, ac ex vera obedientia, & pro licitis negotijs Religionis: & vbi esset valde verisimile, & expertum, quod non posset inueniri eleemosyna esibilis mendicando. Addens, quod solum in necessitate ineuitabili, & val de probabili, possunt duci; quia alias Patres nostri Ordinis semper euitarunt. Tertio quia per Vbertinum, in libro Vitæ Christi, absolute hoc reprobatur, & damnatur. Quarto principaliter, quia Sanctus Bernardinus in tractatu, quem composuit de casibus, in quibus Frater Minor potest dici, seu efficitur proprietarius, assignauit hunc casum, absque aliqua limitatione. Quincto, quia Sãctus Bonauentura in expositione Regulæ nostræ, ait, quod perfectio Euangelica etiam in itinere est obseruanda; ita, vt nullum depositum pecuniæ habeatur ab ijs, qui perfectionis Regulam imitantur: licet tamen, quando per inhospitales regiones Fratres iter agerent, plura viatici caussa liceat portare. Et hoc est, quod supra licere diximus in necessitate ineuitabili; quæ, cum sit extrema, omni lege caret; vt est notum. Igitur non possunt Bursarij per viam duci.

Pro

A Pro responsione ad quæsitum, est notandum, quod, vt apparet per dictas Declarationes, duo copulatiue requiruntur ad hoc, vt recursus ad amicos spirituales, &c. licite fieri valeat. Primum est caussa iusta, & necessaria: Secundum est obseruatio modificationum, ibidem positarum: Quorum altero deficiente, dictus recursus, sub peccati mortalis pœna, prohibitus est. Et quia in itineratione per terras Christianorum communiter, nec vix vnquam inuenietur caussa, seu necessitas sufficiens (vt continua experientia euntibus a partibus remotissimis ad Curiam Romanam, & ad Capitula generalia longe distantia, ostendit:) ideo talis delatio Bursariorum est illicita. Nec obstat dicere, quod ducendo equos, ac iter faciendo cursim, & multi insimul, expertum est, quod indigent dictis Bursarijs. Quia, qui sic iter faciunt, ipsimet pro suo libitu se ponunt in talem necessitatem; quæ tamen vere, seu proprie necessitas appellari nequit. Nam luce clarius est, quod possunt, & adhuc cum maiori Religiositate, incedere pauci iunctim; vt puto duo vel quattuor, & ducere iumenta humilia, exemplo Saluatoris nostri, & Sanctorum; præsertim Seraphici Patris nostri Francisci; qui Christi vestigia sectati sunt: Ac etiam sic ordinare iter suum, vt non sit opus, cursorum instar, ambulare. Et insuper, quia iuxta textum Regulæ nostræ, debent ire ostiatim pro eleemosyna confidenter: nisi forte (quod absit) vellent, vt magni Abbates, comedere laute. Quod quam alienum, immo contrarium sit nostrę professioni; pręsertim quando per pecuniam procuratur, nullus, qui huiusmodi status aliqualem notitiā habet, ignorat. Præterea hoc idem patet, quia non solum caussa, siue necessitas vera debet interuenire pro huiusmodi recursu licite faciendo (quę necessitas, vt prædictum est, vix continget Fratribus Mino. iter facientibus, sicut boni Fratres iter facere debent; ac, vt suæ Regulæ obseruatores, incedentes:) sed etiam multæ modificationes requiruntur; prout perlucide in tractatu, qui dicitur Speculum Fratrum Minorum, in articulo, Pecunię, continentur, quę in hoc casu nullatenus bene obseruari possunt. Quas modificationes cum legeris, liquido videbis reprobationem Bursariorum esse veram, atq; iustissimam. Pręterea quæro, quonam modo poterunt tales ostendere cunctis, in dictis pecuniis nihil habere (sicut dicit Clemens, quod ostendere debent) taliter, vt sinister oculus non possit pręsumi contra ipsos. Item, quomodo euitabunt non

D solum malum; sed etiam speciem mali, prout euitare astricti sunt a lege Diuina. Item, qualiter habebunt testimonium ab ijs, qui foris sunt: immo quomodo euitabunt scandalum proximorum, quod ex hoc quampluribus datur: cum dicat Apostolus: Si Frater meus scandalizatur, carnes non manducabo in ęternum. Et insuper, quonam pacto satisfacient puritati voti paupertatis, obseruando, quod non pręcipiant quomodo aut qualiter pecunia expendatur; nec de expensa computum exigant; & abstinebunt a qualibet contrectatione, vsu, & administratione, & dispensatione pecunię: prout hæc etiam dicti Pontifices cauenda omnino esse dicunt; & præcipiunt? Itaq; pro firmissimo, & in-

E dubitabili tenendum est, quod extra casum extremæ necessitatis (quę nulla lege astringitur) nullatenus Bursarii duci licite possunt, sicut pręfati Doctores tenent. Nec obstat primo adductum ex declaratione Clementis, quia ex verbis, & ex sensu verborum huiusmodi declarationis apparet, istam fuisse intentionem eius, per ea, quæ immediate allegata sunt. Et præsertim cum non solum præcipiat, vt sit necessitas, quæ aliter prouideri nequeat: sed etiam, quod seruentur prędictæ modificationes. Non obstat etiam dicere, quod forsan non ita integre in aliquibus Conuentibus obseruantur modificationes, quas cum Bursariis dictum est debere obseruari; quia vnum peccatum non excusat aliud, nec culpa illius maior alleuiat meam minoré, nec minus ardebunt,

Responsio ad dubiū.

B C

immo amplius, cum multis, quam si soli in igne infernali essent. A quo nos li- A
berare dignetur, qui, cum diues esset, pro nobis egenus fieri dignatus est; nos-
que vt sibi assimilaret, in camino Paupertatis elegit. *Nec etiam obstat dicere*

Capuccini Annotatio.

*Christum, & Apostolos, Bursarium aliquando duxisse: quia id (vt communiter Exposi-
tores aiunt; et sic præcipue respondisse Vbertinum de Casali, fertur in tractatu de decem
plagis Paupert.) vt persona communes, & Ecclesiæ Prælati aliorum curam habentes (vt
nunc Papa, & Episcopi) fecisse censendi sunt. Nos autem, quia non succedimus eis in sta-
tu Episcoporum, sed in exemplo vitæ particularis perfectionis (vt in c. Exijt. determina-
tur) Bursarium habere non possumus; vt supra est conclusum.*

Et vide Cordub. aliosq; moderniores Regulæ nostræ expositores 4. & 5. cap.

¶ Reliqua pertinétia ad Paupertatis materiam respectu Fratrum Minorum,
habentur latissime in Declarationibus Apostolicis Regulæ prædictorum Fra- B
trum; quas fecerunt Nicolaus III. & Clemens V. Sed clarius continentur in
quodam tractatu intitulato Speculum Fratrum Minorum, per Reuerendũ Pa-
trem Fratrem Ioannem de Argomanes Prouincialem prouinciæ Sancti Iacobi
luculenter editum. Et præsertim in iis, quæ attinent ad pecuniam: habetur
ibidem peroptime, prope finem eiusdem tractatus.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

*Vod ad §. 1. notandum, quod nec super habendo peculio, potest Prælatus cum
suo Monacho dispensare, nisi sit Monachus habens administrationem com- C
munitatis, seu pro ipsa communitate, vtpote Eleemosynarius, Vestiarius,
aut alius officialis Communitatis: quia pro Communitate potest habere pe-
culium, non pro se. vt habetur in eo. cap. Cum ad Monasterium, secundum Doctor. ibi-
dem: Gerson. 1. parte summ. Alphab. 23. littera G. littera S. Peculium autem in proposi-
te, quoad Monachos, seu Religiosos, (vt habetur in Gers. vbi su. secund. Gerard.) minus
est, quàm proprium, seu quam proprietas; & minus est habere peculium, quam habere
dominium, aut proprietatem: quia non est habere principale dominium in re ipsa, sed ha-
bere facultatem, seu licentiam Superioris ad commutandum, distrahendum, seu dispo-
nendum generaliter & ad libitum; prout sibi visum fuerit, de tali re, vel rebus; & hoc
adhuc non libere omnino: sed, vt dictum est, limitate; id est sub alio id facere possunt, vt
filius sub patre, seruus sub domino: & durante licentia eorum sub quorum dominio, aut
potestate ipsi sunt. Ideo videant Fratres, quam multipliciter a Prælatis pariter, & sub- D
ditis, sæpe circa hoc erratur; quia Prælati tenentur specialiter, circa hoc prouidere sibi,
& subditis. De quo nos latius egimus supra, in expos. Regulæ Fratrum Minor. cap. 6. q.
7. ibi videatur.*

*Quoad illa notabilia, quæ Collector, circa paupertatem ponit; qui voluerit latius vi-
dere, legat supra in nostra exposit. Regulæ Fratrum Minor. c. 6. q. 1 ibi forte plenius in-
telliget ea, quæ hic breuiter tangit Collector. Et quoad quæst. 3. de Bursarijs, quam ibi
Collector pertractat, videat qui volet in prædicta exposit. Regulæ Fratrum Minor. cap.
4. quæst. 13.*

CAPVCCINI ANNOTATIO. E

*RO huiusmodi paupertatis materia, licet multa ab expositoribus Regu-
larum Religiosorum, eam profitentium, dicantur, & præcipue a Corduba
alijsque modernioribus expositoribus Regulę nostræ Minoritanæ in 6. e-
ius cap. Ego tamen duarum tantum quæstionum valde necessariarum,
resolutionem hic adducam. Illius videlicet: An Fratribus, & Monia-
libus in commune viuentibus, & victum, & vestitum a Religione peten-
tibus, quales sunt Mendicantes Ordines, liceat habere possessiones, annuos redditus, vel*

alia

A alia immobilia? secundo. An licite possint habere redditus vitalitios, quos illis parentes, vel consanguinei pro eorum necessitatibus assignant?

An Fratrib. & Monial. liceat habere possessiones, annuos reddit⁹ &c.

Quoad primum resolute dicimus, quod non, in particulari, sed bene in communi: in cap. enim Cum ad Monasterium. de statu Monach. sic dicitur. Prohibemus in virtute Sancta Obedientia, ne quis Monachorum proprium aliquo modo possideat. Sed si quis aliquo modo habeat proprium, id totum in commune resignet, &c. Et infra dicitur, quod super hoc nec Abbas, nec Papa potest dispensare: quasi sit contra ius diuinum, & naturale.

Conc. Trid. dispositio.

Et in Conc. Triden. nouissime, sess. 25. cap. 2. titu. de regul. sic scriptum legimus. Nemini igitur Regularium, tam virorum, quam Mulierum, liceat bona immobilia, vel B mobilia, cuiuscumque qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquisita, tamquam propria, aut etiam nomine Conuentus possidere, vel tenere: sed statim ea Superiori tradantur, Conuentuique incorporentur. Nec deinceps liceat Superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad vsumfructum, vel vsum, administrationem, aut Commendam. Administratio autem bonorum Monasteriorum, seu Conuentuum, ad solos Officiales eorumdem, ad nutum Superiorum amouibiles, pertineat: Mobilium vero vsum, ita Superiores permittant, vt eorum supellex statui paupertatis, quam professi sunt, conueniat, nihilque superflui in ea sit: nihilque etiam, quod sit necessarium denegetur.

Pro Fratribus Minoribus.

Pro Capuccinis.

Et licet Fratribus Minoribus Martinus V. concesserit, quod per Procuratorem Romana Ecclesia, licite habere possint redditus, possessiones, vineas, & cetera id genus; vt C patet per Priuilegium Ad Statum Ordinis Fratrum Minorum conseruandum, &c. quod & Sixt. IV. confirmauit per Priuilegium Dum fructus vberes, &c. Nos tamen Capuccini, qui Priuilegijs Regulam relaxantibus renunciauimus, ipsam Regulam in sua puritate, sicut a Papa Honorio fuit confirmata, profitendo, ex vi voti nostra paupertatis, nec redditus, nec possessiones aliquas possumus habere, licet horum proprietas, non Fratribus, sed dominiu rerum, sit reseruata; vel ipsi Ecclesia Romana: cum in pradictis omnibus thesaurizatio, & prouisio in futurum annexa sit; qua nostro statui repugnat, vt ex Clement. Exiui, §. Rursus, nedum ex ipsa Regula, aperte colligitur.

Redditus proprie q sint.

Quod autem Redditus formales, & proprie dictos (quod est ius, seu actio ad aliquid D annuatim percipiendum) Fratres nullo modo habere valeant: expresse declaratum habetur in d. Clemen. Exiui: ait enim ibi: Cumque annui redditus infra immobilia censeantur a iure: ac huiusmodi redditus obtinere, paupertati, & mendicitati repugnet; nulla dubitatio est, quod Fratribus pradictis, redditus quoscumque, sicut & possessiones, vel eorum etiam vsum (cum ois non reperiatur concessus) recipere, vel habere, eorum conditione considerata, non licet. Ex quibus verbis constat, quod nedum redditus, & possessiones aliquas, sed nec horum vsum; (licet proprietas sit penes alios) Fratres habere possunt: nisi tantum hortos, pro necessarijs hortilitijs; & siluas moderatas, pro spiritus subleuatione, & domos ad habitandum, vt in eadem Clemen. apparet, §. licet vero.

E Virtuales autem Redditus, nec Fratribus licent, vt ex eadem Clement. Exiui, & Decret. Exijt, constat. Vnde, si quis ordinauerit redditum perpetuum, quo in aliqua ciuitate, vel loco sustentarentur Fratres, haredes in hoc grauando, vt quotannis Fratribus necessaria ministrarent: vel si reliquerit aliqua territoria, vel vineas, de quorum fructibus per culturam, & industriam, vel eorumdem fructuum pretio, Fratrum necessitatibus, per haredes singulis annis prouideretur; hac penitus Fratribus interdicta probantur. Quia hac habere, est habere vsum redditnum, seu illorum speciem, vt ex dicta Clem. probatur, §. licet vero.

Possessionum nomen, cō-

Et nomine possessionum, non tantum agri, vinee, viridaria, & domus; sed omnia, qua successiue fructificant, intelliguntur; vt armenta ouium, vaccarum, iumentorum, &c.

prehēdit argumenta gregesque. *vt habetur in tract. decem plagarum, plag. 6. & per Cord. aliosque expost. Regul. in c. 6. comprobatur.* A

Eleemosynę ciuiliter debitę sunt prohibitæ.

Idemque videtur dicendum de quibusdam eleemosynis, quas quotannis tenentur facere Fratribus quędam Confraternitates, hospitalia, aut communitates, ita vt ciuiliter ad id cogi possint: quoniam tales eleemosyna naturam sapiunt redditus, & habent obligationem ciuilem annexam, quorum Fratres incapaces sunt. Licet autem Corduba vbi supra, q. 50. puncto 4. dicat: quod si Fratres expresse protestentur pure eleemosynaliter, absque vllo iure prædictam petere, seu recipere eleemosynam, licite poterunt illam habere: tutius tamen mihi videtur illis non vti; de his etiam plura alia diximus supra, in verbo Hęreditas, & in verbo Legata.

An liceat habere redditus vitalitios.

Quoad secundum an scilicet, liceat habere redditus vitalitios, &c. hæc quęstio satis prolixe tractatur a Corduba in Summa q. 54. & a Petro Nauarro, in tracta. de restitutione lib. 3. c. 1. nu. 166. B

Et licet multos viros graues reperiri dicant, qui huiusmodi consuetudinem damnent, vt est Gerson Alphab. 23. lit. g. & Gerard. Pyrini in tract. de dispens. Eccles. Conc. 21. et habetur in lib. Monumenta ordinis Minorum tract. 3. f. 162. & alij, nonnullis iuribus, & rationibus moti, pręcipue C. Ioannes Frater, de Regul. ibi, Mandamus, & C. Monachi, & C. cum ad Monast. de statu Monachi, & illa supradicta dispositio Conc. Trid. Tamen contrariam opinionem sectari aiunt, Siluestr. verbo Abbas, q. 3. dist. 7. Innoc. in c. Insinuante, ne Cleric. vel Monach. loquentem in specie de dictis redditibus, Nauarr. de reddit. Ecclesia. q. 1. fol. 6. 23. & 24. num. 84. & alios Doctores, quos refert ipse Petrus Nauar. ibi. Et hanc sequitur ipse Corduba in præfata q. 54. cum quibusdam limitationibus: primo, vt prędictum ius, vel alia quęuis res illi concessa sit reuocabilis per voluntatem Superioris: secundo, vt non habeat apud se, sed in manu publici officialis, per Superiorem assignati. Sicq; saluandam esse consuetudinem censet: non obstante dispositione dicti Concilij Tridentini. C

Sed mihi cum ipso Petro Nauar. dicendum videtur, quod si ipsi Regulares redditus illos vellent pro se tenere specialiter, ac latenter, Superioreq; ignorante, tunc essent proprietarij; & acriter hoc supradicta Iura detestantur. Vel si illos redditus seu quodcumque aliud possiderent irreuocabiliter, etiam sciente, & prouidente Superiore, facerent contra Votum paupertatis, quia esset habere proprietatem, & liberum verum dominium, & in hoc sensu loquuntur iura sup. allegata, & pręcipue C. cum ad Monasterium. D

Sed si prædicta Bona, & pecunię non sint in potestate ipsius Regularis, sed publici Officialis ad id per Superiorem assignati, vt sunt Depositarij, vel Procuratores Monasteriorum, vel alij de omnium more pro hoc instituti, licitum est talia bona admittere: ita sane docuit Silu. Nauarr. & Cordub. etiam post Conc. Trid. cuius ratio est: quia, cum sint in potestate publici Officialis, in Superioris potestate esse dicuntur; & non aliter eas dispensit; nisi ad nutum Superioris adeo, vt si quando domus egeat in communi, ex illis pecunijs, ac bonis, prouideantur necessaria domus.

Quod certe non raro Superiores tentare deberent, vt discerent subditi, non proprietatem, sed vsum, & illum ad nutum Superioris, se habere; & hoc esset iuxta Concilij Tridentini dispositionem.

Quod si Superior (ait ipse Petrus Nau.) in particulari certam pecuniam, vel aliam rem concederet temporaliter, suo subdito ad certum vsum, pium, licitum, & necessarium, non vage illi relinquendo dispositionem, & administrationem, posset certe concedi; neq; id diceretur esse contra Conc. neque administratio proprie dici posset: quidquid tamen sit, videatur bene, & sane intelligatur secundum Concil. Trid. dispositionem: quia ex ea, omnia dubia circa hæc occurrentia facillime resoluuntur, & hęc satis. F

A ## PORTIO CANONICA.

QVALITER Fratres Min. necnon & alij Mendicantes, non tenentur soluere Prælatis Ecclesiarum aliquam portionem Canonicam: positum est in dictione Canonica portio, præsertim, §. 5. Collector.

CAPVCCINI ANNOTATIO ADDITA.

Concil. Trid. c. 13. de reform. sess. 25. decreuit. vt quibuscumque in locis iam ante annos quadraginta, Quarta, quæ funeralium dicitur, Cathedrali, aut Parochiali Ecclesiæ solita esset persolui, ac postea fuerit ex quocumque priuilegio, alijs monasterijs, hospitalibus, aut quibuscumque locis pijs concessa, eadem posthac integro iure. & eadem portione, quæ antea solebat, Cathedrali seu Parochiali Ecclesiæ persoluatur, non obstantibus concessionibus, gratijs, priuilegijs, etiam Mari magno, nuncupatis & alijs quibuscumque.]

B ## POSSESSIONES FRATRVM.

CIRCA bona, quæ possident Fratres Mendicantes, & Moniales, eorum curæ commissæ, dictum est in dictionibus Alienatio, & Bona. ¶Sed vltra illud additur hic aliquid, quoad Fratres Minores. Collector.

NICOLAVS III. in Declaratione Regulæ Fratrum Min. statuit, & declarauit, quod omnium rerum, quibus vtuntur prædicti Fratres, ius & dominium pertineat ad Summum Pontificem, & Ecclesiam Romanam; vtpote vtensilium, & librorum, ac eorum mobilium, quorum vsum licet huiusmodi Fratribus habere: dum tamen, qui prædictas res dedit, non reseruauerit sibi dominium, B. fo. 6. in tractatu 2. Et fo. 8. in tractatu 2. r Paupertas.

C INNOCENTIVS VIII. fecit quamdam dispositionem Fratribus Prædicatoribus Obseru. Congregationis Hispaniæ, circa possessiones; vt habetur in dictione Dispensatio, §. 18. s

IVLIVS II. fecit quamdam Concessionem magnam Fratribus Augustiniensibus, circa eorum bona, & possessiones; quæ posita est in dictione Bona, §. 10. t

LEO X. præcepit omnibus Christi fidelibus, vt nemo, bona Ordinis Fratrum Augustiniensium audeat occupare, vel vexare; quod tam de personis prædictis, quam de locis, Conuentibus, possessionibus, & alijs quibuscumq; rebus, ad loca, personasue pertinētib. intelligi voluit, siue pecunia, siue mobilia illa D sint. Et voluit, quod si vexantes, vel occupantes (postquam a prædictis Fratribus fuerint moniti) non integre infra tridui spatium omnia restituerint, aut vexare omnino destiterint, excommunicationis sententiam incurrant; a qua absolui, nisi a Sede Apostolica, & in mortis articulo nō possint. b. ffo. 122. conc. 558. u Prohibitio. Excommunicatio.

PRÆDICATORES VERBI DEI.

¶ *Distinctio materia infrascripta.*

NOTANDVM est, quod omnia, quæ in Priuilegijs Fratrum continentur, respectu prædicationum, & Prædicatorum sunt in triplici differentia. ¶Quædam enim respiciunt facultatem, quā Fratres prædicaturi habere debent. Et hæc continentur infra, §. E 1. & 4. & 5. & 10. ac 13. ¶Alia concernunt prohibitionem Prælatorum Ecclesiasticorum, & nonnullorum etiam Fratrum. Et ista habentur in §. 3. & 11. ¶Reliqua vero sunt in Commendationem, & fauorem dictorum Fratrum actu prædicantium. Ista vero sunt duplicia. Nam aliqua respiciunt proprie suas personas, Et hæc habentur infra, §. 2. & 14. & 15. Alia autem respiciunt auditores sermonum. Et quoad ista, ponitur quædam remissio in fine huius dictionis. Collector.

INNOCENTIVS III. dedit Beato Francisco, & socijs eius licentiam prædicandi ad verbi Dei semen in omnem terram spargendum, b. fo. 1. Et ffo. 3. f Licētia prædicandi.

2 *Nota.* GREGORIVS IX. præcepit omnibus Ecclesiarum Prælatis, vt Fratres Ordinis Mino. ad officium prædicandi (ad quod dicit, quod sunt ex professione sui Ordinis deputati) benigne recipiant: & vt admoneant populos eis commissos, quatenus ex ore prædictorum Fratrum, verbi Dei semen deuote suscipiant; ac etiam, quod in necessitatibus huiusmodi Fratrum, liberales existant. B.fo.25. Et ffo.109.conc.233. A

3 *Prohibitio.* Idem Gregorius IX. præcepit Ecclesiarum Prælatis, quatenus, si qui asserentes, se esse de Ordine Fratrum Minorum, prædicauerint in iurisdictionibus huiusmodi Prælatorum, faciendo quæstum pecuniarum, ex quo infamia se queretur Religioni ipsorum Fratrum, qui paupertatem professi sunt, capiant tales prædicantes, & tamquam falsarios condénét, B.fo.25. Et ffo.109.cóc.234. B

4 *Licētia prędicandi.* ALEXANDER IV. concessit, quod Fratres Ordinis Prædicatorum, & Minorum, possint prædicare Populis de licentia Romani Pontificis, aut Legatorum eius, vel Diœcesani, seu Ordinarij, absq; aliorum inferiorum Prælatorū, & Rectorum Ecclesiarū, ac Sacerdotū Parochialiū assensu, B.fol.25. Et ffo.26. conc. 15.

5 *Licētia prædicandi.* CLEMENS IV. referendo, ac confirmando Prædictas litteras Alexandri IV. declarauit, quod, si prædictis Fratribus concedatur licentia prædicandi, et audiendi confessiones, a Legatis Sedis Apostolicæ, aut ab Ordinarijs locorum, possint libere huiusmodi Fratres prædicare Populis subiectis Legatis, & Ordinarijs; & confessiones audire, sine aliorum Prælatorum inferiorum, & Rectorum Ecclesiarum assensu, vllo modo requisito. Illis tamen casibus exceptis, qui de iure, vel consuetudine, aut speciali reseruatione facta, Sedi Apostolicæ, ac Legatis, & Ordinarijs prædictis specialiter relinquuntur, b. fo.29. Et ffo.30.conc.26. C

Collector. Casus, de quibus hic fit mentio, specificantur a Benedicto, xi. infra, §. vndecimo.

6 *Institutio prędicatorum.* Idem Clemens concessit, vt singuli Prouinciales Fratrum Minorum in suis Prouinciis, cum Diffinitoribus in suis Capitulis prouincialibus congregatis, habeant plenariam auctoritatem, & facultatem examinandi, & approbãdi Fratres prædicti Ordinis in sacra pagina eruditos; & quod eis officium prædicationis (Deum habendo præ oculis) committere valeant; sicut ex forma Regulæ poterat Minister Generalis. B.fo.56. Et ffo.139.conc.311. ¶Hoc idem cōcessum est Carmelitis. B.ffo.185. conc. 463. ¶Et similiter concessum est Augustiniensibus. B.ffo.244.conc.589. D

7 *Prohibitio prędicandi.* Idem Clemens prohibuit, ne Fratres, quos ab Ordine pro suis culpis expelli contigerit, vel egressi fuerint proprio motu, præsumant prædicare, &c. nisi ad alium Ordinem, in quo licite exercetur huiusmodi officium, de licentia Sedis Apostolicæ, vel Ministrorum Ordinis præfati, transierint, B.fo.58. Et ffo. 141.conc.331. ¶Habetur idem quoad Carmelitas, fo.103. Et ffo.186.conc.472. ¶Et quoad Prædicatores, ffo.238.conc.557.

8 *Pro prędicatoribus euntibus ad infideles.* NICOLAVS III. vel iv. concessit multa, & magna Fratribus Ordinis Prædicatorum euntibus ad terras infidelium, & hæreticorum in partibus Orientis; quæ, quia non videntur deseruire pro istis temporibus, non ponuntur hic: sed qui voluerit illa videre, reperiet b.ffo. 116. & 117. E

9 *Ex iure cōmuni.* BONIFACIVS VIII. & Clemens V. fecerunt sequentem Constitutionē, circa Prædicatores, Statuimus, & ordinamus, vt Prædicatorum, & Minorum Ordinum Fratres, in Ecclesijs, & locis eorum, ac in plateis communibus, libere valeant Clero, & populo prędicare, ac proponere verbum Dei, hora illa dūtaxat excepta, in qua locorū Pręlati prędicare voluerint, vel coram se facere sollemniter prædicari: in qua prædicare cessabunt: præterquam, si aliud de Prælatorum

torum

torũ ipſorũ voluntate proceſſerit,ac licentia ſpeciali.In Studijs auté generali-
A bus vbi ſermones ad Clerũ ex more fieri ſolent,diebus illis,quibus prædicari
ſollemniter conſueuit,ad funera etiam mortuorũ, & in feſtis ſpecialibus,ſiue
peculiaribus eorũdé Fratrũ,poſſunt ijdé Fratres, & liceat eis libere prędicare:
niſi forte illa hora,qua ſolet ad Clerũ in prędictis locis Dei verbum proponi,
Epiſcopus,vel Pręlatus Superior,Clerũ ad ſe generaliter conuocaret: ac ex ali
qua ratione,vel cauſſa vrgente,Clerũ ipſum duceret congregandũ. ¶In Eccle- *Parochiales Eccleſię*
ſijs auté Parochialibus,Fratres illi nullatenus audeant , vel debeant prędica-
re,vel proponere verbũ Dei : niſi Fratres prædicti a Parochialibus ſacerdoti-
bus inuitati fuerint,vel vocati;& de ipſorũ beneplacito , & aſſenſu, ſeu petita
B licentia fuerit,& obtenta;niſi Epiſcopus,vel Prælatus Superior,eoſdé Fratres
prędicare mandaret. Habetur in Clementina Dudum, de ſepulturis.

CLEMENS V. in virtute ſanctæ obedientiæ , & ſub interminatione male- 10
dictionis ęternę, diſtrictius inhibuit Religioſis quibuſlibet; ne in ſermonibus
ſuis,Eccleſiarum Pręlatis detrahant : Aut etiã retrahant laicos ab Eccleſiarũ
ſuarum frequentia,vel acceſſu,ſeu indulgentias pronuntient indiſcretas . Ha-
betur in Clementina, Religioſi, §. Quibus etiam,de Priuilegijs , & exceſſibus
Priuilegiatorum.

Notandum,quod gl.ſuper verbo Detrahant , ſuprapoſito , ſic dicit. Detra- *Collector.*
hant,6.q.1.c.Deteriores,dicit Hieronymus ad Ruſticum : Non eſt humilitatis
C meę,atq; menſurę,de Miniſtris Eccleſiarũ ſiniſtrũ quippiã dicere : habeant illi
ordinem ſuũ,& gradum 16.q.1.Si Clericatus . Et Tullius in inuectiua contra
Salluſtium,in fine: Sæpe(inquit) vidi grauius offendere animos auditorũ eos,
qui aliena vitia aperte dixerunt,quam eos qui cõmiſerunt . Intelligo autem
hanc litteram(dicit præfata glo.)cum nominatim detrahunt, vel per circum-
locutionem,quæ vicem habeat proprij nominis: Alias in genere , bene liceret
prædicatori tangere vitia Prælatorum. Vnde Dominus dixit : Super cathedrã
Moyſi ſederunt Scribæ, &c. Matthæi 23. Et 1.q.1.c. Omnia. Licet ergo in ge-
nere,quod non licet in ſpecie,de offic.ord.cap. Si ſacerdos. Caueant tamen,vt
etiam in generali locutione linguam refrenent:quia, qui inconſiderate loqui-
tur ſentiet mala.5.q.5.§.ſed aliud 43.diſt Sit Rector.Hæc glo.præfata; quæ eſt
D merito notanda; & ideo hic inſerta.

BENEDICTVS XI. ſtatuit, quod Fratres Ordinis Prędicatorum , & Mi- 11 *Caſus in*
norum,qui ad prædicandum deputati ſunt,poſſunt in Eccleſijs,& locis ſuis,ac *quibus poſ-*
in plateis communibus,ſeu publicis,libere(abſq; Dięceſanorũ, & aliorũ Præ- *ſunt prędi-*
latorum petita licentia)Clero, & populo prędicare , eiſq; proponere verbum *care Fra-*
Dei. Voluit tamen,quod prędicti Fratres caueant omnino,ne illa hora,in qua *tres etiãſi*
Diœceſani prędicauerint,vel coram ſe fecerint prędicare, prędicent ipſi Fra- *diœceſani*
tres: niſi forſan hoc facerent de voluntate Dięceſanorũ ipſorũ , aut in Studijs *prędicent.*
generalibus;diebus illis dumtaxat,quibus ſermones ad Clerum fieri ſolent ſol
lemniter,ſiue in funeribus mortuorũ,ſiue in eorumdé Fratrum Feſtis ſpeciali-
bus,ſeu peculiaribus: quia in prædictis quattuor caſibus concurrere poterunt
E in prædicationibus cum Diœceſanis, B.fo.126. Et ffo.203.conc.500.

Aduerte,quod in hoc caſu non curatur, niſi de Clementina Dudum, ſupra- *Collector.*
poſita,§.9.

Idem Benedictus ſtatuit , quod prædicti Fratres in Eccleſijs parochialibus 12 *Prohibitio*
non audeant prędicare inuitis earum Rectoribus,ſeu Sacerdotibus: niſi de li- *prędicandi.*
centia Superiorum eorumdem Rectorum,B.fo.126.Et ffo.203.conc.501.

BONIFACIVS IX. conceſſit Fratribus Ordinis Prædicatorum, quod poſ 13 *Licẽtia prę*
ſint verbum Dei in eorum Eccleſijs, & plateis communibus publice propone- *dicandi.*
re, & prædicare;& iuxta morem ipſius Ordinis quęſtus facere, & mendicare,

PRÆLATI.

Distinctio materię infrascriptę.

Collector. Circa Prælatos sunt multa, & varia in Priuilegijs Fratrum, quæ sub sequenti Ordine partiuntur. Primo enim sunt aliqua statuta, & concessa respectu Prælatorum Religiosorum. Et hæc subdiuiduntur. Nam quædam pertinent ad eorum electionem; quæ posita sunt in dictione Electio. Alia concernunt eorumdem Prælatorum confirmationem; quæ habentur in dictione Confirmatio. Nonnulla vero attinent ad huiusmodi Prælatorum auctoritatem in executione suorum officiorum. Et de hoc habetur in varijs dictionibus, secundum varietatem denominationum officiorum. Vt de auctoritate Generalis Ministri in dictione Generalis Ordinis. Et sic de alijs officijs; prout distincta sunt in dictione Officia Ordinis. Secūdo principaliter in Priuilegijs Fratrum sunt non pauca pertinentia ad Prælatos Ecclesiarum. Et horum aliqua respiciunt modum, quem ipsi debent obseruare erga Fratres, ad eos declinantes, scilicet, qualiter debent eos benigne recipere. Et hoc habetur in dictione Recipere. §. 1. & 2. Alia spectant ad reuerentiam, quam Fratres debent exhibere huiusmodi Prælatis, in Præsentatione Confessorum, & alijs consimilibus. De quo habetur in dictionibus Absolutio, quoad sæculares, & Præsentatio Confessorum. Alia pertinent ad formam, quam erga priuilegia dictorum Fratrum debent tenere prædicti Prælati Ecclesiarum. De quo habetur in dictione Priuilegia. Et tandem nonnulla pertinent ad inhibitiones per Summos Pontifices huiusmodi Prælatis factas: ne circa Fratres, & eorum officia se intromittant. Et de hoc in dictione Exemptio, in multis. §. multa continentur.

De attinentibus ad Prelatos Ordinis.

De attinentibus ad Prelatos Eccles.

CAPVCCINI ANNOTATIO.



Notandum quod Prælatus exemptus, & immediate Papę subiectus habet iurisdictionem quasi Episcopalem in suos subditos, iux. glos. receptam & singularem Clem. 1. verbo proprij. de reb. Eccles. non alien. quod huiusmodi Prelati exempti qui habent iurisdictionem quasi episcopalem, possunt exercere in suos subditos, quę Episcopi in suos: Ita tenet Nauar. in cons. 23. titu. de priuilegijs.

PRÆFATIO.

EVGENIVS IV. concessit Fratribus Minorum, quod in Festiuitatibus S. Francisci, possint dicere propriam Præfationem; & Credo, o. ffo. 101. conc. 408.

Pro S. Frā cisco. SIXTVS IV. concessit, quod Fratres Mino. in die S. Francisci, & Stigmatum eiusdem, possint dicere Præfationem propriam in Missa, o. fo. 63. Et ffo. 100. concef. 386.

Idem Sixtus concessit, quod in Missa S. Francisci, dicatur propria Pręfatio, o. ffo. 102. concess. 412.

Collector. Hoc videtur intelligendum de Missis votiuis, quæ dicuntur extra Festiuitates prædictas. Nam pro diebus Festiuitatum iam concessum erat; vt patet supra §. 1.

A

PRÆSENTATIO CONFESSORVM.

Via concessiones, & ordinationes attinentes ad præsentationem Confessorum Ordinarijs faciendam, sunt commistæ cum auctoritate, quam huiusmodi Confessores habent ad absoluendum: ideo positę sunt supra, in dictione Absolutio quoad sæculares j. Circa huiusmodi tamen materiam Præsentationis Confessorũ, oportet vlterius aduertere, quod, quia Fratres Confessores Ordinum Mendicantium debite præsentati Episcopis, aut eorum vices gerentibus, magnam ha- *Collector.*

B bent auctoritatem: tam per Clementinam Dudum, de sepulturis: quam per Priuilegia specialia; quibus nequeunt gaudere, nec confessiones sæcularium generaliter audire, non sic præsentati: ideo formam debitam præsentandi libuit hic inserere. ¶ Sciendum est ergo, quod duplex modus, seu forma pręsentationis Confessorum reperitur in iure, & in Priuilegijs Fratrum Prædicatorum. Primus modus, & forma iuridica continetur in præfata Clementina Dudum, de sepul. vbi ponuntur multa; quorum aliqua sunt de necessitate obseruanda. Primo enim dicitur ibi, quod petitio fieri debet per Ministros, aut Custodes, quoad Fratres Minor. aut per Magistrum, seu Priorem Prouincialem, vel eius Vicarium, quoad Fratres Prædicatores: qui debent accedere ad præsentiã Prę-

C latorum Ecclesiæ, & petere, quod Fratres, qui fuerint electi ab eis, possint libere confessiones subditorum illius Diœcesis audire. Et hoc est de necessitate, si Episcopi petant. Secundo dicitur ibidem, quod, post huiusmodi petitionem, eligantur Fratres, qui audituri sunt confessiones; & hoc per Generalem, vel Prouinciales; sicut habetur supra, in dictione Confessiones, & Confessores §. 3. Istud etiam est necessarium. Posset tamen præcedere admissio, si Episcopi vellent, alias non. Tertio additur, quod Confessores, sic electi, præsententur Episcopis, aut eorum vices gerentibus; a præfatis Prælatis Fratrum pe se, vel per alios Fratres, quos ad hoc deputauerint, petendo humiliter, vt de ipsorum beneplacito possint audire confessiones suorum subditorum: quod etiam de necessitate debet fieri. Dubium est tamen: verum præsentialiter debeant Fratres comparere? Et verius est, quod sic, si Episcopi hoc petant: præsertim, quia pos-

D sunt eos examinare; ad quod requiritur præsentia. Sed quia prima duo supradicta sunt difficilia ad seruandum; cum Prælati huiusmodi Fratrum nequeant semper adesse vbicumque, & quandocumque est facienda præsentatio: ac similiter, quia ijdem Pręlati non valent eligere aliquos Fratres ad audiendas confessiones extra Capitula prouincialia: nisi forte habeant specialem commissionem sui Generalis: ideo expedit, vt fiat præsentatio, sub forma inferius annotata; quæ, si acceptetur a Prælatis Ecclesiarum sufficiet; quamuis alia prædicta omittantur, quę sunt in fauorem ipsorum: cum liceat vnicuique renuntiare iuri suo. Et notandum, quod primum, scilicet petitionem, potest facere Minister, vel Custos per se, vel per alium. Alterum potest facere Minister in Capitulis

E prouincialibus tantum, propter Statutum Ordinis: quamuis de iure, per Clementinam Dudum, poterat facere ipse solus, sine Capitulo; prout credo, quod alij Mendicantes faciunt, scilicet eligere Confessores. Tertium, scilicet præsentare, potest Minister per se, vel per alium facere.

¶ Sequitur forma Præsentationis Cófessorum, quæ fieri debet, vt dictum est, accedendo ad præsentiam Ordinariorum, & dicendo. Reuerendissime domine, supplex orator dominationis vestræ Frater N. Minister, aut Prior, seu Frater. N. Custos huius Custodię, vel Prouinciæ, vel Guardianus, seu Prior talis Conuentus, auctoritate, & commissione dictorum, Ministri, aut Prioris Prouincia- *Prima forma præsentationis Fr. Confess.*

lis

Idem Leo circa supradicta.§.1.& 2. fecit quamdam declarationem, seu Statutum; prout positum est in dictione Ecclesiæ Fratrum §.12.& 13. Et in dictione Missa primo quoad locum, §.9.& 10. A

PAVPERTAS.

¶ *Distinctio materiæ Paupertatis.*

Collector. VOAD materiam paupertatis, sunt multa, & varia concessa, & disposita in Priuilegijs Fratrum Minorum, quæ subsequenti ordine distinguuntur. ¶ Primo namque inueniuntur aliqua in commendationem, ac laudem huiusmodi Paupertatis: necnon etiam in defensionem illius. Et ista ponuntur infra, §.2. & 3. & 4. & 6. ac 7. Et in dictione Bona, §. 9. ¶ Secundo reperiuntur complura, spectantia ad ea, quæ Præfati Fratres acquirere, seu recipere, ac possidere possunt. Hæc autem ponuntur sub varijs dictionibus huius Compendij, scilicet, in dictione Bona, §.2.& 3.& 4.& 7. ac 13. Et in dictione Commutare. Et in dictione Eleemosyna, in §. 1.& 2. ac 3. & 14. cum Statutis generalibus ibidem additis. Et in dictione Possessiones, §. 1. Sed in speciali, quoad illa, quæ relinquuntur Fratribus prędictis in testamentis: habetur in dictione Hæreditas, §.2.& 4.& 5. ac 6. cum ibi notatis. Et in dictione Legata. Et magis in particulari quædam pertinentia ad res cultui Diuino dedicatas: continentur in dictione Ædificare, §. 4. Et in dictione Ornamenta Ecclesiastica, §. 1. & 2.& 4. ac 8. ¶ Tertio in prędictis Priuilegijs reperiuntur aliqua, quæ respiciunt dispositionem rerum, quas huiusmodi Fratres possident: præsertim quoad res viles, & parui valoris. De quo habetur in dictionibus Dare, ac Declarare. ¶ Quarto sunt aliqua, quæ specialiter concernunt denarios, vel pecuniam. Et quoad istud, ponitur in fine huius dictionis quoddam dubium notabile, cum sua decisione. B C

1 INNOCENTIVS III. statuit, ne quis Monachorum, proprium aliquo modo possideat. Et quod, si proprietatem aliquam fuerit deprehensus habere, Regulari monitione prǽmissa, de Monasterio expellatur, nec recipiatur vlterius: nisi pœniteat secundum Monasticam disciplinam. Quod si proprietas apud quemquam inuenta fuerit, in morte, ipsa cum eo in signum perditionis, extra Monasterium, in sterquilinio subterretur; secundum quod Beatus Gregorius narrat in dialogo, se fecisse. Vnde, si quidquam alicui fuerit specialiter destinatum, non præsumat illud accipere: sed Abbati, vel Priori, seu Cellario assignetur. Et infra. Nec æstimet Abbas, quod, super habenda proprietate, possit cum aliquo Monacho dispensare: quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est annexa Regulę Monachali, vt contra eam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere. Habetur in c. Cum ad Monasterium, extra de statu Monachorum. D

Exiuit cci. *Nota.*

2 ALEXANDER IV. declarauit, quod Mendicitas Fratrum Minorum Prędicatorum est meritoria, & quod possunt eleemosynas petere, ac recipere à fidelibus: non obstante quacumque contradictione, b. fol. 15. Et ffo. 25. concessione 15. E

Pro Fratribus Prędicatoribus, & Minor.

3 NICOLAVS III. in declaratione Regulæ Fratrum Minorum determinauit, quod paupertas prædictorum Fratrum Minorum, quæ abdicat proprietatem omnium rerum, tam in particulari, quam etiam in communi, propter Deū est meritoria, & sancta, quam & Christus, viam perfectionis ostendens, verbo docuit, & exemplo firmauit. Et circa hoc dicit ibidem multa alia notabilia,

A tabilia, B. fol. 5. in secundo tractatu. Et ffo. 7. articulo primo, in secundo tractatu.

MARTINVS V. commisit cuidam Cardinali plenissime suam auctoritatem, vt præsideret Capitulo Generali Fratrum Minorum in ciuitate Assisij ce lebrando, vbi præfatus Cardinalis reualidauit declarationem Nicolai III. quoad articulum paupertatis, sub forma sequenti. ¶ Item quoad votum Paupertatis, idest viuendo sine proprio, & quod Fratres nihil sibi approprient, statuimus, & ordinamus, illud inconcusse tenendum, quod felicis recordationis Nicolaus III. declarauit in sua decretali, extra de verborum significationibus, Exijt, qui seminat, libro 6. 25. Porro, successiue, & seriatim per ordi- 4 *Approbatio seu reualidatio decretaliũ Exijt, &c. Nota.*
B nem, vsque ad 5. Verum: quia expresse continetur in Regula, &c. ¶ Et quod quilibet Conuentus habeat suum Procuratorem, secundum Declarationem, & Priuilegium Domini Nicolai III. & Martini IV. & Sanctissimi Domini Patris & Domini, Domini Martini V. Hucusque verba præfati Cardinalis, in Constitutionibus Martinianis posita. ¶ Postea prædictus Martinus confirmauit omnia per dictum Cardinalem in præfato Capitulo facta. ¶ Commissio supradicta habetur ffo. 84. concess. 245. ¶ Reualidatio autem continetur in Constitutionibus Ordinis Minorum, quæ appellantur Martinianæ, in Capitulo primo, fol. 231. tractatu 3.

Confirmatio vero existit, b. fo. 38. Et ffo. 36. conc. 41.

Idem Martinus fecit quamdam Concessionem contra Constitutionem, quæ 5
C ineipit ad conditorem, per Ioannem 22. editam; prout habetur infra, in dictione Procuratores Fratrum, seu Syndici, §.

ALEXANDER VI. approbauit, & perpetuæ firmitatis robur obtinere voluit litteras Martini IV. Martini V. Eugenij IV. Callisti III. ac Sixti IV. necnon Paulli II. Romanorum Pontificum, per quas litteras huiusmodi Pontifices professoribus Ordinis Mino. concesserunt, quod vsum bonorum eis, & dicto Ordini relictorum (proprietate, seu dominio eorumdem bonorum apud Romanam Ecclesiam remanente.) eum puritate suæ Regulæ percipere, & habere possint, B. ffo. 75. conc. 225. 6

Hæc approbatio confert ad reualidationem Decretalis Exijt: qui seminat, & derogationem extrauagantium Ioannis 22. de quibus supra.

D CLEMENS VII. in quodam Breui, seu Bulla sollemni; vbi Fratribus Min. Regularis Obseruan. communicauit omnia Priuilegia quorumcumque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium; posuit sequentem clausulam notatu dignam; necnon Regulam ipsam; per sanctum Franciscum, pro Fratribus Ordinis Minorum institutam, obseruabilem, meritoriam, fundatam super sanctum Euangelium, existere: & quoscumq; cuiuscumq; status, dignitatis, aut conditionis, scribentes, aut asserentes, Regulam ipsam non meritoriam, vel inobseruabilem, seu sacro Euangelio repugnantem esse: in hoc eorum assertionem huiusmodi non esse tenendam, nec admittendam; auctoritate, & teno- 7
E re præmissis, decernimus, ac volumus, & mandamus. Super quo, & alijs dedit Conseruatores Archiepiscopum Hispalensem, & Episcopum Abulensem, cum maximis clausulis, & latissimis derogationibus, B.

Aduertendum est, quod in Capitulo Generali Meclinensi; vbi tertio electus est in Generalem Reuerendus Pater claræ memoriæ Frater Oliuerius Maillardi, factæ sunt, circa paupertatem, nonnullæ declarationes; prout sequuntur. *Collector.*

Capitulum generale declarauit, quod Papa Ioannes 22. reuocauit, ante mortem suam, quidquid dixerat, seu fecerat contrarium Ecclesiæ, & determinationi Romanorum Pontificum: Quare Constitutiones, quas fecerat contra *Declaratio Capituli generalis.*

tra nostras declarationes scilicet. Nicolai III. & Clementis V. nullius sunt roboris, vel momenti. Habetur, fol. 127. in tractatu 3. Et ffo. 149. tractatu 2. A

Altera declaratio. Capitulum generale declarauit, quod duplex est ius vtendi, scilicet ius vtendi, idest licite vti; & sic vtimur nos Obseruantes Fratres: Et similiter ius vtendi, idest dominium rei habere; vel auctoritatem exigendi immediate habere; & isto modo non habemus alicuius rei ius vtendi, nec habere possumus. Habetur, fo. 128. in tractatu 3. Et ffo. 147. in tractatu 2.

Alia declaratio. Item fuit declaratum in prædicto Capitulo, quod licitum est Fratribus hospitari in domo relicta ab aliquo defuncto alicui viuenti, hac conditione, vt ibidem hospitentur Fratres, & sibi prouideatur de vtensilibus. Habetur, fol. 127. in tractatu 3. Et ffo. 146 tractatu 2. B

Alia declaratio. Pœna contra proprietarios. Insuper in Capitulo generali, celebrato in Conuentu Brugensi declaratum est, quod pœna Proprietarij, quæ aliquando ponitur in constitutionibus, est pœna priuationis actuum legitimorum, & Canonicæ sepulturę. Et pro laicis, priuatio vocis actiuæ, & passiuæ, ac visitationum in iudicio. Habetur, fo. 125. tractatu 3. Et ffo. 144. tractatu 2.

Collector. *Circa huiusmodi materiam Paupertatis, inquantum tangit receptionem, aut delationem denariorum, est notanda decisio sequentis dubij.* C

Quæstio de Bursarijs. VBITATVR, an vniuersaliter sit illicitum Fratribus Min. Regularis Obseru. Bursarium in via ducere? Et primo videtur, quod non: quia Nicolaus III. & Clemens V. in declarationibus Regulæ præfatorum Fratrum, dicunt, quod pro similibus caussis, prout sunt contentæ in huiusmodi Regula, scilicet, pro infirmis curandis, & alijs Fratribus induendis, possunt Fratres recurrere ad amicos spirituales, siue sint dantes pecunias, vel deputati per ipsos, siue nuntij, seu depositarij, aut quouis alio nomine appellentur. Sed necessitas itineris videtur esse talis, sicut præfatæ necessitates expresse in Regu. ergo, &c. In oppositum tamen est rei veritas, ad quam faciunt multa. Primo, quia de hoc in Concilio Constantiensi a Fratribus procurantibus reformationem Religionis, aduersus transgressores, specialis reclamatio facta est; vt habetur. ffo. 165. in 2. tractatu. Secundo, quia Auctor tractatus, qui dicitur Serena conscientia; qui fuit natione Italus, allegans Aluarum Hispanum, lib. 2. de planctu Ecclesiæ, dicit, quod non possunt huiusmodi Bursarij duci: nisi Fratres irent per regiones, vel partes inhumanas, ac ex vera obedientia, & pro licitis negotijs Religionis: & vbi esset valde verisimile, & expertum, quod non posset inueniri eleemosyna escibilis mendicando. Addens, quod solum in necessitate ineuitabili, & valde probabili, possunt duci; quia alias Patres nostri Ordinis semper euitarunt. Tertio quia per Vbertinum, in libro Vitæ Christi, absolute hoc reprobatur, & damnatur. Quarto principaliter, quia Sanctus Bernardinus in tractatu, quem composuit de casibus, in quibus Frater Minor potest dici, seu efficitur proprietarius, assignauit hunc casum, absque aliqua limitatione. Quincto, quia Sãctus Bonauentura in expositione Regulæ nostræ, ait, quod perfectio Euangelica etiam in itinere est obseruanda; ita, vt nullum depositum pecunię habeatur ab ijs, qui perfectionis Regulam imitantur: licet tamen, quando per inhospitales regiones Fratres iter agerent, plura viatici caussa liceat portare. Et hoc est, quod supra licere diximus in necessitate ineuitabili; quæ, cum sit extrema, omni lege caret; vt est notum. Igitur non possunt Bursarij per viam duci. D E

Pro

A Pro responsione ad quæsitum, est notandum, quod, vt apparet per dictas Declarationes, duo copulatiue requiruntur ad hoc, vt recursus ad amicos spirituales, &c. licite fieri valeat. Primum est caussa iusta, & necessaria: Secundum est obseruatio modificationum, ibidem positarum: Quorum altero deficiente, dictus recursus, sub peccati mortalis pœna, prohibitus est. Et quia in itineratione per terras Christianorum communiter, nec vix vnquam inuenietur caussa, seu necessitas sufficiens (vt continua experientia euntibus a partibus remotissimis ad Curiam Romanam, & ad Capitula generalia longe distantia, ostendit:) ideo talis delatio Bursariorum est illicita. Nec obstat dicere, quod ducendo equos, ac iter faciendo cursim, & multi insimul, expertum est, quod indigent dictis Bursarijs. Quia, qui sic iter faciunt, ipsimet pro suo libitu se ponunt in talem necessitatem; quæ tamen vere, seu proprie necessitas appellari nequit. Nam luce clarius est, quod possunt, & adhuc cum maiori Religiositate, incedere pauci iunctim; vt puto duo vel quattuor, & ducere iumenta humilia, exemplo Saluatoris nostri, & Sanctorum; præsertim Seraphici Patris nostri Francisci; qui Christi vestigia sectati sunt: Ac etiam sic ordinare iter suum, vt non sit opus, cursorum instar, ambulare. Et insuper, quia iuxta textum Regulæ nostræ, debent ire ostiatim pro eleemosyna confidenter: nisi forte (quod absit) vellent, vt magni Abbates, comedere laute. Quod quam alienum, immo contrarium sit nostrę professioni; pręsertim quando per pecuniam procuratur, nullus, qui huiusmodi status aliqualem notitiā habet, ignorat. Præterea hoc idem patet, quia non solum caussa, siue necessitas vera debet interuenire pro huiusmodi recursu licite faciendo (quę necessitas, vt prædictum est, vix continget Fratribus Mino. iter facientibus, sicut boni Fratres iter facere debent; ac, vt suæ Regulæ obseruatores, incedentes:) sed etiam multæ modificationes requiruntur; prout perlucide in tractatu, qui dicitur Speculum Fratrum Minorum, in articulo, Pecunię, continentur, quę in hoc casu nullatenus bene obseruari possunt. Quas modificationes cum legeris, liquido videbis reprobationem Bursariorum esse veram, atq; iustissimam. Prętcrea quæro, quonam modo poterunt tales ostendere cunctis, in dictis pecuniis nihil habere (sicut dicit Clemens, quod ostendere debent) taliter, vt sinister oculus non possit pręsumi contra ipsos. Item, quomodo euitabunt non solum malum; sed etiam speciem mali, prout euitare astricti sunt a lege Diuina. Item, qualiter habebunt testimonium ab ijs, qui foris sunt: immo quomodo euitabunt scandalum proximorum, quod ex hoc quampluribus datur: cum dicat Apostolus: Si Frater meus scandalizatur, carnes non manducabo in ęteruum. Et insuper, quonam pacto satisfacient puritati voti paupertatis, obseruando, quod non pręcipiant quomodo aut qualiter pecunia expendatur; nec de expensa computum exigant; & abstinebunt a qualibet contrectatione, vsu, & administratione, & dispensatione pecunię: prout hæc etiam dicti Pontifices cauenda omnino esse dicunt; & præcipiunt? Itaq; pro firmissimo, & indubitabili tenendum est, quod extra casum extremæ necessitatis (quę nulla lege astringitur) nullatenus Bursarii duci licite possunt, sicut pręfati Doctores tenent. Nec obstat primo adductum ex declaratione Clementis, quia ex verbis, & ex sensu verborum huiusmodi declarationis apparet, istam fuisse intentionem eius, per ea, quæ immediate allegata sunt. Et præsertim cum non solum præcipiat, vt sit necessitas, quæ aliter prouideri nequeat: sed etiam, quod seruentur prędictæ modificationes. Non obstat etiam dicere, quod forsan non ita integre in aliquibus Conuentibus obseruantur modificationes, quas cum Bursariis dictum est debere obseruari; quia vnum peccatum non excusat aliud, nec culpa illius maior alleuiat meam minorē, nec minus ardebunt,

Responsio ad dubiū.

Gg immo

immo amplius,cum multis,quam si soli in igne infernali essent. A quo nos li- A
berare dignetur,qui,cum diues esset,pro nobis egenus fieri dignatus est; nos-
que vt sibi assimilaret, in camino Paupertatis elegit. *Nec etiam obstat dicere*
Capuccini Annotatio. *Christum,& Apostolos, Bursarium aliquando duxisse: quia id(vt communiter Exposi-*
tores aiunt;et sic precipue respondisse Vbertinum de Casali,fertur in tractatu de decem
plagis Paupert.)vt persona communes, & Ecclesia Prelati aliorum curam habentes(vt
nunc Papa,& Episcopi)fecisse censendi sunt. Nos autem, quia non succedimus eis in sta-
tu Episcoporum,sed in exemplo vita particularis perfectionis (vt in c.Exijt.determina-
tur)Bursarium habere non possumus; vt supra est conclusum.

Et vide Cordub. aliosq; moderniores Regulæ nostræ expositores 1 4 & 5.cap.

¶ Reliqua pertinētia ad Paupertatis materiam respectu Fratrum Minorum,
habentur latissime in Declarationibus Apostolicis Regulæ prædictorum Fra-
trum;quas fecerunt Nicolaus III. & Clemens V. Sed clarius continentur in B
quodam tractatu intitulato Speculum Fratrum Minorum, per Reuerendū Pa-
trem Fratrem Ioannem de Argomanes Prouincialem prouinciæ Sancti Iacobi
luculenter editum. Et præsertim in iis, quæ attinent ad pecuniam: habetur
ibidem peroptime,prope finem eiusdem tractatus.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

Vo ad §. 1. notandum, quod nec super habendo peculio,potest Prælatus cum
suo Monacho dispensare,nisi sit Monachus habens administrationem com- C
munitatis, seu pro ipsa communitate, vtpote Eleemosynarius, Vestiarius,
aut alius officialis Communitatis: quia pro Communitate potest habere pe-
culium,non pro se,vt habetur in eo.cap.Cum ad Monasterium, secundum Doctor. ibi-
dem: Gerson.1.parte summ. Alphab.23.littera G. littera S. Peculium autem in proposi-
to,quoad Monachos,seu Religiosos,(vt habetur in Gers. vbi su.secund. Gerard.) minus
est,quàm proprium, seu quam proprietas; & minus est habere peculium, quam habere
dominium,aut proprietatem: quia non est habere principale dominium in re ipsa;sed ha-
bere facultatem,seu licentiam Superioris ad commutandum, distrahendum, seu dispo-
nendum generaliter & ad libitum: prout sibi visum fuerit,de tali re, vel rebus; & hoc
adhuc non libere omnino: sed,vt dictum est,limitates idest sub alio id facere possunt, vt
filius sub patre,seruus sub domino: & durante licentia eorum sub quorum dominio, aut
potestate ipsi sunt. Ideo videant Fratres,quam multipliciter a Prælatis pariter, & sub D
ditis,sæpe circa hoc erratur; quia Prælati tenentur specialiter, circa hoc prouidere sibi,
& subditis. De quo nos latius egimus supra, in expos. Regula Fratrum Minor. cap.6.q.
7.ibi videatur.

Quoad illa notabilia,qua Collector. circa paupertatem ponit; qui voluerit latius vi-
dere,legat supra in nostra exposit. Regula Fratrum Minor. c.6.q.1 ibi forse plenius in-
telliget ea,quæ hic breuiter tangit Collector. Et quoad quæst.3. de Bursarijs, quam ibi
Collector pertractat, videat qui volet in prædicta exposit. Regula Fratrum Minor. cap.
4.quæst.13.

CAPVCCINI ANNOTATIO. E



RO huiusmodi paupertatis materia, licet multa ab expositoribus Regu-
larum Religiosorum,eam profitentium,dicantur, & præcipue a Corduba
alijsque moderniorib us expositoribus Regulę nostra Minoritana in 6.o-
ius cap. Ego tamen duarum tantum quæstionum valde necessariarum,
resolutionem hic adducam. Illius videlicet: An Fratribus, & Monia-
libus in communo viuentibus,& victum, & vestitum a Religione peten
tibus,quales sunt Mendicantes Ordines,liceat habere possessiones, annuos redditus, vel
alia

A *alia immobilia? secundo, An licite possint habere redditus vitalitios, quos illis parentes, vel consanguinei pro eorum necessitatibus assignant?*

Quoad primum resolute dicimus, quod non, in particulari, sed bene in communi: in cap. enim Cum ad Monasterium. de statu Monach. sic dicitur. Prohibemus in virtute Sanctæ Obedientiæ, ne quis Monachorum proprium aliquo modo possideat. Sed si quis aliquo modo habeat proprium, id totum in commune resignet, &c. Et infra dicitur, quod super hoc nec Abbas, nec Papa potest dispensare: quasi sit contra ius diuinum, & naturale.

An Fratrib. & Monial. liceat habere possessiones, annuos reddit⁹ &c.

Et in Conc. Triden. nouissime. sess. 25. cap. 2. titu. de regul. sic scriptum legimus. Nemini igitur Regularium, tam virorum, quam Mulierum, liceat bona immobilia, vel
B *mobilia, cuiuscumque qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquisita, tamquam propria, aut etiam nomine Conuentus possidere, vel tenere: sed statim ea Superiori tradantur, Conuentuique incorporentur. Nec deinceps liceat Superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad vsumfructum, vel vsum, administrationem, aut Commendam. Administratio autem bonorum Monasteriorum, seu Conuentuum, ad solos Officiales eorumdem, ad nutum Superiorum amouibiles, pertineat: Mobilium vero vsum, ita Superiores permittant, vt eorum supellex statui paupertatis, quam professi sunt, conueniat, nihilque superflui in ea sit: nihilque etiam, quod sit necessarium denegetur.*

Conc. Trid. dispositio.

Et licet Fratribus Minoribus Martinus V. concesserit, quod per Procuratorem Ro-
C *mana Ecclesia, licite habere possint redditus, possessiones, vineas, & cetera id genus; vt patet per Priuilegium Ad Statum Ordinis Fratrum Minorum conseruandum, &c. quod & Sixt. IV. confirmauit per Priuilegium Dum fructus vberes, &c. Nos tamen Capuccini, qui Priuilegijs Regulam relaxantibus renunciauimus, ipsam Regulam in sua puritate, sicut a Papa Honorio fuit confirmata, profitendo, ex vi voti nostra paupertatis, nec redditus, nec possessiones aliquas possumus habere, licet horum proprietas, non Fratribus, sed dominis rerum, sit reseruata; vel ipsi Ecclesie Romanæ: cum in prædictis omnibus thesaurizatio, & prouisio in futurum annexa sit; quæ nostro statui repugnat, vt ex Clement. Exiui, §. Rursus, nedum ex ipsa Regula, aperte colligitur.*

Pro Fratribus Minoribus.
Pro Capuccinis.

Quod autem Redditus formales, & proprie dictos (quod est ius, seu actio ad aliquid
D *annuatim percipiendum) Fratres nullo modo habere valeant: expresse declaratum habetur in d. Clemen. Exiui: ait enim ibi: Cumque annui redditus infra immobilia censeantur a iure: nc huiusmodi redditus obtinere, paupertati, & mendicitati repugnet; nulla dubitatio est, quod Fratribus prædictis, redditus quoscumque, sicut & possessionei, vel eorum etiam vsum (cum eis non reperiatur concessus) recipere, vel habere, eorum conditione considerata, non licet. Ex quibus verbis constat, quod nedum redditus, & possessiones aliquas, sed nec horum vsum; (licet proprietas sit penes alios) Fratres habere possunt: nisi tantum hortos, pro necessarijs hortilitijs; & siluas moderatas, pro spiritus subleuatione, & domos ad habitandum, vt in eadem Clemen. apparet, §. licet vero.*

Redditus proprie q sint.

E *Virtuales autem Redditus nec Fratribus licent, vt ex eadem Clement. Exiui, & Decret. Exijt, constat. Vnde, si quis ordinauerit redditum perpetuum, quo in aliqua ciuitate, vel loco sustentarentur Fratres, hæredes in hoc grauando, vt quotannis Fratribus necessaria ministrarent: vel si reliquerit aliqua territoria, vel vineas, de quorum fructibus per culturam, & industriam, vel eorumdem fructuum pretio, Fratrum necessitatibus, per hæredes singulis annis prouideretur; hæc penitus Fratribus interdicta probantur. Quia hæc habere, est habere vsum redditunm, seu illorum speciem, vt ex dicta Clem. probatur, §. licet vero.*

Et nomine possessionum, non tantum agri, vinea, viridaria, & domus; sed omnia, quæ successiue fructificant, intelliguntur; vt armenta ouium, vaccarum, iumentorum, &c.

Possessionũ nomen, cõ-

prehēdit ar menta gre gesque.

vt habetur in tract. decem plagarum, plag. 6. & per Cord. aliosque expos. Regul. in c. 6. comprobatur. A

Eleemosynę ciuiliter debitę sunt prohibitę.

Idemque videtur dicendum de quibusdam eleemosynis, quas quotannis tenentur facere Fratribus quędam Confraternitates, hospitalia, aut communitates, ita vt ciuiliter ad id cogi possint: quoniam tales eleemosyna naturam sapiunt redditus, & habent obligationem ciuilem annexam, quorum Fratres incapaces sunt. Licet autem Corduba vbi supra, q. 10. puncto 4. dicat: quod si Fratres expresse protestentur pure eleemosynaliter, absque vllo iure prędictam petere, seu recipere eleemosynam, licite poterunt illam habere: tutius tamen mihi videtur illa non vti; de his etiam plura alia diximus supra, in verbo Hęreditas, & in verbo Legata.

An liceat habere redditus vitalitios.

Quoad secundum an scilicet, liceat habere redditus vitalitios, &c. hec quęstio satis prolixe tractatur a Corduba in Summa q. 54. & a Petro Nauarro, in tracta. de restitutione lib. 3. c. 1. nu. 166. B

Et licet multos viros graues reperiri dicant, qui huiusmodi consuetudinem damnent, vt est Gerson Alphab. 23. lit. g. & Girard. Pyrini in tract. de dispens. Eccles. Conc. 21. et habetur in lib. Monumenta ordinis Minorum tract. 3. f. 162. & alij, nonnullis iuribus, & rationibus moti. pręcipue C. Ioannes Frater, de Regul. ibi, Mandamus, & C. Monachi, & C. cum ad Monast. de statu Monachi, & illa supradicta dispositio Conc. Trid. Tamen contrariam opinionem sectari aiunt, Syluestr. verbo Abbas. q. 3. dist. 7. Innoc. in c. Insinuante, ne Cleric. vel Monach. loquentem in specie de dictis redditibus, Nauarr. de reddit. Ecclesia. q. 1. fol. 6. 23. & 24. num. 84. & alios Doctores, quos refert ipse Petrus Nauar. ibi. Et hanc sequitur ipse Corduba in prafata q. 54. cum quibusdam limitationibus: primo, vt prędictum ius, vel alia quęuis res illi concessa sit reuocabilis per voluntatem Superioris: secundo, vt non habeat apud se, sed in manu publici officialis, per Superiorem assignati. Sicq; saluandam esse consuetudinem censet: non obstante dispositione dicti Concilij Tridentini. C

Sed mihi cum ipso Petro Nauar. dicendum videtur, quod si ipsi Regulares redditus illos vellent pro se tenere specialiter, ac latenter, Superioreq; ignorante, tunc essent proprietarij; & acriter hoc supradicta Iura detestantur. Vel si illos redditus seu quodcumque aliud possiderent irreuocabiliter, etiam sciente, & prouidente Superiore, facerent contra Votum paupertatis, quia esset habere proprietatem, & liberum verum dominium, & in hoc sensu loquuntur iura sup. allegata, & pręcipue C. cum ad Monasterium. D

Sed si prędicta Bona, & pecunię non sint in potestate ipsius Regularis, sed publici Officialis ad id per Superiorem assignati, vt sunt Depositarij, vel Procuratores Monasteriorum, vel alij de omnium more pro hoc instituti, licitum est talia bona admittere: ita sane docuit Sylu. Nauarr. & Cordub. etiam post Conc. Trid. cuius ratio est: quia, cum sint in potestate publici Officialis, in Superioris potestate esse dicuntur; & non aliter eas dispenset; nisi ad nutum Superioris: adeo, vt si quando domus egeat in communi, ex illis pecunijs, ac bonis, prouideantur necessaria domus.

Quod certe non raro Superiores tentare deberent, vt discerent subditi, non proprietatem, sed vsum, & illum ad nutum Superioris, se habere; & hoc esset iuxta Concilij Tridentini dispositionem.

Quod si Superior (ait ipse Petrus Nau.) in particulari certam pecuniam, vel aliam rem concederet temporaliter, suo subdito ad certum vsum, pium, licitum, & necessarium, non vage illi relinquendo dispositionem, & administrationem, posset certe concedi; neq; id diceretur esse contra Conc. neque administratio proprie dici posset: quidquid tamen sit, videatur bene, & sane intelligatur secundum Concil. Trid. dispositionem: quia ex ea, omnia dubia circa hec occurrentia facillime resoluuntur, & hęc satis. F

POR-

A
PORTIO CANONICA.

QVALITER Fratres Min. necnon & alij Mendicantes, non tenentur soluere Prælatis Ecclesiarum aliquam portionem Canonicam: positum est in dictione Canonica portio, præsertim, §.5. *Collector.*

CAPVCCINI ANNOTATIO ADDITA.

Concil. Trid. c. 13. de reform. sess. 25. decreuit, vt quibuscumque in locis iam ante annos quadraginta, Quarta, quæ funeralium dicitur, Cathedrali, aut Parochiali Ecclesiæ solita esset persolui, ac postea fuerit ex quocumque priuilegio, alijs monasterijs, hospitalibus, aut quibuscumque locis pijs concessa, eadem posthac integro iure, & eadem portione, qua antea solebat, Cathedrali seu Parochiali Ecclesiæ persoluatur, non obstantibus concessionibus, gratijs, priuilegijs, etiam Mari magno, nuncupatis & alijs quibuscumque.]
B

POSSESSIONES FRATRVM.

CIRCA bona, quæ possident Fratres Mendicantes, & Moniales, eorum curæ commissæ, dictum est in dictionibus Alienatio, & Bona. ¶Sed vltra illud additur hic aliquid, quoad Fratres Minores. *Collector.*

NICOLAVS III. in Declaratione Regulæ Fratrum Min. statuit, & declarauit, quod omnium rerum, quibus vtuntur prædicti Fratres, ius & dominium pertineat ad Summum Pontificem, & Ecclesiam Romanam; vtpote vtensilium, & librorum, ac eorum mobilium, quorum vsum licet huiusmodi Fratribus habere: dum tamen, qui prædictas res dedit, non reseruauerit sibi dominium, B. fo. 6. in tractatu 2. Et ffo. 8. in tractatu 2. *r Paupertas.*
C

INNOCENTIVS VIII. fecit quamdam dispositionem Fratribus Prædicatoribus Obseru. Congregationis Hispaniæ, circa possessiones; vt habetur in dictione Dispensatio, §. 18. *a*

IVLIVS II. fecit quamdam Concessionem magnam Fratribus Augustiniensibus, circa eorum bona, & possessiones; quæ posita est in dictione Bona, §. 10. *y*

LEO X. præcepit omnibus Christi fidelibus, vt nemo, bona Ordinis Fratrum Augustiniensium audeat occupare, vel vexare; quod tam de personis prædictis, quam de locis, Conuentibus, possessionibus, & alijs quibuscumq; rebus, ad loca, personasue pertinétib. intelligi voluit, siue pecunia, siue mobilia illa sint. Et voluit, quod si vexantes, vel occupantes (postquam a prædictis Fratribus fuerint moniti) non integre infra triduí spatium omnia restituerint, aut vexare omnino destiterint, excommunicationis sententiam incurrant; a qua absolui, nisi a Sede Apostolica, & in mortis articulo nō possint. b. ffo. 122. conc. 558. *Prohibitio. Excommunicatio.*
D

PRÆDICATORES VERBI DEI.

¶ *Distinctio materiæ infrascriptæ.*

NOTANDVM est, quod omnia, quæ in Priuilegijs Fratrum continentur, respectu prædicationum, & Prædicatorum sunt in triplici differentia. ¶Quædam enim respiciunt facultatem, quā Fratres prædicaturi habere debent. Et hæc continentur infra, §. 1. & 4. & 5. & 10. ac 13. ¶Alia concernunt prohibitionem Prælatorum Ecclesiasticorum, & nonnullorum etiam Fratrum. Et ista habentur in §. 3. & 11. ¶Reliqua vero sunt in Commendationem, & fauorem dictorum Fratrum actu prædicantium. Ista vero sunt duplicia. Nam aliqua respiciunt proprie suas personas, Et hæc habentur infra, §. 2. & 14. & 15. Alia autem respiciunt auditores sermonum. Et quoad ista, ponitur quædam remissio in fine huius dictionis. *Collector.*
E

INNOCENTIVS III. dedit Beato Francisco, & socijs eius licentiam prędicandi ad verbi Dei semen in omnem terram spargendum, b. fo. 1. Et ffo. 3. *r Licētia prædicandi.*

2 *Nota.* GREGORIVS IX. præcepit omnibus Ecclesiarum Prælatis, vt Fratres Ordinis Mino. ad officium prædicandi (ad quod dicit, quod sunt ex professione sui Ordinis deputati) benigne recipiant: & vt admoneant populos eis cōmissos, quatenus ex ore prædictorum Fratrum, verbi Dei semen deuote suscipiant; ac etiam, quod in necessitatibus huiusmodi Fratrum, liberales existant. B.fo.25. Et ffo.109.conc.233. A

3 *Prohibitio.* Idem Gregorius IX. præcepit Ecclesiarum Prælatis, quatenus, si qui asserentes, se esse de Ordine Fratrum Minorum, prædicauerint in iurisdictionibus huiusmodi Prælatorum, faciendo quæstum pecuniarum, ex quo infamia se quæretur Religioni ipsorum Fratrum, qui paupertatem professi sunt, capiant tales prædicantes, & tamquam falsarios condēnēt, B.fo.25. Et ffo.109.cōc.234. B

4 *Licētia prędicandi.* ALEXANDER IV. concessit, quod Fratres Ordinis Prædicatorum, & Minorum, possint prædicare Populis de licentia Romani Pontificis, aut Legatorum eius, vel Diœcesani, seu Ordinarij, absq; aliorum inferiorum Prælatorū, & Rectorum Ecclesiarū, ac Sacerdotū Parochialiū assensu, B.fol.25. Et ffo.26. conc. 15.

5 *Licētia prædicandi.* CLEMENS IV. referendo, ac confirmando Prædictas litteras Alexandri IV. declarauit, quod, si prædictis Fratribus concedatur licentia prædicandi, et audiendi confessiones, a Legatis Sedis Apostolicæ, aut ab Ordinarijs locorum, possint libere huiusmodi Fratres prædicare Populis subiectis Legatis, & Ordinarijs; & confessiones audire, sine aliorum Prælatorum inferiorum, & Rectorum Ecclesiarum assensu, vllo modo requisito. Illis tamen casibus exceptis, qui de iure, vel consuetudine, aut speciali reseruatione facta, Sedi Apostolicæ, ac Legatis, & Ordinarijs prædictis specialiter relinquuntur, b. fo.29. Et ffo.30.conc.26. C

Collector. Casus, de quibus hic fit mentio, specificantur a Benedicto, XI. infra, §.vndecimo.

6 *Institutio prędicatorum.* Idem Clemens concessit, vt singuli Prouinciales Fratrum Minorum in suis Prouincijs, cum Diffinitoribus in suis Capitulis prouincialibus congregatis, habeant plenariam auctoritatem, & facultatem examinandi, & approbādi Fratres prædicti Ordinis in sacra pagina eruditos; & quod eis officium prædicationis (Deum habendo præ oculis) committere valeant, sicut ex forma Regulæ poterat Minister Generalis. B.fo.56. Et ffo.139.conc.311. ¶Hoc idem cōcessum est Carmelitis. B.ffo.185. conc. 463. ¶Et similiter concessum est Augustiniensibus. B.ffo.244.conc.589. D

7 *Prohibitio prędicandi.* Idem Clemens prohibuit, ne Fratres, quos ab Ordine pro suis culpis expelli contigerit, vel egressi fuerint proprio motu, præsumant prædicare, &c. nisi ad alium Ordinem, in quo licite exercetur huiusmodi officium, de licentia Sedis Apostolicæ, vel Ministrorum Ordinis præfati, transierint, B.fo.58. Et ffo.141.conc.331. ¶Habetur idem quoad Carmelitas, fo.103. Et ffo.186.conc.473. ¶Et quoad Prædicatores, ffo.238.conc.557.

8 *Pro prędicatoribus euntibus ad infideles.* NICOLAVS III. vel iv. concessit multa, & magna Fratribus Ordinis Prædicatorum euntibus ad terras infidelium, & hæreticorum in partibus Orientis; quæ, quia non videntur deseruire pro istis temporibus, non ponuntur hic: sed qui voluerit illa videre, reperiet b.ffo.116.& 117. E

9 *Ex iure cōmuni.* BONIFACIVS VIII. & Clemens V. fecerunt sequentem Constitutionē, circa Prædicatores, Statuimus, & ordinamus, vt Prædicatorum, & Minorum Ordinum Fratres, in Ecclesijs, & locis eorum, ac in plateis communibus, libere valeant Clero, & populo prędicare, ac proponere verbum Dei, hora illa dūtaxat excepta, in qua locorū Pręlati prędicare voluerint, vel coram se facere sollemniter prædicari: in qua prædicare cessabunt: præterquam, si aliud de Prælatorum

A torũ ipsorũ voluntate processerit,ac licentia speciali.In Studijs autẽ generalibus vbi sermones ad Clerũ ex more fieri solent,diebus illis,quibus prædicari sollemniter consueuit,ad funera etiam mortuorũ, & in festis specialibus,siue peculiaribus eorũdẽ Fratrũ,possunt ijdẽ Fratres, & liceat eis libere prędicare: nisi forte illa hora,qua solet ad Clerũ in prędictis locis Dei verbum proponi, Episcopus,vel Prçlatus Superior,Clerũ ad se generaliter conuocaret: ac ex aliqua ratione,vel caussa vrgente,Clerũ ipsum duceret congregandũ. ¶In Ecclesijs autẽ Parochialibus,Fratres illi nullatenus audeant, vel debeant prędicare,vel proponere verbũ Dei : nisi Fratres prædicti a Parochialibus sacerdotibus inuitati fuerint,vel vocati;& de ipsorũ beneplacito, & assensu, seu petita *Parochiales Ecclesię*
B licentia fuerit,& obtenta;nisi Episcopus,vel Prælatus Superior,eosdẽ Fratres prędicare mandaret. Habetur in Clementina Dudum, de sepulturis.

CLEMENS V. in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione maledictionis ęternę, districtius inhibuit Religiosis quibuslibet; ne in sermonibus suis,Ecclesiarum Prçlatis detrahant: Aut etiã retrahant laicos ab Ecclesiarũ suarum frequentia,vel accessu,seu indulgentias pronuntient indiscretas. Habetur in Clementina, Religiosi, §. Quibus etiam,de Priuilegijs, & excessibus Priuilegiatorum. 10

Notandum,quod gl.super verbo Detrahant, suprapositio, sic dicit. Detrahant,6.q.1.c.Deteriores,dicit Hieronymus ad Rusticum: Non est humilitatis *Collector.*
C meę,atq; mensurę,de Ministris Ecclesiarũ sinistrũ quippiã dicere : habeant illi ordinem suũ,& gradum 16.q.1.Si Clericatus. Et Tullius in inuectiua contra Sallustium,in fine: Sæpe(inquit) vidi grauius offendere animos auditorũ eos, qui aliena vitia aperte dixerunt,quam eos qui cõmiserunt. Intelligo autem hanc litteram(dicit præfata glo.)cum nominatim detrahunt, vel per circumlocutionem,quæ vicem habeat proprij nominis: Alias in genere, bene liceret prædicatori tangere vitia Prælatorum. Vnde Dominus dixit : Super cathedrã Moysi sederunt Scribæ, &c. Matthæi 23. Et 1.q.1.c. Omnia. Licet ergo in genere,quod non licet in specie,de offic.ord.cap. Si sacerdos. Caueant tamen,vt etiam in generali locutione linguam refrenent:quia, qui inconsiderate loquitur sentiet mala. 5.q.5.§.sed aliud 43.dist. Sit Rector.Hæc glo.præfata; quæ est
D merito notanda; & ideo hic inserta.

BENEDICTVS XI. statuit, quod Fratres Ordinis Prędicatorum, & Minorum,qui ad prædicandum deputati sunt,possunt in Ecclesijs,& locis suis,ac in plateis communibus,seu publicis,libere(absq; Dięcesanorũ, & aliorũ Prælatorum petita licentia)Clero, & populo prędicare, eisq; proponere verbum Dei. Voluit tamen,quod prędicti Fratres caueant omnino,ne illa hora,in qua Diœcesani prędicauerint,vel coram se fecerint prędicare, prędicent ipsi Fratres: nisi forsan hoc facerent de voluntate Dięcesanorũ ipsorũ, aut in Studijs generalibus;diebus illis dumtaxat,quibus sermones ad Clerum fieri solent sollemniter,siue in funeribus mortuorũ,siue in eorumdẽ Fratrum Festis specialibus,seu peculiaribus: quia in prædictis quattuor casibus concurrere poterunt 11 *Casus in quibus possunt prędicare Fratres etiã si diœcesani prędicent.*
E in prædicationibus cum Diœcesanis, B.fo.126. Et ffo.203.conc.500.

Aduerte,quod in hoc casu non curatur, nisi de Clementina Dudum, supraposita,§.9. *Collector.*

Idem Benedictus statuit, quod prædicti Fratres in Ecclesijs parochialibus non audeant prędicare inuitis earum Rectoribus,seu Sacerdotibus: nisi de licentia Superiorum eorumdem Rectorum,B.fo.126.Et ffo.203.conc.501. 12 *Prohibitio prędicandi.*

BONIFACIVS IX. concessit Fratribus Ordinis Prædicatorum, quod possint verbum Dei in eorum Ecclesijs, & plateis communibus publice proponere,& prædicare;& iuxta morem ipsius Ordinis quęstus facere, & mendicare, 13 *Licẽtia prędicandi.*

 cuius-

cuiuscumq; inferioris Summo Pontifici super hoc licentia minime requisita A
b.ffo.118.conc.534.

14 *Licētia prædicandi.* SIXTUS IV. concessit Fratribus Carmelitanis, vt possint libere prædicare populis in locis publicis, absq; tamen Parochialiū Ecclesiarū iuris præiudicio. Et declarauit, quod huiusmodi iuris præiudiciū intelligatur de decimis, & primitijs dūtaxat; q̄ a laicis solent clericis exhiberi, B.fo.112. Et ffo.185.cōc.465.

Collector. In prædicta concessione vult dicere Sixtus, quod dummodo Ecclesijs Parochialibus non sequatur præiudicium, quoad exactioné decimarū, & primitiarum, possint prædicti Fratres prædicare libere in quibuslibet locis publicis.

15 *Officiū Diuinum.* LEO X. concessit, quod prædicatores verbi Dei Ord. Mino. de Obseruan. quando actu prædicant; vtputa in Aduentu, & Quadragesima, possint officium B
feriale anticipare, & Festa illius diebus reseruare, quibus illos amplius laborare necesse est: Non tamen in fraudem Diuini Officij: sed, vt liberius valeant studio vacare, & consolationi spirituali fidelium populorum incumbere, o. ffo.91.conc.265.

16 *Ieiunium.* Idem Leo concessit, quod Fratres Min. Prædicatores actu prædicantes, possint sine stimulo, & seruato ieiunio, anticipare, & retardare horas comestionis, & serotinæ collationis, iuxta suam consolationem, o.ffo.93.conc.282.

17 *Examinatio Prædicatorum.* Idem Leo in Concilio Lateranensi statuit, & ordinauit, vt nullus tam Clericus, vel sæcularis, quam cuiuscumq; etiā Mendicantium Ordinū Regularis, aut quiuis alius, ad quem facultas prædicandi, tam de iure, quā de consuetudine, vel Priuilegio, aut alias pertinet, ad huiusmodi officium exercendum admittatur: nisi per Superiorem suum respectiue diligenter examinatus (in qua re conscientiam ipsius Superioris onerat) ac morum honestate, ætate, doctrina, probitate, prudentia, & vitæ exemplaritate ad illud aptus, ac idoneus reperiatur. Et hic quocumq; postea prædicaturus accesserit, de huiusmodi examine, & idoneitate sua per litteras authenticas, seu alias sui examinatoris & approbatoris, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis fidem legitimam, faciat, b.ffo. 127.conc.565. C

18 *Prohibitio.* Idem Leo mandauit omnibus prædictis, qui onus prædicationis sustinent, quiq; in futurū sustinebunt, vt Euangelicam veritatem, & sacram scripturam, iuxta declarationem, interpretationem, & ampliationem Doctorum, quos Ecclesia, vel vsus diuturnus approbauit, legendosq; hactenus recepit, prædicent, & explanent: nec quidquam eius proprio sensui contrarium, aut dissonū adiiciant: sed illis semper insistant, quæ ad ipsius sacræ scripturæ verbis rite, ac sane, & præfatorum Doctorum interpretationibus intellectis non discordant. Tempus quoq; præfixum futurorum malorum, vel Antichristi aduentum, aut certum diem iudicii prædicare, vel asserere nequaquā præsumant: cum veritas dicat, non esse nostrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, b.ffo.127.conc.566. D

19 *Inhibitio.* Idē Leo inhibuit omnibus, & singulis Clericis Sæcularibus & Regularibus præfatis, ceterisq; cuiuscumq; status, Ordinis & conditionis existant, qui onus prædicationis assument, ne in sermonibus suis publicis, alia queq; futura, quam quę ex litteris sacris constant prædicere: nec illa a Spiritu Sancto, vel diuina reuelatione se habuisse affirmare, & alienas, inanesq; diuinationes asseuerandas, aut alio quoq; modo tractanda assumāt: sed ex diuinę vocis pręcepto, Euangeliū oī creaturæ cū vitiorū detestatione; & virtutū cōmendatione enucleent, & declarent; & pacé, ac dilectioné mutuā a redéptore nostro tanto opere commendatam, vbiq; fouentes, nō scindāt vestem inconsutilem Christi, sed ab Episcoporum, Prælatorum, ac aliorum Superiorū, eorumq; status, scādalosa detractione aperta, & manifesta redargutione abstineāt, b.ffo.127. cōc.567. E

Idem

A Idem Leo in præfato Conc. statuit, vt si quibusdam Dominus futura quædam in Dei Ecclesia inspiratione quapiam reuelauerit, quoniam res magni momenti est, eo quod non de facili credendum sit omni spiritui, sed sint probandi spiritus (teste Apostolo) an ex Deo proueniant, tales assertæ inspirationes, antequam publicentur, aut populo prædicentur, Apost. Sedis examini reseruatæ intelligantur. Quod si sine moræ periculo id fieri non valeret, aut vrgens necessitas aliud suaderet, tunc eodem ordine seruato, Ordinario loci notificentur, vt ille, adhibitis secum tribus aut quattuor doctis & grauibus viris, & in eiusmodi negotio exercitatis, diligenter examinato, quando id expedire videbunt (super quo eorum conscientias onerat) licentiam cócedere possint, b.ffo.127.conc.569. 20 *Prohibitio.*

B Idem Leo vbi supra statuit, vt si qui ex huiusmodi prędicatoribus, miracula falsa, aut incerta, vel prophetias, quę ex sacra scriptura non constant prędicare, seu Episcopis, aut eorum Superioribus prę fatis detrahere ausi fuerint, vltra pœnas contra tales a iure statutas, excommunicationis etiam sententiã, á qua non nisi a Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo constituti) absolui possint, eos incurrere voluit. Et vt eorum exemplo alij attentare similia minime audeant, eis prędicationis etiam officium interdictum esse perpetuo, decreuit, b.ffo.127.conc.570. 21 *Excommu.*

Circa materiam istam Prædicatorum, multi Summi Pontifices concesserunt multas Indulgentias, quas lucrantur audientes sermones Fratrum Minorum, prout positę sunt in dictione Indulgentię quoad sęculares quinto. *Collector.*
C

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD. §.8. notandum quod similiter ad id quod ibi Nicol. III. vel IV. concessit, & Greg. IX. ff. 253. & Innoc. IV.

Quoad §.13. notandum quod idem Bonif. IX. ibidem prohibuit etiam sub excommunicatione ipso facto in quoscumque contrafacientes, ne Prælati Ecclesiarum, aut alij quicumque populum, aut parochianos suos retrahere prę sumant, quo minus accedant ad audiendas prædicationes Fratrum Prædicatorum quoties, & quando voluerint.

D

CAPVCCINI ANNOTATIO.



ST notandum, quod prius, per Decretum Pij V. in Ecclesiis nostris poteramus prædicare sine benedictione Ordinarij; vt in const. & si Mendicantium Ordines, habetur, edita, anno 1567. Sed quia const. illa fuit postea per Greg. XIII. ad terminos iuris communis, & sacrorum Conc. Trid. Canonum redacta, & secundum Pium IV, in constitutione, in Principis Apostolorum 119. annullantur omnia Priuilegia, quæ decretis Conc. Trident. contrariantur: ideo hodie non alias possumus; nisi cum eorum benedictione. In Conc. enim Trident. ordinatur; vt Prędicatores, sine licentia Superiorum Ordinis, & benedictione Ordinarij, in Ecclesiis eiusdem Ordinis prędicare non possint, in Ecclesiis autem aliis a nostris, vltra licentiam Superiorum, & Episcopi licentiam habere teneantur. In §. 12. Prędicare in Eccles. nostris, quando, & quomodo pōt. Conc. Trid.
E

Et notandum etiam, quod prę sentati semel, non tenentur amplius in illa Diœcesi prę sentari, vt in eadem supra citata Pij V. constitut. Et si mendicantium, declaratur.

PRÆ-

PRÆLATI.

Distinctio materiæ infrascriptæ.

Collector. Circa Prælatos sunt multa, & varia in Priuilegijs Fratrum, quæ sub sequenti Ordine partiuntur. Primo enim sunt aliqua statuta, & concessa respectu Prælatorum Religiosorum. Et hæc subdiuiduntur. Nam quædam pertinent ad eorum electionem; quæ posita sunt in dictione Electio. Alia concernunt eorumdem Prælatorum confirmationem; quæ habentur in dictione Confirmatio. Nonnulla vero attinent ad huiusmodi Prælatorum auctoritatem in B executione suorum officiorum. Et de hoc habetur in varijs dictionibus, secundum varietatem denominationum officiorum. Vt de auctoritate Generalis Ministri in dictione Generalis Ordinis. Et sic de alijs officijs; prout distincta sunt in dictione Officia Ordinis. Secundo principaliter in Priuilegijs Fratrum sunt non pauca pertinentia ad Prælatos Ecclesiarum. Et horum aliqua respiciunt modum, quem ipsi debent obseruare erga Fratres, ad eos declinantes, scilicet, qualiter debent eos benigne recipere. Et hoc habetur in dictione Recipere. §. 1. & 2. Alia spectant ad reuerentiam, quam Fratres debent exhibere huiusmodi Prælatis, in Præsentatione Confessorum, & alijs consimilibus. De quo habetur in dictionibus Absolutio, quoad sæculares, & Præsentatio Confessorum. Alia pertinent ad formam, quam erga priuilegia dictorum Fratrum debent te- C nere prædicti Prælati Ecclesiarum. De quo habetur in dictione Priuilegia. Et tandem nonnulla pertinent ad inhibitiones per Summos Pontifices huiusmodi Prælatis factas: ne circa Fratres, & eorum officia se intromittant. Et de hoc in dictione Exemptio, in multis. §. multa continentur.

De attinentibus ad Prelatos Ordinis.

De attinentibus ad Prelatos Ecclesiarum.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

Otandum quod Prælatus exemptus, & immediate Papæ subiectus habet iurisdictionem quasi Episcopalem in suos subditos, iux. glos. receptam & singularem Clem. 1. verbo proprij. de reb. Eccles. non alien. quod huiusmodi Prælati exempti qui habent iurisdictionem quasi episcopalem, possunt exercere in suos subditos, quæ Episcopi in suos: Ita tenet Nauar. in cons. 23. titu. de priuilegijs. D

PRÆFATIO.

1

VGENIVS IV. concessit Fratribus Minorum, quod in Festiuitatibus S. Francisci, possint dicere propriam Præfationem, & Credo, o. ffo. 101. conc. 408. E

2 SIXTVS IV. concessit, quod Fratres Mino. in die S. Francisci, & Stigmatum eiusdem, possint dicere Præfationem propriam in Missa, o. fo. 63. Et ffo. 100. conces. 386.

Pro S. Francisco.

Idem Sixtus concessit, quod in Missa S. Francisci, dicatur propria Præfatio, o. ffo. 102. concess. 412.

3 *Collector.* Hoc videtur intelligendum de Missis votiuis, quæ dicuntur extra Festiuitates prædictas. Nam pro diebus Festiuitatum iam concessum erat; vt patet supra §. 1.

A

PRÆSENTATIO CONFESSORVM.

Via concessiones, & ordinationes attinentes ad præsentationem Confessorum Ordinarijs faciendam, sunt commistæ cum auctoritate, quam huiusmodi Confessores habent ad absoluendum: ideo positę sunt supra, in dictione Absolutio quoad sæculares j. Circa huiusmodi tamen materiam Præsentationis Confessorū, oportet vlterius aduertere, quod, quia Fratres Confessores Ordinum Mendicantium debite præsentati Episcopis, aut eorum vices gerentibus, magnam ha- *Gollector.*

B bent auctoritatem tam per Clementinam Dudum, de sepulturis: quam per Priuilegia specialia; quibus nequeunt gaudere, nec confessiones sæcularium generaliter audire, non sic præsentati: ideo formam debitam præsentandi libuit hic inserere. ¶ Sciendum est ergo, quod duplex modus, seu forma præsentationis Confessorum reperitur in iure, & in Priuilegijs Fratrum Prædicatorum. Primus modus, & forma iuridica continetur in præfata Clementina Dudum, de sepul. vbi ponuntur multa; quorum aliqua sunt de necessitate obseruanda. Primo enim dicitur ibi, quod petitio fieri debet per Ministros, aut Custodes, quoad Fratres Minor. aut per Magistrum, seu Priorem Prouincialem, vel eius Vicarium, quoad Fratres Prædicatores: qui debent accedere ad præsentiā Prę latorum Ecclesiæ, & petere, quod Fratres, qui fuerint electi ab eis, possint li-

C bere confessiones subditorum illius Diœcesis audire. Et hoc est de necessitate, si Episcopi petant. Secundo dicitur ibidem, quod, post huiusmodi petitionem, eligantur Fratres, qui audituri sunt confessiones; & hoc per Generalem, vel Prouinciales; sicut habetur supra, in dictione Confessiones, & Confessores §. 3. Istud etiam est necessarium. Posset tamen præcedere admissio, si Episcopi vellent, alias non. Tertio additur, quod Confessores, sic electi, præsententur Episcopis, aut eorum vices gerentibus; a præfatis Prælatis Fratrum per se, vel per alios Fratres, quos ad hoc deputauerint, petendo humiliter, vt de ipsorum beneplacito possint audire confessiones suorum subditorum: quod etiam de necessitate debet fieri. Dubium est tamen: vtrum præsentialiter debeant Fratres comparere? Et verius est, quod sic, si Episcopi hoc petant: præsertim, quia pos-

D sunt eos examinare, ad quod requiritur præsentia. Sed quia prima duo supradicta sunt difficilia ad seruandum; cum Prælati huiusmodi Fratrum nequeant semper adesse vbicumque, & quandocumque est facienda præsentatio: ac similiter, quia ijdem Prælati non valent eligere aliquos Fratres ad audiendas confessiones extra Capitula prouincialia, nisi forte habeant specialem commissionem sui Generalis: ideo expedit, vt fiat præsentatio, sub forma inferius annotata; quæ, si acceptetur a Prælatis Ecclesiarum sufficiet; quamuis alia prædicta omittantur, quę sunt in fauorem ipsorum: cum liceat vnicuique renuntiare iuri suo. Et notandum, quod primum, scilicet petitionem, potest facere Minister, vel Custos per se, vel per alium. Alterum potest facere Minister in Capitulis

E prouincialibus tantum, propter Statutum Ordinis: quamuis de iure, per Clementinam Dudum, poterat facere ipse solus, sine Capitulo; prout credo, quod alij Mendicantes faciunt, scilicet eligere Confessores. Tertium, scilicet præsentare, potest Minister per se, vel per alium facere.

¶ Sequitur forma Præsentationis Cōfessorum, quæ fieri debet, vt dictum est, accedendo ad præsentiam Ordinariorum, & dicendo. Reuerendissime domine, supplex orator dominationis vestræ Frater N. Minister, aut Prior, seu Frater. N. Custos huius Custodię, vel Prouinciæ, vel Guardianus, seu Prior talis Conuentus, auctoritate, & commissione dictorum, Ministri, aut Prioris Prouincia- *Prima forma præsentationis Fr. Confess.*

lis

lis Ordinis Fratrum.N. humilem, ac debitam exhibet reuerentiam: Cum secundum Priuilegia dicto Ordini nostro a Summis Pontificibus indulta, Fratres eiusdem Ordinis per Ministrum, vel Custodem, aut Fratres alios, quos ad hoc idoneos deputauerit, præsentati humiliter locorum Prælatis, ad suorum subditorum confessiones audiendas, & salutares pœnitentias, cum absolutionis beneficio, iniungendas; de licentia, & gratia, ac beneplacito eorumdem, merito recipi debeant, & admitti: hinc est, quod Reuerendæ dominationi vestræ, de cuius benignitate amplissimam fiduciam gerimus, secundum Canonici iuris formam, super hoc statutam; infrascriptos Fratres, per me (si est Minister, aut Prior Prouincialis, vel in Capitulo nostro prouinciali) legitime electos, & deputatos; cum ea, qua decet, & possum reuerentia, humillime præsento: obnixius eidem dominationi vestræ supplicans, quatenus ipsos, & me cum illis, (si vult) recipere, & admittere dignetur: ac si totalis forma iuris in Clementina Dudum, de sepulturis, & in Concilio Lateranensi tradita obseruata esset. A B

Nota. Et eisdem, ac mihi, de sua gratia speciali, a casibus etiam eidem reseruatis (pro animarum salute) absoluendi auctoritatem præstare: Et ipsi vna mecum pro eadem dominatione vestra, vnusquisque sibi grege commisso, assidue reddemur apud Deum supplices precatores: Quam idem Dominus, longæuos in annos, ad cunctorum salutem conseruare dignetur.

Collector. Facta ista præsentatione, & seruatis seruandis supradictis (nisi Ordinarius caussam legitimam haberet non admittendi aliquem) siue admittat, siue non: possunt dicti Fratres absoluere subditos prædicti Ordinarij ab omnibus casibus, a quibus possunt Presbyteri Parochiales; vltra id, quod per Priuilegia particularia concessum est; & non oportet dictam præsentationem iterare in vita illius Episcopi; licet aliquorsum se transferant Fratres ad morandum; cum ad dictam Diœcesim iterum ad morandum reuersi fuerint: vt habetur in dictione C

Nota. Absolutio, quoad sæculares. 1. in, §. 4. Attamen ad euitandum, & euadendum tot ambages, securius est, quod Prouincialis per se, vel per alium accedat ad Episcopum, rogans eum, quod admittat tot Confessores, quot ipse determinatos habeat in sua intentione; supplicans ipsi, quod eos acceptare dignetur: ac si in omnibus, & per omnia seruata esset forma iuris, contenta in Clementina Dudum, & in Conc. Lateranensi. Quod si dignetur facere, tales Confessores sunt præsentati in illa Diœcesi per totam vitam suam, dum tamen ipse intédat quid facit. Si autem Episcopus noluerit, oportebit seruare supradictam formam: & alias non possent Fratres audire confessiones de iure; ac per consequens nec absoluere. D

Secũda forma præsentandi Confessores. Alter modus præsentandi Fratres Confessores habetur per Concessionem Innocentij VIII. qui potest fieri per quemcumque Guardianum; etiam si non habeat commissionem ab aliquo Superiore; prout habetur in dictione Absolutio, quoad sæculares primo, §. 12. Attamen iste secundus modus est onerosus: debet enim fieri quolibet anno, & est dubium an sic præsentatus habeat Concessiones particulares, factas Confessoribus nostris, vt supra præsentatis. Ideo ego non curarem de isto, nisi in casu necessitatis. E

Idẽ ait Nauar. loco infra citato in fine.

Collector. Vltimo circa huiusmodi Præsentationis materiam, est sciendum, quod nuper Clemens VII. fecit quamdam concessionem; quæ posita est in dictione Absolutio, quoad sæculares primo, in §. 16. virtute cuius, multis non spernendæ auctoritatis, visum est, quod vnica præsentatio, secundum formam iuridicam suprascriptam facta sufficiat Fratribus Confessoribus per totam vitam eorum, etiam si ad alias quascumque Diœceses transeant. Alijs tamen videtur aliter, prout post præfatam concessionem positum est. Verumtamen per communicationem priuilegiorum Ordinum non Mendicantium, Ordini nostro factam,

Nota.

vide-

A videtur omnino sublata necessitas, vel obligatio Præsentationis; prȩsertim virtutæ concessionis, quæ habetur in dictione Absol. quoad sæculares 2. §. 18. & 19. Virtute cuius nihilominus poterunt Frat. Confess. absoluere a casibus reseruatis Episc. vt patet in præallegato §. 19. ibi: prȩter quam Sedi Apost. dumtaxat reseruatis. Sed ad omnẽ scrupulum, & ambiguum in hoc amouendum, nullatenus videtur omittenda Præsentatio iuridica, saltem semel pro semper. Ac etiam, quia huiusmodi omissio Præsentationis esset caussa scandali Prælatis Ecclesiarum: & forte ob hoc mouerentur ad procurandum reuocationem priuilegiorum, & reductionem ad ius commune; prout in Concilio Lateranensi vltimo, sub Leone X. celebrato, cum adhuc præfatam communicationem pri-
B uilegiorum non haberemus, procuratum, & partim obtentum est. Non enim omnibus licitis vti oportet, iuxta Apostoli sententiam dicentis. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.

Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 266. tenet, quod semel præsentatus non indigeat noua prȩsentatione: quod intelligo ego in eodem, scilicet, Episcopatu: vbi etiam ait tales, confessores sic prȩsentatos non debere absoluere a casibus Episcopo reseruatis, & minus dispensare in votis, &c. nisi accepta ab eo facultate: tamen Silu. verbo Confess. q. 5. contrarium tenere ait. Capuccin.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

C QVOAD *id, quod Collector tandem dicit, circa Concessionem Clem. V. notandum, quod, vt habetur supra annotatum, tit. Absolutio, quoad seculares 2. §. 16. sufficit, quod sit semel præsentatus, quia tam semper, & vbique censetur præsentatus.*

CAPVCCINI ANNOTATIO.

NOtandum, quod priuilegia Mendicantibus concessa super necessitate, vel modo præsentandi Ordinarijs Confessarios sui Ordinis, non sunt eis sublata per Conc. Trid. sess. 25. cap. fin. tit. de Regul. quia ibi solum ea priui- 1
D *legia tolluntur, quæ sunt contraria iuribus communibus in supradictis capitulis illius tituli, in quibus nullibi reperitur, obseruari debere ius præsentandi præfatos Confessarios.*

Adeo, quod licet reperiantur alia priuilegia contraria, alijs iuribus canonicis, ibi non expressis, non censentur tamen sublata; vt tenet Nauar. in sua Sum. titu. de Interdicto, in fine.

Notandum, quod Pius V. in Constit. quadam anni 1571. emanata, moderando ea quȩ 2
in alia Constit. sua 38. disposuerat, statuit, Regulares cuiuscumq; Ordinis etiam Mendicantes, Lectores, aut in Theologia graduatos non posse sȩcularium confessiones audire, nisi fuerint ab Ordinarijs approbati iuxta Conc. Trid. sess. 23. cap. 15. de Reformat. & Greg. XIII. Const. 15. volens tamen eos, qui semel ab Episcopo in ciuitate & diœcesibus suis præuio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari: Ab Episcopo autem successore pro maiori conscientiȩ suȩ quiete examinari denuo poterunt. Const. Vnica præsentatio, & approbatio an sufficiat.

Plura tamen pro hac materia Prȩsentationis Confessorum dixi supra in verbo Absolutio f. 37. & in Resolutionibus absolutionum, in 5. capite principali, vbi specialiter tractatur, An vnica prȩsentatio sufficiat pro semper in omnibus Episcopatibus, vel saltem in eo, vbi fuerit facta prȩsentatio.

Et Not. etiam quod pro confessionibus regularium, & monialium audiendis nihil innouat Conc. Trid. sed manet ius antiquum, vt Prælatus exponat Confessarium, vt supra, in verbo Moniales dixi. 3

A

PRIVILEGIA FRATRVM.

Distinctio materiæ Priuilegiorum Fratrum.

Collector. IRCA Priuilegia Fratrũ, multa debent considerari. ¶Primo, illorum firmitas. Et hoc continetur infra, §.5.& 6.& 7.& 9.& 12.& 15. Et alijs sequentibus, vsque ad finem. ¶Secundo debet attẽdi huiusmodi Priuilegiorum interpretatio, seu declaratio, ad quem pertinear. Et de hoc habetur infra, §.5. & 15. & 19. ¶Tertio eorumdem Priuilegiorum suspensio, seu reuocatio. Istud autem ponitur infra, §.6. & 8. & 12. & 17. & 25.& 26. & 27. ¶Quarto sunt considerandæ nonnullæ prohibitiones, respectu prædictorum priuilegiorum. Istæ vero habentur infra, §.3.& 13.& 14.& 16.ac 23. ¶Quincto est attendenda eorumdem Priuilegiorum communicatio. Et de hoc habetur in dictione Communicatio Priuilegiorum. ¶Vltimo, quia circa suspensionem, & reuocationem huiusmodi Priuilegiorum occurrũt multæ dubitationes, ponuntur in fine quædam notabiles quæstiones. B

1 Ex iure cõi. INNOCENTIVS III. statuit, seu declarauit, quod innouatio Priuilegij, seu noua concessio, nouum ius non tribuit: sed antiquum ius conseruat. Habetur in c. Ex parte. extra de priuilegijs. ¶Vbi glo. super verbum, Antiquum ius, ait: Nota ergo, quod per innouationem huiusmodi, nihil iuris acquiritur: sed antiquum conseruatur. C

2 Idem Innocentius in c. Quia intentionis nostræ, extra de priuilegijs, confirmans supradictum, ait. Innouatio nec ius nouum confert, nec vetus tollit.

3 Prohibitio. ALEXANDER IV. præcepit Ecclesiarum Prælatis, vt permittant Fratres Minores, & Prædicatores vti suis priuilegijs, & Indulgentijs, ac Regularibus Obseruãtijs, & Statutis per Sedem Apostolicam approbatis, b. fo.22. B. ffo. 24. concess. 11.

4 Idem Alexander decreuit irritas, & inanes omnes sententias, quas Archiepiscopi, Episcopi, & Prælati, Rectores, & Clerici ferre præsumpserint, contra Fratres Ordinis Prædicatorum, seu in eorum aliquem: aut in loca eorum: seu quoscumq; alios, occasione ipsorum Fratrum, contra indulta concessa Ordini præfato a sede Apostolica, vel in posterum concedenda, b. ffo. 115. conc. 509. D

5 Interpret. CLEMENS IV. inhibuit districte omnibus Ecclesiarum Prælatis, ne interpretari præsumant priuilegia, & indulta concessa Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus, siue clara, quę interpretatione non indigent; siue dubia contineant. Et voluit, quod interpretatio super huiusmodi dubijs, & obscuris reseruetur Sedi Apostolicæ: cum eius sit interpretari, cuius & condere, b. fo.30. Et ffo.31. concess. 31.

6 Ex priuile. Fr. Prędic. EVGENIVS VI. concessit Fratribus Ordinis Prædicatorum, quod virtute quarumcumque litterarum Apostolicarum concessarum, & concedendarum, non possit vllo modo præiudicari, seu derogari priuilegijs prædictorum Fratrum: nisi de ipso Ordine, & de huiusmodi litteris fiat de verbo ad verbum expressa mentio, B. ffo.79. conc.239. E

7 Confirmat. SIXTVS IV. confirmauit omnia priuilegia ab eodem, vel a Prędecessoribus suis concessa Ordini Fratrum Minor. & præsertim contenta in Bulla eiusdem: quæ incipit: Regimini vniuersalis Ecclesiæ. Non obstãtibus quibuscumq; litteris postmodum ordinatis a sua Sanctitate: præsertim illis, quæ incipiunt Super curam gregis Dominici, o. ffo.68. conce.127.

8 Confirmat. Idem Sixtus confirmauit omnia Priuilegia a sua Sanctitate, vel a suis prędecessoribus concessa Ordini Minor. exceptis indulgentijs generalibus, quoad visi-

A visitantes loca Fratrum, vel Sororum; & hoc de concessis in genere; addendo, quod non intendit sua Sanctitas, quod indulgentię prędicto Ordini concessę *Reuocatio.* pro personis Fratrum (siue sint generales, siue non) reuocentur, per quascumq; litteras Apostolicas, etiam Cruciatę. Et idem de alijs Priuilegijs: nisi in talibus litteris Apostolicis fiat expressa mentio de indulto huiusmodi, & Ordine prędicto, o. fo. 64. Et ffo. 68. conc. 137.

Aduerte circa prędictam concessionem, quod communiter ponuntur in bullis Cruciatę, & alijs similibus talia verba, quæ ęquipollent expressioni neces- *Collector.* sarię ad reuocationem, vel suspensionem Priuilegiorum Fratrum, etiam Men- *Nota.* dicantium. Semper tamen sunt inspiciendę derogationes talium bullarum, &
B conferendę cum non obstantijs Priuilegiorum Fratrum, vt sic appareat quid pręualere debeat.

Idem Sixtus concessit Generali Fratrum Mino. quod, quando viderit aliquem Fratrem sui Ordinis abuti gratijs, & facultatibus Apostolicis: possit & 9
valeat huiusmodi gratias suspendere, & suspensas tenere, donec (quamprimum commode poterit) consulat desuper, Romanum Pontificem; & ab eo re- *Suspensio.* sponsum habeat. Et super hoc onerat conscientiam prędicti Generalis, b. fo. 56. Et ffo 52. conc. 58.

Idem Sixtus in Mari magno, Motu proprio, & ex certa scientia, auctoritate Apostolica approbauit, & robur perpetuę firmitatis obtinere debere decreuit, 10
omnia, & singula priuilegia, per quoscumque Summos Pontifices prędecesso- *Confirmat.*
C res suos Ordini Fratrum Minor. & illius domibus, & professoribus (in genere sub quacumque verborum forma) concessa; ac, pro potiori cautela, omnia & singula prędicta de nouo concessit, & indulsit, B. fo. 59. Et ffo. 142. conc. 343.

Idem Sixtus in Mari magno districte inhibuit Prelatis ordinarijs locorum 11
sub interdicti ingressus Ecclesię, & suspensionis a regimine, & administratio- *Pro Fratr.* ne suarum Ecclesiarum; ac Rectoribus Ecclesiarum, & alijs quibuscumque sub *Prędica. &* excommunicationis latę sententię, & priuationis earumdem Parochialium *Minor.* Ecclesiarum, ac omnium aliorum Ecclesiasticorum beneficiorum, quę obti- *Excommu.* nuerint, necnon inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, pœnis; eo ipso, per eos, qui contrafecerint, incurrendis: ne Ordines Fratrum Prędicatorum & Minorum, & illorum domos, & professores: pręter, aut contra priuile-
D gia, & indulta Romanorum Pontificum quorumcumque prędecessorum eiusdem Sixti; vel contra suarum litterarum tenorem; inquietare, seu molestare pręsumant, B. fo. 61. Et ffo. 145. conc. 355.

Idem Sixtus in Bulla aurea, prope finem, posuit graues pœnas, & censuras, 12
contra quascumque personas inhibentes, seu impedientes quominus Fratres Ordinum Prędicatorum, & Minorum vtantur libere priuilegijs, & gratijs sibi concessis. Et ponit ibidem non obstantias notabiles, B. ffo. 150. concessione 368.

INNOCENTIVS VIII. fecit Fratribus Ordinis Prædicatorum Congregationis Hispanię, circa eorum Priuilegia, sequentem Concessionem. 13
E Quia nonnulla dubia occurrunt, & occurrere possunt Fratribus Ordinis Prę- *Pro Fratr.* dicatorum Congregationis Hispanię, super gratijs, & Priuilegijs, tam Ordini, *Prędicator.* quam Congregationi prędictę concessis, idem dominus Innocentius, pro secu- *Interpretatio, Particularis pro Hispania.* ritate conscientiarum prędictorum Fratrum, concessit facultatem Vicario Generali dictę Congregationis pro tempore existenti, cum aliqua persona, in dignitate Ecclesiastica constituta, & duobus alijs Iurisconsultis, interpretandi huiusmodi dubia. Et quod Fratres dictę Congregationis secure possint stare declarationibus, per eosdem faciendis, o. ffo. 76. conce. 195. prope finem. Et ffo. 101. conc. 394.

Scien-

Collector. Sciendum est circa prædictam concessionem, quod illud, quod conceditur hic Vicario Generali Fratrum prædictæ congregationis, debet intelligi etiam esse concessum cuilibet Prouinciali Fratrum Mino. prouinciarum Castellæ,& Legionis:& non aliarum prouinciarum,extra huiusmodi Regna. Et hoc ratione communicationis specialis,factæ huiusmodi Fratribus, quæ habetur in dictione Communicatio priuilegiorum,§.13. A

14 *Prohibitio.* ALEXANDER VI. decreuit, & ordinauit, quod Fratres Minor. nequeant vti gratijs, vel facultatibus in forma Breuis dumtaxat concessis, quæ per Bartholomęum Floridum olim Secretarium suum subscriptę fuerunt: nisi ad id suorum Superiorum Generaliū,vel Prouincialium pro tempore existentium,accedat assensus: perinde ac si in litteris prædictarum facultatum,& gratiarum adiecta foret prædicta conditio,b.ffo.55.conc.64. B

15 *Confirmat. & reuocat.* IVLIVS II. declarauit, quod per confirmationem Priuilegiorum Fratrum Minorum per Sixtum IV. factam, ac eorumdem Priuilegiorum nouam concessionem,per hęc verba (de nouo concedimus) solummodo fuerunt confirmata Priuilegia dicto Ordini concessa; & non alias reuocata,B.fo.43.Et ffo. 126. concessione 277.

Collector. Prædicta declaratio creditur sic facta fuisse absolute, & generaliter propter defectum relationis. Quia multi famosi Doctores vniuersitatis Salmantinæ *Nota.* declarauerunt,& determinauerunt,quod quandocumque aliqua Priuilegia cō ceduntur de nouo, cum sequenti clausula: Non obstantibus reuocationibus Apostolicis;prout in Bulla aurea continetur: intelliguntur viuificata,& de nouo concessa, etiam illa, quæ fuerant reuocata. Nam aliter nihil operarentur prædicta verba: cum tamen verba, in litteris Apostolicis posita, debeant aliquid operari. C

16 *Ex Priui. Fr. August. Confirm.* Idem Iulius fecit copiosissimam confirmationem Priuilegiorum, qualitercumque concessorum Ordini Fratrum Augusti. & perpetuę firmitatis robur obtinere decreuit. Et insuper singula priuilegia, immunitates, exemptiones, concessiones, indulgentias, peccatorum remissiones, & indulta quęcumque quibusuis Congregationibus,seu Societatibus, aut alijs locis, & illorum personis dicti Ordinis Fratrum Augustinien. Regularis Obseruantiæ generaliter concessa ad totum ipsum Ordinem prædictorum Fratrum, & illius personas, ac si illis etiam specialiter concessa fuissent,extendit,& communicauit, B.ffo. 66.conc.106. D

17 Idem Iulius concessit Fratribus Augustiniensibus: quod Priuilegia eorum omnia integre,& ad verbum,vt sonant,plenissime,atque inuiolabiliter, vbiq; gentium obseruentur.b.ffo.95.conc.311.

18 *De validitate priuil.* Idem Iulius proprio Motu,ac de plenitudine suæ potestatis, voluit, & statuit, ac decreuit, vt quęcumque Concessio Apostolica facta Ordini Fratrum Augustiniensium,vel eiusdem Ordinis Generali;siue directe,aut per communicationem Priuilegiorum aliorum Ordinum,eamdem omnino vim, atque ef*Nota.* ficaciam perpetuo habeat,tam in iudicio,quam extra iudicium, ac si plumbeo sigillo obsignata esset: Et hoc intelligi voluit,tam de ijs,quæ in forma Breuis, quam de ijs,quę per Supplicationes expeditę sunt: in quibus placuit,vt sola signatura sufficeret,B.ffo.167.conc.698.Et ffo.76.conc.129. E

19 *De validitate Priuil.* Idem Iulius proprio Motu, & ex certa scientia,ac de plenitudine suę potestatis decreuit, & mandauit, vt quęcumque Priuilegia dicto Ordini Augustiniensium,vel eiusdem Ordinis Generali,vt cumque concessa;siue ipsa exemplaria, siue eorum transumpta ostendantur, Prǽlati alicuius, aut publici Notarij manu signata, aut etiam Generalis dicti Ordinis sigillo firmata, eamdem *Nota.* omnino vim habeat,& illis fides adhibeatur, ac si plumbi signum haberent,B. ffo.

A ffo.268. concessione 698. Et ffo.67. concessione 130.

¶ LEO X. fecit consimilé concessionem Præfatis Fratribus Augustiniensibus, proue Iulius II. in concessione immediate supraposita fecerat, nullo immutato, nec addito verbo, b. fffo.123 conce.559.& 560. 20 *De validitate Priui.*

¶ Idem Leo statuit, quod si Sæculares contraire Mari magno, vel cuiquam Concessionum Fratrum Eremitarum Sancti Augustini temere ausi fuerint, pro excommunicatis publicentur. Si autem Clerici fuerint, præter censuram supradictam, dignitatibus, & beneficijs Ecclesiasticis priuati sint, eaq; libere impetrari posse decreuit, b. fffo.122.conce.558. 21 *Prohibitio. Excõicatio*

¶ Idem Leo concessit, quod Fratres Mino. Regularis Obser. secura conscientia possint vti omnibus eis concessis à Sede Apostolica, & Romanis Pontificibus, siue per Bullas, vel Breuia, aut viuæ vocis Oracula (prout in libris Ordinis reperiuntur) ac si omnia specifice fuissent præfato Summo Pontifici expressa. Et pro maiori conscientiarum securitate, omnia præfata priuilegia de nouo concessit. ¶ Voluit etiam, quod non sint minoris efficaciæ, & valoris, viuæ vocis Oracula, quam si per Bullam, aut Breue; ad perpetuam rei memoriam essent concessa. Sed hoc in foro conscientiæ tantum, O. fffo.58.conc.191. 22 *Amplissima noua concessio. Nota. Oracula.*

¶ Idem Leo concessit, quod virtute Bullarum Cruciatæ contra Infideles, vel aliarum indulgentiarum generalium, quascumq; reuocationes, aut suspensiones Priuilegiorum Ordinum, etiam Mendicantium, cõtinentium, numquam intelligantur reuocata, nec suspensa indulta, priuilegia, & gratiæ concessæ, quoad personas Fratrum Mino. Obser. & quoad suspendendum interdictum in Festiuitatibus Sanctorum sui Ordinis, nisi de ijs specifice, & nominatim mentionem facerent, O. fffo.60. concessione 177. 23 *Reuocatio.*

C ¶ Idem Leo concessit, quod Generalis Fratrum Mino. in suo Capitulo generali, & quilibet Prouincialis in suo Capitulo prouinciali (de consensu eiusdẽ Capituli, vel maioris partis) declarare possit, & valeat, vtrum ab vsu alicuius concessionis viuæ vocis Oraculo factæ, abstineri debeat. Post quam quidem declarationem, tam Fratres, quam Moniales suæ obedientiæ, ac si concessio huiusmodi per Sanctitatem suam suspensa, vel reuocata fuisset, concessione eadem in posterum non vtantur, o. fffo.94. conce.296. 26 *Declarare. Reuocatio.*

D ¶ Idem Leo, postquam in Concilio Lateranensi moderauit, seu reuocauit in aliquibus Priuilegia Fratrum Mendicantium: declarauit, quod omnia, & singula Priuilegia prædictorum Fratrum Mendicantium, qualitercumq; eis concessa, permanserunt, & permaneant in suo robore: exceptis illis, in quibus fuerunt moderata, seu reuocata. Et ad abundantiorem cautelam, Priuilegia prædicta, cum dictis modificationibus, Motu proprio innouauit, ac districte præcepit, & mandauit Ecclesiarum Prælatis, vt Religiosos præfatos super alijs priuilegijs non modificatis, molestare noon præsumant: sed sua eis iura, & priuilegia inuiolabiliter obseruent, B. fffo.27. conce.88. habetur in Constit. 17. ipsius Leonis, in Bullario. 27 *Reuocatio. Noua concessio.*

E ¶ Idem Leo postea reualidauit, ac in pristinum statum restituit omnia priuilegia Fratrum Minorum Obser. quoad forum conscientiæ tantum. Et hoc solum Oraculo viuæ vocis. ¶ Vide in dictione Concilium, §.7. 28

¶ Idem Leo reualidauit omnia priuilegia, etiam quoad forum iudiciale; sicut positum est in dictione Communicatio priuilegiorum, §.2. 29 *Collector.*

Circa supradictum vide notata, seu addita in dictione Concilium, post §.7.

¶ Idem Leo statuit, & ordinauit, & decreuit, quod in quibuscumque caussis per Fratres Minores Obser. vel contra eos in Romana Curia, vel extra eã, prò tempore mortis; ad quarum prosecutionem, & defensionem aliqua clausula, vel clausulis, ex contentis in litteris Apostolicis Mare magnum nuncupatis; 30 *Concessio notabilis pro foro iudiciali.*

& alijs quibuscumq; in posterum forsan concedendis, indiguerint huiusmodi Fratres, mandata, citationes, & inhibitiones, quæ earum vigore fieri contigerit, etiam illarum non inserto tenore; sed solum effectu clausulæ deputationis, seu concessionis, & iurisdictionis huiusmodi, vna cum clausula rei, super qua agitur ex ipsis litteris originalibus, aut earum transumpto authentico, de mandato iudicis, coram quo fuerint productæ, per Notarium publicum fideliter extractis, perinde eos, quos concernent, arctent, & processus earum vigore pro tempore habiti valeant, & eo prætextu, quod, non inserto tenore delegationis, facti fuerint; de inualiditate impugnari nequeant, dummodo in primo actu, coram ipso mandante, vel citante, antequam ad vlteriora procedatur, ipsæ litteræ originales, aut earum transumptum authenticum, exhibeantur. A B

Nota. Quodq; solum clausulæ huiusmodi extractæ, vt præfertur, & non totus ipsarum litterarum tenor, apud acta registrari, & quod ipsi Iudices, etiam delegati Apostolici, iuxta clausulæ, vel clausularum sic coram eis pro tempore productarum continentiam, & tenorem, iudicare, & diffinire debeant, ac si ipsæ litteræ originales, seu earum transumptum authenticum producta, & registrata forent. Et quod præmissis in aliquo, per quemcumque etiam Ministris, & alijs Fratribus dicti Ordinis concedendo: nisi eis, & pro tempore existentibus Generalibus; aut suis Commissarijs Romanis Curiam sequentibus, vocatis, & auditis: & in illis contineatur Romanum Pontificem pro tempore existentem eosdem desuper vocasse, & audisse: derogari non possit, nec derogatum censeatur. Habetur in libro Ordinis Italico, impresso Venetijs: in fine secundæ partis. C

31 *De trāsumptis Priuilegiorum.* ¶ Idem Leo statuit, quod transumptis quarumlibet litterarum Apostolicarum, Fratribus Minoribus Obseruantiæ concessarum, manu Notarij publici subscriptis; & sigillo alicuius Curiæ Ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, munitis: eadem prorsus fides in iudicio, vel extra adhibeatur, quæ ipsis litteris originalibus adhiberetur, si originaliter exhibitæ, vel ostensæ forent. Non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus. Habetur in libro Ordinis Italico, impresso Venetijs, in fine secundæ partis.

32 *Cōfirmatio Priuilegiorum trium Ordinū S. Francisci. Poni vt ista ualla in fine.* ¶ CLEMENS VII. Motu proprio, & ex certa scientia, omnia, & singula Priuilegia, immunitates, exemptiones, indulgentias, peccatorum remissiones, & gratias, ac omnia, & singula indulta Ordini Fratrum Minorum Regularis Obseruantiæ, & Sanctæ Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato Ordinibus, illorumq; Fratribus, Monialibus, Sororibus, & vtriusq; sexus personis, ac Monasterijs, Domibus, Ecclesijs, & locis quibuscumque, etiam per modum extensionis, seu communicationis, & alias quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores suos; ac per ipsum, & per Sedem Apostolicam, approbauit, ac innouauit, & perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere, decreuit; prout latius habetur supra, in dictione Communicatio Priuilegiorum, §. 19. D

Collector. Notandum, quod in litteris huiusmodi confirmationis ponuntur exmiæ non obstantiæ, dicendo. Non obstan. quibusuis litteris Apostolicis, per quoscumque Romanos Pontifices, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine: & cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, reuocatiuis, modificatiuis, &c. Quæ verba, quantum operentur, positum est supra, in dictione Concilium, post. §. septimum, prope finem.

A

Ex Priuilegijs Carthusiensium.

NICOLAVS IV. concessit Carthusiensibus, vt possint vti Priuilegijs eis concessis, etiam si propter simplicitatem, & iuris ignorantiam, vsi non fuerint retroactis temporibus; dummodo eis non sit per præscriptionem, vel alias legitime derogatum, B. *Collector.*

Sequuntur quædam quæstiones pro intellectu Priuilegiorum Ordinibus Mendicantium concessorum.

B PRIMA quæstio est. Quia in plerisq; concessionibus supradictis, & in toto nostro Mari Magno, & alijs Priuilegijs continetur: quod non intelligantur reuocata, nisi de eis fiat mentio, de verbo ad verbum; vt puta, conceditur nobis, vt non teneamur ad procurationem legatorum, etiamsi in litteris eorumdem dicatur: vt tam non exempti, quam exempti teneantur ad hoc onus: nisi de hoc indulto, nobis concesso, fiat mentio, de verbo ad verbum. postea Papa concedit Legato, vt possit exigere procurationem a quibuscumq; personis etiam exemptis: quamuis talia habeant Priuilegia, quod de eis sit facienda mentio, de verbo ad verbum: quæ voluit in litteris Legati, haberi pro expressis: quæritur nunc, vtrum per has litteras Legatorum, sit derogatum Priuilegio nostro? Et sic de similibus. *Quæstio circa derogationem Priuilegiorum Fratrum.*

C Et licet super hoc multi multa dixerint: tamen semper maior & sollemnior pars Doctorum tenuit, Priuilegio nostro derogatum esse. Tandem Felinus, in c. Nonnulli, de Rescriptis compendiosissime tractans hanc materiam, & ibi adducens omnes super eam scribentes, concludit, quod si hoc habet stylus Curiæ, indubie derogatur priori Priuilegio. Et quod hoc habeat stylus Curiæ, est plusquam manifestum, cum in nullis reuocationibus inserantur litteræ priores: nisi aliquando ad abundantiorem cautelam. Ac propterea non debent opinari Fratres, quod sua Priuilegia sint immutabilia, sicut si sic essent ligatæ manus Pontificum, vt non possent derogare concessa a se, vel a suis prædecessoribus, D nisi illa insererentur: cum esset impossibile omnia scire, cum sint innumerabilia, & peculiaria. Est tñ aduertendum: an relatio Breuis, vel Bullæ, super quam fit concessio, sit vera. Nam si est falsa, nihil valet, quod conceditur, etiam si contineat maximas clausulas, & non obstantias. Item est aduertendum: an in totum, vel in partem, aut ad tempus derogent prioribus. Nam, licet habeāt litteræ secundę magnas non obstantias, & amplas generalitates: nō derogant, nisi illis, contra quę sunt. Verbi gratia. Ego habeo Priuilegium, vt in partes Hierosolymitanas possim transire; postea prohibetur, quod in illas partes nullus trāseat: non obstantibus quibuscumq; Priuilegijs concessis Ordinibus, vel personis, &c. etiam si de eis eorumq; totis tenoribus, &c. numquid non potero proficisci ad Compostellam, cum habeam aliud Priuilegium hoc mihi concedens. *Responsio ad quæstionem.*

E Si diceres, non: quia omnibus Priuilegijs est derogatum: intellige oībus Priuilegijs derogatum, quoad transeundum in Hierusalem. ¶Sed quia derogatio potest fieri quoad totalē reuocationem, vel quoad temporalem suspensionē: ideò quęritur secundo qđ de suspensionibus Priuilegiorū, quę quotidie fiunt, qñ concedūtur Bullę Cruciatæ, vel Fabricæ Ecclesiæ Apostolorū Petri, & Paulli; siue tpe Iubilei, aut aliç similes? Dicendum, qđ inspicienda sunt verba, & secundū ipsa iudicandum; prout in alia quæstione iam dictum est: ideo de hoc nō quęrimus. Sed quæritur quot, vel quę Priuilegia cōprehendant tales suspensiones? Et videtur, quod solū comprehendant, & suspēdant illa, quę possent impedire, *Quæstio 2. de suspensione Priuilegiorum. Per Iubilęū Responsio.*

Quæstionis vel retardare effectum illorum, quæ per tale Iubilæum exhortantur quod fiāt; A
vt proficisci Romam ad consequendum Iubilæum: ire ad bellum contra infideles ad consequendam Indulgentiam: accipere bullā, & contribuere certā quantitatem pecuniæ pro eadem caussa. Nam si ego haberem per Priuilegiū illud, quod conceditur per Iubilæum, vel Cruciatam, &c. vel per confessionalia, & similes facultates: non curarem de dicto Iubilæo, seu Cruciata, &c. ideo suspenduntur talia Priuilegia, & facultates, & aliæ quæstuariæ applicationis Cruciatæ, &c. non autem Priuilegia super alias materias, vel in Bullis Cruciatæ non contenta; aut per Iubilæum non concessa. Quia absurdum esset, quod suspéderet illud, quod mihi non potest præbere, quia non habet. Sed dimissa quæstione de suspensione per Iubilæum, & alias Bullas, quas non vidimus: dicamus de B
Cruciata concessa in Hispania primo contra Mauros Regni Granatæ: deinde contra infideles partium Africæ. Et dicimus, quod clausula suspēsionis in forma, & ad litteram continebat hæc verba. Et ne, propter alias Indulgentias in hoc sancto opere tardiores Christi fideles existant: omnes similes, aut dissimiles indulgentias, & facultates a nobis, & eadem Sede, vel eius auctoritate, quibuscumq; Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, & pijs locis, Vniuersitatibus, Confraternitatibus, & singularibus personis: plenarias, tēporales, & perpetuas in vita, vel mortis articulo in dictis Regnis concessas; pro hmōi expeditione dumtaxat ad tempus triennij duratura, suspendimus: ita, quod illæ, etiā si clausulas aliquas, contra futuram earum suspensionem, in se continerent (quarum tenores, & formā, ac si de verbo ad verbū insererentur præsentibus, haberi volumus pro expressis) nemini interim vllatenus suffragentur. Et sub excōicationis latæ sententiæ pœna, huiusmodi Indulgentiæ, durante triennio, publicari, & prædicari, & earum prætextu quæuis pia suffragia postulari nequeant. C

Vide quæ ego dixi supra ī verbo Cruciata. Per Bullā Cruciatæ.

Quæstio 3. de suspēsionibus contentis in Bullis Cruciatæ.

Nunc quæritur 3. quomodo, vel in quibus prædicta suspensio intelligatur. Et videtur, quod solum in Indulgentijs concessis, visitantibus Ecclesias, Monasteria, Hospitalia, &c. Patet hoc: nam ibi dicitur: Omnes similes, aut dissimiles Indulgentias plenarias, & temporales, & perpetuas. Additur etiam, quod non prædicentur, aut publicentur, nec quæuis suffragia postulari queant, suspensione durante. Item in principio clausulę, dicitur: Ne propter alias Indulgentias, &c. Attamen, quia ibi dicitur: ne tardiores Christi fideles existant, &c. D
posset forte dici, quod omnes aliæ gratiæ, siue facultates, quarum similes continentur in Bulla Cruciatæ, suspenduntur: videlicet cōfessionalia, & aliæ quęcumq; ibi contentæ. Nam videtur velle Papa, quod (vt Christi fideles necessitentur ad accipiendum istam Cruciatam, & contribuendum) non possint facultatibus contentis in Bulla Cruciatæ, per Bullas, vel confessionalia antea habitis, vti. Dicere enim (prout aliqui ausi fuerunt) quod per istam suspensionem suspendebantur omnia Priuilegia, facultates, & indulta, quibuscumq; personis facta, est ita absurdum, quod non indiget reprobatione. Nam esset dicere, qđ etiam esset derogatum Priuilegijs eorum, qui habent facultatem testandi, & Priuilegijs Religionum, vniuersitatum, & aliarum personarum: super diuersis E
materijs; ita quod, durante tempore suspensionis, non possent tunc vti eis, illa habentes. Et sic, quod pro illo tempore, essent Religiones Ordinarijs subiectæ, & quod nō possent Prælati Religionum absoluere suos subditos a casibus eis per Sedem Apostolicam concessis, neque a casibus Episcopis reseruatis; nisi sibi Episcopi darent commissionem. Et sic de alijs infinitis inconuenientibus.

Resolutio quæstionis.

Propter quod tenendum videtur (prout supradictum est) quod per suspensionem supradictā, suspenduntur oēs Indulgentię quęstuariæ, & oēs facultates contentæ in Bulla Cruciatæ huiusmodi, quæ antea virtute aliorū indultorum habeban-

A habebantur. Et quoad Religiosos, est etiam aliud; quia scilicet in tali suspensione, non suspenduntur concessiones Religionum: quia licet dicatur de Monasteris, intelligendum videtur de Indulgentijs concessis visitantibus Monasteria, &c.

Sed an etiam propter hoc, Indulgentiæ suspendantur, quoad Fratres. Videtur quod non. Nam, prout dixi, non suspendit concessiones Religionum, neque sunt quoad Religiosos quæstuariæ: cum illas non consequantur, porrigendo manus adiutrices, sed cor purum, & orationes deuotas; quibus plus proderunt intentioni cruciatæ, quam pecunijs. Et sic, videtur, quod non sunt in præiudicium Cruciatæ. Et forte hoc intendit Sixtus IV. talia verba dicens; vt patet supra in dictione Indulgentiæ Stationum. §.7. ¶ Item quia in præfata clausula Cruciatæ, licet fiat mentio de Ecclesijs, & Monasterijs, &c. non tñ de Ordinibus fit penitus mentio. Ideoq; suspensio huiusmodi non tangit concessa Fratribus Ordinum. Ad quod facit illud vulgatum. Quod nõ mutatur, quare stare prohibetur? vt in l. Præcipimus, C. de appel. Et sic declarant semper Cõmissarij dictę Cruciatæ; cũ ad eos recurritur. Et in speciali, quoad Fratres Min. Obser. ita concessit Leo X. vt positum est supra, §. 25. Tamen securius esset procurare, quod emendaretur ille stylus, & quod expresse exciperentur indulg. Fratrum, quoad personas suas, & ẽt quoad alios, in ijs quæ non possunt diuidi. Vt videlicet, habemus Priuilegium suspendendi interdictum in nostris Festiuitatibus, non possemus bene ipso vti, nisi sæculares possent audire Diuina; licet per Bullas Cruciatæ ipsis concedatur; quod possint audire Diuina tali tempore, ianuis C clausis. &c. Hæc posita sunt propter multos scrupulos Fratrũ, & vt Prelati prouideant, aut prouideri procurent; quia aliter numq̃ sedabuntur aliqui Fratres.

Quæstio 4. de suspẽsione Indulgẽtiarũ Fratrum.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

VOAD §. 4. notandum, quod Alex. 4. ibidem. ff. 115. non decreuit, esse ipso facto irritas sententias, inflictas contra alios, occasione nostra, contra nostra Priuilegia: sed sententias contra nos decreuit irritas, & nullas ipso facto: Sententias autem contra alios, occasione nostra, contra nostra Priuilegia, decreuit forte irritandas, & annullandas per Iudicem. Ideo sic est generaliter tenendum: nisi in casu, aliud alicubi per Papam sit concessum, aut concedatur.

Quoad. §. 10. notandum, quod idem Six. 4. ibidem. & in Mari magno Carmel. f. 98. f. 100. decreuit irritum, & inane quidquid contra nostra Priuilegia; contra nos, & Moniales, seu Sorores utriusq; sexus gaudentes nostris Priuilegijs, a quocumque, quomodocumque attentetur; & omnes pœnas, & censuras, vel alia quęcumque contra nostra Priuilegia, contra prędictas personas, nullius esse roboris, & momenti ipso facto, etiamsi non allegentur ipsa Priuilegia, & nostra exemptio; quia iam notoria hęc omnia censentur.

Quoad. §. 12. notandum, quod Bulla aurea, de qua ibi agitur, habet etiam fol. 66. & idem Six. IV. ff. 597. dat modum procedendi contra quoscumque infringentes nostra Priuilegia.

Quoad. §. 15. notandum, quod cum opinione Collectoris ibidem concordat id, quod ipse, infra. §. 32. ponit de Concessione Clem. 7. & quod idem dixerat super tit. Concilium, §. 7. in fine fol. 43. & Panorm. post. Ioan. de lignario in cap. cum super, de cau. poss. & glo. in c. cum accessissent, de constitu. & diffuse id probat Sum. Ros. tit. Absolutio 1. . 122. §. 123.

Quoad. §. 22. notandum, quod idem Leo X. (vt habetur in Registro Ordinis, facto tẽpore Reueren. Minist. Gener. Fratris Francisci de Lichete) concessit anno Dom. 1519.

in vig. Visitationis B. Mariæ, viuæ vocis Oraculo, quod omnibus Priuilegijs, & Indul- A
tis, & Concessionibus in vtroq; foro impetratis, per Fratrem Ioannem de Costa, Com-
missarium quendã vltramon. quæ habentur. ff. 91. liceat nobis vti secure, quãuis fuerint
impetrata indebite, absq; caussa legitima, vel quouis alio modo indebite, etiam malitiose,
& mendaciter, dolose & huiusmodi, quæ omnia Dominus Papa habuit pro sufficiẽter ex
pressis, & suppleuit quoscumq; defectus in tali impetratione factos & tamquam, si de-
bite, & legitime impetrata fuissent, nobis licite vti concessit eisdem.

Quoad. §. 23. notanda sunt ea, quæ notantur a Collectore, in Compendio, tit. Indul-
gentiæ Stationum, quoad Fratres, post. §. 7. fol. 283. & 288. &c.

Quoad. §. 29. vbi ponitur reualidatio Leo. X. & cet. vltra id, quod notat Collector,
nota etiam ea, quæ supra. §. 15. notata sunt; quia faciunt ad idem. B

Quoad. §. 32. vide ea, quæ notata sunt supra. §. 15.

Quoad quæstionem primam, quam Collector ponit, notandum, quod prædicta determi
natio Collectoris ibidem, secundum Felinum, & communiter Doctores, est vera genera-
liter loquendo: nisi quando aliunde habetur, quod talis reuocatio non extenditur ad ta-
le Priuilegium; vt etiam est tex. optimus in l. omnes, in vers. specialiter. & nominatim
Cod. de præscrip. 30. annorum, quæ ibi multum notat Bal. & Aug. & reputant singu-
larem, & sollemnem; vid. hæc in gloss. Summa Angelica, titulo Excommunicatio 5. ca-
su. 31. & concordat Summa Siluestrina, titulo Exemptio, q 11.

Tandem quoad hanc materiam Priuil. notandum, vt habetur. ff. 128. quod Mare ma-
gnum Priuilegiorum, dicitur, & est vna compilatio multorũ Priuilegiorum, ibi mixtim,
confuseq; contentorum. Prædictum aũt Mare magnum, seu compilationem Priuilegiorũ C
fecerunt diuersi Summi Pontifices, pro diuersis Religionibus, & pro diuersis temporibus,
colligendo Priuilegia prædecessorum, & addendo sua. Ideo, quoad nos Fratres Min. Alex.
IV. Innoc. & Clem. IV. Honorius IV. Bonif. VIII. & Eug. IV. fecerunt singuli suum
Mare Magnum. Sed tandem Six. IV. colligendo omnia prædictorum Pontificum, & in-
super addens plura, fecit Mare Magnum Fratrum Mino. quod incipit, Regimini vniuer
salis Ecclesiæ, fo. 55. ff. 140. Mare Magnum Ordinis Prædicatorum fecit Gregor. XI.
Eug. IV. & tandem Six. IV. & incipit In nomine Domini. ff. 135. fff. 131. Mare Ma-
gnum Augustin. fecit Innoc. IV. Eug. IV. Nicol. III. & tandẽ Six. IV. in Priuil. Dum
fructus vberes, fff. 132. Mare Magnũ Carmelitarũ fecit idem Six. IV. in Priuileg. Dum
attenta, fo. 76. & isti sunt 4. Ordines Mendicantes. Post hoc a tempore Six. IV. additus D
est Ordo Minimorum a nostro Ordine Fratrum Mino. ortus, & deriuatus, & fuerunt Mi-
nimorum Mare Magnum fecit Sixt. IV. & tandem Iulius II. in Priuileg. Dum ad
sacrum, ffff. quarto.

CAPVCCINI ANNOTATIO.

In §. 27. *T IN Const. 17. ipsius Papæ Leonis, in Bullario, & in const. 4. Pauli*
IV. habetur etiam in illis, quæ ipsi Concil. Lateranen. contradicebant,
cum sit in const. illa explicitum.

In §. 32. *Hæc confirmatio fuit facta in anno 1525. Item Pius V. in Const. sua E*
38. in anno 1567. vt in Bullario, Mendicantibus, Monialibus, & Ter-
Vide etiam *tiarijs confirmat omnia Priuilegia, & Concessiones, eis a Sede Apostolica factas, &*
sup. in ver- *præcipue a Papa Eugenio IV. Sixto IV. & Leone X. Paullus III. & Gregor. XIII. in*
bo Cõmu- *sua const. 35. ex Benigna, in anno 1575. & Sixtus V. in constit. 26. in 2. par. Bullarij*
nicatio Pri *Fratribus de Obseruantia, & alijs supradictis, confirmant itidem omnia eorum Priuil.*
uil. in no- *quatenus sunt in vsu, & Canonibus, & decretis Conc. Triden. non contraria: & cum*
stra Annota *hac eadem fere clausula, in Bulla edita a Greg. XIIII. anno 1591. pro confirmatione*
tion. f. 199. *Ordinis Clericorum Regular. vocatorum Ministri infirmorum, communicantur eis om-*
nia Priuileg. Exemptiones, immunitates, &c. omnium aliorum Ordin. Mendic. & non

Mendic.

A *Mendic. & Societatis Iesu. Dicitur enim ibi, qua tamen sunt in vsu, nec sub vllis reuocationibus comprehensa, neque Decretis ipsius Concilij, nec ipsius Congregationis Regularibus institutis contraria. Vt est videre supra, in verbo Communicatio Priuilegiorum in nostra annotatione. fol. 139.* Communicatio Minist. infirmorum.

Et Pius IV. in Const. Principis Apostol. 1565. omnia Priuilegia concessa, & concedenda, qua fuerint Conc. Trid. contraria annullat, atq; ad terminos illius reducit.

Sed hic aduertendum (vt supra est dictum in verbo Absolutio) quod per talem confirmationem, non videntur ipsi posse absoluere ab his, qua in Bulla Cenę Domini reseruantur; licet possit contendi, quod possent, ab illis absoluere, viuente illo Pontifice confirmãte, vel saltem vsq; ad sequentem aliam illius Bulla publicationem, post factam illam Priuilegiorum confirmationem: maxime, quando sine aliqua exceptione fuerit facta con-
B *firmatio; illa, inter alias, ducti ratione, quam adduximus supra, fol. 181. in verbo Cruciata, in 5. quasito; dum ibi quaritur: An, tempore Iubilei Plenissimi, suspendatur Bulla Cruciata. Sed quidquid tamen sit, tutius erit quolibet anno, post Bulla publicationem, petere Priuilegiorum confirmationem, vt fuit sup. conclusum, in verbo Absolutio. fol. 8. & 20.*

Et licet Greg. XIII. in sua Const. 15. anno 1572. reduxerit ad ius commune dictam Constit. 38. Pij V. Per illud tamen, quod Concilio Tridentino non contradicit restat in suo robore, & eodem modo confirmantur ab ipsomet Concil. Trident. sess. 25. cap. 22. tit. de Regularibus.

Est etiam aduertendum, quod per illam clausulam apponi nunc solitam in confirmatione Priuilegiorum, Dummodo sint in vsu, & Sacris Canonibus, & Decretis
C Conc. Trid. non aduersentur. *Non est intelligendum (vt quidam male opinari videntur) de Sacris Canonibus Summorum Pontificum in Decretis, & Decretalibus contentis, sed de Sacris Canonibus, & Decretis Concil. Tridents. cum clare pateat, Concilium ipsum, & Canonibus, & Decretis constare. Et illud operatur illa copula (Et) coniungendo Canones cum Decretis Conc. Trid. Adeo, vt male sentire mihi videantur, qui aiunt sub illa particula (Canonibus) intelligi Decreta, & Decretalia Summorum Pontificum: & sub illa alia (Decretis Conc. Trid.) ea, qua sunt in eodem Conc. Trid. Et quod proinde, nulla, aut paucissima remanerent Mendicantibus Priuilegia; & ita esset equidem, si hac illorum valeret opinio. Sed quantum sit hoc absurdissimum, & a*
D *mente, & a verbis supradictorum Summorum Pontificum alienissimum, quis mente compos non videt? (vt etiam probaui infra, post finem huius Compendij post Bulla primã, ibi Annotatio Capuccini) dixissent enim si vellent intelligi de Decretis, & Decretalibus, Quatenus sint in vsu, & Sacris Canonibus Summorum Pontificum, & Decretis Sacri Conc. Trid. non aduersentur. Et hoc corroboratur etiam ex verbis ipsius Gregor. XIV. in Bulla Ministrorum infirmorum, appositis supra relatis. Nullam enim prorsus ibi de Summorum Pontificum Decretis, & Decretalibus facere mentionem potest colligi, sed tantum de Decretis Sac. Conc. Trid. vt cuilibet intuenti patet.*

Videte etiam, pro clausula illa (qua sunt in vsu) supra, in verbo Absolutio quoad Sacular. primo, fol. 50. & 140. Vbi quaritur, an in communicatione Priuilegiorum, communicetur vsus, vel non vsus illorum, Et videte etiam ibidem; fo. 35. Vbi Corduba
E *disputat, An Priuilegia perdi possint per non vsum, vel per vnam contrauentionem, vel per plures: sunt equidem ista scitu digna, & frequenter occurrentia.*

Est etiam notandum quod tempore Iubilai plenissimi, Mendicantium Priuilegia suspenduntur, quoad illa quinq; qua in tali Iubilao suspenduntur: primo Indulgentia plenaria: secundo Auctoritas commutandi Vota: tertio Auctoritas in illis dispensandi: quarto posse componere in male Ablatis; quinto posse eligere Confessores, & a casibus Sedi Apostolica reseruatis absolui. vt sup. fol. 180. Priuilegia in qbus suspendantur tempore Iubilai plenissimi.

Et adeo hac suspenduntur, quod nec Fratres, nec saculares possunt illis gaudere; vt latius de hoc dixi supra, in verbo Cruciata in fine; & ibi etiam dixi in quo ipsa Priuilegia su-

legia suspendantur, & non suspendantur, per Bullam Cruciata, & per Bullam Cenæ: ideo ad illa me remitto. A

An possit recedi a Statuto confirmato. *Sed istis quæstionibus Collectoris subnectam, & ego aliam, An videlicet Statuentes possint recedere a Statuto confirmato per Sedem Apostolicam, seu alium Superiorem prius statuti? concludit Panor. in cap. cum accessissent, sequenti distinct.*

Quod aut Statutum concernit principalem fauorem statuentium, & sic libere possunt recedere; vt voluit Bart. in l. omnes Populi ff. de Iust. & iure, ratio est, quoniam tunc confirmatio habet vim cuiusdam priuilegij, cui possunt statuentes (vt priuilegio) renunciare: aut Statutum concernit fauorem potius alterum, vel bonum publicum, quod mere ipsos statuentes, & tunc non possunt recedere, sine obtenta licentia. Et sic intelligitur, quod voluit Bald. in l. omnium, cap. de testam. Et ratio est, quia ex quo Superior confirmat, videtur dispositionem suam facere: quia omnia nostra facimus quibus authoritatem impartimur, in cap. Apostolicæ, de præben. lib. 6. inferior autem non potest legem Superioris tollere, facit quod notat Innoc. in antecedentibus, de Priuileg. vbi singulariter dicit, quod, si Statutum Ecclesiæ concernit principaliter vtilitatem, vel bonum ipsius Ecclesiæ, non possunt Canonici expresse, vel tacite illi renuntiare. B

Additio. *DE hac tamen materia Priuilegiorum, multa vtilia ponuntur ab Henrico Henriquez, in sua Summa Theologia moralis. lib. 7. cap. 20. 21. 22. & 23. tom. 1.*

PROBATIO NOVITIORVM.

CIRCA tempus probationis Nouitiorum in Ordine Fratrum Minorũ, sunt nonnulla Statuta, & concessa per varios Summos Pontifices, quæ posita sunt in dictione Nouitius, in multis §. C

PROCESSIONES.

1 *Pro Fratribus Mino. Obser. & Conuentualibus.* ALEXANDER VI. statuit, quod Fratres Ordinis Minorum de Obser. in Processionibus non separentur a Fratribus Conuentualibus eiusdem Ordinis: Et declarauit, quod in huiusmodi processionibus ille modus, & ordo circa præcedentiam obseruari debet in Fratribus Obseruantibus dicti Ordinis, respectu Fratrum aliorũ Ordinum; qui in Fratribus Conuentualibus præ dicti Ordinis obseruatur. Ita, vt nulla separatio, vel diuisio fiat inter huiusmodi Fratres Obseruantes, & Conuentuales, b. ffo. 56. conce. 67. D

LEO X. in Concilio Lateranensi statuit, quod Fratres requisiti a Prælatis Ecclesiarum ad processiones sollemnes, pro tempore faciendas, accedere debeant ad illas: dummodo domus, seu loca eorumdem Fratrum, non sint remota vltra vnum milliare a Ciuitatibus, vel oppidis, vbi facienda est processio, B. ffo. 25. concess. 71.

3 *In fauorẽ Fratrũ Mino. Obser.* ¶ Idem Leo statuit, quod, ne inter Fratres Mino. Obser. & Conuentuales super præcedentia, dissensio, & contentio oriatur, talis inter eos ordo seruetur, videlicet, quod in processionibus, & funeralibus, ac exequijs; necnon & in alijs actibus publicis, in quibus Fratres Obseruantes, & Conuentuales conuenerint: Fratres Conuentuales, Fratribus Regularis Obseruantiæ locum digniorem relinquere teneantur, B. ffo. 32. concess. 113. E

4 *De præcedentia crucis Fratrũ.* ¶ Idem Leo postea declarauit, tam Fratres Mino. Obser. quã Conuentuales, in quibuscumq; processionibus, & alijs actibus publicis, in quibus eos simul adesse contigerit, suas cruces posse, & debere deferre; ita tamen, quod sicut ipsi Fratres Obseruantię Regularis, locum digniorem inter omnes alios Fratres dicti Ordinis, tenere debent: sic etiam eorum cruces in parte, seu loco

digniori

A digniori processionis deferri possint, & debeant B. ffo. 36. conce. 127.

¶ Idem Leo ad amouendum aliquas contentiones inter Fratres Mino. Obseru. & Augustinienses, & alios Mendicantes, super præcedentia in processionibus exortas: declarauit, quod prædicti Fratres Mino. post Capitulum generalissimum Romæ, tempore eiusdem Leonis celebratum: habent, & habere debent in processionibus, & in ceteris actibus publicis illam preeminentiam, & locum quem ante prefatum Capitulum habebant Fratres Mino. Conuétuales. Sed in locis vbi Fratres Mino. Conuentuales numquam fuerunt sed soli obseruantes: præcepit, vt inter Fratres Mino. Obseruantes, & alios Fratres Ordinum Mendicantium sequens Ordo obseruetur. Quod scilicet Fratres Mino. Obser. antiquum semper locum teneant, quem ordo S. Francisci in similibus
B actibus tenere alibi consueuit: nisi consuetudo antiquitus approbata, & legitime obseruata secus habeat. Super ijs autem, vt bene seruentur, dat Conseruatores omnes Ecclesiarum Prælatos, B. ffo 57. concess. 158.

Cõtra Fratres Augustinienses.

Nunc iuxt. Conc. Trid. sess. vltim. de Regul. c. 13. controuersia ĩ præcedentijs, decidenda est ab Episcopis.

CAPVCCINI ANNOTATIO.



PROCESSIONIBVS interesse, olim Fratres Minimi non poterant cogi, iuxta eorum Mare magnum, a Iulio II. concessum: nisi ad aliquas specificatas pro omnibus Mendicantium Ordinibus, in Constitut. Pij V. (videlicet in festo Corporis Christi, in Litanijs, & in Iubilæis
C *publicis) Sed hodie Regulares tenentur ad omnes, iuxta Decretum Concil. Trident. quo cauetur, vt exempti omnes, tam Clerici sæculares, quam Regulares, etiam Monachi, ad publicas Processiones vocati, accedere compellantur, alias puniri possunt ab Episcopo, per censuras, & pœnas arbitrarias, vt sacra Congregat. declarauit.*

Ac tenentur cantare, iuxta dispositionem sacræ Congreg. Card. super caussas Regularium: Declarauit tamen sacra Congreg. Card. super hoc Decret. Conc. hoc debere intelligi, dũmodo processiones sint eius generis, quod Bulla supradicta, E si Mendicantiũ, &c. comprehendit. Et dummodo Regulares non sint ex illis Conuentibus, qui Collectanei nuncupantur; qui in eadem Bulla excipiuntur, videlicet, in quibus Fratres arctiori
D *clausura degunt, ita, vt nec in Choro canent, nec ad mortuos accedant.*

Pro Minimis.

Sess. vlti de Regul. c. 13.

Eximuntur Patres societ. Iesus vt habetur in Compend. eorũ Priui. verbo, processiones. In §. 5.

Ex Priuilegijs Fratrum S. Hieronymi Hispaniarum.

PIVS V. anno Domini 1568. concessit, vt quouis prætextu, aut quæsito colore, ad incedendum in publicas, & alijs Processionibus ab ordinarijs locorum minime ipsi Fratres cogerentur, nec teneantur ad eas exire: Mandauitq; Archiepiscopis, alijsq; locorum Ordinarijs, in Regnis Hispaniarum existentibus, vt permittant ipsos Fratres hoc priuilegio pacifice vti: voluit tamen quod cum opus fuerit, & processiones publice fiunt. eas intra eorum Monasteria faciant, non obstantibus quibusuis Apostolicis Sy-
E *nodalibus &c. Concilijs editis Constitutionibus. Habetur in Compend. priuileg. eorumdem Fratrum, collecto a P. Garsia fo. 153.*

Quoad præcedentiam in processionibus obseruandam Concilium Tridens. ibidem, statuit, vt controuersias omnes de præcedentia, quæ persæpe cum scandalo oriuntur inter Ecclesiasticas personas, tam sæculares, quam Regulares, Episcopus amota omni appellatione componat.

Conc. Trid.

Sed a Pio V. in Constitut. 69. in anno 1568. ordinatum fuit, vt Fratres Dominicani in omnibus præcederent, vt prius approbati: sed postea Greg. XIII. in const. 86. in anno 1580. ordinauit, vt secundum antiquitatem loci prius in ciuitatibus fundati, & non secundum Religionis antiquitatem præcederent: & licet Fratres de Obseruantia

Incipit Diuina disponente.

præcede-

praecederent Fratres Conuentuales virtute Bullae 21. Leon. X. Hodie tamen sub iudice pendet in ciuitate Neapolitana. A

Verba autem constit. supradictae Greg. sunt ista.

EXposcit pastoralis officij munus, &c. & infra de nobis attributa potestatis plenitudine, volumus, quod quicumq; ex dictis Fratribus Mendicātibus inter se de praecedentia huiusmodi contendentibus, aut confratribus Confraternitatum praedictarum, inter quos lites, praemissorum occasione ortae iam sint; seu oriri contigerit in futurum; qui in quasi possessione praecedentiae, ac iuris praecedendi sunt, ij (quibuscumq; reclamationibus, aut appellationibus prorsus remotis) in processionibus tam publicis, quam priuatis, praecedere debeant; Quando vero non probetur, aut non constet de quasi possessione praecedentiae huiusmodi, inter Fratres quidem Mendicantes, ij, qui antiquiores in loco controuersiae: inter confratres vero, inter se litigantes ij, qui prius sacco vsi sunt: in processionibus tam publicis, quam priuatis, praecedere debeant. Ita vt, si contigerit noua Monasteria, aut domus alicuius Ord. Mendicantium in loco, in quo alterius Ord. ex dictis Mendicantibus, Monasteria prius erecta, & instituta sint, ille Ordo, qui prius Monasterium in loco habuerit, praecedat, &c. B

PROCVRATORES FRATRVM, SEV SYNDICI.

1 *De institutione Procuratorum.*

INNOCENTIVS IV. concessit Ministris Fratrum Mino. auctoritatem, quatenus in prouincijs eis commissis; per se, vel Fratres suos quibus id duxerint committendum, possint constituere, vel nominare aliquos viros idoneos, Deum timentes, qui secundum indigentiam Conuentuum, seu domorum praedictorum Fratrum, possint res concessas Fratribus huiusmodi auctoritate Apostolica petere, ac vendere, commutare, alienare, tractare, expendere, permutare, & in Fratrum vsum conuertere. Concessit etiam, quod liceat praedictis Ministris praefatos viros sic constitutos remouere, aliosq; ad praedicta exequenda sine difficultate aliqua subrogare, quoties videbitur opportunum, B. fo.29. Et ffo. 113. concess. 247. C

Collector. Post Declarationem Nicolai III. non possunt Fratres facere praedictam denominationem: sed prout infra ordinatum est per Martinum, IV. & V. D

2 *Interdictū.* CLEMENS IV. concessit, quod Procuratores negotiorū Fratrum Mino. possint tempore interdicti in locis praedictorum Fratrum audire Diuina: nisi ipsi Procuratores caussam dederint, interdicto, vel excommunicari specialiter, seu interdici contigerit eosdem, B. fo.56. & ffo.140. concess.316.

3 *De Procuratorū nominatione, seu institutione.* MARTINVS IV. concessit Generali, & Prouincialibus, ac Custodibus vniuersis Ordinis Fratrum Min. quod possint nominare aliquas personas, quae non sint de praedicto Ordine; quae personae, sic nominatae habeant (circa res concernentes pdictos Fratres) administratione legitimam, & generalē, ac liberam. Et decreuit, quod tales personę sint veri, & legitimi administratores OEconomi, Syndici, & Actores, qui res praedictas, & rerum praedictarum pretium, nomine Romanae Ecclesiae recipiant, & per eosdem, in Fratrum praedictorum vtilitates (prout eis licet ex Regula, vel declaratione Regulae) cōuertant, quādo a praedictis Ministris, vel alijs Fratribus, de assensu eorumdē Ministrorum fuerint requisiti. Et generaliter concessit, quod praedictae personae habeant facultatem procurandi in omnibus caussis, pro rebus, & locis ad Ecclesiam Romanam spectantibus, & ipsorum Fratrum vsui concessis. Necnon pro immunitatibus, libertatibus, iuribus, ac Priuilegijs eorumdem Fratrum, & suorū Conuentuum, seu domorum, B.fo.46. Et ffo.129.concess.290. E

Aduer-

A Aduertendum est circa prædictam concessionem, quod Guardiani, etiam cũ toto suo Conuentu, non possunt prædictos Procuratores, vel Syndicos nominare, quia hoc solum conceditur Ministris, & Custodibus. Et similiter est aduertendum, quod Ministri, seu Custodes, nõ instituunt præfatos Procuratores, vel Syndicos: sed simpliciter nominant, & sic nominati per illos, instituuntur a Summo Pontifice pro Procuratoribus, & Syndicis suæ Sanctitatis, & Ecclesiæ Romanæ, ad quã pertinent res concessæ Fratribus, quando dantes non seruauerunt sibi dominium, & qñ huiusmodi res sunt tales, quarũ vsum licet Fratribus prædictis habere. Vnde sequitur, quod respectu rerum, in quibus dantes reseruauerunt sibi dominium, aut quarum vsum non licet, vel aliquando non licuit Fratribus habere, nihil possunt agere Procuratores, vel Syndici. *Collector.*

B ¶ Idem Martinus concessit Procuratoribus Fratrum Minorum in Curijs Ecclesiasticis, & ciuilibus laborantes pro defensione Ordinis prædictorũ Fratrum, Ecclesiarumq; suarum; singulis annis indulgentiam centum annorum, b. ffo.166. concess.663. 4 *Indulg.*

¶ NICOLAVS IV. fecit consimilem concessioné circa Procuratores, vel Syndicos; prout fecerat Martinus IV. in concessione suprapofita, §. 3. Et habetur, B. fo.23. Et ffo.107. concess.230. 5

¶ Concilium Constantiense statuit, quod Generalis Fratrum Mino. possit, & debeat in Conuentibus sibi subditis tollere quæcumq; superflua, siue sint in rebus mobilibus, vel immobilibus, quantum fieri poterit bono modo, habito C semper cõsilio antiquorum, & discretorum Fratrum suorum. Et voluit, quod præfatus Generalis eligat (si opus fuerit) aliquas personas fideles, quæ prædictas superfluitates, auctoritate dicti Concilij vendant, & commutent, aut alias in operibus conuertant, B. fo.26. Et ffo.110. concess.236. 6 *Generalis Minister. Paupertas.*

¶ MARTINVS V. litteras Martini IV. suprapositas, §. 3. approbauit, & fulminauit, illas inserendo de verbo ad verbum, & concessit Ministris, & Custodibus, ac alijs Fratribus Mino. quod litteris prædictis, ac oĩbus in eis contétis libere, & licite vti valeant, tamdiu, & quousq; per Sedem Apostolicã aliud in præmissis eidem Ordini vtilius fuerit ordinatum. Non obstante constitutione Ioannis XXII. quæ incipit Ad conditorem: per quam prædictis Fratri-D bus me litteris, & concessione præfatis, sine speciali Sedis Apostolicæ licentia vterentur: prohibitum fuerat, b. fo.38. Et ffo.38. concess.42. prope finem. 7 *Cõtra Ioãnem Papã XXII.*

Idem Martinus confirmauit Constitutiones, quæ vulgariter appellantur Martinianæ, quas quidam Legatus a latere præfati Pontificis ordinauerat; in quibus quoad Procuratores Fratrum habetur sequens Statutum.

Statuimus, & ordinamus, iuxta declarationem Nicolai III. & Clementis V. ac Martini IV. & V. quod quilibet Conuentus, seu locus habeat suum Procuratorem, OEconomum, Syndicum, & Actoré; cui omnis eleemosyna pecuniaria, & alia, quæ ad pecuniam reduci possunt, integraliter assignentur. Qui easdem dispensare debeat legaliter, & fideliter pro reparatione Conuentuum, & E locorũ, ac in alias quoq; necessitates Fratrum pro tempore occurrentes. Et infra. In omnibus autem, quæ vltra hoc magis videntur arctare Fratres, siue ex declaratione Clementis, siue quacumq; alia declaratione Summorum Pontificum, vel aliorum quorumcumq; Apostolica nobis auctoritate commissa misericorditer dispensamus. Non astringentes eos propterea, qui voluerint prædictas declarationes seruare, quin suo voto satisfacientes, seruare valeant, & tenere. Habetur hoc fo.233. tract.3. Confirmatio autem huiusmodi Statuti, & Constitutionum existit, b. fo.38. Et ffo.36. concess.41. *Statut. generale.*

Sciendum, & notandum est, quod huiusmodi ordinatione, ac dispensatione vtuntur Fratres Mino. Obser. partium Italiæ, qui præfatas Constitutiones acceptaue- *Collector.*

ceptauerunt, necnon, & Bullam Martini IV. suprapositam, §. 3. Et ideo ipsi omnem eleemosynam pecuniariam, & alia ad pecuniam reducibilia, assignant huiusmodi Procuratoribus, seu Syndicis, tamquam Nuntijs nominatis per Papam; qui nomine Papæ tenent dictam pecuniam pro Fratrum necessitatibus suo tempore expendendam. ¶ Sed Fratres Hispani, & Galli, ac Alemani, qui obseruanter viuunt: quia prædictam dispensationem non acceptauerunt: vtuntur Syndico solum, & præcise ad hoc; vt si aliquid superfluum, vel inutile in Conuentu fuerit inuentum; vt puta si mulus, aut asinus senuerit, siue aliquid aliud, quod vno tempore fuit necessarium, & postea non est; immo oportet vendi aliquid prædictorum: tunc præfatus Procurator nomine Papæ, cuius est Syndicus, vendat: & pretium in alias necessitates Fratrum côuertat. Et de isto Syndico locutus est Nicolaus III. in declaratione Regulæ, dicens, debere dari a Papa, vel a Protectore Ordinis. Et taliter vti Syndico, est Regulam pure obseruare. Et talem non habere, est periculo se committere. Vix enim reperietur aliquis Conuentus, seu locus Fratrum Mino. qui aliquando non indigeat, vt aliquid vendatur, & renouetur. Et si dicas, quod poterit vendi, & pecunia recipi, & expendi per aliquem amicum spiritualem, qui non sit Syndicus Papæ, dico quod hoc nequit fieri sine transgressione voti paupertatis. Quia tunc ille amicus spiritualis faceret prædicta, auctoritate Fratrum, & sic esset interposita persona, ex quo Papa, pro huiusmodi rebus, quarum dominium pertinet ad ipsum, & Sedem Apostolicam, ordinauit suum Syndicum, & non reliquit hoc voluntati Fratrum. Dico etiam, quod talis amicus spiritualis, in supradicto casu committeret furtum contrectando rem alienam inuito Domino, scilicet, Papa. ¶ Aliqui tamen Fratres vtuntur huiusmodi Procuratore, vel Syndico in omnibus contentis in Bulla supradicta Martini IV. & V. excepto in petitione, ac receptione eleemosynarum, & denariorum, seu pecuniarum aliter obuenientium, quam per testamenta; vt faciendo petere ea, quæ pro habitibus, pro defunctis acceptis, vel pro celebrandis Missis fuerunt promissa, &c. Sed tales vtuntur dispensatione, contra declarationem Nicolai III. quam, sicut & Regulam, obseruare tenentur: cum secundum iura, declaratum, & declaratio sint idem. Vnde, contra talia præsumentes, factum est quoddam Statutum in Capitulo generali, in Conuentu Lauallis prouinciæ Turoniæ, celebrato anno Domini 1503. sub forma sequenti.

Statutũ generale. Deponantur omnes Guardiani, & pœna Proprietarij puniantur, qui ratione debiti cuiuscumq; seu aliorum bonorum temporalium fecerint excommunicari, seu detineri, vel vexari quoscumq; sæculares. Subditi vero, qui talia procurauerint, pœna Proprietarij puniantur, & de Conuentu confusibiliter expellantur, fo. 230. tracta. 3. Et fo. 249. in tracta. 3.

Collector. Aduertendum est tamen, quod licet Constitutiones supradictæ non fuerint acceptatæ vniuersaliter, tamen Bulla Martini acceptata est a toto Ordine.

Aduertendum est insuper, quod extra casum, quo aliquid concessum vsui Fratrum, cuius dominium attinet ad Papam, debet vendi: non indigent Fratres huiusmodi Procuratore, vel Syndico. Et in casu quod hæredes vellent defraudare eos legatis in testamentis, habent duplex remedium, prout positum est supra in dictione Hæreditas, in fine Concessionum. Qui autem latius videre voluerit materiam hanc Procuratorum, & Syndicorum, repetiet eã optime discussam, & elucidatam in tractatu, intitulato Speculum Fratrum Minorum, prope finem additionum artic. 5. declarationis Nicol. III. Et in additionibus articuli x1. Vide ibi, ac nota bene, & sic in hac materia non errabis.

9 ¶ EVGENIVS IV. litteras prædictorũ Martini IV. & V. de verbo ad verbũ in suis litteris inseruit, decernens, quod hmõi litteris eadem fides adhi-

beatur

A beatur vbicumq; sicut originalibus litteris prædictorum Pontif. adhiberetur, si ostensæ forent. Noluit tamen, vt per hoc aliquod ius de nouo acquireretur prædictis Fratribus; sed, quod antiquum ius (siquod habebant) tantummodo eis conseruaretur, b. fo.40. Et ffo.38. conce.42. in fine.

SIXTVS IV. in Bulla aurea concessit, quod Procuratores, Syndici Monialium S. Claræ, & tertij Ordinis Fratrum, & Sororum, eisdem Priuilegijs, & immunitatibus, gratijs, fauoribus, concessionibus, indultis spiritualibus, & temporalibus, Procuratoribus, Syndicis Fratrum Minorum, & Prædicatorum concessis, & in posterum concedendis, gaudeant; prout latius habetur supra, in dictione Communicatio priuilegiorum §.2. *10 Pro Syndicis Monialium S. Claræ, & Terstiariarum.*

INNOCENTIVS VIII. concessit, vt Procuratores Fratrum Mino- *11*
B rum, eorumque substituti, liberi, parentes, fratres, sorores, & vxores eorũ possint promereri indulgentias Stationum, & alias Fratribus prædictis concessas: dicendo in Ecclesijs huiusmodi Fratrum quinq; Pater noster, & totidem Aue Maria, pro felici statu Romanæ Ecclesiæ, o. fo.95. Et ffo.70. concess. 162. Et ffo.99. concessione 367. *Indulg.*

CLEMENS VII. concessit vni Syndico, & Procuratori, cum illius vxore, & liberis, præsenti, & futuro, singularum domorum, & Monasterij Fratrum Minorum Regularis Obseruantiæ, ac Monialium Sanctæ Claræ, Conceptionis, & Annuntiationis Ordinum, & Sororum tertij Ordinis S. Francisci, pro tempore seruienti: quod perpetuis futuris temporibus ipsi, & eorum quilibet,
C omnibus, & singulis indulgentijs, & peccatorum remissionibus, fauoribus, & gratijs, quibus Fratres Ordinis, & Obseruantiæ prædictorum vtuntur, potiuntur, & gaudent, seu vti, potiri, & gaudere possint, & valeant, B. *12 Communicatio Priuilegiorum.*

¶ Idem Clemens concessit præfatis Syndicis, & Procuratoribus, quod super quibusuis causis, & rebus, ipsos Syndicos, & Procuratores concernentibus, ciuilibus, & criminalibus, & mistis; non nisi coram Iudicibus Conseruatoribus domorum illarum, quarum ipsi Syndici, & Procuratores fuerint: de iustitia respondere teneantur. Inhibuitq; sub excommunicationis latæ sententiæ pœna vniuersis, & singulis iudicibus, & commissarijs Ecclesiasticis, & sæcularibus, quacumque auctoritate fungentibus; ne de caussis contra dictos Syndicos, &
D Procuratores motis, & mouendis, directe, vel indirecte, quouis quæsito colore, seu prætextu, se intromittere quoquomodo de cetero audeant, vel præsumant, B. *13 Exemptio. Excõicatio.*

CAPVCCINI ANNOTATIO.

PRO huiusmodi materia Syndici institutionis, & officij, de qua tractatur in supradictis.§.1.3.5. & 7. &c. est sciendum (vltra ea, quæ dicit hic Collector) quod Paullus IV. in const.4. ex Clem. anno Dom. 1555. emanata, confirmando Constit. supradictam Mart. IV. concessit facultatem, vt Generalis de per se in toto Ordine, & singuli Prouinciales Ministri, ac Custodes vniuersi pro tempore existentes, in suis Prouincijs, & Custodijs respectiue, & ad hoc ab eis respectiue deputati Fratres pro tempore, possint nominare speciales personas, quæ non sint de dicto Ordine Minorum, pro locorum indigentia singulorum, quãdo, & quoties opus fuerit in singulis eorũ Conuentibus, quæ, vt legitimi Administratores, Oeconomi, Syndici, & Actores possint res ipsas oblatas, donatas, aut in vltima voluntate relictas ipsis Fratribus, & rerum ipsarum pretium, & Eleemosynas, nomine Romanæ Ecclesiæ recipere, & in Fratrum vsus, eas, vel earum pretium conuertere, sicut, & quando a prædictis Prælatis extiterint requisiti. Ac omnimodam potestatem habeant illa omnia exigẽdi, repetendi, distrahendi, alienandi, &c. in iudicio, vel extra illud. Ac potestatem dedit etiam In §. 1.3.5. & 7. Paullus 4. confirmãs cõstit. Martin.4.

ijsdem

iisdem Prælatis supradictos Syndicos reuocandi, aut alias subrogandi, vel nominandi A
quoties opportunum fuerit.

Vti Syndico non esse contra Regulam.

Nec propter præmissa, contra Regulam, nec contra Statuta Regularia fieri, immo cum illius obseruatione, quoad hoc, & pura, & sana conscientia, sine alicuius conscientiæ scrupulo, viuere declarauit. Hæc in supradicta Const. Paul. IV.

Syndicus a quibus Prælatis est nominandus.

Ita, quod Syndicus, Procurator, seu Oeconomus ille est, qui nomine Papæ, seu Romanæ Ecclesiæ, ad expedienda Fratrum negotia deputatur. Et hunc Syndicum Minister Generalis, vel Prouinc. vel Custos poterunt nominare: vel saltem habentes commissionem ab iis, vt ex supradictis litteris Martini, & Paulli, habetur: præter prædictos autem, nullus alius, nec etiam Guardianus cum toto suo Conuentu poterit Syndicum nominare, vt ait Collector in, §. 3. Ac ab iisdem Prælatis potest ab officio Syndicatus deponi, vt supra. B

Syndic⁹ quæ facere potest.

Cuius Syndici munus, & auctoritas, ex supradictis Bullis Innocentii IV. Martini IV. & V. &c. ad quinque esse dignoscitur.

Primo ad recipiendas nomine Papæ, seu Ecclesiæ Romanæ, res omnes mobiles, siue immobiles (quæ pecuniaria non sunt) oblatas, seu modo licito donatas, aut in vltima voluntate ipsis Fratribus relictas.

Secundo ad vendendum, commutandum, alienandumque res omnes, quibus Fratres licite vti possent, ad dominium Ecclesiæ pertinentes, & ad recipiendum, & expendendum earum pretium, in necessitates Fratrum.

Tertio ad recipiendum nomine Ecclesiæ, & iudicialiter repetendum eleemosynas omnes, etiam pecuniarias, modo licito ipsis Fratribus relictas, seu in testamento legatas. C

Quarto ad expetendum in iudicio, seu extra, in omnibus actionibus, & caussis, quæ in dictis Priuilegiis Syndicatus explicantur.

Quincto ad recipiendũ nomine Ecclesiæ omnes pecuniarias eleemosynas quomodocumque prouenientes, easque expendendas pro necessitatibus communitatis. Et hoc vltimum in const. Mart. V. tantummodo habetur concessum, & in supradicta Paul. IV. const. Alii vero quattuor patent ex Priuileg. Mart. IV. & aliorum supradictorum.

Fratres in quibus ex supradictis casibus possint vti Syndico.

His autem habitis, sciendum est, omnes Fratres Minores præfato Syndico, quoad primum, & secundum actum ex supradictis quinque, licite vti posse, vt annotauit Speculator, & Collector hic, ac communiter Corduba, in c. 4. q. 16. & alii Expositores Regulæ tenent. & colligitur ex decretali Exiit. §. cæterum. versic. si vero res. Et non habere Syndicum ad hos duos actus prædictos, est se periculo probabiliter exponere; vt Collector ait supra, in §. 8. D

Quoad 3. & 4. vero actum, licet Corduba in exposit. 4. cap. Regulæ q. 16. punct. 3. dicat, licite posse a Fratribus in talibus casibus, Syndico vti, & sit eius opinio valde probabilis: Attamen Speculator, & Collector, hic nolunt Fratres secundum Regulæ puritatem, absque aliquali ipsius relaxatione, in his actibus Syndico vti: quandoquidem ipsis ex officio Iudicis, vel aliter, consuli potest honestiori modo, vt supra diximus in verbo Hæreditas, & in verbo Legata. Et iste modus erit sanctior, tutior, & ad ædificationem populi conuenientior, quo & Religio nostra hactenus vsa est, & in præsentiarum vtitur. E

Quoad quinctum vero, & vltimum actum, ad deponendas, scilicet, omnes eleemosynas pecuniarias vndecumque prouenientes apud Syndicum, clarissimum est, in his, Syndico vti, Fratres non posse, absque dispensatione Regulæ, & Declarationum Nicolai, & Clementis relaxatiuas vt hic Collector ait, & omnes alii Expositores consentiunt. Et hæc pro huiusmodi Syndici, seu Procuratoris materia, sic breuiter dicta sufficiant.

Procurator gener. Ord.

Circa autem Procuratorem Generalem Ordinis, est sciendum, quod Procurator Ordinis Prædicatorum, a Priore Generali electus, et ipso omnium Prouinciarum locorum, & personarum dicti Ordinis, quasuis caussas etiam speciale mandatum requirentes, iuxta potestatem sibi a Generali traditam, agere potest; at si omnimodam potestatem, cum

pleno,

A *pleno, ac libero, ac speciali mandato ad huiusmodi caussas accepisset. Ita Martinus V. prædicto Ordini concessit, vt est in eorum Priuileg. fo. 106.*

Idem concessit Augustinianis Bonifacius VIII. vt in eorum Priuileg. fol. 79. Et refertur in Compend. Priuileg. Societ. Iesu, in verbo Procurator.

Pro Augustinianis.

PROFESSIO FIDEI.

VOD prius, titulus iste, ab auctore huius Compendij non fuit appositus, ex eo fuit, quia eo tempore, talis Fidei Professio facienda, non erat ordinata: at quia postea est iam ordinata, ideo, vt valde necessarium, B *ponere volui, ad hoc, vt sciatur a quibus; quomodo, & quando sit facienda.*

Capuccini annotatio.

Est ergo sciendum, quod Sancta Synodus Tridentina statuit, quod qui cathedralibus & superioribus Ecclesijs præficiuntur, vel quibus de illarum dignitatibus, Canonicatibus, & alijs quibuscumque beneficijs curam animarum habentibus prouideri continget, publicam orthodoxæ fidei professionem facere, seque in Romana Ecclesia obedientia permansuros spondere, & iurare teneantur.

Conc. Trid. sess. 24. c. 1. & 12. & sess. 25. c. 2. de reform.

Cuius fidei professionis formam bonæ memoriæ Pius IV. edidit, & mandauit etiam idem seruari, per quoscumque quibus de Monasterijs, Conuentibus, Domibus, & alijs quibuscumque locis Regularium, quorumcumque Ordinum, & Militiarum quoque, nomi- C *ne, vel titulo prouidebitur; vt in Bulla 114. Iniunctum nobis, &c.*

Forma profess. Fidei.

Idcirco in fine huius Compendij, huiusmodi Bullam Pij IV. continentem formam professionis fidei, cum quibusdam alijs bullis, apponere volui; vt prouisi de Conuentibus, & Monasterijs, sciant quid agere teneantur.

Incipit Iniunctũ nob. ann. 1564.

Et est primo aduertendum, quod Prælati Regulares, sine dubio, teneri etiam videntur facere prædictã Fidei Professionem, per extensionem, quam Pius IV. facit d. cap. 12. de reform. sess. 24. Concil. Trid. & quod sufficeret, vt eam facerent intra duos menses ab adepta possessione suæ præfecturæ, vt idem Conc. in eodem c. exprimit: attamen non esse in vsu, Illust. Cardinales, aliique Doctissimi viri consuluerunt, & sic iam obseruatur.

Prælati Regulares tenentur facere hãc fide. profess.

Secundo notandum, quod si quis Clericus, vel alius præfectus, adeptus Parochialem D *Ecclesiam, vel aliud beneficium, vel præfecturam, per ignorantiam, incogitantiam, vel inaduertentiam, non fecit professionem fidei supradictam, coram Deo, & in foro conscientiæ non peccauit mortaliter, nec obligatur ad restituendos fructus; tenetur tamen illam postea facere, prout sic consulit Nauar. in lib. 1. suorum consil. tit. de Sanctissima Trinitate, & fid. Cathol. cons. 2. 9.*

Si non fieret quando peccatur.

Tertio notandum, quod tempore Pij V. fuit a sacra Congreg. Card. responsum, vt Prædicatores, tempore, quo petunt benedictionem ab Episcopo prædicandi, si ab Episcopo exigetur ab eis hæc professio, teneantur eam facere: vnde, licet eam pluries, alias fecissent, & ab Episcopo alia interim exigeretur, tenerentur eam facere, & sic etiam Lectores, &c.

Cardin. responsum. Prædicatores quando teneantur.

E *Et si ab ipsis non requireretur, crederem quod eam non faciendo, non inciderent in excommunic. Et id, quod dicitur in illa Constitut. 114. per Sacrum Concilium Tridentinum. Fiat professio fidei etiam ab illis; qui sunt de aliquo canonicatu prouisi, vel de quouis beneficio alio Ecclesiastico, intelligitur de his, quæ in vita conseruantur vt a Claustralibus practicari iam videtur, cuius professionis formam posuit in supradicta const. 114. Pius IV.*

Nota.

Quarto notandum, quod idem Pius IV. per aliam Bullam 112, In sacrosancta, &c. ad hanc fidei professionem teneri voluit omnes Doctores, Magistros, Regentes, & alios cuiuscumque artis, ac facultatis professores, siue Clerici, aut Laici illi sint, vel cuiuscumque Ordinis Regulares, qui docere vel promouere voluerint. Et Sacra Card. Congreg. sup.

Omnes Lectores tenentur. Congregatio

Concil.

Cardin. Pij docentes grammaticam, muſicam.

Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 23. de reform. ad hoc comprehendi declarauit in Bulla prædicta Pij IV. etiam docentes prima principia Grammaticæ, Arithmeticæ, Muſicæ, & aliarum artium, licet publicam ſcholam non faciant, ſed in proprijs domibus doceant; & ſuper hoc faciant informationem, & proceſſum ſummarium, quantum Epiſcopo ſufficere videbitur, qui omnes promouentes vltra excomm. latæ ſententiæ, etiam ipſo facto omnium, & ſingularum dignitatum, beneficiorum, officiorum, feudorum Eccleſiaſticorum, in priuationis pœnam, eo ipſo, incurrunt, & inhabilitatis ad illa, & ad alia in poſterum obtinenda, & eſt Epiſcopalis abſolutio, vt tenet auctor Catecheſis Neapolitanæ lib. 3. de excommun. num. 129. Legentes autem, aut promoti, ſine præuia fidei profeſſione non incurrunt cenſuram, ſed peccatum, ac nullitatem gradus, ſeu promotionis: quia tantum incurrunt promouentes, aut permittentes, vt ſupra. At in Diœceſi Neapolitana dictam excom. incurrunt etiam ſupradicti legentes, &c. quoad tamen non exemptos; vt eſt videre in Synodo Prouinciali Neapolitana, celebrata anno 1576. & ſic determinatur in Catecheſi, vbi ſupra.

Catecheſis ſub non impreſſione.

PROFESSIO FRATRVM MENDICANTIVM.

Collector.

CIRCA profeſſionis emiſſionem in Ordinibus Fratrum Mendicantium factam, vel faciendam, ſunt multa, & varia conceſſa, per multos Summos Pontifices, quæ poſita ſunt in dictione Nouitius; vbi in margine habetur hæc dictio Profeſsio.

PROMOTIO AD ORDINES.

Collector.



QVOAD Promotionem ad Ordines Sacros; præſertim ad Sacerdotium, fecerunt aliqui Summi Pontifices aliquas Conceſſiones, & diſpenſationes, in fauorē Fratrum Mino. ac nonnulla alia pertinentia ad Promotiones conceſſerunt, quæ poſita ſunt in dictionibus Ordines ſacri, & Diſpenſatio, §. 11. & 12. & 13. ac 22.

PROTECTOR ORDINIS.

1 Officia Ordinis. Correctio.

GREGORIVS IX. diſtricte inhibuit: ne Cardinalis Protector Ordinis Fratrum Mino. ſe intromittat in rebus pertinentibus ad officia, & gubernationē, ſeu correctionem Fratrum dicti Ordinis: niſi, quando prædicti Fratres, aut aliqui ipſorum aliquid committerent contra tres articulos in Regula prædictorum Fratrum contentos, videlicet; quando deuiarent ab vnitate Fidei, vel ab obedientia Romanæ Eccleſiæ, aut ab obſeruantia ſuæ Regulæ. Ita quod dictus Ordo, & Fratres eiuſdem Ordinis, in nullo ſint ſubiecti Protectori huiuſmodi: niſi dumtaxat in caſu, quo ipſorū Fratrum communitas, vel generale Capitulum (quod abſit) a prædictis articulis vel eorū aliquo deuiarent. Decreuit etiam irritum, & inane quidquid ſecus factum fuerit. ¶Statuit inſuper, quod Fratres prædicti Ordinis, recurrentes ad Protectorem, tamquā ad Prælatum, pro licentijs, vel alijs conſimilibus; puniantur grauiter, & actibus legitimis, & officijs Ordinis ſint ſuſpenſi ipſo facto, B. ſſo. 137. conc. 304.

Nota.

Declaratio præcedentis decreti.

SIXTVS IV. approbauit litteras ſupraſcriptas Gregorij IX. inſerendo illas de verbo ad verbum; & robur perpetuæ firmitatis obtinere decreuit. Ac etiam declarauit, quod nec adhuc in præfatis tribus caſibus habeat auctoritatem præfatus Protector; quando non vniuerſi, ſed ſolum aliqui prædicti Ordinis profeſſores, in quouis numero, a Fidei vnitate, ac Sacroſanctæ Romanæ

Eccleſiæ

A Ecclesiæ obedientia deuiarent, vel Regulam præfatam non obseruarent, B. ffo.138.conc.304.

VRBANVS IV. statuit, quod Moniales Sanctæ Claræ sint subditæ Cardinali, qui pro tempore fuerit Protector Ordinis Fratrum Minorum, & illi teneantur firmiter obedire. Et quod huiusmodi Protector habeat curam, & regimen dicti Ordinis S. Claræ, necnon, & personarum insistentium seruitijs Monasteriorum huiusmodi Ordinis scilicet Capellanorum, Oblatorum, & Familiarium. Et quod tam per se, quam per viros idoneos, quoties expedire viderit, visitationis officium impendere studeat, corrigendo, & reformãdo, tam in capite, quam in membris; quæ correctionis, & reformationis officio nouerit indigere. Instituendo etiam, ac destituendo, & statuendo, ac disponendo; B prout secundum Deum viderit expedire, b. fo. 291. tractatu 3. & ffo. 319. tractatu 2. 3 *Pro Monialib. S. Claræ*

MARTINVS V. statuit, quod præfatus Protector non possit vllo modo dare licentiam aliquibus personis, ad ingrediendum Monasteria S. Claræ, inconsulto Romano Pontifice, seu absque Sedis Apostolicæ licentia speciali, b. ffo.63.conc.41. 4 *De ingressu Monasteriorum Sanctæ Claræ.*

IVLIVS II. concessit, vt Prouinciales Fratrum Mino. habeant eamdem potestatem, & facultatem circa Moniales Sanctæ Claræ illorum curæ commissas, quam Vrbanus IV. in Regula prædictarum Monialium commisit Protectori dicti Ordinis, B ffo.72.conc.220. 5 *Pro Monialib. S. Claræ*

Aduertendum est, quod huiusmodi potestas Protectoris, debet intelligi sic C cut postea fuit restricta per Martinum V. vt dictum est supra immediate: quãuis aliqui minus docti, aliter opinati fuerint. Et adhuc posset non immerito dici, quod præfata Concessio Iulij fuit subrepticia, & per consequens nullius valoris: quia in relatione non fuit expressum, qualiter prædicta potestas Protectoris ab Vrbano concessa, fuerat postea restricta per Martinum V. forsitan enim, si hoc fuisset expressum, non concessisset ille generaliter, & absolute, prout concessit. *Collector.* *Nota.*

Idem Iulius suprascriptas litteras Gregorij IX. & Sixti IV. approbauit, & confirmauit, b. ffo.88.conc.253. 6

D

ANNOTATIO CORDVBÆ.

QVOAD §. 1. vbi ponitur Priuilegium, seu Concessio Grego. IX. prohibentis Fratribus Mino. sub suspensione ipso facto, ne petant a Protectore facultatem aliquam aliter, quam ibi ab eo prouidetur, Notandum, quod ista suspensio, ipso facto, iam non valet, secundum eos, qui tenent, quod Sixt. IV. reuocauit omnes pœnas Statutorum, & Declarationum etiam Papalium suorum prædecessorum, vt infra, tit. Statuta. §. 1. habetur, ibi vide.

Quoad §. 5. vbi Collector agit, an potestas Protectoris concessa per Iulium II. nostris Prouincialibus, super Moniales, debeat intelligi restricta, an absoluta: latius E *dictum est supra, in his annotationibus, titu. Ingredi, super 4. notabile Collectoris, ibi videatur.*

Quoad §. 6. notandum, quod ipse Iulius II. fff. 88. ff. 253. approbans supradictas litteras Greg. IX. & Six. IV. insuper excommunicationem ipso facto infligit contra nõ obedientes Protectori, in pertinentibus ad suum officium, ibi expressum, & limitatum.

PROVINCIALIS.

DE multis attinentibus ad Prouinciales Fratrum, dictum est in dictione Ministri. *Collector.*

PROVINCIA. A

1 *Prohibitio multiplicationis prouinciarum.* NICOLAVS IV. statuit, & ordinauit, ac districte inhibuit, ne in Ordine Fratrum Min. fiat diuisio alicuius Prouinciæ, vel nouarum Prouinciarum multiplicatio, absque Romani Pontificis licentia speciali, per eius patentes litteras concedenda, faciente plenam, & expressam de huiusmodi Statuto, & ordinatione, ac inhibitione mentionem: decreuitq; irritum, & inane, si secus in hac parte contigerit attentari, B.fo.53. Et ffo.136.conc.303.

2 IVLIVS II. fecit duo Statuta, circa ædificationem domorum Ordinis Fratrum Minorum, in alienis prouincijs, quæ habentur in dictione Ædificare, §.11.& 12. B

QVARTA PORTIO.

1 *Collector. Vide supra fol.469. in verbo Portio Canonica decretũ Conc.Trid.* CIRCA quartam portionem, qualiter non teneantur Fratres Minores ad illius solutionem, factæ sunt multæ Concessiones prædictis Fratribus, ac etiam alijs Mendicantibus, inter quas potior videtur illa, quæ facta est Fratribus Carmelitanis; vt habetur in dictione Canonica portio, §.5.& 9. Et ibidem habentur omnia, quæ circa quartam reperiuntur concessa, in omnibus §§. vbi in margine est appósita hæc dictio, Quarta.

QVÆSTVARE. C

1 *Prædicatores.* GREGORIVS IX. præcepit vniuersis Ecclesiarum Prælatis, quatenus, si in suis iurisdictionibus, inuenti fuerint aliqui prædicantes, & quæstum pecuniarum quærentes, de Ordine Fratrum Minorum se esse dicentes, capiant illos, & tamquam falsarios cõdemnent eosdem: ne Religio prædictorum Fratrũ (qui paupertatẽ professi sunt) per hoc infamari contingat, B.fo.25. Et ffo.109. conc.234.

2 *De Fratribus Minor. Obseru. & Conuen.* CALLISTVS III. prohibuit stricte, sub excommunicationis pœna, ne Fratres Minores Conuentuales, sub nomine Fratrum Mino. Obseru. nec e contra, aut sub nomine locorum aliorum quæstuare aliquo modo præsumant, B. fo. 6. Et ffo.90.conc.197. prope finem. D

Collector. Præfata cõstitutio reuocata est per Bullam Pij II. B.fo.8. Et ffo.92. cõc.200.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

QVO AD §. 1. *vbi ponitur Priuil. Greg. IX. notandum, quod idem concessit Fratribus Ordinis Prædicatorum, Bonif. IX. ff. 118.*

RECIPERE. E

Distinctio materiæ infrascriptæ.

Collector. LICET ad hanc dictionem Recipere, possint reduci multa Priuilegia: tamen, quia iam superius in varijs dictionibus posita sunt, sufficiet hic illa distinguere, & ad propria loca remittere. De multiplici namque receptione fit mentio in prædictis Priuilegijs. ¶ Et primo de receptione Fratrum ad habitum, & ad professionem. De hoc autem habetur in dictione Nouitius, in multis §§. Et in dictione Simonia, §. primo.

Et

A Et in dictione Abbatissa,§.8. Secundo, quoad bona Nouitiorum, & Apostatarum, redeuntium ad obedientiam, quid possint de huiusmodi bonis recipere Fratres prędicti, continetur in dictione Nouitius, §. 12. & 21. Et in dictione Bona,§.13. Et in dictione Hæreditas,§.2.& 3.& 4. ¶ Tertio, qualiter Fratres, in Ordine Mino. professi, nequeant recipi a Fratribus aliorum Ordinum, dictum est in dictione Apostatæ, in multis §§. Et alia pertinentia ad idem, ponuntur hic infra,§.3. & sequentibus, vsque ad 11. ¶ Quarto, circa receptioné Sacramentorum, qui, quando, & quomodo possint ea recipere a Fratribus prę fatis; habetur in dictione Communicare,§.3. & 4. ac fere in reliquis §§. ibi cótentis. Et in dictione Sacramenta. ¶ Quincto, qualiter Prelati Ecclesiarum te neantur recipere prædictos Fratres, ponuntur aliqua infra,§.1.& 2.

B HONORIVS III. præcepit, in principio Ordinis, Prælatis Ecclesiarum, quatenus Fratres Minores, cum ad eos declinare contigerit, recipiant eos, sicut Catholicos, & fideles: ac eis ob reuerentiam diuinam, & ipsius Pontificis, se exhibeant fauorabiles, & benignos, b.fo.18. Et ffo.21. concess.1. Et ffo.83. conc.241. 1

GREGORIVS IX. præcepit similiter Ecclesiarum Prelatis, quatenus Fratres Minores ad eos accedentes, reciperent benigne, ac charitatiue (vtpote Catho'icos, & fideles; ac circa lucrum animarum, & euangelizationem verbi Dei insistentes) tractarent; eisq; in suis necessitatibus fauorabiles, & propitij existerent; credendo firmiter, ac de ipsis certam habendo fiduciam, quod cum spiritu viuant, spiritu & ambulent, b.fo.20. Et ffo.22.conc.5. 2

C INNOCENTIVS IV. præcepit Abbatibus, & Conuentibus Ordinis Cisterciensis, quatenus omnes Fratres, quos de Ordine Fratrum Minorum receperant, remitterét, sine aliqua difficultate, ad Ministros Prouinciales, & quod a talium receptione de cetero abstinerent, b.fo.21.& ffo.23.conc.8. 3 *Prohibitio.*

ALEXANDER IV. inhibuit districte vniuersis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, & Conuentibus Monasteriorum Sancti Benedicti, Cisterciensis, Sancti Augustini, Præmonstraten. Camaldulen. Vallis vmbrosę Ordinum: ne, prętextu quarumcumq; litterarum a Sede Apostolica generaliter, vel specialiter obtentarum, seu obtinendarum, quæ de præsentibus litteris plenam, & expressam non facerent mentionem: reciperent Fratres professos Ordinis Minorum sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda; a qua nequeant ab- 4 *Prohibitio.* *Excõicatio.*
D solui, nisi personaliter comparerent ante Romanum Pontificem, vel Sedem Apostolicam. Et decreuit irritum fore, & inane quidquid in contrarium factum fuerit, vel attentatum, b.fo.28 Et ffo.20.conc.20.

BENEDICTVS XI. decreuit, ne aliquis Frater cuiusuis Ordinis Mendicantium posset transire ad Ordines Monachorum Nigrorum, vel Cisterciensium, vel ab eorum Abbatibus recipi, sine Romani Pontificis licentia speciali, faciente plenam, & expressam de Constitutione huiusmodi mentionem, B.ffo.17.conc.399. 5 *Prohibitio.*

MARTINVS V. fecit circa prædicta quamdam amplissimam prouisionem, quæ habetur in dictione Apostatæ,§.15. 6

E PIVS II. similiter fecit aliam eximiam prouisionem in præfata materia; prout habetur in dictione Apostatæ,§.17. 7

PAVLLVS II. circa receptionem Fratrum Minorum Obseru. a Fratribus Conuentualibus eiusdem Ordinis, & e contra, fecit quoddam Statutum rigidum; sicut positum est in dictione Apostatæ,§.19. 8

INNOCENTIVS VIII. contra recipientes Fratres Minores Apostatas promulgauit sentétiá excómunicationis, vt habetur in dictione Apostatę,§.21. 9

IVLIVS II. districte præcepit vniuersis Fratribus Ordinis Minimorum, 10 *Excõi.*

fub excommunicationis latę fententię pœna: ne aliquem Fratrum Ordinis Minorum de Obferuantia, aliquo modo, vel cauffa recipere, vel retinere præfumant, fine expreffa, & fpeciali licentia Sedis Apoftolicæ, a volente tranfire ad illos fpecialiter obtenta. Non obftantibus quibufcumq; in fauorem dictorum Minimorum conceffis, B.fffo.12.conc.48. A

Excõicatio. Licentia.

10 LEO X. inhibuit fub excommunicationis latæ fententiæ pœna, omnibus & fingulis Conuentualium, fecundum Priuilegia viuentium, Prælatis, ac Fratribus: ne aliquem ex Fratribus reformatis, nifi præhabita licentia Capituli Prouincialis Reformatorum, recipere audeant; prout late habetur in dictione Conuentuales Fratres, §. 2. Et in dictione Licentiare Fratres, § 1. Et originaliter, B.fffo.30.conc.100. B

CAPVCCINI ANNOTATIO.

NOTANDVM, quod huiufmodi probibitiones Alex. 4. Benedict. xi. Mart. v. &c videntur confirmatę per Conc. Trid. feff. 25. titu. de Regul. c. 19. vbi inhibetur vt nemo Regularis, cuiufcumque facultatis vigore, transferatur ad laxiorem Religionem. Et per Conft. 91. Pij V. anno 1569. vt in Bullario. vbi declarat, quod quęlibet conceffio, etiam ab ipfo facta, recipiendi Fratres alterius Religionis, intelligatur de illis a lege permiffis; id eft, vt ad ftrictiorem, & non ad laxiorem &c.

Incipit Sedis Apoftolicæ folertia.

Item in anno 1567. ab eodem Pio V. fuit prohibitum, fub indignationis fuæ pœna; vt nullus ex Fratribus Capuccinis ad Ordinem Sancti Francifci de Paula, nec e conuerfo vllo vmquam tempore, & quacumque etiam iuftiffima cauffa, etiam de licentia fuorum Superiorum fe transferre poffit: quæ Bulla manet authentica penes nos Capuccinos; & ponitur a Paffarello in Collect. priuil. f. 116. C

Prohibitio träfitus Capuccinorũ ad Minimos & e cõtra. Pęna appofita a Greg. 14.

Et in anno 1591. 27. Maij a Sacra Regul. Congreg. auctoritate ei conceffa a Papa Greg. 14. fuit decretum, pofthac memoratum Pij V. Motum proprium. fub pęna, a tranfeuntibus, & illos recipientibus. priuationis Officiorum, & vocis actiuę, & paffiuę in perpetuum ipfo facto incurrenda; feruandum effe, & feruari debere: quę etiam Bulla apud nos Capuccinos feruatur authentica.

In anno 1578. Greg. 13. conceffit, vt Fratres Difcalciati Ord. S. Patris noftri Francifci. poffent recipere Fratres de Obferuantia, vt in Conft. 98. Ad hoc nos Deus. D

Quid dicitur in iure de tranfitu Men[dicantium] tran[feuntium ad] Or[dines] Monachales.

Et quia hodie, per Bullam Pij V. 91. anno 1569. latam, funt reuocata omnia Priuilegia, præter iuris communis difpofitionem recipiendi Fratres alterius Religionis. Ideo quid velint iura de tranfitu Mendicantium ad Ordines monachales. eft fciendum, quod hæc volunt iura per Conft. Mart. V. quę ponitur in Extrauag. de Regula. & incipit Ambitiofe, vt nullus Frater de Ordine Mendicantium, poffit tranfire ad aliquem Ordinem Monachalem (excepto Ordine Carthufienfium) nifi de licentia Papæ, quæ mentionem faciat de Conftitutione Martini: alias ille effet excommunicatus vt Apoftata. fimiliter eum recipientes. vt fupra habetur, in verbo Apoftatę, §. 15. Quod fi Religiofi Mendicantes, etiam de licentia Papæ, tranfeant ad Ordinem Monachorum, non poterunt habere vocem, vel locum in Capitulo, etiam fi ab eis concederetur: Nec poterunt habere Prioratum, nec aliquam adminiftrationem, nec quacumq; officia annua: nec tamquã Vicarij, vel Miniftri, vel loca eorum tenentes, poffunt quodcumque regimen animarum exercere; ficut habetur in Clem. vt profeffores. de Regul. E

[Pr]ohibitio [ne C]apucci[ni rec]ipiant [Fratre]s de [Obferu]ãtia

Pariter hic aduertendum, quod per Conft. Paulli III. anno 1537. fuit nobis Fratribus Capuccinis prohibitum recipere Fratres Minores de Obferuantia, fine licentia in fcriptis eorum Prouincialium Miniftrorum. Et licet poft talem prohibitionem concefferit dictus Pontifex, vt poffent eos Capuccini recipere, per Conftitut. tamen 26. Romani Pontificis, &c. anno 1541. fuit talis licentia reuocata, confirmando denuo pri-

nam

A *nuam prohibitionem, sub pœna excommunicationis, & inhabilitationis ad quęuis officia & legitimos actus. Et Iulius iij. in Conſt. ſua 10. Officij, anno 1550. renouando dictam Pauli iij. prohibitionem, declarat talem profeſſionem, ſeu receptionem, ſine dicta licentia Miniſtrorum in ſcriptis, eſſe nullam, & Capuccinos recipientes ſupradictas cenſuras incurriſſe. Et idem poſtea confirmauit Sixt. V. anno 1586. in Conſt. 22. Pro ea, &c. quę omnes Bullę ad Miniſtrorum inſtantiam de Obſeruantia fuerunt impetratę, in quibus tamen Bullis eſt aduertendum, quod excommunicationis latę ſententię abſolutio, reſeruata non reperitur.*

Poſſumus tamen nos Capuccini ipſos Diſcalsiatos, ſeu reformatos Fratrum Minorum Hiſpaniarum, volentes tranſire ad arctiorem Obſeruantiam Franciſcanam, recipere: dummodo licentiam in ſcriptis ab eorum Miniſtris Prouincialibus obtineant, per B *dictam Conſt. 22. Sixti V. cum ex Conſt. 36. Greg. 13. ann. 1579. eſſet Cuſtodis tantum ſufficiens licentia.* Capuccini poſſunt recipere Diſcalciatos.

Ipſis tamen Diſcalsiatis, poſſe recipere Fratres de Obſeruantia conceſſit Grego. 13. ann. 1578. vt habetur in Conſt. 99. Ad hęc nos Deus, vt ſupra eſt dictum. Diſcalciati poſſunt recipere Fratres de Obſeruantia.

An autem nos Capuccini poſſemus ad aliam Obſeruantiam tranſire? & ſi reperiatur alicubi ſtrictior Obſeruantia? alibi, ab alijs recentioribus eſt tractatum, in quęſtionibus autem D. Bonau. ſuper Regulam, dum inquirit; An de iſta noſtra Religione Minorum poſſet quis tranſire ad aliam, poſt factam profeſſionem, reſoluit, quod non, niſi per diſpenſationem Sedis Apoſtol. cum hoc expreſſe in ipſa noſtra Reg. prohibeatur, ibi, nullo modo licebit eis exire, &c. videas tamen quid ipſi recentiores dicant.

C *De prohibitionibus autem factis a Pio V. circa tranſitum Capuccinorum ad Ordinē S. Franciſci de Paula, & econtra: & a Greg. 14. quod non poſſint recipi a Fratribus Conuentualibus Reformatis, vide Bullas poſitas in fine huius Compendij. fol. 346.*

An & quando poſſint recipi in vna Religione illi, qui voluerunt intrare in aliam. Vide in annotatione noſtra infra, in verbo Votum, in principio, vbi adducuntur Priuilegia conceſſa Societati Ieſu ac Congreg. Caſſinenſi.

Et An poſſint recipi ad Ordinem deſcendentes ab infidelibus parentibus; vide ſupra in verbo Nouitiis, in declaratione prima Condit. Regulę.

REFORMATIO.

D ¶ *Diſtinctio materię infraſcriptę.*

CIRCA reformationem Fratrum Conuentualium, & ſuorum Conuentuum, ac etiam Monialium, & Monaſteriorum ſuæ curæ commiſſorum, fuerunt multa, & varia diuerſis temporibus, per multos Summos Pontifices ordinata. Sed quia modernis temporibus aliqua ſunt ſtatuta, quę ſolum, quantum ad huiuſmodi reformationem, obſeruari debent: ideo hęc tantum ponentur infra, reliquis omiſſis. *Collector.*

CONCILIVM Conſtantienſe ſtatuit, quod Generalis Fratrum Min. E poſſit, & debeat Conuentus ſibi ſubditos, ad ſtatum ſtrictæ obſeruantiæ conſonum reducere, &c. prout habetur in dictione Generalis Ordinis, §. 3. 1

SIXTVS IV. ſtatuit, quod Prelati Fratrum Conuentualium Ordinum Mendicantium, teneantur debite reformare Monaſteria ſibi ſubdita, tam Fratrum, quam Monialium, infra annum, poſtquam requiſiti fuerint, B. ſſo. 149. conc. 487. 2 *De Fratribus Conuentuali. Monia.*

LEO X. in Bulla Vnionis ſtatuit, & in virtute ſanctæ obedientię precepit, quod de cetero nullę nouę reformationes in Ordine Fratrum Mino. introducantur, aut fiant, abſq; Miniſtri Generalis, aut Prouincialium Miniſtrorū Re- 4

formatorum in suis Prouincijs respectiue expresso assensu. Ita tamen, quod dictæ reformationes, Ministro Generali, & Prouincialibus reformatis, per omnia iuxta Regulam subijciantur, B. ffo. 30. conc. 101. A

Idem Leo, in Bulla Concordiæ, statuit multa circa reformationẽ domorũ, & Fratrum Mino. Conuentualium, quæ posita sunt supra, in dictione Conuentuales Fratres, §. 2. & 3. & 4. & 5. & 6, & 7. ac 10.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

QVOAD. §. 3. notandum, quod idem Leo X. ffo. 30. prohibuit, ne quis vocet iniuriose aliquem Fratrem Mino. aliquo nomine iniurioso, vtpote Bullistam, &c. vt habetur in Compendio, titu. Obseruantes, §. 7. ibi videatur. B

CAPVCCINI ANNOTATIO.

OTANDVM pro hac materia Reformandi, quod Reformatio debet fieri, non secundum vsum, sed iuxta Regulam promissam, vt in Conc. Trid. sess. 25. titu. de Reg. c. 1. mandatur.

De institutione autem Fratrum Reformatorum Ordinis Mino. Sancti Patris nostri Francisci, de Obseruantia, habes in Bullario latissimam Const. Clem. VII. In suprema militantis Ecclesię specula, &c. anno Domini 1532. editam, ubi inter alia, mandatur assignari eis quędam loca particularia, & de Custode eorum, eiusq; officio, & auctoritate, & in officio triennali duratione. C

Vt mandauit etiam Pius V. in Constit. 82. Iniunctum nobis. anno 1560.

Quæ tamen Const. confirmatur, declaratur, ac ampliatur a Greg. XIII. in Const. 56. Cum, illius vicem, anno D. 1579. Vbi, inter alia, declarando, seu determinando, ait, quod si qui Fratres professi in obseruantia voluerint ad Reformatos transire, habeant (vt alij Nouitij non professi) annum continuum ad deliberandum an remanere in taliStrictiori obseruantia voluerint: & professos, inde recedentes Apostatas esse declarauit.

Et quod, nisi ad Capuccinos, reformati ipsi, habita prius in scriptis licentia Custodis, transire possint.

Ac vt Nouitij, & Fratres reformandi per Custodem recipi possint: habito tamen consensu Fratrum eius loci. D

Minister Gener. Fratrum de Obseru. tantum, & non alij, facultatem habeant visitandi, & corrigendi eos.

Et quod ipsi Reformati non retineant in eorum locis aliquem non reformandum, nisi Lectores, & Prędicatores cum suorum Superiorum licentia.

Capitula Custodialia singulis annis in locis Custodię, ad electionem Custodis fieri debent. Et Custodes ad triennium eligantur. Amplamq; facultatem eis tribuit multaq; alia pro ipsis Reformatis vtilia decernit. Vt ibidem in supradicta Const. est videre.

PRO REFORMATIS, SEV RECOLLECTIS in Regnis Aragoniæ, Valentiæ, & Cathaloniæ. E



DEM Greg. XIII. anno Domini 1581. in Constit. 70. Ex quo nos Deus cum supradictam dedisset constitutionem obseruandam a Fratribus de Obseruantia, & eorum reformatis: & tamen Reformati, contra formam dicta Const. molestarentur ab eisdem de Obseruantia; ideo fecit hanc aliam, vbi eximit a Iurisdictione Ministrorum Prouincialium, & omnium, etiam aliorum Superiorum dictarum trium Prouinciarum de obseruantia, omnes Reformatos, seu Recollectos, commorantes in Regnis Aragonia, & Valentia, ac Principatu Cathalonia.

A thalonia, ac illos penitus ab eis separauit, & dismembrauit: Et omnia eorum loca in vnam Prouinciam redigi iussit; eamq; per Ministrum Prouincialem ab eisdem Reformatis in Capitulo dictæ Prouinciæ eligendum, gubernari mandauit.

Ac Prouinciam ipsam, sub obedientia Ministri, seu Commissarij Generalis remanere declarauit.

Et vt Minister ille Prouincialis confirmationem petere habeat ab eodem Ministro, vel Commissario Generali: Qui quidem Minister Prouincialis, eamdem facultatem, & auctoritatem habeat cum suis Reformatis, quam habent alij Ministri Prouinciales in suis Prouincijs non Reformatorum.

Ceteris, in alia supradicta Const. 56. ordinatis firmis remanentibus, &c. quæ omnia B sub excommunicationis pœna obseruari ab ipsis Fratribus de Obseruantia iubet.

PRO REFORMATIS DISCALCIATIS PROVINCIÆ S. Iosephi, in Regnis Hispaniarum, eiusdem Ord. Mino. de Obseruantia.

IDEM Greg. XIII. anno Domini 1578. in Const. 91. Ad hoc nos Deus. Confirmauit, ac declarauit Regulam, & regimen Fratrum Discalciatorum Congregationis, siue Prouinciæ S. Iosephi, in Regnis Hispaniarum, Ordinis Minorum S. Francisci de obseruantia. ac sub pœna excommunicationis latæ sententiæ inhibuit, Superioribus, C & Prelatis ipsorum Fratrum de obseruantia, ne eos circa eorum viuendi modum molestare, aut in eis aliquid innouare præsumant.

Eisdemq; Discalciatis facultatem concessit recipiendi Fratres de Obseru. ad eos transeuntes, modo in alijs supradictis Const. præscripto.

Custodiam S. Gregorij in Indijs Philippinis incorporauit eidẽ Prouinciæ S. Iosephi.

Ac ipsos Discalciatos sub iurisdictione Ministri Generalis ipsius Ordinis tantum remanere iussit, adeo, quod ipse Generalis per se ipsum, vel alium, seu alios eiusdem Ordinis Discalciatorum tantum, possit ipsos Fratres Discalciatos corrigere, visitare, ac in eos iurisdictionem exercere.

PRO REFORMATIS DISCALCIATIS D Ordinis Carmelitarum

IDEM Greg. XIII. anno Domini 1580. in Constit. 98. Pia consideratione. Nonnulla ordinauit, de institutione, & Regula, gratijsque, & Priuilegijs Fratrum, & Monialium Discalciatorum primitiuam Regulam Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, in regnis Hispan. obseruantium, ac potestate, & officio Prioris Prouincialis Hispan. ac Prioris Generalis totius Ordinis. Et inter alia, ipsi Reformati omnimode fuerunt separati ab ipsis Mitigatis, &, eos ab vno Priore Prouinciali, eligendo ex Discalciatis, gubernari; Prouinciamque eorum sub obedientia Prioris Generalis totius Ordinis remanere debere, declarauit.

Ac Discalciatos ipsos ad Mitigatos, vel alium Ordinem, quam Carthusiens. transire posse prohibuit, Et alia ordinantur, vt ibidem est videre.

REFORMATIO ORDINIS SERVORVM Beatæ Mariæ.

FVIT etiam Reformatus a Pio V. Ordo Seruorum B. Mariæ anno Dom. 1570. vt habetur in eius Bulla 103. Postquã nos Deo auctore, &c. in Bullario, vbi nonnulla ad eorum Obseruantiam, & Regimen reperiuntur ordinata, vt ibidẽ est videre.

Reperiuntur, & alij quamplurimi Reformati tam Ord. Minorum, vt Reformati Fra-

tres Conuentuales, &c. quam aliorum Ord. Mendicantium, quorum, cum non potuerim præ manibus habere Summorum Pontific. Concessiones, seu Confirmationes: ideo eas hic non refero, sed ad eas me remitto: esset etiam nimis prolixum eas omnes recensere. A

RELIGIO ET RELIGIOSI.

Annotatio Cordubæ.

OTANDVM, quod de hac titu. nihil habetur in Compendio: quia sub alijs titulis habetur, quod hic videbatur posse poni, tamen nota, quod Bonif. IX. ffo. 118. & Alex. IV. (vt etiam refert Caietanus in Summula, tit. Excommunicatio, casu 81. & alij Summistæ, eod. tit. & Flor. 4. parte Sum. titu. 12. cap. 4. §. 14.) decreuerunt, Religiosos esse in statu perfectionis, & qui aliter asserit publice, & temere, & pertinaciter, est ipso facto excommunicatus, non absoluendus, nisi per Papam. Ideo cauendus est modus loquendi. Gerson. in 3. parte Summ. Alphab. 83. littera t. u. & alphab. 67. littera u. x. & alphab. 68. a. c. Nã in modo loquendi, & in vocabulis standum est communi Doctorum doctrine, & locutioni, quamuis in sensu non discordetur, aliter vtendo vocabulis. Nam Theologia, secundum Augustinum habet suam logicam. Ideo Religio est status perfectionis ad sensum communem Doctorum. De quo supra, in expositione Regulæ Minorum in introductione q. 2. late habetur. B

REVOCATIO. C

Collector.

VOAD reuocationem Priuilegiorum dicta sunt aliqua, & non parui momenti, supra in dictione Priuilegia. §. 8. & 13. & 17. ac 25. & 27. Vide ibi. & attende ad quæstiones positas in fine.

SACERDOTIVM.

Collector.



DE attinentibus ad Sacerdotium habetur in dictione Ordines Sacri in §. 4. & 5. & 8. Ac etiam in dictione Dispensatio §. 12. & 14. & 15. & 22.

SACRAMENTA. D

Distinctio materiæ infrascriptæ.

Collector.

VANTVM ad administrationem, & receptionem Sacramentorum Ecclesiæ, sunt plura in Priuilegijs Fratrum Min. contenta, quæ subsequenti Ordine distinguuntur.

¶Primo enim sunt aliqua pertinentia solum ad Fratres inter se, præsertim pro tempore Interdicti. Et hæc posita sunt in dictione Communicare §. 8. Ac quoad Moniales ibidem §. 11.

¶Secundo sunt aliqua pertinentia ad suos Tertiarios, & famulos, seu oblatos, & familiares. Et hęc habentur etiam in dictione Interdictum. 3. Et in hac dictione Sacramenta. §. 2. E

¶Tertio sunt plura concernentia personas Sæculares. Ista autem continentur in dictione Cõmunicare, §. 1. & 2. & 3. & 4. & 6. & 8. in fine, ac 10. & in hac dictione Sacramenta. §. 1.

1 BENEDICTVS XI. statuit, quod Sacerdotes, seu Rectores Ecclesiarum Parochialium, sint astricti ministrare Eucharistiæ, & Extremæ Vnctionis Sacramenta illis personis, quæ a Fratribus fuerint absolutæ. Et super confessione, & absolutione huiusmodi, voluit, quod in foro pœnitentiali stetur simplici

Euch. Vnc. extrema. Absolutio.

A simplici verbo illius, qui petit Sacramenta prædicta, & asserit se confessum Fratribus; cum hic de confitentis solius præiudicio, si falsum dicat, agatur. Duos tamen casus excepit, scilicet si Sacerdos asserat eum excommunicatum, vel notorie peccatorem, B.fo.126. Et ffo.203. conce. 502.

§ Suprascripta constitutio iam non ligat; quia fuit reuocata, & in contentis hic, non reualidata per Sixtum. Collector.

LEO X. statuit in Concilio Lateranensi, quod Fratres, & Sorores Tertij Ordinis, necnon Mantellati, & Corrigiati, ac Cordellati, in proprijs domibus habitantes, teneantur in die Paschatis tantum Eucharistiam, necnon extremam Vnctionem, ceteraque Ecclesiastica Sacramenta (pœnitentiæ Sacramento dumtaxat excepto) a proprio Sacerdote recipere, B.ffo.26.conc.85. Collector. Pro omnibus sæcularibus.

B 2 Aduerte, quod hic non includuntur feminæ, promittentes virginalem, seu vidualem castitatem sub præfato modo viuendi: quia tales gaudent omnibus Priuilegijs Fratrum, prout supra sæpe dictum est, præsertim in dictione Mulieres, §. vltimo. Collector.

Ex Priuilegij Fratrum Augustiniensium.

INNOCENTIVS IV. fecit quamdam copiosam concessionem Fratribus Augustiniensibus circa huiusmodi materiam Sacramentorum; prout habetur in dictione Ecclesiæ Fratrum §. 2. 3

C EVGENIVS IV. concessit Fratribus Augustiniensibus, quod si sedes Diœcesanorum Episcoporum forte vacauerint, interim omnia Ecclesiastica Sacramenta a vicinis Episcopis accipere libere, & absq; contradictione possint. Sic tamen, vt ex hoc in posterum, proprijs Episcopis nullum præiudicium generetur, B.ffo.247.conc.606.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

D *Vead §. 1. vbi dicit Collector, quod illa constitutio Benedicti xi. de qua ibi agitur, iam est reuocata, videatur de hoc supra in eodem Compendio, tit. Absolutio quoad Sæculares 2. §. 1. & tit. Confessiones §. 3.*

SCRVPVLOSI FRATRES.

Circa Fratres scrupulosos, sunt generalia quoad omnes, scilicet, qualiter Prælati possint in scrupulosis tangentibus conscientias huiusmodi Fratrum declarare, & determinare: ac subditi declarationi, & determinationi huiusmodi secura conscientia stare. Hæc autem posita sunt in dictione Declarare. §. 4. & 5. Alia sunt specialia circa Officium Diuinum. Et ista habentur in dictione Officium Diuinum primo §. 8. & 9. 11. ac 12. & 13. Collector.

B

SEPELITIO, ET SEPVLTVRA.

Distinctio materiæ infrascriptæ.

STATVTA, & concessa quoad sepulturas, & sepelitionem, quædam concernunt omnes sæculares personas: Alia vero pertinent ad familiares Fratrum, vel germanos Ordinis. Reliqua respiciunt præcise eosdem Fratres. Ea, quæ concernunt sæculares, sub-

subdiuiduntur: quia aliqua tangunt libertatem sepulturæ in Ecclesijs Fratrum,& delationem defunctorum ad easdem. Hæc autem ponuntur in §.1.& 3. & 4.& 5.& 10. & 11. & 17. Alia respiciunt sepelitionem cum habitu Fratrum. Et ista continentur in §.12.& 13.& 14.& 15. A

Illa vero,quæ spectant ad familiares Fratrum,habentur in §. 2. & 21. Quod autem tangit personas Fratrum, habetur in §. 16. Et in dictione Interdictum primo §.13. & 25.

1 *Pro omnibus seculaibus. Collector.* INNOCENTIVS IV. concessit, vt in Ecclesijs Fratrum Mino. sit libera sepultura, ita, quod nullus valeat impedimentum præstare, quominus possint omnes volentes, ibidem libere sepeliri; salua tamen iustitia Ecclesiarũ Parochialium,b.fo.22.& ffo.23. B

Qualiter intelligantur prædicta libertas, & iustitia Ecclesiarum, declaratur infra a Sixto 4.in §.5.

2 *Pro familiarib.Fra.* CLEMENS IV. concessit Fratribus Mino.vt eos, qui in suis immorantur obsequijs,possint(cum decesserint) in Cœmeterijs suarum Ecclesiarum sepelire,B.fo.56.& ffo.140.conc.315.

3 *Pro omnibus secularibus.* Idem Clemens concessit, quod in Ecclesijs Fratrum Minorum sit omnibus libera sepultura, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati illorum, qui se illic sepelire deliberauerint nullus obsistere valeat:nisi excommunicati,aut interdicti, vel publici vsurarij fuerint: salua tamen iustitia Ecclesiarum illarum, a quibus corpora defunctorum assumuntur,B.fo.58. & ffo.141.conc.336. *Collector.*

Aduerte infra quomodo Sixtus declarauit prædictam iustitiam Ecclesiarum in §.7. C

4 *Prohibitio.* Idem Clemens districte inhibuit, vt nulli Religiosi, vel sæculares præsumant,sine assensu, & voluntate Fratrum Minorum aliquorum defunctorũ corpora in suis Cœmeterijs sepelire.Nec etiam in Ecclesijs prædictorum Fratrum (ipsis inuitis) audeant Missarum sollemnia, vel exequias pro animabus eorum,qui ad huiusmodi loca tumulandi deferuntur, celebrare, B. fo. 58. Et ffo. 141.conc.336. *Missa.*

5 *Indulgent.* MARTINVS IV. concessit omnibus sepeliendis in Ecclesijs, seu claustris,& Cœmeterijs Fratrũ Mino.Indulgentiam 40.annorũ,b.ffo.260.conc.664.

6 *Eximere cõi. Prohibitio.* BONIFACIVS VIII. vniuersis Religiosis, & sæcularibus Clericis, cuiuscumque status vel conditionis existant, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interminatione maledictionis æternæ, districtissime prohibuit,ne aliquos ad vouendum, iurandum,vel fide interposita, seu alias promittẽdum inducãt, vt apud eorum Ecclesias,sepulturam eligant,vel iam electam vlterius non immutent. Et si secus actum fuerit,electionẽ talem decreuit nullius penitus existere firmitatis. Statuit etiam,vt ij,qui sic elegerint,nec apud sic electas Ecclesias vllatenus sepeliri,nec alibi, (ne contra votum, iuramentum, aut promissum huiusmodi a se factum, materiam habeant veniendi,)possint eligere sepulturam;sed contradictione quacumque cessante, sepeliantur omnino apud illas Ecclesias, apud quas sepeliendi de iure fuissent, si alias, sepultura non electa, forsitan decessissent.Statuit insuper,quod si ijdem Religiosi,vel Clerici,prędictos in suis Ecclesijs,vel Cœmeterijs prę sumpserint sepelire, ad restitutionẽ, tam sepultorum corporum,si petantur,quam etiam omnium,quæ occasione sepulturæ illorum peruenerint quomodolibet ad eosdem, infra decendium integraliter faciendam,sint obligati: Quam nisi fecerint,Ecclesiæ ipsæ,apud quas sepulti fuerint, necnon Cœmeteria earumdem, ex tunc eo ipso sint, & tandiu maneant Ecclesiastico supposita interdicto, donec ab eis facta fuerit restitutio plenaria omnium prædictorum. Habetur in ca.Animarum periculis, de sepulturis,lib.6. D E

Idem

A Idem Bonifacius statuit, quod Religiosi, nisi a proprijs Monasterijs adeo forsitan sint remoti, quod ad ea, cum moriuntur, commode portari nó possint, nequeant sibi eligere sepulturam: cum velle, vel nolle non habeant: sed sint apud sua Monasteria tumulandi. Habetur in cap. Religiosi, de sepulturis, lib. 6. 7 *Ex iure eli. Prohibitio.*

Idem Bonifacius, & Clemens V. statuerunt, vt Fratres Prædicatorum, & Minorum Ordinum, in Ecclesijs, vel locis suis, vbilibet constitutis, liberam, vt sequitur, habeant sepulturam, videlicet, quod omnes eam recipere valeant, qui sepeliri elegerint in locis, & Ecclesijs memoratis. Habetur in Clementina Dudum, de sepulturis. § huiusmodi quoque. 8 *Ex iure eli.*

B BONIFACIVS IX. concessit Fratribus Ordinis Prædicatorum, vt possint ad domos quorumcumque decedentium, qui apud prædictorum Fratrum Ecclesias, sepulturas elegerint, vel habere debuerint, cum cruce, thuribulo, & luminarijs, aqua benedicta, & alijs Cæremonijs consuetis, etiam per aliorum Parochias, personaliter accedere, & funera decedentium huiusmodi, qui tempore vitæ suæ libere elegerint; vel alias debuerint, vt præfertur, ad eorum Ecclesias portare, & inibi facere sepeliri, B. ffo. 118. conc. 525. 9 *De ingressu Parochiar.*

SIXTVS IV. declarauit suprascriptam Concessionem Clementis IV. § 3. f. quod Fratres Mino. habeant in Ecclesijs suis liberam sepulturam, sic debere intelligi, quod Fratres prædicti, nullius super hoc petita licentia, possint cum cruce processionaliter ingredi Parochias, in quibus fuerint corpora defunctorum, ac corpora ipsa ad eorum Ecclesias sepelienda deferre, vbi hoc fieri consuetum foret: vel quando Presbyteri Parochiales requisiti, id facere recusauerint. Et voluit, quod nec prædicti Fratres, nec consanguinei defunctorum possint cogi (etiam prætextu cuiusuis consuetudinis) ad deferendum prius huiusmodi corpora ad Ecclesias Parochiales, aut alia loca, & inibi ante, vel post sepulturam, aliqua Diuina Officia pro eisdem defunctis celebrare, aut celebrari facere, B. fo. 60. Et ffo. 143. conc. 346. 10 *De ingressu Parochiar.*

C

Circa hoc facta est quædam moderatio in Concilio Lateranensi; prout infra ponitur. §. 18. *Collector.*

Idem Sixtus declarauit, quod iustitia Parochialium Ecclesiarum, de qua in litteris Clementis facta est mentio, supra. § 3. id est Canonica Portio, tunc habeat locum dumtaxat respectu dictorum Fratrum Minorum, quando in eorum Ecclesijs, seu Cœmeterijs corpora defunctorum sepeliuntur. Sed si non apud huiusmodi loca Fratrum, sed apud aliorum Ordinum Mendicantium professores, sepeliantur, decreuit, quod ex ijs, quæ ad Fratres Minores prædictos, apud quos tunc corpora defunctorum non sepeliuntur, de bonis defunctorum quomodolibet obuenerint, quouis particulari, vel vniuersali titulo, directe, vel per obliquum, nullam canonicam portionem dare teneantur, B. fo. 60. Et ffo. 143. conce. 364. 11 *De iustitia Ecclesiarũ Parochial. Cã. portio.*

D

Idem Sixtus decreuit, quod illi, qui cum habitu Fratrum Minorum, aut Sororum Tertij Ordinis elegerint sepeliri, in Ecclesijs, vel Cœmeterijs prædictorum Fratrum, vel Sororum sepeliantur; etiam si alibi suam elegissent sepulturam: nisi de licentia expressa, & assensu Fratrum Domus, seu Conuentus illius loci, vbi tales decessérint, B. fo. 60. Et ffo. 144. conc. 350. 12 *Habitus Fratrum.*

E

Vide infra qualiter Leo X. in Conc. Later. aliter statuit, §. 18. *Collector.*

Idem Sixtus fecit consimilem concessionem sicut immediate suprapositã Fratribus Carmelitanis: & excommunicauit contradictores eiusdem concessionis, B. fo. 99 Et ffo. 182. conc. 444. 13 *Excommunicatio.*

Huiusmodi excommunicatio iam non ligat, propter decretum Concilij Lateranensis, positum inf. §. 18. *Collector.*

Idem Sixtus statuit, quod nullus valeat dare prædictum habitum Fratrũ ad 14

sepe-

Habitus Fratrum. sepeliendum aliquam personam: nisi Guardianus domus loci, in quo talis decedere contigerit, aut alij Prelati Superiores; vel illi, cui ipsi duxerint committendum dumtaxat, & non alius quauis auctoritate, vel prælatione fungatur. Et similiter statuit, quod præfati (quibus committit auctoritatem dandi prædictum habitum) teneantur declarare recipientibus, quod apud eorumdem Fratrum Ecclesias debent, cum obierint, sepeliri, B.fo.65. Et ffo.149.conc.364. A

Collector. Vt colligitur ex litteris prædicti Sixti, vbi supra, possunt præfati, quibus committit auctoritatem dandi prædictum habitum, dare illum, non solum ijs, qui moriuntur in locis, vbi morantur Fratres, sed etiam alijs, qui intra illorũ Guardianias decesserint.

15 *Habitus Fratrum.* Idem Sixtus statuit, quod corpora volentium cum prædicto habitu sepeliri, deferantur ad sepulturam sine alio pallio, vel tegumento superimposito. Non obstante quacumque ordinatione, vel prohibitione Ordinariorum locorum, etiam sub censuris facta, B.fo.65.& ffo.149.conc.364.in fi. B

16 *Pro Fratr. tansump.* IVLIVS II. concessit Fratribus Mino. quod tempore interdicti ordinaria auctoritate appositi, possint corpora Fratrum decedentium eiusdem Ordinis publice sepelire; prout late positum est in dictione Interdictum 1. in §.13. Vide etiam ibidem §.25.

17 *Pro famil. Fratrum.* Idem Iulius II. fecit aliam concessionem pro familiaribus Fratrum Minimorum, qui eligunt sepeliri in Ecclesijs prædictorum Fratrum; prout habetur in dictione Familiares, §.7.

18 *Prohibitio ingressus Frat. in parochias.* LEO X. in Concilio Lateranensi statuit, quod Fratres quorumlibet ordinum non possint intrare Parochias cum cruce, ad leuanda corpora defunctorum, qui apud Ecclesias domorum eorumdem Fratrum suam elegerint sepulturam, nisi prius præmonito, & requisito, ac recusante Parochiali presbytero. Et tunc sine illius, ac Ordinarij præiudicio, nisi eisdem Fratribus super hoc antiqua consuetudo, quę sit in viridi obseruantia, & cum pacifica possessione, suffragetur, B.ffo.26.conc.76. C

19 *Habitus Fratrum.* Idem Leo vbi supra statuit, quod volentes sepeliri cum habitu Fratrum, si non sint personæ in Claustro eorumdem Fratrum degentes, sed in proprijs domibus habitantes, possint in eorum vltima voluntate, seu testamentis sepulturam sibi libere eligere, B.ffo.26.conc.77.

20 *Exhum.* Idem Leo concessit, quod Prelati Ordinis Mino. possint in suis Ecclesijs, & capellis exhumare corpora defunctorum, & ad alias sepulturas in eisdem Ecclesijs suis transferre, de consensu tamen illorum, quorum interest, O.ffo.58. concef.162. D

Ex Priuilegijs Fratrum Prędicatorum.

21 *Pro germanis ordinis.* IOANNES XXIII. concessit Fratribus Ordinis Prædicatorum, de gratia speciali, quod confratres, & germani præfati ordinis, possint sepeliri tempore interdicti in Ecclesia, vel cœmeterio prædictorum Fratrum: nisi fuerint excommunicati pu lice, vel nominatim, b.ffo. 95.conc.306. E

Collector. Qualiter prædicta concessio sit intelligenda, dictum est in dictione Indulgentiæ quoad sæculares 4. in fine. Et in dictione Interdictum 3. post §.5. Vide ibid. & nota bene.

Habitus. Sepultura. LEO X. & Hadrianus VI. omnibus, & singulis Christi fidelibus, in Regnis Castellæ, Legionis, & Granatæ existentibus, qui deuotionis feruore ducti, in habitu Ordinis Sanctissimæ Trinitatis decesserint; aut eorum corpora, seu cadauera, dum ab hoc sæculo migrauerint, in Ecclesijs Monasteriorum Ordinis prædicti sepeliri ordinauerint: concesserunt omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones, Fratribus prædicti Ordinis concessas, B.

De

A De hoc habetur latius in dictione Communicatio Priuilegiorum. §. vltimo *Collector.*

SERVITORES FRATRVM, ET SERVITRICES MON.

Distinctio materiæ infrascriptæ.

RESpectu Seruitorum Fratrum, sunt nonnulla concessa, & statuta; quæ posita sunt in dictione Familiares Fratrum. Quoad Seruitrices vero Monialium; qualiter scilicet possint ingredi Monasteria Monialium, quibus seruiunt; habetur in dictione Ingredi Monasteria Monialium §. 19. Sed quoad illa, quæ concernunt eorum absolutiones, habetur in dictione Absolutio ordinaria, quoad Fratres. §. 11. Nonnulla alia ad huiusmodi personas spectantia, ponuntur hic infra. *Collector.*

B SIXTVS IV. statuit, quod Seruitrices Monialium Sanctæ Claræ, portent vestimenta honesta, iuxta dispositionem, & ordinationem Generalis Fratrum Minorum, o.ffo.67.conc.105. 1 *Habitus.*

Idem Sixtus concessit, quod illi, qui sunt in seruitio Fratrum Minorum, & Sororum Sanctæ Claræ, habeant Indulgentiam plenariam in morte, ac semel in vita, de reseruatis, o.ffo.66.conc. 96. 2 *Indulgent.*

Idem Sixtus concessit, quod Seruitores Fratrum, & Seruitrices Monialium Sanctæ Claræ, possint promereri omnes indulgentias Stationum Romæ, & Portiunculæ, concessas Fratribus Mino. dicendo quinque Pater noster, & totidem Aue Maria, cum Gloria Patri, in Ecclesijs prædictorum Fratrum, & Monialium, o.ffo.67.conc.114. 3 *Stationes.*

C

SIMONIA.

Distinctio materiæ Simoniæ.

CIrca Simoniam cõtinentur aliqua in Priuilegijs Fratrum Minorum, prout sequuntur. Et primo, qualiter possint Fratres Minores absoluere a Simonia; habetur in dictione Absolutio, quoad sæculares 2. in §. 5. Item quomodo prædicti Fratres possint vti casibus, eisdem concessis ab Episcopis simoniacis: habetur in dictione Absolutio, quoad sæculares 1. in §. 6. ¶ Secundo, qualiter Moniales, quę nesciunt discernere inter intentionem primariam, quæ caussat Simoniam; & secundam, non incurrant eã, continetur in dictione Moniales, §. 16. & 17. & vltimo. *Collector.*

D

VRBANVS V. & Gregorius XI. fecerunt Statutum, seu prohibitionem, modo subsequenti. Vniuersis, & singulis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Prępositis, & Magistris, Abbatissis, & Priorissis, aliisq; Prælatis, quouis nomine nuncupentur, & eorum officialibus, quarumcumque Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuum, Domorum, & locorum, quorumlibet Ordinum, & Religionum, etiam Militarium, tam exemptorum, quam non exemptorum, quocumque nomine censeantur, etiam Capitulis, & Conuentibus, ac singularibus eorum personis tenore pręsentium, auctoritate Apostolica (quamuis sit eis a iure inhibitum) districtius inhibemus ne tam a maribus, quam a mulieribus, volentibus ingredi eorum Religionem, Ecclesias, Monasteria, Prioratus, Domus, seu loca, in earumdem personarum receptione, aut ante, vel post illam; quęcumque prandia, seu pastus, siue cenas, pecunias, iocalia, aut res alias, etiam ad vsum Ecclesiasticum, seu quemuis pium vsum alium deputata, seu deputanda, directe, vel indirecte petere, vel exigere quoquomodo præsumãt, 1 *Pro[illegible] Nouitius.* E 4 *Recipere.*

sed

sed eas potius cum omnimoda pietate recipiant, ac in victu, & vestitu, sicut alias personas suarum Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuū, Domorum, A
& locorum, sincera charitate pertractent: illa dumtaxat, quę personę ipsæ ingredientes, pure, & sponte, & plena liberalitate, omnique pactione cessante dare, vel offerre Ecclesijs, Monasterijs, Prioratibus, Domibus, & locis huiusmodi voluerint, cum gratiarum actione licite recepturi: Nos enim in eos, qui secus egerint, si singulares sint personæ, tam dantes, quam accipientes huiusmodi, excommunicationis: si Capitulum, vel Conuentus fuerit, suspensionis sententijs, eo ipso decernimus subiacere; a quibus (præterquam in mortis articulo) absolui nequeant, absque Sedis Apostolicæ licentia speciali, b. ffo. 125. conce. 563. Habetur in extrauag. Sane de Simonia. B

Excommu.
Suspensio.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

Voad §. 1. notandum, quod Siluest. titu. Excommunicatio 7. excommuni. 44. post Florent. asserit Martinum Papam huius Vrbani successorem, abstulisse quoad Moniales, hanc sententiam excommunicationis latam per Vrbanum V. & Greg. XI. facit ad hoc Caietanus in Summula. tit. Excommunicatio, post cap. 81. de Constitutionibus similibus non receptis, & specialiter saluas Moniales, habentes talem vsum recipiendi prandia, &c. huiusmodi eo. titu. cap. 73. facit & Gerson in 3. parte summ. lect. 5. & 6. de vita spirituali, quia tales sententia videntur inualida iam per non vsum, & talia iura humana sunt abrogata in hoc, sicut & alia multa in alijs materijs, per consuetudinem oppositam. Ideo illa, & similes Bullę, seu Extrauagantes, tamquam non visa, & non vsitata, seu iam non valida, non debent quotari nec adduci: & facit ad hoc quod habetur in Compendio, tit. Moniales, § 51. concessum per Clem. VII. ibi videatur. C

CAPVCCINI ANNOTATIO.

Habetur in catechesi Neapolitana. fo. 284.
Excommu. Papalis.

Ro hac materia Simonia non erit inutile, & Confessoribus, & alijs Regularibus, hęc, quæ infra ponam, notabilia considerare.

Et primo notandum, quod adest excommunicatio Papalis latę sententię, contra Simoniacos in ordine & beneficio, & contra mediatores, & procuratores palam, vel occulte, & tam dantes quam recipientes, per Constitutionem Pij V. Cum primum, &c. vbi confirmat extrauag. Paulli II. Ipsi vero assecuti beneficia sunt etiam ipso iure illis priuati, & insuper inhabiles ad ea, & ad alia omnia obtinenda: non autem mediatores. D

Secundo, notandum, quod priuatio ipsius beneficij ipso facto est etiam in foro conscientię, absque alia secuta declaratione, seu condemnatione: & aduerte, appellatione beneficij etiam Prioratum, Guardianatum, & similia venire, quouis nomine nuncupentur; quæ sunt prælationes, & officia pastoralia apud Mendicantes: quoniam Monasteriorum, seu Conuentuum sunt electiones, confirmationes, seu prouisiones huiusmodi, quamuis inter beneficia Ecclesiastica communiter non computentur. E

...m priuat. & inhabilitat.
Priuil intelligitur etiā in foro conscientiæ.
Quid veniat appellatio benefic.

Tertio notandum, quod si ante absolutionem celebretur Missę sacrificium, incurritur in irregularitatem; quę (sicut nulla ex alijs) ne Iubilaeorum quidem vigore potest aboleri; & super tali contracta irregularitate difficillime Papa solet dispensare.

Quarto notandum, quod tenetur ad restitutionem fructuum, tamquam iniuste perceptorum, cum non fuerit ingressus per ostium in ouile ouium; & ideo furtum, ac sacrilegium, tales reddituus percipiendo, perpetrauit.

...habilitas benefic.

Quincto notandum, quod est inhabilis in futurum ad habenda beneficia; vt in eo, in quo deliquit, puniatur: & proinde etiam si talis clericus fuerit a censura absolutus,

A *atque secum per irregularitatem fuerit dispensatum per Sedem Apostolicam, adhuc tamen incapax beneficij existit.*

Et notandum bene, quod in Conc. Trid. sess. 24. cap. 18. §. Caueatq; in illo casu Simonia sibi contento, erat tamen ferenda (dum dicitur Simonia vitium incurrant, & absolui nequeant, nisi dimissis beneficijs, & ad alia in posterum inhabiles reddantur) hodie generaliter in Simonia quoad beneficia factus est Canon latæ sententiæ. Côc. Trid.

Sexto notanda sunt aliqua circa ea, quæ statuit Vrbanus V. contra singulares personas aliquid ex pacto dãtes aut recipiẽtes pro ingressu Religionis vt sup. in §. 1. habetur. In §. 1. Pœna contra dantes aliquid pro ingressu Religionis.

Et primo quod illa Const. comprehendit omnes, sed in duabus tantum actionibus, videlicet, in dando, & in recipiendo.

Secundo nota, quod sicut in cæteris Simonijs ab Ecclesia punitis, regulariter requiritur Hic loc⁹ est singularis.
B *pactio, ita & in hac; & ita ex pacto tacito scilicet, vel expresso tantummodo, dantes & accipientes sunt excommunicati, non autem si sine pacto, quantumcumque intentio peruersa adesset.*

Tertio scias hodie per contrarias Romanorum Pontificum Extrauagantes, non habere locum hanc Cõstitutionem in Monialibus, quoniam eis ratione dotium præcedente pacto omnia dantur: possunt tamen & ipsæ in hoc delinquere, si videlicet peruersa, & non permissa pacta præcederent: vt tenet Auctor Catechesis Neapolitanæ, lib. 1. c. 12. §. 3. Auctor catechesis.

Quarto aduerte, regulariter (ipse supradictus auctor ait) debere in Simonia præcedere pactum: quia hodie in multis casibus etiam sine expresso pacto, sed solo nutu, aut subornatione præcedente, in eam incurritur, quo circa Pius V. in Extrauag. 68. Quanta: circa medium, sic ait.
C
Caueant autem Episcopi, & alij prædicti, Itemque omnes Electores, Præsentatores, & Patroni, tam Ecclesiastici, quam laici quicumque sint, ne verbo quidem, aut nutu, vel signo futuri in huiusmodi beneficijs & officijs successores, ab ipsis resignantibus, aut alijs eorum significatione, vel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos vel etiam intentio qualiscumque intercedat. Cæterum præcipimus, & interdicimus, ne Episcopi, aut alij collatores de beneficijs, & officijs resignandis prædictis, aut admittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum audeant prouidere. Quod si secus, ac etiam quidquid, præter, vel contra formam, prædictorum, fuerit a quocumque temere attentatum: Nutus & signa.
D *id totum ex nunc vires & effectum decernimus non habere. Qui vero contra fecerint, vt in eo quod deliquerint puniantur, a beneficiorum, & officiorum collatione, necnon electione præsentatione confirmatione, & institutione, prout cuique competierit, tamdiu suspensi remaneant, donec remissionem a Romano Pontifice meruerint obtinere. Et qui talia beneficia, seu officia receperint, eos prædictis pœnis volumus subiacere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensi, conferre, eligere, præsentare vel confirmare ausi fuerint excommunicationis, quoad personas: quo vero ad Capitula, & conuentus, a diuinis suspensionis sententias, ipso facto promulgamus: a quibus nullus absolui possit, nisi per Rom. Pont. excepto mortis articulo, &c. prohibitione, & litteris nostris prædictis nihilominus in cæteris omnibus perpetuo valituris, &c.* Nota hanc excommunication⁹

E *Considera etiam hoc idem in Bul. contra confidentias, fortasse habetur Pius V. in eol.* Nota.

Quantum vero ad subornationem sic statuit Pius V. in Extrauag. 131. directa ad Fratres Ordinum Minorum de obseruantia: quæ incipit Pastoralis officij. Anno 1533.

Qui vero in electionibus omnibus, vel ante eas, per sex menses, pro se, vel pro alio subornauerint, in excommunicationis sententiam ipso facto incurrant, a qua nisi a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, absolui nõ possint; ac voce actiua & passiua perpetuo careant. Subornatus, vel alius etiam pro quo subornatio fiet; qui subornantem non detulerit, in eamdem pœnam incurrere censeatur: Qui autem ad officium obtinendũ quorumuis fauorem extra Religionem procurauerit, vltra prædictas pœnas per mensem carceri mancipetur, &c. Et hæc sint dicta pro hac materia Simoniæ. Subornat excomm in electio Contra nõ reuelantes subornat. Qui fauore[s] procurant.

A conceff. 76. Et B. fo.28. & ffo.112 conce. 242. Quæ etiam, quia particulares, ac temporalea fuerunt, non ponuntur hic: licet per inaduertentiam in prima editione Compendij positæ sint.

¶ LEO X. statuit, quod Capitulum generalissimum celebratum Romæ (quando scilicet, facta est Vnio Fratrum Minorum Obser.& omnium aliorum reformatorum eiusdem Ordinis) teneretur deputare nonnullos Fratres ex diuersis Regionibus, seu Nationibus assumptos, ex probatioribus, & doctioribus, ac magis expertis Fratribus, qui omnia,& singula (quæ pro manutenentia reformationis,& vera Regulæ obseruantia accommoda iudicarent) in vnũ recolligerent, ac postea per totum Capitulum generale, aut maiorem partem B eiusdem approbarentur; & tandem Apostolicæ confirmationis patrocinio munirentur, B. ffo.30. conceff. 167. *2 De Statu. Ordinis faciendis.*

¶ Idem Leo statuit, quod Moniales Sanctæ Claræ, & aliæ quæcumque, sub obedientia & regimine Fratrum Minorum obser. existentes, teneantur seruare Statuta, seu Constitutiones, respectu illarum, facta in Capitulis generalibus, aut Prouincialibus factis,& faciendis; prout late positum est, in dictione Moniales, §. 23. *3 Pro Monialibus Sanctæ Claræ.*

ANNOTATIO CORDVBÆ.

C VOAD §. 1. *notandum, quod est dubium, an per præfatum Priuilegium Six. IV. de quo ibi agitur reuocentur obligationes, quoad pœnas, & quoad culpas, indicta per Statuta, & per Declarationes etiam Papales, vltra seu præter Regulam nostram, nobis Fratribus Mino. specialiter: An solum reuocentur obligationes, quoad culpas, seu pœnas, inducta per statuta aut Declarationes, aut Consuetudines aliorum quorumcumq. intra Ordinem nostrum, seu a Fratribus, seu a Capitulis nostris, vltra, seu præter Regulam editas, seu factas, quoad nos Fratres Mino. specialiter: & in hoc est duplex opinio. Nam Collector cum alijs tenet, quod per dictum Priuilegium solum reuocantur obligationes ad culpas, & ad pœnas quascumqs, indicta nobis per Statuta, aut Declaratio es, vltra seu præter Regulam, editas solum intra Ordinem nostrum, seu* D *a quibuscumque Fratribus, seu Capitulis nostris Ordinis: non autem per Statuta aut Declarationes editas a Papa, vel Ecclesia. Sicq; secundum hanc opinionem præcepta, & pœnæ, siquæ sunt in declarationibus Nic. III. Clem. V. Ioan. XXII. vltra seu præter obligatoria Regulæ nostra, bene nos obligant & sunt in suo vigore, nec reuocantur per Priuilegium præfatum: quia de istis, nec loquitur, nec intelligitur præfatum Priuilegium: & ratio huius opinionis est, quia semper dicitur in eodem Priuilegio quod per id reuocat Papa obligationes præfatas Statutorum, & Declarationum omnium & a quibuscumque dicti Ordinis nostri: nota illam limitationem, dicti Ordinis, idest intra Ordinem, seu a Fratribus, seu a Capitulis quibuscumque nostri Ordinis: ergo non extenditur ad Statuta & Declarationes Papæ, vel Ecclesiæ.*

B *Secunda opinio est cuiusdam Patris satis docti, quæ mihi magis placet, quod, scilicet, non solum reuocantur obligationes nobis specialiter indictæ per Statuta, & declarationes, vltra, seu præter Regulam editas intra Ordinem, seu a Fratribus, seu Capitulis nostri Ordinis: sed etiam a Papa, vel Ecclesia, vel a quibuscumque alijs: & ratio huius opinionis est, quia in relatione præfati Priuilegij hoc ponebatur, vbi dicitur, quod quia nonnulli Rom. Pontifices prædecessores nostri, ac alij etiam Generales, & Fratres ipsius Ordinis, deuotionis feruore accensi, vltra dictam Regulam, nonnulla Statuta & Ordinationes fecerunt, &c. & infra ibidem in Concessione Papæ habetur (non obstan. Statutis Ordinationib. & Declarationibus præmissis, quibus, quoad hoc expresse derogamus, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, &c.) ergo*

*ex his videtur, quod Papa de omnibus supradictis intelligebat, & se conformabat in- A
tentioni petentis hoc Priuilegium, vt littera ipsius Priuilegij aperte sonat, ergo. Et ad il-
lud, quod limitate dicitur (dicti Ordinis) dico, quod intelligitur non vt prima opinio
Collectoris glossat, id est intra dictum Ordinem: sed sic, scilicet. dicti Ordinis, id est, pro
ipso Ordine Fratrum Minorum tantum specialiter editis Statutis, seu Declarationi-
bus, &c. quia tales tantum reuocantur, Non autem reuocantur obligationes ad cul-
pam, seu pœnam indicta per Statuta, seu Declarationes Papales, seu Ecclesiasticas,
editas generaliter pro omnibus Christianis, seu pro omnibus Religiosis; quales sunt mul-
ta prohibitiones, & censura inflicta a iure, seu per extrauagantes generaliter, quoad
omnes Christianos; seu quoad omnes Religiosos tantum: quia ista non reuocantur
per prædictum Priuilegium Sixti. vt patet; quia alioqui esset absurdum sic intellige-
re, vt dictum est supra, in his Annotationibus, tit. Ingredi. super §. 15. quod etiam
clarius innuitur in eodem Priuilegio Six. IV. vbi expresse dicitur, Nisi tales essent ca- B
sus, vel excessus, qui Diuina lege, aut præcepto Romana Ecclesia merito inducerent ad
mortale, hæc ibi. Ex quo patet, quod solum reuocantur Statuta, siue Declarationes,
edita a quibuscumque, etiam a Papa, vel Ecclesia specialiter pro nobis Fratribus Mi-
noribus, inquantum nos obligant ad culpam, seu ad pœnas aliquas, vltra id, quod in
nostra Regula continetur: Non autem Statuta, aut Declarationes generaliter edita a
Papa, vel Ecclesia pro omnibus Christianis, seu pro omnibus Religiosis, quamuis ibi de
nobis Fratribus Minoribus specialiter fiat mentio; aut ibi, quoad nos tantum, aliquid
statuatur specialiter: quia tale quid non reuocatur per prædictum Priuilegium: ex quo
tale Statutum non est specialiter pro nobis editum, sed generaliter pro omnibus Reli-
giosis, aut Christianis; vt dictum est. Quamuis aliquis dixerit, quod etiam Statuta, C
& Declarationes Papa, generaliter edita, quoad omnes Religiosos, & Christianos, re-
uocantur quoad nos Fratres Mino. nec obligamur per ea ad culpam seu ad censuras ali-
quas: sed, vt probatum est, non est ita. sed vt nos iam sæpe diximus.*

CAPVCCINI ANNOTATIO.

In §. 1. *OTA, quod Statuta confirmata a Sede Apostolica intelliguntur iux-
ta Confirmationem iam factam a Greg. XIII. in Const. 31. Ex beni-
gna. Et a Six. V. anno 1587. omnium Priuilegiorum Fratrum Mino- D
rum de Obseruantia. Vbi dicitur Dummodo sint licita, honesta, in vsu,
& sacris Canonibus, & Decretis Sacri Conc. Trid. non contradicant.*

Et Concil. Trid. sess. 25. tit. de Regular. cap. 22. determinat, quod Regulares sub arctiori regula vel Statutis viuentes, ab ipsis non intendit remouere.

An autem Statuentes possint recedere a Statuto confirmato per Sedem Apostolicam, vide supra in verbo Priuilegia, in nostra Annotatione, in fine.

Et de intelligentia supradicta Clausula Dummodo sint in vsu, &c. Vide ibidem, & supra fol. 31. & 56.

STIGMATA. E

1 REGORIVS IX. edidit quamdam Bullam ad perpetuam rei memoriam, in commendationem, & laudem Sacrorum Stigmatum Seraphici Patris Francisci, vbi acriter increpat quemdam Episcopum dubitantem de huiusmodi Stigmatibus, B. fo. 11. Et fo. 96. concessione 209.

2 ¶ Idem Gregorius districte præcepit Prioribus, & Prouincialibus Ordinis Fratrum Prędicatorũ, quatenus inquirerent, an quidã Frater prędicti Ordinis prædi-

A prædicasset contra Stigmata Beati Francisci, ac contra Fratres Minores, prout sibi fuerat denuntiatum: quod si ita fecisse in uenirent, suspenderent illum ab officio prædicationis, & mitterent ad præsen tiam eiusmodi Summi Pontificis; vt iuxta sua demerita, reciperet, b. fo.21. Et ffo.23. conce.6.

¶ ALEXANDER IV. edidit quamdam sollemnissimã Bullam ad perpetuam rei memoriam, in exaltationem, & laudem Stigmatum B. Patris Francisci, proferens multa testimonia fidelium per sonatum, qui viderunt, & palpauerunt huiusmodi sacra Stigmata, & insuper addens proprium testimonium, B. fo.12. Et ffo.96. conce.207. 3

¶ Idem Alexander commendauit, & eximijs laudibus exaltauit montem Aluerniæ; vbi præfata Stigmata fuerunt diuinitus impressa Beato Francisco; ac in virtute sanctæ Obedientiæ mandauit Prælatis Fratrum Minorum, ne Conuentum illic ædificatum derelinquerent, vel destrui permitterent; sed quod ibi aliquos Fratres statuant, qui debitum domino reddant famulatum, b.fo.22. Et ffo.24. concess.10. 4 *De monte Aluernia.*

B

¶ Idem Alexander scripsit vniuersis Christi fidelibus litteras patentes in commendationem Stigmatum prædictorum, vbi posuit sequentia verba. Grande, ac singulare miraculum, quo B. Franciscum, ipse sanctorum splendor, & gloria dominus Iesus Christus mirabiliter decorauit, vobis fe.re. Gregorius Papa IX. prædecessor noster, clara sua insinuatione litterarum expressit, videlicet, quod idem Sanctus cum adhuc spatium præsentis vitæ percurreret; & postquam illud feliciter consummauit; in manibus, latere, ac pedibus, specie Stigmatum diuinitus extitit insignitus. Cum igitur tam insigne diuini amoris signum, quod vtique ante obitum eius patuit, & nobis etiam tunc notum fuit, cum eodem prædecessore in minori adhuc officio constituto, ab omnibus Christicolis credi firmiter cupiamus: deuotionem vestram rogamus, & hortamur in Domino Iesu Christo, in remissionem vobis peccaminum iniungendo, quatenus ab assertione contrarij (quæ non nisi ex cordis malignitate procederet) aurem, & mentem penitus auertatis, reddentes vobis eumdem Sanctum digna veneratione propitium apud Deum; vt adiuti precibus eius, & meritis, felicitatis æternæ possitis participium obtinere, b. fo.26. Et ffo. 29. concessione 23. 5 *Testimoniũ Stigmatum S. P. Francisci.*

C

D

¶ Idem Alexander promulgauit sententiam excommunicationis, a qua nullus posset absolui, nisi personaliter adiret Sedem Apostolicam, contra eos, qui in Regnis Castellæ, & Legionis de imagine Beati Francisci Stigmata sacra aboleuerint, seu abolere fecerint; & qui prædicauerint prædictum Sanctum præfata Stigmata nullatenus habuisse; cuiuscumque Ordinis, vel conditionis existant. Et decreuit insuper, quod si forte tales fuerint Doctores, seu Lectores in Theologia, seu in quacumque alia facultate, aut potestatem audiendi confessiones habentes, incurrant priuationem prædictorum officiorum. Et insuper præcepit Ecclesiarum Prælatis prædictorum Regnorum, quatenus huiusmodi litteras notificent Christi fidelibus, & prædicta omnia faciant firmiter obseruari: contradictores per censuram Ecclesiasticam (appellatione postposita) compescendo, b.fo.26. Et ffo.27. conce 18, 6 *Excõicatio. Pena cõtra aduersantes Stigmatibus Patris Francisci.*

E

¶ Idem Alexander excommunicauit detractores, contemptores, & irrisores sacrorum Stigmatum B. Francisci, maiori excommunicatione, a qua absolui nequeant, nisi per Sedem Apostolicam, B. fffo.109. conce.460. 7 *Excõicatio.*

¶ NICOLAVS III. approbauit, & confirmauit quamdam Bullã Greg. IX. in fauorem Stigmatum B. Francisci editam, illamque suis litteris inseruit, quæ est quasi de verbo ad verbum, sicut suprapofita Alexandri IV. §. 5. Habetur autem, B. fo.11. Et ffo.95. concess.205. 8

De S. Catharina de Senis.

Nota.

Sicut nec in Martyrologio Romano, nec in legenda sua quibus P. Dominicani vtuntur fit aliqua de illis mentio.

Excõicatio. Prohibitio.

9 ¶ SIXTVS IV. informatus, quod nonnulli Religiosi quasdam sanctas,& maxime sanctam Catharinam de Senis, in diuersis partibus, sine consensu, & approbatione Sedis Apostolicæ, ac vt creditur, sine rei veritate, cum Stigmatibus Christi, ad instar Beati Francisci depingebant, ac quod in publicis prædicationibus afferebant, prædictam sanctam Catharinam recepisse a Christo Stigmata,verius, quam S. Franciscus; attendens hoc esse in præiudicium veritatis,& honoris prædictæ Sedis Apostolicæ: fecit prouisionem infrascriptam, dicens sic. Nos igitur de præmissis plenariam habentes notitiam,& quod si dicta Sācta Catharina Stigmata huiusmodi habuisset,felicis recordationis Pius Papa II. prædecessor noster, qui eamdem Sanctam catalogo Sanctorum adscripsit, & suarum virtutum prærogatiuas in sua Canonizatione luculentissime declarauit: specialem de hoc singulari Priuilegio fecisset memoriam: huiusmodi supplicationibus inclinati, vniuersis, & singulis quorumcumq; Ordinum professoribus, & alijs personis vtriusque sexus,cuiuscumq; dignitatis,status, gradus,& conditionis fuerint, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, in virtute obedientiæ, & sub excommunicationis pœna (quam contra facientes ipso facto incurrant; & a qua per alium, quam Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo dumtaxat absolui non possint) districtius inhibemus prædicatoribus, vt a prædicationibus, & assertionibus huiusmodi deinceps desistant, ac præmissis, & alijs quibuscumque, vt picturas cum huiusmodi Stigmatibus auferant, & auferri vbilibet faciant, atq; procurent, infra spatium vnius anni a publicatione præsentium; nec liceat alicui eamdem sanctam Catharinam depingi facere cum ipsis Stigmatibus, donec eadem Sedes Apostolica hoc approbauerit,& per speciale Priuilegium, sanctam ipsam cum ipsis Stigmatibus depingi concesserit, b. fo.53. Et flo.50. concess.54.

Prohibitio in fauorem S. Frācisci.

Censura.

10 ¶ Idem Sixtus, quia post litteras immediate suprapositas fuit informatus, quod nonnulli propriis inhærentes affectibus, mandatis prædictis non obediebant: præhabitis consilio, & assensu, & matura deliberatione cum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus,statuit,& ordinauit,quod nullius Sancti,aut Sāctæ, Beati, aut Beatæ figura aliqua cum dictis Stigmatibus depingi possit quouis modo, quo æstimari possit,vel credi, illum, vel illam huiusmodi Stigmata habuisse: excepta imagine B. Francisci, quem multipliciter constat Stigmata a Christo recepisse. Ac etiam prohibuit, ne aliquis in prædicationibus ad populum,vel alias,scriptura, aut verbo,asserere, aut affirmare præsumat aliquē Sanctum,vel Sanctam, Beatum, aut Beatam, Stigmata huiusmodi habuisse. Et super ijs imponit grauissimas censuras,& pœnas, quas incurrant diuersimode, facientes contra præmissa. Super quibus etiam dat Conseruatores omnes Ecclesiarum prælatos; & alios in Ecclesiastica dignitate constitutos, B. flo. 217. concessione 520.

De S. Catharina de Senis.

Censura, huius facta anno 1472. non X. suscepit.

11 ¶ Idem Sixtus, quia post omnia supradicta, per quasdam suas litteras, suspenderat ad tempus censuras, & pœnas, per eum impositas contra depingentes sanctam Catharinam de Senis cum Stigmatibus: declarauit, dictam suspensionem de cetero non valere: & decreuit, quod litteræ prædictæ super Stigmatibus editæ, ob suspensionem præfatam, nullatenus reuocatæ censeri debeant: sed in suo robore, ac vigore permanere, ac si huiusmodi suspensio non emanasset. Ac insuper mandauit de nouo, sub censuris in prædicta Bulla contentis: ne præfata imago Beatæ Catharinæ de Senis amplius cum Stigmatibus depingatur; & quod imagines sic depictæ aboleantur: non obstantibus quibuscumque, B. fo.40. Et flo. 124, concess.271.

A ## CAPVCCINI ANNOTATIO.

Ex Notationibus Illustriss. & Eruditissimi Cardinalis Baronij in Martyrologiũ Rom. Additio.

EM adeo admirabilem ac tantopere testatam Benedictus Papa XI. anniuersaria sollemnitate; Duplici officio ecclesiastico voluit celebrari: quam nescio quomodo lapsam, in Martyrologio Romano hac die (scilicet 17. Septembris,) poni Sanctissimus D. N. Sixtus Papa V. tanti Patris alumnus mandauit, sub his verbis Commemoratio Impressionis sacrorum Stigmatum, quibus Sanctus Franciscus, Ordinis Minorum Institutor, in eius manibus, pedibus, & latere, mira Dei gratia, in monte Aluernia in Etruria, impressus est. Vide ibi ipsum Baronium de hoc.

B ## STVDENTES FRATRES.

LEMENS IV. in Mari Magno statuit, quod Fratres Ordinis Minorum, quos Prælati eiusdem Ordinis, secundum Constitutiones ipsius Ordinis in Conuentibus deputauerint in Lectores, sine cuiuscumq; alterius licentia, libere in domibus prædicti Ordinis legere, ac docere valeant in theologica facultate: illis locis exceptis, in quibus viget Studium generale; ac etiam quibus in facultate ipsa docturus sollemniter incipere consueuit, B. ffo. 139. concessione 310. 1

C ¶ EVGENIVS IV. concessit auctoritatem Ministro Generali Fratrũ Mino. reducendi Fratres studentes, cuiuscumq; gradus, & cõditionis existant, ad suã, & aliorum Prælatorum dicti Ordinis Regularem obedientiam, & communem viuendi modum; iuxta formam Regulæ, & Professionis, Statutorumq; eiusdem Ordinis. Non obstantibus quibuscumq; in contrarium facientibus. Et insuper voluit, quod præfatus Generalis Minister, & alij per eum deputandi, habeant facultatem, & potestatem plenariam, omnes, & singulos supradictos Frat. obedire recusantes, & contradictores quoscumq;, per censuras Ecclesiast. & alia iuris remedia (appellatione postposita) compescendi; inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis, b. ffo. 84. conce. 246. 2 *Generalis Minister. De reductione Fratrum studentium. Appellatio.*

D Idem Eugenius fecit aliam Concessionem, quæ non modicum deseruit huic materiæ studentium Fratrum, etiam Conuentualium: quæ posita est in dictione Eleemosyna, §. 5.

¶ PIVS II. præcepit Generalibus quattuor Ordinum Mendicantium, quatenus omnes, & singulos suorum Ordinum professores; qui, spiritu rebellionis assumpto, Prælatis suis obtemperare, eorumque salutares correctiones, & disciplinam effugere, aut despicere præsumpserint, & vt impune hoc efficiant, Rectorum, seu Gubernatorum, & Conseruatorum studiorum præsidia, & patrocinia implorauerint, prætendentes se exemptos ab ipsorum Ordinum iurisdictione, & potestate, ac correctione: cuiuscumque gradus, vel conditionis E existant, nisi (Canonica monitione præmissa) ab huiusmodi resipuerint, & debitam a prædictis Generalibus, pro commissis, pœnitentiam humiliter susceperint, ac mandatis eorumdem Generalium efficaciter obtemperare studuerint, auctoritate Apostolica denuntient; & ab alijs, vbi, & quando, & quoties expedierit, denuntiari faciant, prædictos Fratres excommunicatos esse, & ab omnibus Magisterij, Bachalariatus, Lectoratus, Biblijstatus officijs, alijsq; dignitatibus, & honoribus dictorum Ordinum exutos fore: & insuper, si eorum contumacia, proteruitas, vel rebellio id exegerit, carceribus ad pœnitentiam peragendam intrudi faciant, donec ad cor reuersi, salutaribus monitis, & mãdatis se subiecerint; & a prædicta excõmunicationis sententia abso- 4 *Pro omnib. Generalibus Mendicant. Excõicatio. Grad. Scholastici. Correctio.*

lutionis beneficium meruerint obtinere, b. ffo.86. conceff.249.

5 ¶INNOCENTIVS VIII. fecit quãdam Concessionem notabilem, circa modũ, quo Prælati Obseruantes possunt corrigere Fratres studentes in quibuslibet vniuersitatibus Hispaniæ. Vide in dictione Correctio Fratrum.§.4. A

De correctione studentium.

6 ¶IVLIVS II. statuit, & ordinauit, quod Fratres Ordinis Prædicatorum, aut Minimorum non possint commorari extra domos suorum Ordinum, caussa, vel respectu studij, siue in Salmantina, siue in alijs ciuitatibus, & locis, quibus litteraria studia vigeant, præter, & absque licentia Prouincialium, Priorum, seu Ministrorum, vel eorum Vicariorum respectiue: ac illa durante dumtaxat, etiam de licentia Sedis Apostolicæ, aut prætextu quarumcumque facultatum, ac indultorum, & litterarum Apostolicarum Salmantinensi. & alijs vniuersitatibus prædictis, pro tempore concessorum. Et super hoc ponit pœnas, & censuras, ac dat Conseruatores, B. ffo. 209. concessione 512. Et ffo.70. concessione 217. B

De habitatione extra conuentus.

ANNOTATIO CORDVBÆ.

Q*VOAD. §. 6. vbi ponitur Concessio Iulij II. notandum, quod similiter concessit Leo X. ffo. 50. de quibus etiam videatur in Compendio, tit. Apostata, tit. Correctio, secundum subiectam materiam.*

SVCCEDERE. C

Collector.

CIRCA successionem hæreditatum, sunt multa, & varia concessa, & statuta per multos Summos Pontifices; quæ posita sunt in dictione Hæredes, & Hæreditas.

SVPERFLVITATES.

Collector.

QVALITER superflua, quæ in Conuentibus Fratrum Minorum Obser. reperta fuerint, possint, & debeant tolli per Generalem dicti Ordinis: habetur in dictione Generalis Ordinis §. 3. & 5. Et in dictione Ornamenta.§.1. D

SVSPENSIONES.

Distinctio materia suspensionis.

Col[illegible]

N Priuilegijs Fratrum Mino. & aliorũ Mendicantium reperiũtur nonnulla pertinentia ad hanc dictionem Suspensio. Et primo ea, quæ concernunt absolutionem, seu dispensationem a suspẽsionibus incursis per Fratres: habetur in dictione Absolutio ordinaria quoad Fratres.§.4.& 7.& 10. Secundo de illis, quæ tangunt Suspẽsionem Priuilegiorum, & Indulgentiarum, dictum est in dictione Priuilegia in multis, §. vbi in margine posita est hæc dictio Suspensio. E

SYNDICVS.

Collector.



CIENDVM, quod omnia, quæ in Priuilegijs Fratrum Min. cõtinentur respectu Syndicorum, a Sede Apostolica deputatorum pro huiusmodi Fratribus, sunt superius posita in dictione Procuratores Fratrum; quia tali nomine frequentius reperiuntur nominati.

TER-

A

TERTIARII FRATRES, ET SORORES.

Distinctio materiæ infrascriptæ.

EA, QVÆ in Priuilegijs Fratrum Minorum continentur, respectu Tertiariorum, sunt in multiplici differentia. ¶ Quædam.n. attinent ad ipsorum Regulam, & Professionem absolute. Et hæc habẽtur infra.§.2. & 6. & 7. & 12. & 13. & 18. ¶Alia pertinent in speciali ad subiectionem,& obedientiam, quam ijdem Tertiarij habere debent. Et ista ponuntur, §.3. & 4. & 5. & 8. & 16. & 17. ¶ Nonnulla concernunt eorumdem Tertiariorũ exemptionem,& alia Priuilegia. Et hæc continentur,§.1.& 4 & 9.& 11. & 12.& 14.& 19.& 20. & 21.& 22. ac 23. ¶Reliqua vero respiciunt absolutionem,& administrationem Sacramentorum. Hæc autem consistunt,in §.8. & 15. vltra ea,quæ posita sunt in dictionibus Absolutio ordinaria, & Absolutio extraordinaria quo ad Fratres. Nam, ratione communicationis Priuilegiorum, possunt gaudere omnibus concessis Fratribus, quorum sunt Tertiarij. *Collector.*

B

GREGORIVS IX. concessit, quod Tertiarij B. Francisci nequeant compelli ad aliquod iuramentum, nisi pacis, ac fidei, & calumniæ, aut testimonij. Et statuit,quod non grauentur amplius impositione onerum,quam sui conciues, b. fo.19. 1

C

Tertiarij, de quibus in hac concessione fit mentio, sunt illi, qui in proprijs domibus viuunt, & non fecerunt tria vota essentialia Religionis. *Collector.*

¶ NICOLAVS IV. approbauit, & confirmauit Regulam Fratrum, & Sororum Tertij Ordinis Beati Francisci, inserendo totam Regulam huiusmodi in suis litteris, B. fo.49. Et ffo.132. concess.298. 2

Præfata Regula, cum multis alijs Regulis Fratrum, & Monialium, sub obedientia Prælatorum Ord. Mino. degentium, in calce huius Cõpendij ponitur. *Collector.*

¶ Idem Nicolaus statuit, vel potius consuluit,quod prædicti Tertiarij procurent assumere Visitatores, & Reformatores de Ordine Fratrum Minorum, B. fo.33. Et ffo.116. concess. 254. 3 *Visitatores.*

D

¶ Idem Nicolaus,præfatis Tertiarijs (qui iuxta suum consiliũ elegerint Visitatores de Ordine Fratrum Mino.) dedit suam benedictionem, & concessit, quod gaudeant Priuilegijs eidem Ordini Pœnitentium,seu Tertiariorũ a Sede Apostolica concessis,& in posterum concedendis. Et insuper voluit, quod huiusmodi Tertiarij (qui secuti fuerint suum consilium, accipiendo Visitatorem de Ordine Mino.) habeant,& debeant habere Ministros de seipsis,iuxta formã in prædicta Regula comprehensam, B.fo.33. Et ffo.116. concess.255. 4 *Cõmunicatio priuilegiorum.*

¶ MARTINVS V. circa subiectionem præfatorum Tertiariorum, sub obedientia Generalis,& Prouincialium Ministrorum Ordinis Fratrum Mino. 5

E

edidit quamdam Bullam, committens hoc negotium cuidam Cardinali. Sed quia non constat quid super hoc idem Cardinalis fecerit,prædicta Bulla in nullo videtur deseruire. Habetur tamen, B. fo.32. Et ffo.115.conc.253.

¶ EVGENIVS IV. concessit, quod Sorores Tertij Ordinis solummodo teneantur ad illa ieiunia, ad quæ Fratres Ordinis Mino. Regulam Obseruantes obligati sunt. Et quod eosdem modos seruent in cibis quadragesimali tempore, exceptis debilibus,& infirmis,b.fo.46. Et ffo.42.conce.47. 6 *Ieiunium.*

¶ SIXTVS IV. statuit,ac decreuit,quod votum Obedientiæ, Paupertatis, & Castitatis emissum a Tertiarijs B. Francisci, habeat vim,& valitudinem voti sollemnis,ac omnẽ inducat effectum, quem inducit votũ sollemne,factum 7 *Votum.*

cuicumq; de Religionibus a Sede Apostolica approbatis. Ac districte præcipiendo mandauit omnibus, & singulis cuiuscumq; gradus, dignitatis, ordinis, aut conditionis fuerint, sub quorum cura, vel iurisdictione prædicti Tertiarij Fratres, vel Sorores tunc degebant, aut in futurum degere contingeret: ne Fratres, vel Sorores prænominatos, præfatum votum, modo prædicto emittentes, Matrimonium contrahere, vel ante contractum consumare, aut Religionem ipsam dimittere, & ad sæcularem vitam redire permittant. Decreuitque irritum quidquid in contrarium factum fuerit. Ac ipsos Fratres, vel Sorores id facientes, excommunicationis sententia innodatos fore B. fo. 33. Et ffo. 117. concessione 256. A

Excõicatio.

8 ¶ Idem Sixtus statuit, quod Generales, & Prouinciales Ministri Ordinis Minorum, & eorum Vicarij, tam Conuentuales, quam Obseruantes habeant sub sua iurisdictione omnes Fratres, & Sorores Tertij Ordinis Beati Francisci, vbilibet, infra Prouincias eis commissas, consistentes; ac eos charitatiue visitent, & eosdem, iuxta Regularia instituta dicti Ordinis, instruant, & reforment: necnon & corrigant, etiam per ablationem habitus dicti Tertij Ordinis, si id qualitas excessus exegerit. ¶ Et similiter statuit, quod prędicti Prælati Ordinis Mino. possint recipere volentes aggregari huiusmodi Tertio Ordini. Ac etiam, quod possint eisdem Tertiarijs deputare Visitatorem, seu Confessorem prædicti Ordinis Mino. de Obser. vel Conuetualium, prout eis plus placuerit; qui eisdem Tertiarijs omnia Ecclesiastica Sacramenta ministrare debeat, B. fo. 8. Et ffo. 92. conce. 201. B C

De subiectione Prælatis Ordinis Mino. *Correctio.* *De receptione ad Ordinem Tertiariorum.*

9 ¶ Idem Sixtus in Bulla aurea concessit, vt Tertiarij vtriusq; sexus Ordinum Prædicatorum, & Minorum, gaudeant eisdem Priuilegijs, & immunitatibus, gratijs, fauoribus, & concessionibus, ac indultis spiritualibus, & temporalibus, concessis, & in posterum concedendis Ordinibus prædictorum Fratrum Prædicatorum, & Minorum, & illorum professoribus, ac Domibus, & locis, & procuratoribus, & oblatis, seu alijs quomodolibet; quatenus statui, & conditioni prædictorum Tertiariorum conuenire possunt, B. fo. 66. Et ffo. 148. concess. 352.

Communicatio priuilegiorum.

10 ¶ Idem Sixtus statuit, quod Fratres Prædicatores, & Minores recipientes, seu admittentes ad Priuilegia, & immunitates suorum Ordinum, quoscumque laicos vtriusque sexus; prætextu Tertij Ordinis, seu alterius modi viuendi, nisi gestauerint habitum dicti Tertij Ordinis, & professionem emiserint solitam, & in congregatione viuant, & in communi, fiunt excommunicati: non obstantibus quibuscumque. D

Excõicatio.

Collector. Habetur in Bulla præfati Sixti, quæ incipit: Detestanda nonnullorum ambitio, prout allegatur in quadam tabula Priuilegiorum, per quemdam Commissarium Romanum, compilata. Non tamen habetur in libris Priuilegiorum impressis.

11 ¶ INNOCENTIVS VIII. extendit gratias, & indulta concessa Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis in communi viuentibus, etiam illis qui viuunt in particulari, o. fo. 64. Et ffo. 69. conce. 146. Et fffo. 100. conce. 375. E

Collector. Huiusmodi concessio debet intelligi solum de gratijs spiritualibus, seu in foro conscientiæ: præsertim, quia cum sit facta Oraculo viuæ vocis, nihil deseruit pro rebus temporalibus, seu pro foro iudiciali.

12 ¶ Idem Innocentius declarauit, quod Sorores Tertij Ordinis, etiam in communi viuentes; quamuis se astringant ad plura, quam in earum Regula continentur, non includuntur sub constitutione Ioannis XXII. reprobantis vitam, & ritum Fratricellorum; prout a nonnullis credebatur, B. fo. 38. Et ffo. 122. concessione 266.

De Sororibus Tertiarijs.

¶ Idem

A ¶ Idem Innocentius cōcessit, quod prædictæ Sorores Tertij Ordinis B. Frācisci possint libere, & licite sumere velum nigrum, & sub perpetua clausura manere, quandocumq; prædictis Sororibus, ac Ministris Ordinis Minorū, vel alijs earum Superioribus (sub quorum cura existent) placuerit; ac earumdem statui visum fuerit expedire, B. fo.38. Et ffo.122. concess.266. in fine. 13 *De Sororibus Tertia rijs.*

¶ ALEXANDER VI. concessit, quod Sorores tertiæ Regulæ in Congregatione, sub cura Fratrum Minorum Obser. degentes, quæ pro maiori parte ex eleemosynis Christi fidelium, & labore manuum suarum, victum, & vestitum recipiunt, non possint cogi ad solutionem alicuius decimæ, seu taxæ, aut collectæ, quæ pro tempore imponi cōtigerit: etiam si aliquid habeant proprij; quod tamen non sufficit eis ad quotidianas expensas, b. ffo.56. conce.66. Et B. ffo.3. concess.4. 14 *De Sororibus Tertia rijs. Exemptio a decimis.*

B

¶ Idem Alexander concessit, quod Generalis, & Prouinciales Ordinis Minor. Obser. possint cum consilio aliquorum Fratrum, deputare Confessores Presbyteros sæculares, vel aliorum Ordinum Regulares, & honestos, pro Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis: vbicumque in partibus vltramontanis commorantibus (scilicet, in partibus Galliarum, & Hispaniarum, & ceteris eis annexis) quibus sua peccata confiteri, & ab eis quæcumque Ecclesiastica Sacramenta recipere possint. Ita tamen, quod Confessores huiusmodi nullo modo debeant ingredi Claustra, seu interiores Officinas dictarum Sororum, absque alterius personæ bonæ vitæ, & famæ societate. Attamen prædictam deputationem fieri posse concessit, solum in locis, in quibus Fratres Minores Obser. aut Conuentuales commode haberi non possunt, B. fo.39. Et ffo. 123. concess.269. 15 *De Confessoribus sæcularibus deputādis. Ingredi Monasteria.*

C

¶ IVLIVS II. confirmauit litteras Sixti IV. suprapositas. §. 8. ac illis perpetuæ firmitatis robur adiecit, suppleuitq; omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem. Et insuper de nouo subiecit omnes Fratres, & Sorores Tertij Ordinis, vbiq; locorum per vniuersum orbē consistentes, sub obedientia, & correctione Generalis, & Prouincialium Fratrum Minorum de Obser. & Conuentualium; ita, quod eos visitare, & corrigere possint, iuxta formam prædictarum litterarum Sixti IV. Super ijs autem imponit graues censuras, & pœnas, prædictis Tertiarijs: nisi cum effectu paruerint huiusmodi litteris, infra certum terminum. Ac etiam super hoc dat Conseruatores, B. ffo,223. conce.529. 16 *De subiectione Prælatis Ordinis Mino. Visitatio.*

D

¶ Idem Iulius dedit postea alias litteras ad Confirmationem suprascriptarum immediate cum magnis clausulis, & non obstantijs, ac deputatione Conseruatorum, B. ffo.225. concess.530. 17 *Cōfirmatio*

¶ Idem Iulius statuit, quod Tertiarij portent vbiq; habitum talem, quod distinguantur a Fratribus primi Ordinis S. Francisci. Et quod constituatur omnibus illis de tertia Regula, quocumq; nomine nuncupentur, & vbicumq; sint per vniuersum orbem, habitus vniformis; qui sit communis omnibus ipsis vbique tam in forma, quam in colore: ita, quod nulla differentia sit in habitibus eorum. In forma autem, quod ad minus habeant Caparonem latum, vt desuper scapulas descendat ab vtraq; parte, per quattuor digitos. In longitudine vero, tam a parte anteriori, quam posteriori attingat infra cingulum, vt super illud possit cingi. Color quoque sit magis ad nigredinem tendens, quam ad albedinem, B. ffo. 215. concess.519. 18 *Habitus.*

E

¶ LEO X. in Concilio Lateranensi statuit, quod Fratres, & Sorores Tertij Ordinis, in proprijs Domibus habitantes, valeant sepulturam eligere vbi voluerint. Et quod in die Paschatis tantum, Eucharistiam, necnon Extremam vnctionem, ceteraq; Ecclesiastica Sacramenta (pœnitentiæ Sacramento dumtaxat 19 *De Tertiarijs in par ticulari... Sa...*

taxat excepto) a proprio Sacerdote parochiali recipere debeant. Et voluit, quod ad onera, quæ laicis incumbunt perferenda, teneantur; ac, quod in foro sæculari coram Iudicibus sæcularibus conueniri possint. Et insuper decreuit, quod prædicti Tertiarij in proprijs Domibus habitantes, nullatenus admittantur tempore interdicti ad audienda Diuina in Ecclesijs Ordinum, quorum sunt Tertiarij: si caussam dederint Interdicto; vel caussam ipsam nutriant, seu foueant; aut dantibus, auxilium, consilium, vel fauorem qoquomodo præstiterint, B. ffo.26. concess.86. A

Interdictū.

Collector. Prædicta intelligenda videntur generaliter de quibuslibet Tertiarijs, in particulari viuentibus (exceptis mulieribus, quæ promiserunt continentiam virginalem, aut vidualem, quæ omnibus possunt gaudere; vt patet sequenti Concessione) quia cum lex non distinguat, nec nos distinguere debemus: & præsertim, quia pro viuentibus in communi facta est postea sequens Concessio. B

20 ¶ Idem Leo, vbi supra, statuit, quod Tertiarij collegialiter viuentes, seu cum Claustralibus habitantes, aut mulieres virginalem, seu cælibem, aut castā vidualem vitam ducentes, expresso voto, & sub dicto habitu, gaudere debeant Priuilegijs, quibus Fratres Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum gestant, potiuntur, & gaudent, B. ffo.26. concess.87.

Coicatio Priuilegiorum.

Idē statuit Pius V. in cōst.63. an. 1561. vide in Cōc.Triden.sess.24. de refor.c.4

¶ Idem Leo confirmauit, & approbauit, ac innouauit supradictas litteras Sixti, §. 8. cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decreuit. Et insuper inhibuit omnibus, & singulis Prælatis Ecclesiasticis, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, ne Sorores Tertiæ Regulæ B. Francisci; quæ tria essentialia vota emittendo, collegialiter viuunt (quasq; conformiter ad præfati Sixti litteras, veras Religiosas esse declarauit) quomodolibet impedire præsumant, quominus huiusmodi Sorores iuxta Priuilegia Fratrum Minorum possint libere, & licite habere Oratoria, seu Ecclesias cum campanili humili, & campana; ac in illis Sacramentum Eucharistiæ, in loco decenti, & honesto; necnon Oleum Sanctum pro earum vsu tantum, & Cœmeterium benedictū, in quo Sororum decedentiū corpora sepeliri possint; ac in eisdem Ecclesijs Aquam benedictam sollemniter benedici, Missasq; secundum earum deuotionem cantari, & celebrari facere, B. ffo.35. concessione 1 9. C

21 Pro Sororibus Tertiarijs.

Excōicatio.

Collector. Ista Prouisio fuit satis superflua, cum dictæ Sorores omnia prædicta ab antiquo haberent: præsertim per Bullam aueam, vt patet supra. §. 9. D

22 ¶ Idem Leo statuit, quod prędictæ Sorores Tertiæ Regulæ collegialiter viuentes: nullatenus possint compelli per supradictos Prælatos Ecclesiarum, & Rectores, aut quosuis alios, ad audiendum Missas, & alia Diuina Officia in alio loco, quā in dictis suis Ecclesijs; aut ad suscipiendum Ecclesiastica Sacramenta ab alio, quam a Confessore Regulari, vel sæculari, eis per earum Superiorē assignando: nec desuper quomodolibet molestari valeant. Ac quod huiusmodi Confessor, si sæcularis fuerit, quamdiu officium prædictum cōfessionis a dictis Superioribus sibi impositum continuauerit, nequaquam per locorum Ordinarios in præmissis impediri possit. Et tandem circa præmissa dedit Conseruatores omnes in dignitate Ecclesiastica constitutos, B. ffo.35. conce.119. E

De Sororibus Tertiarijs in communi viuen

ramēta

23 ¶ Idem Leo dedit præfatis Sororibus copiosam exemptionem a solutione cuiusuis decimæ, aut taxę, vel collectæ, etiam per Sedem Apostolicam impositæ: si tamen ita sunt pauperes, quod earum redditus non sufficiunt pro commoda earum sustentatione, B. ffo. 48. conce.143.

Exemptio.

Collector. Hoc ponitur latius supra, in dictione Decimæ. §. 8. Et in dictione, Exemptio. §. 30.

24 ¶ Idem Leo fecit quasdam Concessiones, circa modum, quo alienari possunt bo-

A sunt bona Monasteriorum Monialium, seu Sororum Tertij Ordinis, quæ positæ sunt in dictione Alienatio, §.4. & 5.

¶ Idem Leo ordinauit denuo Regulam pro Tertiarijs B. Francisci, qui tria vota essentialia emittunt, & in congregatione viuunt; quæ in fine huius Compendij vna cum alijs Regulis ponitur. 21

Ex prædictis omnibus colligendum est, quod Fratres, & Sorores tertij Ordinis Sancti Francisci, sunt in triplici differentia. ¶ Quidam enim illorum, & primi tempore, sunt illi, qui non faciunt tria vota essentialia Religionis, nec in Congregatione viuunt; sed in proprijs Domibus cum suis vxoribus, & filijs, aut familijs, prout aliæ personæ sæculares: excepto quod obseruant ea, B quæ in Regula per Nicolaum IV. compilata continentur. ¶ Alij Tertiarij sunt, qui faciunt prædicta tria vota in manibus sui Ministri, vel Ministræ, corã sua communitate. Sed ij subdistinguntur, quia aliqui istorum post emissionem Votorum, seu Professionem prædicto modo factam, remanent, & viuunt in communi. Reliqui vero, licet faciant professionem in cõitate, vt supradictum est: tamen postea non viuunt in communitatibus sui Ordinis, sed in aliquibus Eremitorijs, vel Ecclesijs separatis a Conuentibus dicti Ordin.

Collector. *De Triplici differentia Tertiariorum S. Frãcisci.*

Quoad primum gradum præfatorum Tertiariorum est notandum, quod huiusmodi sunt illi, qui ordinati fuerunt per Beatum Franciscum. Et ij non conuertuntur in personas Ecclesiasticas: sed remanent, vt personæ mere sæculares. Ideoq; non est intelligendum, quod respectu huiusmodi Tertiariorum extenC datur iurisdictio, & gubernatio, quæ Fratribus Minoribus super Tertiarios commissa est. Quia talem iurisdictionem, seu gubernationem, non possunt Fratres Minores habere super personas sæculares; prout sunt præfati primi Tertiarij: Ac pro tanto Bulla Eugenij IV. quæ dat Fratribus Minoribus iurisdictionem super Tertiarios, extra communitatem viuentes, debet intelligi de illis, qui fecerunt professionem in communitate, & postea viuunt extra illam. Et si forte reperiretur aliqua Bulla, quæ conferret expresse iurisdictionem Fratribus Minoribus super huiusmodi Tertiarios, qui manent in sæculo cũ vxoribus, & filijs, seu alio modo consimili: esset reputanda, tanquam subrepticia. Et insuper esset contra puritatem professionis prædictorum Fratrum MinoD rum: quia, vt dictum est, cum huiusmodi Tertiarij non sint personæ religiosæ, non potest conuenire Fratribus prædictis iurisdictio super illos. Verum est tamen, quod prædicti Fratres Minores possent licite super præfatos Tertiarios primi gradus, habere quamdam diligentiam, seu curam spiritualem, pro directione animarum illorum; vt pote audiendo confessiones eorum, & conferendo illis Sacramentum Eucharistiæ frequentius, quam alijs fidelibus: necnon communicando eis aliquas indulgentias, & peccatorum remissiones, & alia similia spiritualia; quemadmodum fit Confratribus, & Oblatis Ordinis. Et adhuc non haberent tantam auctoritatem super huiusmodi Tertiarios, sicut super Oblatos perpetuos: nisi similiter se offerrent, & donarent in forma iuridica. E Et tunc etiã non esset nisi quædam obligatio mutua, sine preiudicio decimarũ, & tributorum, ac iurisdictionum Ecclesiasticarum, & sæcularium, quibus manerent semper obligati, vt alij mere sæculares. Et facit ad hoc Determinatio Concil. Lateran. supra posita. §. 19. ¶ Aduertendum est etiam, quod habitus prædictorũ Tertiariorum primi gradus, reperitur determinatus per Nicolaum IV. in Regula, quam ipse compilauit. Consuetudo tñ, vel potius corruptela interpretata est in diuersis Prouincijs, & Regnis, diuersas formas habituum. Ita, quod in aliquibus partibus, deferunt huiusmodi Tertiarij habitus cõsimiles habitibus Fratrum Mino. licet hoc sit expresse cõtra priuilegia prædictorũ Fratrum Mino. & nonnũquam eueniat inde materia scandali. Videtur tñ, quod habitus,

De prima differentia Tertiariorum S. Frãcisci.

De habitu Tertiariorum sæcularium.

Nota. habitus, quem in partibus Italiæ deferunt prædicti Tertiarij, sit eorum statui, & rationi magis condecens. Quia, quoad formam, deferunt vestes, prout alij seculares: & quoad colorem, sicut Fratres Mino. Et est verisimile, quod talé habitum voluit B. Franciscus, quod prædicti Tertiarij deferrent; cum ab antiquo, in partibus, vbi præfatus Sanctus primo instituit prædictum tertium Ordin. & vbi pro maiori parte conuersatus est, obseruatus sit, & de præsenti obseruetur talis forma habitus. ¶ Non possunt tñ præfati Tertiarij deferre chordam, sicut Fratres Mino. Quia adhuc alij Tertiarij, qui viuunt collegialiter, nequeũt portare hmõi chordam, Regula ipsorum prohibente. ¶ Item est aduertendum, quod ab hmõi Tertiarijs non potest a Fratribus Mino. recipi aliquod Votum Religionis: sed ad plus potest fieri quædam acceptatio, seu admissio ad prædictam tertiam Regulam, exhortando illos, quod eam obseruent, & adiuuando eos in confessionibus, & alijs spiritualibus; sicut Confratribus Ordinis; prout supra dictum est. Nec etiam, propter hoc efficiuntur Fratres, Superiores illorũ: sed remanent, vt prius, sub iurisdictione ordinaria, tam Ecclesiastica, quã sæculari. ¶ Possunt tamen huiusmodi Tertiarij (ad instar modi, qui obseruatur communiter in Confraternitatibus) habere, velut Superiores, aliquos ex seipsis; qui nominentur Ministri; vel alio nomine; vt eorum curam habeant ad conuocandum, vel puniendum eos, &c. ¶ Est insuper sciendum, quod huiusmodi Tertiarij non gaudent priuilegijs temporalibus Fratrum Mino. Vnde videtur, quod non extenduntur ad eos communicationes Priuilegiorum, quas fecerunt Tertiarijs. Nicol. IV. & Six. IV. sed solum intelligi debent de alijs, qui sunt Religiosi. Nec obstat prædictis quædam Concessio Innocen. VIII. suprapposita. §. 10. qua extendit omnia Priuilegia concessa Tertiarijs in communi viuentibus, ad eos, qui viuunt in particulari: quia illa Concessio, cum sit viuæ vocis Oraculo facta, non facit fidem, nisi pro foro conscientiæ, & pro rebus spiritualibus. Et dato casu, quod faceret fidem in iudicio, & extenderetur ad temporalia, non debet intelligi, nisi de illis, qui fecerunt professionem in communitate, & postea, virtute alicuius dispensationis, viuunt in particulari; prout sæpe accidit (etiam in Fratribus aliorum Ordinum magis principalium) licet tamen adhuc istud non constet nimis clare. Attamen circa huiusmodi communicationem, respectu priuilegiorum spiritualium, vide infra, post tertiam differentiam Tertiariorum. ¶ Vnde sequitur quod per quã grauis error fuit quorumdam Religiosorum, qui intuitu pietatis, vel deuotionis, inconsiderate procurauerunt, quod prædicti Tertiarij, in aliquibus partibus, nõ soluerent decimas, nec primitias; asserendo esse exemptos ab hmõi, & a solutione tributorum, & vectigalium dominis temporalibus: præsertim, quia istud sæpe redundat in non modicum damnum vicinorum huiusmodi Tertiariorũ, & exactorum redditũum: quia sunt aliqua prædictorum onerum talis qualitatis, quod, quãtum aufertur oneris vni, vel pluribus exemptis, seu priuilegiatis de populo, tantum superimponitur alijs eiusdem populi non exemptis, neque priuilegiatis. Et insuper, qui præfatam exemptionem de facto procurauerunt, incurrerunt in excommunicationem, quæ habetur supra, in §. 10. Circa quod est propterea valde aduertendum, & cauendum in futurum.

Nota pro chorda Fratrũ Mino. — *De Superioribus Tertiariorum.* — *Nota.*

De secũda differentia Tertiariorũ S. Frãcisci. Quoad secundum gradum Tertiariorum, qui iuxta Declarationem Sixti supradictam. §. 7. faciunt tria vota, & viuunt in communi, sunt aliqua aduertẽda. ¶ Primum est, quod isti sunt vere personæ Ecclesiasticæ, & Religiosæ; & sunt exempti ab omni iurisdictione Ecclesiastica, & sæculari: excepta subiectione, quam debent habere Ordini Minorum. De qua supra dictum est. §. 8. & 16. ¶ Alterum est, quod habitus illorum Tertiariorum, secundum Regulam confirmatam per Nicolaum IV. debet esse coloris, nec prorsus nigri, nec prorsus albi.

Sed,

A Sed, quia prædictus Nicolaus nihil dixit de forma hmôi habitus, ac etiam de colore locutus est obscure, fuit postea, per Iulium II. prouisum circa vtrũq; vt habetur supra, §. 18. ¶ De cingulo autem hmôi Tertiariorum dr̃ in præfata Regula, confirmata per Nicol. IV. quod sit corrigia, & non chorda, sicut est cingulum Fratrum Minorum. ¶ Aliud est ẽt notãdũm, circa prædictos Tertiarios, quod super eos habent iurisdictionem, & superioritatem Fratres Minor. tam obseruantes, quam Conuentuales; vt patet sup. §. 8. & 16. Et quia vtrisq; Fratribus Mino. commissa est, ideo est locus præuentioni. ¶ Vnde sequitur, quod, *Nota.* licet hmôi Tertiarij sint sub obedientia Fratrum Mino. Conuentualiũ, possunt Prælati Fratrum obser. in defectu, vel absentia Prælat. Conuentualiũ, corri-
B gere prædictos Tertiarios. Ac similiter e cõtra. Ratio huius est, qa nõ datur aliquibus gubernatio, & iurisdictio, vt occasione illius cõmittantur impune illicita. Quapropter pôt quælibet dictarũ diuersitatũ Fratrum Min. exequi super pfatos Tertiarios, iurisdictioné in defectũ alterius. ¶ Reliquũ insuper aduertendũ est, quod hmôi Tertiarij, in cõi viuentes gaudent oĩbus priuilegijs, concessis Fratrib. Min. sub quorũ gubernatione cõsistũt; vt patet supra, in §. 4. & 9. & 20.

Tertius insuper gradus in aliquibus partibus reperitur. s. eorũ, qui nec sunt *De tertia* mere sæculares, vt primi supradicti, nec fecerunt professionem, in communita *differentia* te, vt secundi ẽt supradicti, sed qui propria auctoritate assumpserunt habitum *Tertiario-* Tertiariorum, aut illum receperunt ab aliquibus Fratribus Mino. non obser- *rum.*
C uata forma supradicta, & qui post assumptionem, vel receptionem hmôi habitus, ac etiam emissionem professionis, extra communitatem, viuunt in aliquibus Eremitorijs, seu in domibus sæcularibus. Et hi non dubiũ est, quin temeritatem eximiam cõmittant & quod tales nullatenus sint Tertiarij S. Francisci, nec alicuius Regulæ ab Apostolica Sede approbatæ, ac per consequens, quod nequeunt gaudere Priuilegijs Fratrum Min. nec Tertiariorũ, nec existũt sub iurisdictione illorũ. Quin potius debẽt procurare Fratres Mino. quod Prælati Ecclesiastici ordinarij pcedant contra tales: quia deferunt habitum Relig. cuius ipsi non sunt; prout habetur in dictione Habitus Fratrum. §. 4. & 5.

Insuper, circa Tertiarios est sciendum, ac notandum, quod non reperitur *De princi-* aliqua Regula, seu modus viuendi a Beato Francisco (saltem in scriptis) pro *pio, ac pro-*
D Tertiarijs traditus. Sed credendum est, quod ordinauit, vt ieiunarent aliqui- *gressu Ter-* bus diebus, & recitarent aliqua, & similia conferentia ad bonũ modum viuen- *tiariorũ &* di. Quarum aliqua Nicol. Papa IV. inseruit in sua Bulla. ¶ Tertiarijs aũt hmôi, *priuilegijs* concessa sunt prima Priuilegia. s. coniugatis, & alijs in proprijs domibus habi- *eis concessis* tantibus, nullo habito respectu, sub qua obedientia existerent. Sicq; multo tẽpore sub Diœcesanorum obedientia, & subiectione permanserunt. ¶ Sciendum etiam, quod per plures Doctores famosos disputatum est, vtrum præfati Tertiarij essent personæ Ecclesiasticæ, vel non. Et multi tenuerũt quod sic: & quod inijcientes manus violentas in ipsos, incurrebant excommunicationem, nec poterant conueniri, nisi coram Iudicibus Ecclesiasticis; nec tenebantur soluere talias, & reliquas exactiones. Ita quod habebant Priuilegium personæ, ac
E fori. Alij vero tenuerunt oppositum. Durante ista altercatione, in quibusdam partibus gaudebant prædicto priuileg. & in alijs non. De quo Florent. 3. parte titu. 23. cap. 5. §. 4. tractat. Tandem Six. Papa IV. dedit Bullam declaratoriam, in fauorem prædictorum: licet loquatur solum de existentibus in Italiæ partibus; vt habetur in Monumentis Ordinis primæ impressionis, fo. 53. primo tractatu. Præfatus etiam Pontifex (nullo habito respectu, sub qua obedientia huiusmodi Tertiarij existerent) dedit potestatem Ordini nostro Minorum, vt illos sibi submitteret, &c. Et quia ante tempora Sixti, aliqui prædictorum Tertiariorum, se in congregatione posuerant, & Eugen.

Eugen. IV. declarauerat, quod Matrimonium talium erat validum: modificauit istud Sixtus, quod esset verum, nisi facerent professionem in communitate,&c. vt patet supra. §. 7. Itaq; profitentes modo supradicto, declarauit esse vere Religiosos. Alios vero primos Tertiarios, dimisit in suo antiquo modo, & ordine approbato,cum suis Priuilegijs.¶Procedente aũt tempore,idẽ Sixtus omnibus Tertiarijs cõicauit omnia priuilegia nostro Ordini concessa, & concedenda;vt habetur in Bulla aurea:& supra.§.9. Et hoc, quamuis in communi nõ viuerent;vt patet in præfata Bulla expresse.Immo adhuc videtur potius dirigi ad Tertiarios,in communi non viuentes: quia dicit Personis, & non Monasterijs; prout dixerat ibidem paullo ante dè Monialibus S. Claræ, ac Sancti Dominici. Hanc autem communicationem Priuilegiorum semper intellexerunt habere locum in Tertiarijs, licet non existant sub obedientia Ordinis nostri Minorum,sed sub Ministris eiusdem Ordinis, vel alias; prout habetur in vsũ. ¶ Item est notandum,quod,quia tempore Innocentij VIII. ita tenebatur, non esse alios Tertiarios veros,nisi in particulari viuẽtes:& quod aliqui asserebãt, Tertiarios in communi viuentes, esse excommunicatos, propter prohibitionem Ioannis XXII. declarauit præfatus Innocentius, non ita esse verum. Et quia fuit informatus, quod aliquæ Concessiones factæ fuerant Tertiarijs in communi viuentibus, extendit præfata priuilegia ad viuentes in particulari; vt habetur supra.§.11. ¶ Post omnia supradicta Leo X. in Concilio Lateranensi ordinauit aliter, quoad Tertiarios in particulari, & in communi viuentes; prout habetur supra.19.& 20. Huiusmodi autem ordinatio, & concessio debet nunc obseruari,& nõ vti præcedentibus,in his,quibus ista vltima cõtrariatur.

De cõicatione priuil. A B C

Resolutio præfatæ materiæ. Aliter breuius,ac melius potest resolui materia Tertiariorum sub sequenti modo. Quoad Tertiarios vtriusq; sexus (quidquid sit de temporibus retroactis) in præsenti sunt in triplici differentia; prout Leo X. in Concilio Lateranensi distinxit. ¶ Primi sunt viuentes collegialiter. Et isti gaudent omnibus Priuilegijs, sicut Fratres Mendicantes, absq; aliqua differentia, inquantum eorum capacitas permittit. ¶ In secundo gradu sunt mulieres continentiã virginalem, aut vidualem promittentes, & habitum Tertiariorum gestantes. Et istæ pariformiter gaudent, vt primi:nisi in ijs,in quibus expresse diceret Papa, quod solum concedit pro viuentibus in congregatione, saltem post Innocentium octauum. Nam de concessis vsque ad sua tempora, cum tali expressione, vel restrictione, ipse Innocentius omnes parificauit, sicut habetur supra; §. 11. ¶ Vltimi sunt coniugati, aut qualitercumque aliter a præfatis duabus speciebus se habentes. Et isti de omnibus priuilegijs Mendicantium habent illa,quæ per Concilium prædictum non fuerunt sibi sublata; de quibus habetur supra. §. 19. Ex quo sequitur, quod habent omnia spiritualia, scilicet, indulgentias,&c. excepto, quod Eucharistiam in die Resurrectionis, & alia Sacramenta non possunt recipere, nisi a suo Parochiali Rectore. Sacramentum tamen Pœnitentiæ, & Eucharistiæ semper in reliquis temporibus anni poterunt recipere a Fratribus. Et de istis habitantibus cum Collegiatis, idem est, quod de talibus Collegiatis, vt habetur supra. §. 20. Item habebunt isti Priuilegium, cap. Si quis suadente: quia habent modum viuendi approbatum a Sede Apostolica. Et sic tenent Doctores. Et est notandum, quia sæpe non aduertitur circa hoc. D E

Collector. Sciendum est vlterius, quod solus sanctissimus Pater Franciscus instituit Fratres, & Sorores Tertij Ordinis, seu de Pœnitentia nuncupatos, vt supra dictum est, propter quod in eius laudem canit Ecclesia. Tres Ordines hic ordinat: primumq; Fratrum nominat Minorum,Pauperumq; fit Dominarum medius:sed Pœnitentum tertius; sexum capit vtrumq;. Attamen postea nonnulli

alij

A alij Ordines, præsertim Fratrum Mendicantium, præfatam institutionem aliqualiter imitari visi sunt. Nam Fratres Prædicatores, & Augustinienses, necnon & Carmelitæ obtinuerunt a Sede Apostolica, vt aliquæ personæ vtriusq; sexus, in proprijs domibus habitantes, aut saltem non in Congregatione Regulari viuentes: sed certo modo sub huiusmodi Ordinibus respectiue degentes, quæ Pinzocheræ, aut Mantellatæ, vel de Pœnitentia dicuntur, gauderent Priuilegijs dictorum Ordinum. Hoc patet quoad Prædicatores, B.ffo.104.concess.573. De omnibus autem huiusmodi personis, quæ vt plurimum sunt fœminæ, dictum est supra satis late, in dictione Mulieres. Et nonnulla alia adduntur hic, quoad Carmelitas, & Augustinienses; prout sequuntur.

B *Ex priuilegijs aliorum Fratrum Mendicantium.*

SIXTVS IV. statuit, ac ordinauit, & concessit, quod Generalis, & alij Priores Ordinis Carmelitarum possint recipere vtriusq; sexus personas, quæ habitum dicti Ordinis, ad instar Mantellatarum, seu Pinzocherarum, aut Fratrum de Pœnitentia tertij Ordinis Fratrum Minorum, ac Prædicatorum, & Eremitarum Sancti Augustini habere voluerint. Quæ personæ, sic receptæ, gaudeant omnibus Priuilegijs, quibus præfato Carmelitarum Ordini concessum est posse gaudere, B. ffo.184 concess.462. & fol.101. 26 *Ex priuilegijs Carmelitarum.*

¶ Idem Sixtus concessit Fratribus Carmelitis, vt possint administrare Sa-C cramenta Eucharistiæ, & extremæ Vnctionis suis Pinzocheris, & Mantellatis, etiam in earumdem domibus. Et similiter concessit, quod, dum tales decedere contigerit, possint eorum cadauera, ad eorumdem Fratrum Ecclesias, tumulanda deferre, absque licentia alicuius Prælati Ecclesiastici, & contradictione quacumque non obstante, B. fo.97. Et ffo.180. concess.426. 27 *Ex priuil. Carmelitarum. Sacramēta Sepultura.*

Vide circa hoc ea, quæ statuta sunt in Concil. Lateran. vt habetur sup.§.18. *Collector.*

Idem Sixtus fecit aliam Concessionem, sicut immediate suprascriptam Fratribus Augustiniensibus: & habetur, B. ffo.247. concess.623. 28

¶ INNOCENTIVS VIII. concessit, vt suscipientes habitum Mantellatorum, siue Mantellatarum Ordinis Sancti Augustini: licet habitum illū D cum licentia Prioris loci non retineant, nec continue deferant; corrigiam tamen retinentes, ac deferentes, eisdem Priuilegijs, gratijs, immunitatibus, & indulgentijs gaudeant, quibus ipsi Mantellati, & Mantellatæ gaudent, & gaudere possunt, O. fffo.79. concess.238. 29

Quænam sint illa, quibus præfati Mantellati gaudere possunt, habentur in dictione Communicatio Priuilegiorum.§.23. & 24. & 28. *Collector.*

ANNOTATIO CORDVBÆ.

E QVOAD. §. 7. vide supra §. 20. quia ibi latius declarat hoc priuilegium Six. IV.

Quoad §. 10. notandum primo, quod illa Bulla Six. IV. quam ibi allegat Collector, tamquam in vsu non sit, & numquam visa, & per non vsum abolita, non valet, neque debuit allegari supra, tit. Excommunicatio.§.14. & supra, tit. Simonia.§.1.

Notandum secundo, quod idem Six. IV. fo.53. concessit Tertiarijs vtriusque sexus partium Italiæ, gaudere Priuilegijs personarum Ecclesiasticarum, tam fori, quam personæ, fulminans excommunicationes ipso facto in Iudices, Communitates, & alios quoscumque grauantes eos, contra prædictum priuilegium; vt hoc etiam ait, & refert Collector paullo inferius, ibidem, post tertium gradum Tertiariorum.

Tertio

Tertio notandum, quod etiam si supradicta Bulla Six. IV. quæ allegata est in. §. A
10. esset valida, & in vsu, nihilominus tamen possent gaudere nostris priuilegijs,
& indulgentijs omnes alij, quibus specialiter per Papam id conceditur; vt dictum
est, & annotatum supra, tit. Excommunicatio. §. 14. & tit. Indulgentia, quoad sæ-
culares, per totum, vt sunt Syndici, Procuratores, Medici, Familiares, & alij eius-
modi suo modo; prout eis conceditur per Papam: quia Clem. VII. confirmauit om-
nia nostra Priuilegia de nouo, vt sup. tit. Priuilegia. §. 32. habetur, & ibi annota-
tum est. Sed & de Tertiarijs, qui & quo modo possint gaudere nostris Priuilegijs, la-
tius dicetur infra. §. 20.

Quoad §. 20. vbi ponitur Concessio Concilij Lateranensis notandum, quod Leo X.
ffo. 28. postea idem magis declarando, concessit, quod mulieres virginalem, aut cę- B
libem vitam sollemniter vouentes, etiam si non voueant sollemniter, aut profitean-
tur aliquam Religionem, nec alia vota Religionis, etiam si sint in domibus proprijs,
vel seorsum, seu in domibus consanguineorum aut affinium suorum habitantes,
gaudere debeant, & frui Priuilegijs, & immunitatibus prædictis, scilicet, quibus
Fratres Ordinis, cuius Tertia Regula habitum portant, potiuntur, & gaudent. Nul-
lis obstantibus. Ex quibus, vt ait quidam Pater satis eruditus, patet primo, quod vt
professio Tertiariorum vtriusque sexus habeat vim Voti sollemnis, quoad impedien-
dum, & dirimendum matrimonium, requiritur, quod fiat in Communitate, vt paul-
lo superius §. 7. statuerat Six. IV. fo. 33. ff. 117. quia de hoc loquitur tantum ibi- C
dem Six. IV. vt patet. Sed ad gaudendum Priuileg. nostri Ordinis, non requiritur,
quod aliqua professio mulierum fiat in communitate, neque quod Tertiarij vtrius-
que sexus viuant in communitate: sed solum requiritur & sufficit, quod mulieres
sollemniter voueant castitatem, & quod portent habitum Tertiariorum; vt hic dictum
est in vtraque Concessione Leo. X. ffo. 26. ffo. 28. vt habetur in hoc, §. 20. simul
omnia colligendo.

Ideo secundo notandum, quod vbicumque Collector dicit, quod ad gaudendum no-
stris Priuilegijs, oportet quod Tertiarij vtriusque sexus faciant professionem in com-
munitate, seu quod viuant in communi, debet castigari, & emendari secundum quod
iam hic annotatum est. quia, ad gaudendum priuilegijs nostris, non requiritur, quod
mulieres fecerint professionem in communitate; neque quod viuant in communitate: sed
vt dictum est, & annotatum sup. hoc §. 20. Ideo emendetur, secundum hoc, id quod
dicit Collector paullo inferius, vbi, epilogando a primo gradu Tertiariorum dicit quod
debet intelligi de illis, qui fecerunt professionem in communitate, & postea viuunt ex- D
tra, tu dic, quod sufficit, quod sollemniter vouerint castitatem tales mulieres, & ha-
bitum Tertiariorum portent; vt dictum est.

Item ante finem ipsius primi gradus Tertiariorum, vbi dicit Collector, quod non de-
bet intelligi nisi de illis, qui fecerunt professionem in communitate, & postea virtute
alicuius dispensationis, viuunt in particulari: Tu dic (vt dictum est) sufficit, quod
mulieres vouerint sollemniter castitatem, & habitum portent Tertiariarum, etiam si
sint extra communitatem. Item in 3. gradu Tertiariorum, vbi dicit Collector, & qui
post assumptionem, vel receptionem huiusmodi habitus, ac etiam emissionem profes-
sionis extra communitatem, &c, Tu dic, quod sufficit, quod mulieres sollemniter vo- E
uerint castitatem, &c. vt dictum est, ad gaudendum nostris Priuilegijs, & ad haben-
dum potestatem super eas, secundum quod in eodem Compend. eod. titu. §. 8. &
§. 21. secundum Six. IV. fol. 8 ff. 92. & Leo. X. ff. 35. expresse habetur. Et sic, quoad
gaudendum nostris priuilegijs Collector tandem in 2. resolutione, quam breuiter facit,
videtur tacite se retractare, & emendare seipsum, concordans nobiscum, sicut anno-
tatum est; dicens absolute, quod Tertiarij, de quibus ibi agit, possent gaudere nostris pri-
uilegijs; non limitando, si mulieres fecerunt professionem in communitate; aut si om-
nes vtriusque sexus Tertiarij viuunt in communitate, aut non, quia quoad mulieres,
non re-

A *non requiritur, quod fecerint professionem in communitate; & quoad omnes vtriusque sexus Tertiarios, non requiritur, quod viuant in communitate; sed ad gaudendum nostris priuilegijs, sufficit quod Mulieres vouerint sollemniter castitatem vbicumque, & portent habitum Tertiariarum: Viris autem sufficit, & requiritur, quod fecerint Professionem Religionis in communitate, sicut alij vere Religiosi: quamuis postea, virtute alicuius priuilegij, vel alias, viuant in particulari seorsum in Eremiterijs, seu alibi, ex concessione Prælatorum, vel Papę: quia isti sunt vere Religiosi viri, gaudentes Priuilegijs Religiosorum; vt dictum est.*

Quoad resolutionem, seu notabile, quod Collector, post §. 25. facit, vide quod supra est annotatum, in §. 20. & secundum ea limita, & intellige omnia, quę hic Collector dicit,
B *quoad mulieres Tertiarias nostri Ordinis: quia ad gaudendum nostris Priuilegijs, non requiritur, quod illę fecerint Professionem in communitate, neque quod viuant in communitate: sed sufficit (vt dictum est) quod ipsa mulieres fecerint sollemniter Votum Castitatis, & quod portent habitum Tertiariarum: quamuis tales non sint verę Religiosa, ex quo non voueant sollemniter tria Vota aut Professionem Regulę approbatę, non faciunt in communitate, sicut illę verę Religiosę de quibus Six. 4. & Leo X. vti sup. §. 7. §. 21. habetur in Compendio. Et notandum, quod omnes mulieres Tertij Ordinis, modo vouerint castitatem, modo non; modo gaudeant priuilegijs nostris, modo non; quę non sunt verę Religiosę, vt dictum est, vocantur multis nominibus; nam in Italia vocantur Bizocha, alibi Pinzochera, in Hispania Beatę, alibi Mantellatę, & communiter dicuntur etiam Tertiarię, seu de Pœnitentia. Illę vero, quę sunt vera Religiosę, tria Vota sol-*
C *lemniter emittentes in professione in communitate; quamuis postea ex concessione viuant in particulari, seu seorsum in suis domibus; dicuntur Religiosę, seu Monachę, seu Sorores, Tertiarię, seu Tertii Ordinis; vt de his sup. tit. mulieres. §. 1. dictum est.*

Quoad vltimum notabile, quod Collector tandem ponit circa hanc materiam, vbi dicit, quod solus Beatissimus Pater noster Franciscus, inter alios Religionum Institutores, instituit Fratres, & Sorores Tertii Ordinis, &c. Notandum, quod Florent. in 3. parte historiali, tit. 23. cap. 14. §. 2. dicit, Beatum Dominicum etiam instituisse Tertium Ordinem, seu Tertiarios Fratres, & Sorores de Pœnitentia: Et forte hoc fecit imitando Beatum Franciscum in hoc; qui fuit contemporaneus eidem, qui quidem B. Pater noster Franciscus; quia primus omnium hos Tertiarios, seu Fratres de Pœnitentia instituit: ideo ei specialius Ecclesia hoc tribuit, specialius de eo cantans. Tres Ordines hic ordi-
D *nat, & cetera. quod autem Augustinien, etiam habeant suos Tertiarios, seu Corrigiatos Fratres de Pœnitentia, patet ff. 249. & de Carmelitis similiter, quod habent suos Tertiarios, patet ff. 180. & de his latius sup. in Compend. tit. Mulieres.*

CAPVCCINI ANNOTATIO.

Voad hanc materiam Tertiariorum, est primo notandum, quod eorum duę reperiuntur Regula facta, vna a Seraphico P. Francisco, a Nic. V. approbata, & altera a Leone X. vt dicitur infra, post Compendium, vbi istę Regulę ponuntur: & ibi dicitur pro quibus Tertiariis seruit prima, et pro quibus altera. Et de Regulis Tertiariarum tractat Collector, supra, in verbo Ingredi Monasteria.

E *Secundo notandum, quod nunc (quidquid dicat ipse Corduba hic in §. 20. de ipsis Tertiariis, quando possint nostris gaudere Priuilegiis) per Cõst. Pii V. 63. Ea est officii nostri, an. 1568. editam; Et per Const. 35. Greg. XIII. Ex benigna, an. D. 1575. solũ illi possunt nostris Priuilegiis, Exemptionibus, immunitatibus, &c. gaudere, qui sunt Tertii Ordinis S. Franc. de Pœnitentia nuncupati, in Congregatione viuentes; ac tribus votis substãtialibus astricti, ac professi, & sub Ord. Minor. Superior. Regul. obseruantia obedientia degẽtes. Hę clausulę, & conditiones punctualiter, et specialiter ponuntur in præfatis Bullis Pii V. & Greg. XIII. quarum prima est Reformatiua ipsius Tertii Ordinis. Altera vero est* Qui Tertiarii possint nostris priuileg. gaud.

Confirmatiua Priuilegiorum Ordinis, &c. Adeo, quod hinc tollitur omnis quæstio. Illi autem alij Tertiarij, qui supradictis carent Conditionibus, & in suis domibus viuunt, carent etiam & huiusmodi Priuilegiorum communicatione, & exemptione, &c. A

Vide ꝑ hoc etiam Cõc Trid sess 24 de Reform. cap. 4.

Tertio notandum, quod in supradicta Bulla 63. Pij V. quæ est Reformatiua ipsius Tertij Ordinis, inter alias declarationes, & determinationes, habentur istæ sequentes, videlicet.

Extinctio officij Visitatoris, Ministri & Vicarij eorum vt post hac nullus Minister, Vicarius, ac Visitator Generalis de dicto Ordine habeatur.

Subiectio eiusdem Ordinis tam Virorum, quam Mulierum, eorumque honorum, &c. Generali & Prouincialibus Ministris Fratrum Minor. de obseruantia, a quibus debeat visitari, corrigi &c. quemadmodum illos est in suo proprio Ordine attributum. Ac vt ipsis Prælatis omnimode obediant præcipitur. B

In Capitulis eorum interueniat Generalis vel eius Commissarius, vel illius Prouinciæ, vbi celebratur Capitulum, Prouincialis de Obseruantia.

Electiones Visitatorum Prouincialium fiant de idoneis Fratribus Tertij Ordinis huiusmodi per secreta suffragia & alias eo modo quo fit ac Fratrum Minorum de obseru. Prouincialibus. Et per prædictum Ministrum generalem confirmentur.

Et hæc officia annalia sint, ita, vt elapso primo anno illa vacare censeantur. Visitatores autem possint, si idonei reperiantur, etiam eodem modo eligi, & confirmari in secundo, & tertio anno. Sed omnes suis huiusmodi officijs quandocumque perfuncti, denuo ad illa nisi transacto sexennio, nequeant reuocari.

Et supradictorum Visitatorum potestas tanta sit cum suis subditis, quanta est Prouincialis cum suis Fratribus. C

Fratres, & Sorores huius Tertij Ordinis professi, nihil priuatim, vel proprium habere possint: sed omnia vbique communia esse debeant, & contra faciens furti pœna puniatur.

Sorores huius Tertij Ordinis in communi, & sub clausura viuere debeant.

Confessores, & Concionatores earumdem, approbari debent a Ministro Generali, vel Prouinciali.

Et huic Tertio Ordini conceduntur omnia Priuileg. Minorum de obseru. ab eodem Pio V. in eadem Bulla; Et a Greg. XIII. in alia sua supra citata.

De Indulgentijs Tertiarijs concessis, vide supra in verbo Indulg. & de facultatibus pro absolutionibus peccatorum, & Sacramentorum administrationes, vide supra, in verbo Absolutio. D

Tertiariæ, quando, & quomodo teneantur seruare Clausuram & de nonnullis alijs notabilibus, circa hoc, vide supra, fol. 116. Et quomodo Tertiariæ inclusæ veniant appellatione Monialium, vide sup. fol. 331.

TRANSIRE AD ALIOS ORDINES.

Collector.

Valiter possint, aut non possint Fratres Minores transire de sua Religione ad aliam, vel de vna obedientia ad aliam, dictum est in dictionibus Apostatę, & Nouitius, & Obedientia, & Obseruantes Fratres, & Recipere Fratres. E

VENDERE.

Distinctio materię Venditionis.

Collector.

NOnnulla reperiuntur in priuilegijs Fratrum Minorum, quę pertinent ad materiam Venditionis. Et horum aliqua spectant ad Fratres: alia vero ad Moniales, curę ipsorum commissas; prout infra patebit.

NI-

A NICOLAVS III. concessit, quod cum expedierit vtilitati Fratrum
Minorum Vendere, aut commutare aliquas res, vsui eorum prius concessas,
commutatio talium rerum, pro rebus, quibus vsum Fratribus liceat habere,
procedat, seu fiat auctoritate, vel licentia Generalis, & Prouincialium Mini-
strorum in suis administrationibus, coniunctim, aut diuisim. Voluit tamen, &
ordinauit, quod si res huiusmodi aestimato pretio vendi contigerit, fiat per *Procurator*
Procuratorem, vel Syndicum a Sede Apostolica, vel a Protectore Ordinis de- *vel Syndic.*
putatum; & quod per eum pecunia pro pretio rei venditę habita, recipiatur,
& expendatur in rem licitam, cuius vsum Fratribus licet habere. Habetur in
declaratione Exiit qui seminat, b. ffo. 10. in 2. tractatu, Et B. fo. 8.

CLEMENS V. declarauit, non licere Fratribus Mino. habere hortos, vt 2
B colantur ac olera, & alia hortalitia vt pretio distrahantur. Et idem de quibus *Superfl.*
licet alijs rebus Habetur in declaratione Regalę, quę incipit Exiui de Paradi
so, fo. 14. tractatu 3. Et ffo. 15. in 2 tract.

Concilium Constantiense statuit qualiter Generalis Fratrum possit facere 3
vendi res superfluas Conuentuum Reformatorum, prout habetur supra, in di-
ctione Generalis Ordinis, §. 3. Et in dictione Alienatio §. 1.

LEO X. fecit quamdam Concessionem super venditionem bonorum, quae
aliqui Fratres Minores acquisierunt, cum extra obedientiam Ordinis euaga- 4
rentur. Sed haec etiam posita est in dictione Bona. §. vlt. *Apostata.*

Idem Leo fecit aliam concessionem circa commutationem, seu venditionem
eleemosynarum superabundantium; prout habetur in dictione Eleemosyna, §. 5
C vltimo. *Eleemosy.*

Idem Leo respectu venditionis, seu alienationis bonorum Monasteriorum
S. Clarae, & tertij Ordinis, fecit duas Concessiones, quę positae sunt in dictione 6
Alienatio rerum §. 4. & 5. *De bonis*

CLEMENS VII. circa hanc materiam fecit quamdam Concessionem, *Monialiũ.*
quę habetur etiam in dictione Alienatio §. vlt. 7

VICARIVS.

Distinctio materiae Vicariorum.

D DE multiplicibus Vicarijs reperitur facta mentio in Priuilegijs Fra- *Collector.*
trum Minorum. ¶ Et primo de Vicario totius Ordinis; qui ceden-
te, vel decedente Generali Ministro eligi debet. ¶ Secundo de Vi-
carijs Generalibus, & Prouincialibus cismontanis, & vltramon-
tanis; qui per Concilium Constantiense fuerunt ordinati pro re-
gimine Fratrum Minorum Regularis Obser. ¶ Tertio de Vicarijs Conuen-
tuum; vel Domorum prędictorum Fratrum seu Monialium eis commissarum.
Et de singulis istorum dicentur infra aliqua, quae ad eos spectant.

E

De Vicario totius Ordinis.

E NICOLAVS IV. statuit, & ordinauit. ac districte inhibuit Fratribus 1
Minorum ne deficiente Ministro Generali, possint eligere, aut constituere ali- *De Vicar.*
quem Fratrum, in Vicarium Ordinis pręfati, absque Romani Pontificis, & Pro *Ord.*
tectoris eiusdem Ordinis licentia speciali, per ipsius Romani Pontificis paten
tes litteras concedenda, facientes plenam, & expressam de huiusmodi litteris
mentionem, o. fo. 31. Et ffo. 32. conc. 33.

De Vicarijs generalibus, & prouincialibus.

1 *De Vicarijs generalibus & prouinc.* CONcilium Constantiense statuit, quod Prælati Superiores Fratrum Minorum Regularis obseruantię appellarentur Vicarij Generales, & Prouinciales respectiue. Et hoc idem confirmauerunt multi alij Summi Pontifices, ac ordinauerunt multa, & varia, circa huiusmodi Vicarios. ¶ Sed quia post Capitulum generalissimum totius præfati Ordinis Romæ celebratum, translatum est officium Ministeriatus ad Fratres Mino. obser. ac per consequens cessauit denominatio prædictorum Vicariorum, & omnia illa, quę respectu talis denominationis fuerant statuta, seu concessa, similiter cessauerunt: ideo superfluum foret hic illa ponere. B

De Vicarijs, & Confessoribus Monialium.

3 *De Vicarijs Monialiũ.* INnocentius IV. statuit, quod Fratres Mino. qui in Monast. Monialium fuerint deputati pro seruitio illarum, in spiritualibus dumtaxat deseruiant; vt habetur latius in dictione Monasteria §. 2.

4 *Particulare pro Hispania.* Iulius II. statuit, & ordinauit, quod Confessores, seu Vicarij Monialium S. Claræ, & aliarum Religiosarum, sub cura Fratrum Minorum in Regnis Hispaniarum degentium, nullatenus possint, vltra triennium, officia huiusmodi exercere. Et quod prædicto triennio finito, vel antea, si Ministro Prouinciali expediens videbitur, a prædicto officio absoluantur, B. ffo. 49. conc. 145. C

De durat. Vicariatus. Collector. Aduerte, quod idem Iulius ordinauerat prius hoc idem, generaliter loquẽdo de omnibus, & singulis officijs trium Ordinum Beati Francisci; vt habetur in dictione Officia Ordinis §. 2. ¶ Circa auctoritatem vero huiusmodi Vicariorum, vide aliquid infra, post. §. sequentem.

De Vicarijs Conuentuum Fratrum Minorum.

5 *De Vicarijs Conuentuũ Fratrum.* IDem Iulius in Communicatione amplissima, quam fecit Fratribus Ordinis Mino. de Priuilegijs Fratrum Ordinis Prædicatorum, concessit, quod ea, quæ spectant ad Vicarios Conuentuum, aut singularum Domorum prefati Ordinis Prædicatorum, similiter spectent, & pertineant ad Vicarios Conuentuum & Domorum Ordinis Minorum, B. ffo. 228. concessione 533. Et ffo. 74. concess. 222. ¶ Hoc habetur latius in dictione Communicatio priuileg. §. 13. D

Collector. Notandum est, quod vt superius in nonnullis locis tetigi, appellatione Vicariorum apud Fratres Prædicatorum, non veniunt Vicarij communiter vsitati inter ipsos: sed solum illi, qui propter absentiam, aut carentiam Prioris eliguntur, seu instituuntur ad præsidendum, velut Priores. Et consimiliter intelligendum est quoad Fratres Minores de illis Vicarijs dumtaxat, qui apud eos vocantur Præsidentes: quando adest, vel deest Guardianus. Ad quod faciunt, quę subsequuntur. E

Quoad auctoritatem prędictorum Vicariorum Monialium, & Conuentuum Fratrum, fuit statutum in Capitulo generali Albiensi id, quod sequitur.

Statutũ ge. pro Vicar. Mon. et Fr. Vniuersi Confessores Monialium nostræ familiæ habeant presenti Decreto semper actiue auctoritatem Prælatorum super Moniales in foro conscientiæ, quoad casus, & sententias; habeantq; similiter Guardiani, ac Vicarij Guardianorum in absentia eorum. Habetur fo. 228. tractatu 3. Et ffo. 248. in tract. 2.

Deinde in sequenti Capitulo generali, Lauális celebrato, facta est sequens Declaratio prædicti Statuti.

De-

A Declaratur, quod illa clausula in Capitulo generali Albiensi inserta, videlicet, quod Guardiani, & eorum Vicarij habeant auctoritatem Prælatorum in foro conscientiæ, &c. sic debet intelligi, quod, videlicet, auctoritas per Patrem Prouincialem concessa Guardianis, remaneat semper penes eorum Vicarios, seu Vicariorum Vicarios, ipsis Guardianis suum Conuentum, pro suis negotijs, exeuntibus. Habetur fo. 229. tract. 3. Et ffo. 248. tract. 2. *Statuta ge. Pro Guardia. & suis Vicarijs.*

ANNOTATIO CORDVBÆ.

B *Quoad §. 5. vbi Collector notat, & bene, quod nomine Vicariorum Fratrum Prædicatorum, intelliguntur illi, quos nos vocamus Præsidentes Conuentuum; vt gaudere possint communicatione priuilegiorum ibi concessa, de hoc etiam late dixit idem Collector: supra. tit. Absolutio ordin. quoad Fratres, post §. 7 & ibi notationem fecimus, ibi videatur.*

VISITATIO, ET VISITATOR.

Distinctio materiæ Visitationis, & Visitatorum.

C Circa materiam Visitationis, & Visitatorum, sunt complura in Priuilegijs Fratrum Minorum contenta. ¶ Istorum autem quædam pertinent ad Visitationem Fratrum actiuam, & passiuam inter semetipsos. Et hæc posita sunt in dictione Correctio. §. 9. & quasi in omnibus. 55. Ac in dictione Exempti Fratres. §. 2. & 4. ¶ Alia vero attinent ad Visitationem Monialium S. Claræ, quæ habentur in dictione Abbatissa. §. 9. Et in dictione Moniales. §. 2. & 3. & 17. & 22. & 26. ac 27. Et in dictione Generalis Ordinis. §. 13. ¶ Nonnulla insuper spectant ad Visitationem Fratrum, & Sororum tertiæ Regulę Beati Francisci. Hęc autem continentur in dictione Tertiarij. §. 3. & 4. & 8. ¶ Attamen quoad Visitationem quarumlibet Monialium per Fratres Mino. faciendam, fecit Leo X. quamdam Concessionem, quæ habetur in dictione Ingredi Monast. Monialium §. 32. ¶ Sed quoad licentiam, quæ ad Visitationis Monialium officium exercendum requiritur, notanda est sequens ordinatio Innoc. VIII. *Collector.*

D INNOCENTIVS VIII. inhibuit sub grauibus censuris, & pœnis, ne quispiam Fratrum Mino. Regularis obser. sine suorum Superiorum licentia, & deputatione, ac institutione, præsumat accipere, & exercere officium Confessoris, seu Visitatoris Monasteriorum Monialium, Beguinarum, vel Sororum quarumlibet, aut temporalium dominorum, & aliarum personarum sęcularium, seu Regularium vtriusque sexus: etiam si ad id Apostolica auctoritate deputarentur. Et decreuit, quod deputationes, quas sic fieri contigerit, sequentem conditionem habere debent: vt scilicet, Deputati ad officia prædicta, illa

E exercere possint, si ad id eorum sic deputatorum Superiorum consensus, & licentia accedant, & non alio modo B. ffo. 157. conc. 375. *De Visitat. & Confess. Monialiū. Quom. & quan. in Visit. po. sit dari Indulg. plē. vide supra, in verbo Ind. plen. quoad Frat. §. 16.*

VNCTIO EXTREMA.



Qvoad administrationem Sacramenti extremæ Vnctionis sunt aliqua concessa Fratribus Mendicantibus, tam respectu suorum Tertiariorum, & familiarium, seu oblatorum, quam aliarum personarum sæcularium. *Collector.*

Ea, quę concernunt Tertiarios, ac familiares Fratrum, habentur in dictione

Tertiarij. §. 19. Et in dictione familiares §. 3. & 7. Et in dictione Absolutio ordinaria, quoad Fratres §. 10. & 11. Et hic infra, §. 1. ¶ Illa vero quæ pertinent ad omnes sæculares, continentur in dictione Sacramenta §. 1. Et in dictione Communicare §. 6. & 10. A

Ex Priuilegijs Monachorum S. Benedicti Obser. Hispaniæ.

NICOLAVS Francus Apostolicæ Sedis Nuntius, & Orator, cum potestate Legati de latere a præfata Sede deputatus in Regnis Castellæ, & Legionis, & Aragonum, concessit Monachis Sancti Benedicti obseruantiæ Hispaniæ, quod siqui infra septa Monasteriorum infirmati fuerint, eis extremam Vnctionē dare Apostolica auctoritate liceret, & licere possint, Parochialis presbyteri, vel alterius cuiuscumque Episcopi, vel Superioris licentia, vel assensu nullatenus requisitis, o. B

CAPVCCINI ANNOTATIO.

Nota, quod Episcopi nolentes dare Oleum sanctum extremę Vnctionis fratribus, essent valde reprehensione digni: unde Neapoli obseruatur, quod sacrista post feriam quintam hebdomadę sanctę, omnibus Religiosis illud petentibus dat, & vide supra in verbo Ecclesię Frat. nu. 2. C

VOTVM.

Distinctio materiæ Votorum.

Collector. Sciendum est vltimo, quod in Priuilegijs Fratrum reperiuntur aliqua, pertinentia ad materiam Votorum. ¶ Horum autem aliqua spectant ad personas Fratrum infirmorum, vel debilium. Et ista habentur in dictione Dispensatio §. 8. Et quoad omnes Fratres, in eadem dictione §. 28. Et hic infra §. 1. ¶ Alia concernunt personas Monialium, quę curæ prędictorum Fratrum sunt commissę. Hæc autem continentur in dictione Absolutio extraordinaria, quoad Fratres §. 7. Et in dictione Dispensatio §. 20. D ¶ Reliqua vero respiciunt personas Sæcularium. Et hæc continentur in dictionibus Absolutio, quoad Sæculares primo, in §. 17. Et Absolutio quoad Sęculares, 2. in §. 12. ac 16. & 18. Et in dictione Dispensatio §. 16. & 29. ac 30.

Ex Priuilegijs Monachorum S. Benedicti.

BENEDICTVS XIII. concessit, quod nullus Monachus Sancti Benedicti teneatur ad aliquod Votum cuiuscumque peregrinationis, quomodocúmque emissum, nec si sit de Hierusalem, nec Sanctorum Petri & Paulli, aut Iacobi, aut aliud quodcumque o. E

CAPVCCINI ANNOTATIO.

Societati Iesu. Paullus III. *Notandum, quod Confessores societatis Iesu, commutare possunt omnia Vota (exceptis, vltramarinis, Petri, & Paulli de Vrbe, Sancti Iacobi in Compostella, Castitatis, & Religionis) Ita concessum est a Paullo III.*

Quam

A Quam facultatem postea illis extendit Greg. XIII. ad Vota etiam iurata; dummodo, commutatio non fiat in preiudicium tertij: ita habetur in eius Compend. Priuileg. Verbo Votu §. 1. Greg. XIII.

Licet Prioribus Ordinis, & Superioribus, personas volentes Ordini Cassinensi sociari, quę Religionum locum, vel Ordinem alium quemcumque, etiam arctiorem, ingredi vouissent (tali Voto non obstante) ad probationem, & professionem recipere, easque auctoritate Apostolica ab ipso Voto absoluere, & cum ipsis dispensare: dummodo, in tali Religione, seu Ordine, de quo vouerint professionem non emiserint. Quod si tamen, ante professionem emissam a tali Ordine recesserint, Dispensatio sit nullius roboris. Congregat. Cassinens.

Ita concessit Eug. IV. prędicta congregationi Cassinens. Ord. S. Bened. anno D. 1436. Eug. IV.
B & reperitur in Comp. Priuil. Fratrum S. Hieron. a Patre Garsia collecto. 170.

Idem fuit concessum Camaldulensibus, Congreg. Montis Oliueti, S. August. & Carthus. Vt habetur in eodem Compend. Verbo Nouitius, & dixi ego sup. in verbo Nouit. Camaldul. Mont. Oliu. Carthusiēs.

Et Paulus II. anno D. 1458. idem Congreg. Cassinens. Et Congreg. Canonic. S. Saluatoris in lauro (in cuius Compend. Priuileg. refertur fo. 14.) concessit, vt qui fecit Votum Religionis, assumens habitum Donati, vel perpetuo Oblati, quamdiu in isto statu permanserit, adimpleat Votum: & satisfecisse intelligatur in illo permanens. Vt habetur in predicto Compend. priuil. S. Hieron. fol. 171.

Sed vltra ea, quę a Collectore in locis assignatis prenotata fuerūt, ego aliqua alia pro maiori huius materię Voti dilucidatione subnectam.

Et primo est sciendum, quod per quinque modos potest votum aliquod tolli, per inter-
C pretationem, per irritationem, per dispensationem, per commutationem, & per cessationem: per interpretationem est, quando euidenter quis scit non obligari, ob aliquam iustam caussam: per irritationem, quando Prelatus, vel alius superior potestatem habens supra vouentem, illud irritat; nec alia caussa requiritur nisi voluntas illius, qui ad irritandum facultatem habet, & quomodo irritatio possit fieri; videntur Nauar. in Manu. cap. 12. num. 64. vbi multa dicit de differentia, quę est inter irritationem, & duo sequentia: per dispensationem, requiritur auctoritas Prelati, & caussa rationabilis & iusta, qua si deficiet, nihil talis dispensatio valebit: per commutationem possunt facere confessores, auctoritatem habentes; quod quando, & quomodo debeat fieri, infra dicemus: per cessationem est, quando quis vouit aliquid vsque ad tale tempus, quo completo iam votum cessat.

D Secundo sciendum, quod soli Prelati Ecclesiastici, vel eorum auctoritatem habentes, possunt dispensare, & commutare Vota, propter rationem, quam S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 12. communiter receptus reddit; vnde non poterit quis auctoritate propria commutare Votum, etiam in melius, nisi manifestum sit illud esse gratius Deo; vt pulchre declarat Caiet. in prefato art. 12 & refert Nauar. in Man. cap. 12. tit. 25.

Tertio est sciendum, quod solus Papa, vel qui potestatem ab ipso peculiarem habet, 3
potest super quinque Vota dispensare, scilicet super Votum perpetuę Continentię, Relig. Peregrinat. in Hierusalem, vel Romam, vel ad S. Iacobum Compostellę: et additur etiā, secundum Nauar 6. scilicet ad S. Mariam de Lauroto. Nauar. in cō ment. in non dicat 12. q 1. nu. 19.

E In ceteris autem Votis, alij Prelati inferiores poterunt dispensare, vt Episcopi, vel qui iurisdictionem Episcopalem sortiti sunt; vt probat Nauar. vel qui aliquod ad hec habuerint priuilegium. Nau ca. 12. nu. 75.

Et hic quarto est sciendum, quod, licet simplex sacerdos possit a quocumque peccato, 4
& quacumque excommunicatione, & fractione Voti in articulo mortis absoluere, non tamen potest aut in Votis dispensare, aut aliquod illorum commutare: etenim sola peccatorum absolutio, non autem votorum dispensatio illis conceditur, secundum mentem omnium Doctorum, vt dicit ipse Nauar. loco supra citato, qui ait etiam eum, qui non habet ampliorem auctoritatem quam commutandi, non posse dispensare; & qui non habet nisi potestatem ad dispensandum, non posse commutare: cum ista inter se sint

diuersa, & potestas, & priuilegium dispensandi possit aliquid operari absque eo, quod A
ad commutationem extendatur: vt respondet ibi opinioni Soti contrarium dicentis, scilicet, quod qui habet potestatem dispensandi, quod plus est, habet & ad commutandum. Nam hoc ait forsitan procedere in illis, qui sunt huiusmodi auctoritatem sortiti iure communi, & tamquam Ordinarij, non autem in his, qui priuilegiorum vi, & tanquam delegati eamdem adepti sunt.

5 Quincto est notandum, quod qui habuerit auctoritatem dispensandi, & commutandi Vota, eamdem habet auctoritatem in iuramentis eiusdem materię, vt tenet Sotus, & sequitur hanc opinionem Directorium Curatorum, & Auctor Exp. Bullę Cruciatę. 9. 11. nu. 130. contra Nauar in Man. cap. 27 nu. 275. qui ait opinionem Nauar. posse esse veram in casu, quo quis promitteret dare, & statim iuramentum subiungeret: quia tunc iam concurrerent duo vincula, vt ipse ait: secus autem, quando quis simpliciter iurasset dare: quia tunc non esset nisi vnum vinculum, sicut in voto. B

Sotus lib. 8. iust & Iure fo. 686. Direct Curat. c. 25. f. 182.

6 Sexto est notandum, quod Papa Innocentius VIII. concessit confessoribus rite presentatis ex ordine nostro Fratrum Minorum, vt possint in omnibus votis dispensare, in quibus possunt Episcopi, preter quam in voto peregrinationis vltra duas dietas, vt supra habetur, tit. Absolutio quoad seculares 2. §. 12. Et idem possunt alij Mendicantes, & eorum participantes, vt refert etiam Nauar. in Man.

Nauar cap. 12. nu. 79.

7 Septimo est notandum, quod supradicti Mendicantes confessores qui virtute priuilegiorum suorum, vel alij, qui virtute alicuius Bulle in supradictis votis dispensant, vel commutant, non possunt hoc agere, nisi in sacramento penitentię.

Sed quando tales dispensationes non fiunt per virtutem alicuius Bulla, vel Iubilęi, C
sed per viam auctoritatis, sicut habent Papa, Archiepiscopi, Episcopi, Generales Prouinciales, Abbates, Priores, vel Guardiani pro suorum subditorum votis tunc tales dispensationes possent fieri ex caussa rationabili, in foro exteriori, &c. Nonnulla alia pro hac materia, vide supra in Verbo Dispensatio.

F I N I S.

D

E

A B S O L V T O

PRIVILEGIORVM COMPENDIO,

RESTAT IAM PONERE ILLA ALIA,

In fine Indicis Matericrum promissa.

Et Primo ponuntur Bullæ quadam, necessario semper præ manibus à Regularibus habenda, quæ in Bullario, vel alibi (vt infra) authentice reperiuntur posite.

B BVLLÆ SVNT ISTÆ VIDELICET.

Confirmatio, & concessio omnium Priuilegiorum Indultorum, Exemptionum, ac Gratiarum Ordinibus omnibus Mendicantium, & non Mendicantium, concessorum, & concedendorum, facta a Clem. 7. Fratribus Minoribus Sancti Francisci Regularis Obseruantiæ; quæ est valde notanda, etiam ab omnibus participantibus supradicta Priuilegia, ob communicationem, quam inter se habent Priuilegiorum; & adducitur authentica a Reuerendiss. P. Christophoro de Capite fontium in Compendio per ipsum edito.

LEMENS VII. Ad perpetuam rei memoriam. Dum fructus vberes, quos ordo sacer dilectorum fratrum Minorum regularis Obseruantiæ, in agro militantis Ecclesiæ cum propagatione Religionis, ac defensione, & augmento
C fidei Catholicæ, ac salute Christi fidelium produxit hactenus, & in dies producit, diligenter attendimus; dignum, quin potius debitum putamus, (vt eius statum prosperũ, & tranquillum, omni diligentia procuremus,) illius religiosas personas specialibus fauoribus, & gratijs prosequi. Hinc est, quod nos Motu proprio, & ex certa nostra scientia, tenore præsentiũ, omnia, & singula Priuilegia, immunitates, exẽptiones, præsertim de nõ soluendo Clericis secularibus, quartã funeraliũ, quoad fratres in possessione, nõ soluendi quartã huiusmodi existẽtes, ac oĩa, & singula indulta, indulgentias, peccatorũ remissiones, & gratias, dicto
D Minorũ ac S. Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato, ordinibus, illorũq; Fratribus Monialibus Sororibus, & vtriusq; sexus personis, atq; Monasterijs, domibus, Ecclesijs, & locis quibuscumq;, etiã per modũ extensionis, seu cõicationis, & alias, quomodolibet per quoscumq; Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac per nos, & Sedẽ prædictam concessa, auctoritate Apostolica, tenore præsentiũ approbamus, & innouamus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere, ipsosq; fratres Moniales, Sorores, personas monasteria, domus, Ecclesias, & alia loca huiusmodi omnibus, & singulis Priuilegijs, immunitatibus, exẽptionibus, concessionibus, indultis, indulgentijs peccatorũ remissionibus, & gratiis, quibusuis cõgregationibus dictorũ Ordi-
E nũ, aliorumq; Ordinũ Mendicantiũ, quomodolibet cõcessis, & cõcedẽdis, neq; nõ ẽt quibusuis facultatibus, & gratijs, suæ professioni regularis obseruantiæ nõ contrarijs, aliis Ordinibus quibuscumq;, nõ mendicantibus, quomodolibet concessis, & concedendis, vti, frui, & gaudere posse, atq; debere in oĩbus, & per omnia, per inde ac si eis specialiter concessa fuissent, & constitutiones, in vltimo Capitulo generali dicti Ordinis Minorũ regularis obseruantię, in Prouincia Burgẽsi Regni Castellę factas pleno robore, firmitatẽ obtinere, & ab oĩbus quãdiu per Capitulũ aliud Generale dictũ Ordinis mutatę nõ fuerint, inuiolabiliter

biliter obseruari debere, necnon regulam ipsam per Sanctum Franciscum, pro fratribus Minoribus institutam obseruabilem, meritoriam, &c. cum omnibus, clausulis reuocatiuis. Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die 30. Maij, millesimo quingentesimo vigesimoquinto, Pontificatus nostri anno secundo. A

CAPVCCINI ANNOTATIO.

Otandum, quod a subsequentibus Summis Pontificibus fuerunt facta alia Priuilegiorum confirmationes & præcipue a Greg. 13. in Const. 35. Ex benigna, &c. anno Domini 1575. Et a Six. V. in Constit. 16. in 2. parte Bullarij; qui in confirmatione Priuilegiorum Fratrum Minorum, & Monialium, Sancti Francisci de Obseruantia, ac S. Claræ, & Tertij Ordinis de Penitentia, illam apposuerunt clausulam (quatenus sint in vsu, & Sacris Canonibus, & Decretis Sacri Conc. Trid. non aduersentur.) B

Et aduertendum, quod dum in hac clausula dicitur Sacris Canonibus, & Decretis, &c. non est intelligendum, (vt aliqui male sentiunt) de Sacris Canonibus Summorum Pontificum in Decretis, & Decretalibus contentis; sed de Sacris Canonibus, & Decretis Conc. Trid. cum clare pateat, Ipsum Conc. & Canonibus, & Decretis constare, & illud operetur illa copula [&] coniungendo Canones cum Decretis Concilij Trid. Ideo videlicet male sentire illi mihi videntur, qui aiunt sub illa particula Canonibus, intelligi Decreta, & Decretalia Summorum Pontificum; & sub illa alia Decretis Concilij, ea quæ sunt in Conc. Trid. & quod proinde nulla, aut paucissima remanent Priuilegia; & ita esset equidem, si hæc illorum valeret opinio. Sed quantum sit absurdissimum & a mente, & a verbis supradictorum Summorum Pontificum alienissimum quis mentis compos non videt? dixissent enim si vellent intelligi de Decretis, & Decretalibus, quatenus sint in vsu, & Sacris Canonibus Summorum Pontificum, & Decretis Sacri Concilij Tridentini, &c. C

De exemptionibus ab exactionibus, Datijs, Gabellis, vectigalibus, &c. vtriusque sexus Religiosis personis ordinum Mendicantium concessis, per Sanctissimum in Christo P. & D. N. D. Pium Diuina prouidentia Papam V.

PIVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam. D

In fauorē omniū clericorū vide c. quāquā, eo cens. in 6. & Cle. c. præsenti. eo ti. & Cōc. Tridē. sess. 25. c. 20. Has immunitates, et omnes alij Regulares per sua privilegia di- cur ha-



VM ad vberes, quos sacri Mendicantium ordines in agro dominico quotidie faciunt fructus, attente respicimus, & attentæ considerationis indagine perscrutamur ipsorum Religionis sinceritatem, & voluntariæ paupertatis habitum, in quibus sub humilitatis spiritu deuotum altissimo præstant famulatum, Dignum, quin potius debitum reputamus, vt illis ea libenter concedamus, per quæ, semotis quibuslibet grauaminibus, promptiores eiusdem altissimi inhæreant seruitiis. Hinc est, quod nos volentes eosdem Mendicantium ordines, ac dilectos filios eorum fratres, & Monachos, ceterasque personas, ac etiam moniales quaslibet eiusdem ordinis, sub illorum cura degentes E specialibus fauoribus, & gratiis prosequi; Motu proprio, non ad alicuius nobis, super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine; quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, omnes, & singuli Mendicantium Ordinum huiusmodi Fratres, Monachi, & dilectæ filiæ in Christo Moniales, seu Sorores, ac aliæ veriusque sexus personæ Regulares, vbilibet per totum Christianum orbem diffusi, & constituti, illorumque Monasteria, Cœnobia, Domus, Conuentus, Ecclesiæ,

Capellæ,

A Capellæ, Oratoria, & alia loca, etiam vnita, ac membra, & dependentia, necnon terræ cultæ, & incultæ, possessiones, prædia, agri, & alia omnia, & singula, mobilia, & immobilia, ac se mouentia, & vbilibet, ac in quibuscumque rebus consistentia bona; necnon eorum in dictis bonis laboratores, coloni, arrendatarii, locatarij, & affictuarij, negotiorumque suorum gestores vniuersi quomodolibet nuncupati, nunc, & pro tempore existentes in perpetuum, ab omnibus, & singulis exactionibus, tam vrbanis, quam rusticis, nec non datijs, gabellis, pedagijs, vectigalibus, collectis, impositionibus, & oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, ac tam realibus, quam personalibus, meris, & mistis, etiam subsidio triennali, & augmento, ac focularibus, equorum taxis, militumque hospitijs, ac alias quibuscumq; nominibus nuncupatis, quauis auctoritate, quomodolibet impositis, & imponendis, & quæ laicis; ac aliis quomodolibet imponi consueuerunt, & in futurum imponentur, ac ratione quarumcumq; mercium, & rerum cuiuscumq; generis, vel qualitatis existētium, tam per mare, & aquam dulcem, quam per terram, vndecumque, & quomodocumq; pro tempore delatarum, nec non animalium quorumcumque mortuorum, & viuorum, & quæ alias quomodolibet, & ex quauis caussa, ac super quibuscumq; rebus, tam in vrbe nostra, quam extra eam, vbilibet locorum exiguntur, & in futurum exigentur; nec non a contributionibus, & solutionibus in illis faciendis, ac tam pro victu, & vestitu, quam quocumque alio vsu suo tantum, ac tam emendo, quam vendendo, & aliasq quomodolibet negotiando; C nec non etiam a solutione quadrantis, pro singulis libris carnium de animalibus, quæ nunc, & pro tempore ex armentis occidi contigerit; nec non etiam, quæ in suis ędibus, prędiis, & possessionibus priuatim detinent, & nutriunt, & a contributione sumptuum, ac expensarum, quæ aliquando pro pontibus, vijs, aquęductibus, muris, mœnibus, aliisue machinis struendis, & reparandis, seu reficiendis, ac ciuitatum, terrarum, & locorum quorumcumque fortificationibus; nec non etiam alias in omnibus, & per omnia, ac tam in dicta Vrbe, quam extra eam vbilibet, penitus, & omnino liberi, immunes, & exempti, ac liberę, & exemptæ, liberaq;, immunia, & exempta sint, & esse censeantur, ac pro talibus teneantur, & reputentur, quodq; terrę, agri, possessiones, & loca aratina (vt præfertur) in illis, quæ aliquando pro pascuis animalium ad cer-
D tum tempus reseruantur, nullatenus vnquam comprehendantur, nec comprehendi censeantur, ac etiam monasteria, cœnobia, aliaque omnia regularia loca prędicta, pro quorumcumq; militum, tam equitum, quam peditum hospitijs, quemadmodum magno cum nostro dolore hucusq; in plerisq; locis factum comperimus, nequaquā assignentur, nec assignari debeant; Et insuper, q fructus, redditus, prouentus, introitus, & alia quęcumq; bona monasteriorum, cęnobiorū, & aliorū locorum regulariū pręfatorum, ab aliis, quam a Syndicis, & Procuratoribus, Religiosis, Fratribus, Monachis, & Monialibus, aliisq; personis pręfatis exigi, illaq; dūtaxat in beneficium loci, vel sustentationē ipsorum Religiosorū, Fratrū, & Monialiū expēdi, nec per alios quoscumq;, quouis
E nomine censeantur, nec in alium, quam præmissum vsum conuerti, seu expendi possint, neq; debeant, nisi de consensu superiorū illius loci, cui data, vel consignata, aut donata fuerint, seu ad quem alias spectabunt, nec etiam soli tutores, aut curatores, seu protectores, & alio nomine Sanctesii, aut alias nuncupati, de eisdē bonis vllo modo disponere possint; quodq; id ipsum etiā de eleemosynis, oblationibus, & quibuscumq; aliis donatiuis intelligi, & obseruari debeat; Apostolica auctoritate, tenore pręsentiū perpetuo statuimus, ordinamus, volumus, & declaramus. Necnon Fratres, Monachos, Moniales, ac alias Regulares personas, eorumq; Monasteria, cęnobia, conuentus, ecclesias, capellas,

ora-

bere. vt sūt Benedicti-ni, & ex per extensionē factam a Pio V.

Exactiones datia gabella, pedagia, collecta, impositiones, onera quacumq; subsidiū triennale, focularia, equorū taxa, Militū hospitia.

Exemptio a quadrante carnis pro singulis libris carniū. Hic corrigitur l. ad instruct. cum gl. Doct. C. de sacros. eccles. et olim correcta fuit per Auct.

Itē nulla cōitas. C. de Epis. & Cle. & pro eodē faciūt c. nō minus. & c. aduersus. de imun eccl. et ca. quāquā de cens. in 6. & c. fi. de vi. & hon. & alia superius dicta

oratoria,& alia loca,ac terras, possessiones,prædia,agros,& bona,necnō laboratores,colonos,arrendatarios, locatarios, affictuarios,ac gestores,prædicta (vt præfertur)libera,immunia,& exempta, eisdē auctoritate, & tenore facimus,ac fore,& esse decernimus; Mandantes propterea dilectis filijs modernis, & pro tempore existentibus,Cameræ Apostolicæ Camerario, Præsidentibus, & Clericis,ac Commissariis,agentibus,& officialibus quibuscumq;, vt omnibus,& singulis,tā virorū,quā mulierū monasteriis Mendicantiū ordinū huiusmodi existentibus,sub ditione nostra tēporali,mediate, vel immediate constitutis,tantū sal,quantū pro eorū vsu sufficerit, singulis annis, omni dilatione cessante,& contradictione remota,contribuere, ac assignare, ac contribui, & assignari facere debeant realiter,& cum effectu. Districtius etiā in virtute sanctæ obedientiæ,& sub indignationis nostrę,ac excōicationis maioris latę sententię,ac duorū milliū ducatorū auri de Camera, pro vna Basilicæ S. Petri de Vrbe,& pro altera medietatibus, singulis monasteriis, & locis præfatis, quæ molestari,seu perturbari contigerit,irremissibiliter applicandorum, pęnis,eo ipso si,& quoties contra factū fuerit,incurrendis; inhibentes tā illis,quā dilectis filiis Legatis,Vicelegatis,gubernatoribus,potestatibus,datiorū, gabellarū,onerū,& aliorū præmissorū exactoribus,conductoribus,& appaltatoribus, nec non quibusuis cōmunitatibus,& vniuersitatibus, illarumq; officialibus, & personis,alijsq; quibuscūq;, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurū,quatenus pręmissa omnia,& singula inuiolabiliter, & perpetuo obseruent,ac ab omnibus obseruari faciāt;neq; fratres,monachos,moniales,& alias religiosas personas, aliosq; supradictos super pręmissis quomodolibet molestent,& perturbent,neq; permittant,per quoscumq; quomodolibet molestari, seu perturbari.Et si quis contradicere,aut quouis modo cōtrauenire presumpserit,per mandatum executiuū contra ipsum, cuiuscumq; dignitatis, status, ordinis,& præeminentię fuerit,ipso facto procedi, & sic per quoscumq; iudices,& commissarios,quauis auctoritate fungētes(sublata eis,& eorū cuilibet, quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate)iudicari, & diffiniri debere,ac,quidquid secus super his a quoquā quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit,irritum,& inane decernimus.

Tenentur cōmissarij Ecclesiæ dare sal Mēdicantibus, &c.

Excommunicatio lata sententiæ.

Pęna 2000. ducatorum Toties quoties contra fit, incurrū tur istę pęnæ.

Inhibetur exactorib. & aliis datiariis,conductoribus appaltatoribus,& cōmunitatib. ne cōtraueniant, &c.

Quocirca venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis,siue eorū Vicariis in spiritualibus,generalibus,nec non dilectis filijs curię caussarum cameræ Apostolicæ,generali Auditori, ac Abbatibus, Prioribus, Præpositis,Decanis,Archidiaconis,Canonicis,& Capitulis, ac aliis quarumcumque ecclesiarum Prælatis,& personis, vbilibet, & in quibuscumq; regionibus,terris,& locis,existentibus, ac alijs, ad quos quomodolibet spectat, & spectabit,per pręsentes motu simili mandamus,quatenus ipsi,& eorū quilibet per se,vel aliū,seu alios,præsentes litteras,& in eis contenta quæcumq;, vbi, & quando opus fuerit,ac quoties pro parte fratrū,monachorū, monialiū,aliarumq; religiosarū personarū pręfatorū,fuerint requisiti,solléniter publicātes, illisq; in pręmissis efficacis defensionis pręsidio assistentes,faciant auctoritate nostra illos,& eorū singulos statuto,ordinatione,voluntate, declaratione,constitutione,deputatione,mandato,inhibitione,decreto, alijsq; pręmissis,pacifice frui,& gaudere,nō permittentes eos,desuper per camerariū,pręsidētes,clericos,& cōmisarios cameræ huiusmodi,nec non Legatos, Vicelegatos,gubernatores,collectores,gabellarios,& exactores pręd:ctos, aut quoscumq; alios, ad aliquā solutionē,contributionē,vel pręstationē pręmissorū,occasione quomodolibet facienda,quouismodo cogi,& cōpelli, aut alias contra pręsentium tenorem quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari;Contradictores quoslibet,& rebelles per pręd:ctas,aliasq; opportunas censuras,& pęnas, appellatione

Episcopi & eorū Vicarii debent obseruari facere hoc priuilegiū inuiolabiliter.

Hoc priuilegium potest sollenniter publicari.

Contra gabellarios, et alios collectores, aut exactores.

A pellatione postposita, compescendo, ac legitimis, super his habendis, seruatis processibus, in censuras, & pœnas huiusmodi incurrisse, declarando, interdictũ ecclesiasticũ apponendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fit, auxilio brachij sæcularis. Non obstan fel. rec. Bonif. Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis, de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis aucto ritate præsentium non extrahatur; ac omnibus illis, quæ in contrarium per quoscumq; officiales, & quosuis alios, ac presertim per officiales ciuitatis nostræ Bononiæ, & quosuis alios, adductę sunt hactenus, & adducentur in posterum, ac adduci, & allegari possent; nec non quibuscumq; litibus, & caussis, tam in Romana Curia, quam extra eam, vbilibet, ac coram quibuscumq; iudicibus B etiam palatij nostri, caussarum Auditoribus, ac S.R.E. Cardinalibus super premissis inter quoscumq; quomodolibet pendentibus, ac etiam instructis, & ad sententiam deductis, vel etiam a sententia terminatis, nisi in fauorem Ecclesię fuerint, & præsertim quadam lite inter huiusmodi Regulares, ac Ciues, & Cõmunitatem dictę ciuitatis Bononiæ in Romana Curia pendente, quas, & quã, ac omnes processus, & scripturas productas, & producendas, ac registra, & sententias vbiuis comparentes, & latas, ac ferendas, ad nos, auocamus, & penitus extinguimus, cassamus, annullamus, & delemus, perpetuumq; desuper silentiũ imponimus; necnon quibusuis Apostolicis, ac in prouincialibus, & synodalibus concilijs, editis, generalibus, ac specialibus constitutionibus, & ordinatio nibus, etiam contra exemptos quomodolibet editis, & edendis; ac etiam iura- C mento, & confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia, roboratis, statu tis, & cõsuetudinibus, priuilegijs quoq;, indultis, & litteris Apostolicis, illis, & eorum singulis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusq;, & alijs decretis in genere, & in specie, etiam motu simili, & ex certa scientia, etiam consistorialiter, & alias quomodolibet etiam iteratis vicibus in contrarium concessis, approbatis, & innouatis: Quibus omnibus illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expres D se derogamus contrarijs quibuscumq;, aut, si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Dat. Romæ apud Sanctũ Marcũ sub annulo Piscatoris, die 29. Iulij 1566. Põtificatus nostri anno primo.

Sed vt facilius supradicta materia exemptionum intelligatur, aliquas declarationes appositas ab Auctore Catechesis Neapolitanæ in lib. 3. c. 2. sub eadem Bulla, ponere operæpretium esse duxi. Et sunt quæ sequuntur.

> Potest formari procẽsus contra eos qui nõ obseruant, &c.
>
> Potest poni interdictũ contra non seruantes hãc Bullã.
>
> Nõ obstant aliqua huic priuilegio.
>
> Numquam intelligitur hoc priuilegium reuocatum, nisi mentio de eo fiat de verbo ad verbum.

SVBMONITIO.

E *QVamquam priuilegia concessa a Pio V. Ordinibus Mendicantium fuerint per Greg. 13. in Extrauag. In tanta &c. reuocata, & quoad alia priuilegia olim di- ctis Ordinibus concessa a Rom. Pontificibus, ea reducta fuerint in eum statũ, in quo erant ante Concilium Trid. exceptis ijs, quæ illi aperte aduersantur; Non tamen vlla ex parte hoc priuilegium fuit ablatum, imminutum, aut alteratum: Et ratio fuit: Quia in hisce rebus iurisdictio Ep[iscop]orum non solum non tollitur, aut minuitur, sed potius confirmatur, consolidatur, ac roboratur.*

Notanda Tempore Iubilæi.

T*Empore Iubilæi, aut similium gratiarum, illi, qui publice non reuocauerint, de[lere]uerint, & cassauerint ordinationes, & decreta edita contra libertatem Ecclesiæ.*

> Vide Bullã in Cena Domini.

Ecclesiasticam, quantum ad eos spectat, non consequuntur effectum dicti Iubilaei & item debent hoc significare Papae. A

Hoc idem tene de excomm. propter indebitā exactionem a Clericis in trāsitu fluuiorum.

Item excommunicati, suspensi, & interdicti, vigore Iubilaei absoluti nisi satisfecerint iis, propter quae censurae ipsae latae fuerant, reinciderunt, & reincidunt in dies in easdem censuras, prout declarauit Pius V. 1568. & Greg. 13. 1572. & 1574. in haec verba viz.

Declaramus tamen tam praesentes, quam alias quascumque super concessione similium, vel dissimilium indulgentiarum a nobis & praedecessoribus nostris, hactenus emanatas, & in futurum quomodolibet emanandas literas, Christifidelibus iis, (nisi in foro conscientiae & poenitentiali tantum, non autem in foro fori, & contentioso, nisi satisfecerint iis, propter quae censurae ipsae latae fuerint.) nullatenus suffragari, eosdemque Christifideles, illis iuxta huius nostrae declarationis formam & tenorem, & non aliter, nec alio modo, vti aut eis se iuuare posse, & potuisse. Quin immo eos in easdem censuras post modum reincidisse & in posterum reincidere. Sicque ab omnibus quauis auctoritate fungentibus censeri, & iudicari debere, irritum quoque & inane, quicquid secus a quoquam quouis praetextu, aut colore, scienter, vel ignoranter attentatum forsitan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari. Non obstantibus, &c. 1572. tertio idus Septemb. Pont. nostri anno primo. B

Notanda super hac Apostolica declaratione.

PRimo, nota quod ista reincidentia pendet ex cap. eos qui, de sent. excomm. lib. 6. & ita quod hic docet Papa, non est nouum ius, sed veteris inculcatio, declaratio, & innouatio. C

Secundo, collige multas communitates adhuc remanere interdicto subiectas, aut saltem in interdictum relapsas, eo quod non satisfecerint iis, propter quae censura haec in eas lata fuit a iure, vel ab homine. Nam pluribus in locis Italiae, & extra, adhuc remanent aliquae ordinationes aut decreta, quorum vigore multi exactores, aut quaerunt aliud, aut carnes, aut huiusmodi in personas Ecclesiasticas aut etiam pro portu in transitu fluuiorum, & Gabellas datia, & pedagia solui iniuste curant aut alias locari, adhuc in eodem officio excommunicationis & censurarum subiecto, perseuerant. Quia videlicet praefatae communitates siue Potestates Consules, Gubernatores, & Consiliarii, neque etiam tempore Iubilaei dictas ordinationes reuocauerint; nec ex eorum archiuis deleuerint nec eorum exactoribus, quominus dictas in posterum exactiones illicitas (etiam ex immemorabili tempore factas) facerent aut continuarent, minime inhibuerint, vide glo. sing. Clem. praesenti, de cens. & remanebunt ut omitto. D

Nota.

Tertio, nota tales exactores contra personas Ecclesiasticas, etiam reincidisse in excommunicationes & censuras propter praedictas incursas nec excusari propter obedientiam, praesertim si se ad illud munus ingesserint; vt inquit Silu. in verb. Gabella, ac fuisse teneri ad restitutionem receptarum gabellarum datiorum ac pedagiorum, aut huiusmodi illicitarum exactionum si tamen eorum communitates, aut alias Domini, aut Principes quacumque fulgeant dignitate etiam Regali aut Imperiali, non restituerint cum effectu. Nam etiam tales Domini omnes incidunt in excommunicationem, si eorum tacito etiam consensu praefatae exactiones aut totius extorsiones fiant aut permittantur, & item tenentur ad restitutionem non obstante quauis consuetudine, etiam longissima in contrarium iuxta contenta in c. Quamquam, de cens. lib. 6. & Gab in 4. dist. 15. & consensit Nauarrus cum quo de hac re Romae locutus sum. E

Infiniti hodie in hoc peccant.

Nauarrus.

Quarto, scias me semper multum dubitasse an multi Principes, & etiam Marchiones ac Duces, & huiusmodi viri magnates (recognoscentes tamen superiorem in temporalibus, & a quibus de iure datur appellatio) receperint vnquam virtutem Iubilei, in ... & remissionem peccatorum; Nam cum non possint praefati Principes imponere sub illis suis locis aliquod nouum pedagium, aut gabellam, neque etiam possint augere antiquum,

Nota super exactione gabellarū &c.

A *quam, neque vti valeant ipsis pedagijs, vectigalibus, aut gabellis, iam olim impositis, aut auctis nisi ab immemorabili tempore fuissent imposita, aut aucta) sine expressa licentia Romani Pontificis, aut sui Imperatoris, aut sui Regis, vt patet in c. super quibusdam, de verb. signific. alias, a tempore Concilij Constantiensis citra incurrerunt, & semper incurrunt ipso facto in excommunicationem contentam in Bulla Cenæ Domini. Papæ reseruatam. Non possum bene videre, quomodo plures hodie Barones, Domini, Principes ac præfati Duces, etiam in Italia non reinciderint, & in dies non reincidant in dictam excommunicationem, cum multi ex eis absq; legitima licentia, & sæpissime, etiam sine legitima caussa (quod peius est) subditis suis noua pedagia, aut porteria, aut gabellas, aut vectigalia imponant; aut augeant antiquitus imposita; aut saltem vtantur de nouo olim impositis, aut auctis pedagijs, aut gabellis ab eorum progenitoribus. Qua*

Nota.

B *in re non excusantur, neq; ab excommunicatione (vt præfertur) incursa neq; etiam a restitutione, prout aiunt Doct. & probatur arg. c. tua de vsuris & Nota quod non sufficit habere merum, & mixtum imperium ad hoc, vt quis possit imponere nouas gabellas, & cetera, vt supra: sed oportet habere summum imperium, sine recognitione; vt supra dictum est; vt Nauarrus vir doctissimus sentit. Et propterea dicere possum cum Beato Ioanne, Potentes, potenter tormenta patientur, & item recte dicere, Væ Mundo a scandalis; & demum cum Paullo Apostolo; Radix omnium malorum est cupiditas; Vnde miror ego quomodo Principum Confessarij damnabiliter hanc rem pertranseant; nam etiã ipsi in excommunicationem incurrunt; si contra Bullam in Cena Domini tales supradictos absoluant.*

Nota bene.

Hoc idem sentit Francis. a Toledo. Contra cõfessarios principum.

Quincto, Nota quod, si quis excommunicatus etiam Papali censura irretitus, contenta etiam in Bulla Cenæ Domini aut aliter quomodocumq; censuris subiectus, faciat

C *debitam satisfactionem, aut pareat, cui parere debet, iuxta consilium sui confessarij, prudentiam habentis, non reincidit in posterum in censuras, neq; tenetur se Apostolico conspectui præsentare, etiamsi alias vigore cap. eos, qui de sent. excom. ad se præsentandum fuisset obligatus; si tamen accipiat Iubilæum, tunc, quando pro tempore promulgatur a Papa.*

Sexto, aduerte, quod argumentum hic a contrario sensu non valet. scilicet, ergo, si quis satisfecerit ijs, propter quæ censuræ latæ fuerint poterit etiam, in foro fori frui beneficio Iubilæi, non inquam valet, quia dictio exclusiua præcessit, videlicet, in foro tantum pœnitentiali. Hinc autem collige, quod si quis post acceptum Iubilæum accusaretur super aliqua incursa censura, non poterit allegare gratiam acceptam in Iubilæo, sed de iure poterit procedi contra eum perinde, ac si nunquam dictum Iubilæum accepisset; & proinde, noua absolutione in foro fori debebit absolui; De æquitate tamen, mitius cum tali agendum erit quam si Iubilæum non accepisset.

D

Fel. cap. de his, de accus.

Nonnulla alia Notabilia circa hanc materiam exemptionum occurrentia, videas, quæ supra dixi in Compendio in verbo. Exemptio,

E

Declaratio Clementis VII. circa communionem in die Paschæ faciendam, pro partibus Hispaniarum: Quæ refertur authentica, ab Auctore expositionis Bullæ cruciatæ P. Emmanuele Rodriguez, f. 4- 4. sermone Hispano, testificanto, idem etiam hodie ibid. in obseruari.

LAurentius miseratione Diuina Episcopus Prænestinus, Cardinalis Sanctorum Quattuor Coronatorum nuncupatus, ac maior Pœnitentiarius, vniuersis ac singulis prædictas litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam. Cũ felicis recordationis Innocentius Papa III. in Cõncilio generali statuerit, omnes vtriusq; sexus Christi fideles, postquã ad annos discretionis peruenerint, saltem semel in anno peccata sua proprio Sacerdoti confiteri, ac iniunctã sibi pœnitentiã adimplere, & ad minus in Paschate Eucharistiæ Sacramentum

mentum suscipere debere, nisi forte de proprij Sacerdotis consilio, ob aliquã A
rationabilem caussam ad tempus, ab huiusmodi perceptione ducerent abstinẽ dum; alioquin, & viuentes, ab ingressu Ecclesiæ arceri, & morientes, Christiana sepultura carere debere: Tamen Sanctiss. in Christo Pater, & Dominus noster Clemens Diuina miseratione Papa VII. sibi persuadens non fuisse intentionis legislatoris, animas illaquere fidelium, ad communicandũ præcise in die Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, dummodo, semel in anno confiteãtur, & ad minus, in Paschate suscipiant Eucharistiæ Sacramentum, in partibus Hispaniarũ, in quibus propter numerũ communicantium esset impossibile, vt in die Paschæ Eucharistiæ Sacramentũ suscipere possent; Christifideles ipsos in Hispaniarũ Regnis huiusmodi, si a prima die Cinerũ vsq; ad octauã Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, proprio Sacerdoti peccata sua singulis B
annis confessi fuerint, & intra dictum tempus Eucharistiæ Sacramentum, secundũ eorũ meliorẽ conscientiæ dispositionem, & arctiorem mentis deuotionem susceperint, viuę vocis oraculo desuper nobis facto, Canoni huiusmodi satisfecisse declarauit. In quorum fidem præsentes litteras, per Secretarium nostrum fieri, sigilliq; nostri parui impressione muniri fecimus, easque manu propria subscripsimus. Dat. Romæ in Camera nostræ solitæ residẽtiæ die 13. Mensis Februarij anno 1526. Pontificatus præfati Domini nostri anno 3.

Ita est Laurentius Episcopus Prænestinus Cardinalis Quattuor Coronatorum manu propria.

Bulla Pii Quincti, in qua prohibetur Fratribus Ordinis Prędicatorum, ne virtute alicuius Bullę possint sibi eligere Confessores, & a Casibus reseruatis absolui: Ac Prouincialibus datur tota illa facultas cum suis subditis, quam Conc. Trid. concedit Episcopis in foro conscientię cum suis, in absolutionibus, & dispensationibus, &c. Et adducitur a R.P. Passarello. C

Passarellus in suo com. tit. notanda priuil. §. 10. fol. 175.

PIVS Papa V. ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis circumspecta benignitas, honestis petentium votis personarum, quæ sub Religionis iugo altissimo famulatum statum, & salubrem directionem respiciunt, ad exauditionis gratiam libenter admittit, & fauoribus prosequitur opportunis. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Prior Prouincialis Prouinciæ Hispaniæ, Ordinis Fratrum Prædicatorum, quod cum in Bulla Cruciatæ sanctæ, & D
alijs priuilegijs, quæ ab Apostolica Sede concedi solent, detur facũltas eligendi Confessorem idoneum ab Ordinario approbatum, qui possit Christi fideles absoluere a casibus Ordinario reseruatis, & a quibusdam etiam quę dictę Sedi reseruata sunt; Religiosi dicti Ordinis, seu eorum nonnulli, etiam ijs facultatibus vti præsumunt, & illorum prętextu eligunt Confessorem aliquando præter eos, qui a suis Prælatis, eorum confessionibus deputati sunt, quod aliquando in speciale eorum vergit detrimentum; quare prædictus Prior humiliter nobis supplicare fecit, quatenus in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur, &c. huiusmodi supplicationi inclinati talem concessionem Sanctæ Cruciatæ, & aliorum indultorum particularium, E
quantum ad prædictum articulum eligendi Confessorem, & absoluendi a Casibus reseruatis, cum Fratribus, & Sororibus, Monialibus totius Ordinis prędicti, tam Prouinciæ Hispaniæ huiusmodi, quam extra eam vbilibet, locum minime habere, neque censeri, sed nostræ intentionis existere, quod ijdem Fratres, & Moniales, quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, seu Confessionis administrationem, dispositioni suorum Prælatorum subiecti sint, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo declaramus. Eisdem tamen Prędlatis, in vsu huiusmodi potestatis, se, cum subditis benignos, & faciles exhibeant

beant præcipientes, mandantes. Et insuper, quia Sacrum Oecumenicum Concilium generale Trident. concessit Episcopis, vt absoluere possint in foro animæ, seu conscientiæ ab omnibus peccatis, & dispensare in irregularitatibus, prout sess. 24. cap. 6. habetur, ne Prior Conuentualis, & Superiores Prælati dicti Ordinis, tam in dicta Prouincia, quam extra eam, vbilibet in hac parte, deterioris conditionis, quam Clerici, aut sæculares existant, eisdem Priori Conuentuali, & Superioribus Prælatis, vt ipsi per se ipsos idem omnino possint in Fratres, & Moniales dicti Ordinis, sibi subditos, tam quo ad absoluendi, & dispensandi huiusmodi, quam alias quascumq; facultates, eisdem auctoritate, & tenore etiam perpetuo concedimus, & indulgemus; atque etiam declaramus, decernentes præsentes litteras perpetuo durare, & valere, &c. ponuntur clausulæ sufficienter derogatoriæ aliorum in contrarium, & sufficienter confirmatoriæ huius indulti.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die 21. Iulij 1571. Pontificatus nostri anno sexto. G. Melchioris.

Bulla Paulli III. Amplissima, concessa Ordini Societatis Iesu, circa facultatem prædicandi in quibuscumq; Ecclesijs, locis, & plateis; Ac absoluendi per Confessores approbatos, a quibusuis criminibus, & peccatis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis (exceptis in Bulla Cenę Domini,) & vota commutandi, vt in ea est videre; Quam vidisse authenticam, Idem Auctor exposit. Bull. Cruc. testatur, in Collegio ciuit. Valentiæ; quam etiam participant Mendicantes omnes, & eorum participantes.

DILECTIS FILIIS
Moderno, & pro tempore existenti Præposito, & Socijs, Societatis Iesu in alma Vrbe nostra Canonice institutis.

PAVLLVS PAPA III.

Dilecti filij, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum inter cunctas sollicitudines nostras, quibus nos præmit Pastorale officium, illa sit pręcipua, vt gregi Dominico, nobis superna dispositione cōmisso, animarum cura non desit, ne illum antiquus serpens humano generi inimicus, indefessum, & imparatum inuadat. Attendentes igitur ad fructus vberes quos in domo Dñi hactenus produxistis, & producere non desinitis, vestrę Religionis integritati, scientiæ, doctrinæ, moribus, & experientię plurimum in Domino confidentes, vobis, quos ac Societatem vestram Iesu approbando, confirmando, & benedicendo, atque perpetuæ firmitatis munimine roborando, sub Apostolicę Sedis protectione suscipimus; & cuilibet vestrum, qui ad hoc onus idoneus repertus, & per vestrum Societatis Præpositum pro tęmpore existentem deputatus fuerit, in quibusuis Ecclesijs, & locis, atque plateis communibus, seu publicis, & alias vbique locorum, Clero, & populo verbum Dei prædicandi, proponendi, & interpretandi, ac eos viam veritatis edocendi, & ad bene, beateque viuendum, ita vt in vobis verbo pariter, & exemplo ędificentur in Domino hortandi, & monendi: Necnon illis ex vobis, qui presbyteri fuerint, quorumcumque vtriusque sexus Christifidelium ad vos vndique accedentium Confessionibus diligenter auditis, ipsos & eorum singulos ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcumque grauibus, & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, & a quibusuis ex ipsis casibus resultantibus sententijs, censuris, & pœnis Ecclesia[illegible] (exceptis contentis in Bulla, quæ in die Cenę Domini solita est legi) absoluendi, atque eis pro commissis pœnitentiam salutarem iniungendi, ne[illegible]

non vota quæcumque per eos pro tempore emissa (Vltramarinis, visitationis liminum Beatorum Petri, & Paulli Apostolorum de Vrbe, ac Sancti Iacobi in Compostella, necnon Religionis, & Castitatis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutandi, &c.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die tertio Iulij, anno Domini 1565. Pontificatus nostri anno II.

BVLLA PII QVINCTI, IN QVA PROHIBETVR Fratribus Capuccinis ne ad Ordinem Sancti Francisci de Paula ingrediantur, & e contra Fratribus Sancti Francisci de Paula ad Congregationem Capuccinorum.

PIVS PAPA V.

Pius V. prohibet ingressũ Fratrũ Capuccinorũ ad Ordinẽ S. Frãcisci de Paula, & e contra.

AD perpetuam rei memoriam. Sedis Apostolicæ solertia, dum ad salutare quorumdam remedium extructa, in eorum detrimentum vergere conspicit, ne quod illis profuturum maturitate summa prodi sse comperitur, noxium incauto ministerio efficiatur, celeris prouisionis opem afferre consueuit, prout in domino conspicit salubriter expedire. Sane accepimus, quod cum aliquando contingat aliquos Fratres Religiosos tam Ordinis Sancti Francisci Capuccinorum, quam eiusdem Sancti Francisci de Paula Minimorum, nuncupatorum, de vno loco ad alium, etiam forsan absque suorum Superiorum licentia transferri, exinde perturbationes, & mala exempla inter eosdem Fratres sæpius oriri solent. Nos cupientes perturbationibus, & malis exemplis huiusmodi quantum cum Deo possumus, obuiare, Motu proprio, non ad alicuius instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa nostra scientia, quod de cetero perpetuis futuris temporibus, nullus ex Fratribus Capuccinis ad dictum Ordinem Sancti Francisci de Paula, nec e conuerso, quod nullus Frater eiusdem Sancti Francisci de Paula ad Ordinem Fratrum Capuccinorum huiusmodi, vllo vmquam tempore, & quacumque etiam, & quantumcumque iustissima caussa, etiam de licentia suorum Superiorum, se transferre posse, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo statuimus, & ordinamus. Decernentes statutum, & ordinationem huiusmodi per Fratres præfatos, sub indignationis nostræ pœna, inuiolabiliter obseruari debere, ac exnunc irritum, & inane quidquid secus super his a quoque quauis auctoritate, tam ordinaria, quam delegata, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Statutis, & Consuetudinibus; ceterisque contrarijs quibuscumque. Ceterum quia difficile foret, præsentes litteras, ad singula quæque loca, in quibus de eis fides forsitan facienda foret, deferri, volumus vt ip sarum transumptis, manu publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in Ecclesiastica dignitate cõstitutæ munitis, in iudicio, & extra (vbi opus fuerit) eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die 6. Octobris 1567. Pontificatus nostri anno secundo.

Fabricius Galletus Curiæ caussarum Cameræ Apostolicæ Notarius

Cæsar Glorierius.

Bulla

Bulla Gregorij XIIII. ne cuiuis Religioso, & præcipue Reformatis Fratrum Conuentualium, ac Eremitis, habitum Fratrum Capuccinorum gestare liceat, nec ita consimilem, quod propter eum, possint credi Fratres Congregationis Capuccinorum. Idem fuit concessum a Paullo III. a Pio IIII. & a Gregorio XIII. Interdicitur etiam Capuccinis ingressus ad Congregationem Reformatorum, quibus inhibetur receptio eorumdem.

BEATI Francisci Confessoris sodalitas ab vno Fundatore instituta, & ad eumdem Dei finem ordinata, vniusq; Seraphicæ Religionis nomine nuncupata, in plures Sodalitates, & membra, Apostolica permissione diuiditur, & quasi circumamicta varietate, pro vt pietas diuersimode suadet, corde vno, & anima vna Deum colit, & instar agri Dominici varios, atq; vberes fructus quotidie profert, & ditiores, & abundantiores, vt confidimus, in dies proferre non cessabit. Sane cũ ad aures nostras peruenerit, alias fel. record. Paullum PP. III. prædecessorem nostrum, inter alia, per suas, in forma Breuis, litteras, quibusuis personis, cuiuscumq; conditionis existerent, sub excõicationis latę sententiæ pœna, eo ipso incurrenda, ne habitum per Fratres Ordinis Minorum S. Frãcisci Capuccinorum nuncupatorum gestari solitum, nisi in eadem Congregatione essent, & sub moderni, & pro tempore existentis Generalis eiusdem Ordinis obedientia, & cura permanerent, gestare quoquo modo præsumerẽt, districtius inhibuisse: Et piæ memor. Pium Papam IIII. etiam prædecessorem nostrũ, litteras eiusdem Paulli prædecessoris confirmando, insuper non solum, ne habitũ prædictum, iuxta litterarum ipsius Paulli prędecessoris hmõi tenorem: Verum etiam, nec ita consimilem, quod propter eum possent credi Fratres Congregationis Capuccinorum, gestare deberent, sub eadem excõicationis pœna eo ipso incurrenda, prohibuisset: Et similiter fel. record. Gregor. Papam XIII. etiam prædecessorem nostrum, litteras prædecessorum huiusmodi, & in eis contenta quæcumq;, pro expressis habendo, & innouando, Motu proprio, & ex certa eius scientia, eosdem Fratres, qui Tertiarij ex Ordine Conuentualium dicuntur, non solum capuccium rotundum, sed etiam habitum coloris berettini, seu subcineritij ad instar Fratrum eorumdem Conuentualium deferre debere, ita vt a Fratribus Capuccinis facile discernerentur, sub eisdem Paulli III. & Pij IIII. pœnis post sex menses ipso facto incurrendis statuisse, & ordinasse. Verum quia ijdem Fratres, qui Reformati Conuentualium dicuntur, ita consimiles eisdem Fratribus Capuccinis incedere præsumunt, vt passim a populo pro Capuccinis habeantur, ac illis tãquam Capuccinis eleemosynæ, & oblationes conferantur, non sine graui plebis offensione, & scandalo, dum reputantur Capuccini esse; Iccirco, rationabile existimantes, vt qui ex instituto Regulæ, atque in vitæ Regularis obseruantia vniformes non sunt, etiam habitus distinctione dignoscantur, vtq; prædecessorum hmõi litterarum contemptus, & contumacia, seuerioris disciplinæ censuram inueniat, ad euitandas etiam cõfusiones, & contentiones, quæ ex inde oriri possent: Hac nostra perpetuo valitura constitutione singulas prædecessorum hmõi litteras, & in eis contenta quæcũque pro expressis habentes, & harum serie approbantes, & confirmantes, atque etiam innouantes; Motu etiam simili, & ex certa scientia nostra statuimus, & ordinamus, quod ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus, huiusmodi Fratres Reformati non solum in Vrbe, sed etiam vbiq; locorum per vniuersum orbem existentes, vt vere, & realiter a Capuccinis distinguantur, & dignoscãtur, præter capuccium penitus rotundum, & colorem berettinum, vel subcineritium, vt præmissum est, etiam mantellum longius ad Conuentualium [illegible]gitudinem deferre, & mozzettam latam, & longam, non sub mantello, sed sup[illegible] gestare teneantur. Insuper striictiori Capuccinorum prædictorum vitæ consi-

Diuisio ordinũ in Regula S. Frãcisci permittitur.

Caussa cur expedita sit hęc Bulla.

De hoc tamẽ habuerunt po[illegible]

Prohibitio Capuccinis ne ingrediātur Congregationē Reformatorū, nec ab ipsis possint recipi. Contra Eremitas gestātes habitum consimilem habitū Capuccinorum.

lentes, ne ab eisdē Reformatis ipsi Capuccini admitti, vel recipi possint, sub eadem excōicationis sententia ipso facto tā ab ipsis Capuccinis receptis, quā Reformatis recipiētibus incurrēda, interdicimus, & prohibemus: & nihilominus actum ipsum receptionis, & transitus tāquam indebite factum, ex nunc, pro ut ex tunc irritum, & penitus nullum esse decernimus, & declaramus.

Et qm̄ similiter accepimus, nonnullos alios, q sub Eremitarū vocabulo nominantur, vagos, aut ꝓfugos, ac acephalos, sub nullius obediētia degētes, nec Episcoporū iurisdictioni se subijcientes sine aliqua licētia, vel loci assignatione, nō sine graui fideliū scandalo, huc, illucq; vagari, eorūdem Fratrū Capucci. habitū, vel adeo cōsimilē gestātes, vt facile pro Capuccinis reputētur, Motu pari, eosdē Eremitas sine litteris dimissorijs alicuius Ord. approbati, de cuius gremio sint, vel Epi loci illius vbi degunt, vagari, aut ex ꝓprijs locis discedere nō posse: & in primis ab habitu Capuccinorū eisdē saltē, vel alijs notioribus differentijs distingui, & dignosci debere oīno ꝓcipimus, & iubemus. Mandātes ꝓpterea vniuersis, & singulis Fratrib. Reformatis prædictis, eorūq; Superiorib. ac ipsis Eremitis acephalis, & sine obediētia itinerantibus, ꝑter pęnas per ꝓdecessores ꝓdictos inflictas, in virtute sāctæ obediētię, ac sub indignationis nostræ, alijsq; grauioribus pęnis, arbitrio nostro imponendis, vt ꝓmissa oīa, & singula, oī excusatione, & tergiuersatione postposita, infra sex mensiū spatiū, a data præsentiū cōputandū, statim adimpleant, & exequātur. Qđ si facere distulerint, vel neglexerint, eos per Almæ Vrbis Vicariū nostrū hic in Vrbe, eiusq; districtu; ac ꝑ locorū Ordinarios, vbi Fratres ꝓdicti reperiantur, per carceratione, aliaq; opportuna, iuris, & facti remedia, ꝓut cōtumacia cuiusq; exegerit, cogi, & cōpelli posse, ac debere, volumus, & iubemus. Et nihilominus irritū, & inane decernimus, quidqd secus sup his a quoquā quauis auctoritate sciēter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstan. quatenus opus sit, Regula nostra de iure q̄sito nō tollendo, alijsq; Cōstitutionibus, & ordinationib. Apostolicis, & vtrarūq; Regularū, siue Ordinum ēt iuramento, cōfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, Cōsuetudinibus, Regulis, & Institutis, Priuilegijs quoq;, Indultis, & litteris Apostolicis, Fratribus, & Eremitis ꝓdictis, eorumq; Superioribus, & ꝑsonis in genere, vel in specie quomodolibet cōcessis, confirmatis, & innouatis. Quibus oibus, eorū tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes hac vice dūtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisq; cōtrarijs quibuscumq;. Volumus autem, quod præsentiū transumptis, etiā impressis, manu publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadē fides vbiq; in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ in Monte Quirinali sub anulo Piscatoris, die 6. Iulij 1591. Pontificatus nostri Anno primo. M. Vestrius Barbianus.

Bulla Pij IIII. Continens formam Iuramenti professionis orthodoxę Fidei, quæ obseruari præcipitur, a prouisis de beneficijs, ac dignitatibus, Ecclesijs, Monasterijs, & alijs locis Ordinum Regularium, & Militiarum.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INIVNCTVM nobis Apostolicæ seruitutis officium requirit, vt ea quæ Dominus omnipotens, ad prouidum Ecclesiæ suæ directionem, Sanctis Patribus in nomine suo congregatis diuinitus inspirare dignatus est, ad eius laudem, & gloriam incunctanter exequi properemus. Cum itaque, iuxta Concilij Tridentini dispositionem, omnes, quos deinceps Cathedralibus, & Superioribus Ecclesijs præfici, vel quibus de illarum dignitatibus, Canonicatibus, & alijs quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, curam animarum habentibus, prouideri continget, publicam orthodoxę Fidei pro-

dei professioné facere, seq; in Rom. Ecclesię obedientia permansuros spódere, & iurare teneantur: Nos volétes etiã per quoscũq;, quibus de Monasteriis, Cõuentibus, Domibus, & aliis quibuscũq; locis Regulariũ quorũcũq; Ordinũ, et Militiarũ quocũq; nomine, vel titulo prouidebitur, idem seruari, & ad hoc vt vnius eiusdé Fidei professio vniformiter ab omnibus exhibeatur, vnicaq;, & certa illius forma cunctis innotescat, nostrę sollicitudinis partes in hoc alicui minime desiderari, formã ipsam pręsentibus annotatã, publicari, & vbiq; gentiũ per eos ad quos ex Decretis ipsius Concilii, & alios prędictos spectat, recipi, & obseruari, ac sub pęnis per Cõciliũ ipsum in cõtrauenĩetes latis, iuxta hanc, & non aliã formã, Professioné prędictã sollẽniter fieri, auctoritate Apostolica, tenore pręsentiũ districte pręcipiendo mandamus, huiusmodi sub tenore. Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singula, quę continentur in Symbolo Fidei, quo Sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicet.

Credo in vnũ Deũ, Patrem omnipotenté, factoré Cęli, & terrę, visibiliũ omniũ, & inuisibiliũ. Et in vnũ Dominũ Iesum Christũ, filiũ Dei vnigenitũ: Et ex patre natũ ante omnia sęcula, Deũ de Deo, lumen de lumine, Deũ verũ de Deo vero: Genitũ, non factũ, consubstantialem Patri, per què omnia facta sunt: Qui propter nos homines, & propter nostrã salute descendit de Cęlis: Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est: Crucifixus etiã pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est: Et resurrexit tertia die secundũ Scripturas: Et ascendit in Cęlũ, sedet ad dexterã Patris: Et iterũ venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius Regni non erit finis. Et in Spiritũ sanctũ Dominũ, & viuificanté, qui ex Patre, Filioq; procedit: Qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur; qui locutus est per Prophetas. Et vnam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnũ Baptisma, in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorũ. Et vitam venturi sæculi. Amen.

Forma professionis Fidei obseruanda, sub pęnis hic expressis.

Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquasq; eiusdé Ecclesię obseruationes, & Constitutiones firmissime admitto, & amplector. Item Sacrã scripturã iuxta eũ sensum, qué tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione Sacrarũ Scripturarũ, admitto, nec eã vnquã, nisi iuxta vnanimé consensum Patrũ accipiã, & interpretabor. Profiteor quoq; septé esse vere, & proprie Sacraméta nouæ Legis, a Iesu Christo Domino nostro instituta, atq; ad salute humani generis, licet non omnia singulis, necessaria, s. Baptismũ, Confirmationé, Eucharistiã, Pęnitentiã, Extremã vnctioné, Ordiné, & Matrimoniũ, illaq; gratiã conferre: & ex his Baptismũ, Confirmationé, & Ordiné sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoq;, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supradictorũ omniũ Sacramentorũ sollẽni administratione recipio, & admitto. Omnia, & singula, quæ de peccato originali, & de iustificatione in Sacrosãcta Trid. Synodo definita, et declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo, verũ, proprium, & propitiatorium sacrificiũ, pro viuis, & defunctis: atq; in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse vere, realiter, & substantialiter Corpus, & Sanguiné, vna cũ Anima, & Diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fieriq; conuersioné totius substantię panis in Corpus, & totius substantiæ vini, in sanguiné: quã conuersioné Catholica Ecclesia Trãsubstantiationé appellat. Fateor etiã sub altera tantũ specie, totũ, atq; integrũ Christũ, verumq; Sacramétum sumi. Constanter teneo Purgatoriũ esse, animasq; ibi detentas fideliũ suffragiis iuuari: Similiter, & Sanctos vna cũ Christo regnantes, venerandos, atq; inuocandos esse, eosq; orationes Deo pro nobis offerre, atq; eorũ reliquias esse venerandas. Firmissime assero imagines Christi, ac deiparę semp Virginis, necnó aliorũ

habendas,& retinendas esse,atq; eis debitum honorem, ac venerationem impartiendam. Indulgentiarum etiam potestatem, a Christo in Ecclesia relictã fuisse,illarumq; vsum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem,& Magistram agnosco: Romanoq; Pontifici B. Petri Apostolorũ Principis successori,ac Iesu Christi Vicario,veram obedientiam spondeo,ac iuro. Cetera item omnia a Sacris Canonibus,& Oecumenicis Concilijs, ac præcipue a Sacrosancta Trid.Synodo tradita,definita,& declarata, indubitanter recipio,atq; profiteor: simulq; contraria omnia, atq; hæreses quascumq; ab Ecclesia damnatas,& reiectas,& anathematizatas,ego pariter damno, reijcio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo saluus esse potest,quam in præsenti,sponte profiteor, & veraciter teneo, eãdem integrã, & inuiolatam,vsq; ad extremum vitæ spiritum, constantissime,Deo adiuuante,retinere, & confiteri,atq; a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me, in me,in munere meo spectabit,teneri,doceri,& prædicari, quantum in me erit, curaturum,ego idem N. spondeo, voueo,ac iuro. Sic me Deus adiuuet, & hęc Sancta Dei Euangelia. Volumus autem quod præsentes litterę in Cancellaria nostra Apostolica de more legantur:& vt omnibus facilius pateant, in eius Quinterno describantur,ac etiam imprimantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri,& Paulli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, 1564. Idib.Nouemb.Pontificatus Nostri anno Quincto.

Hæc Cõst. pub.in Cãcell. & in eius Quinterno describatur. Quã publ. hic habes in fine.

Fed.Cardinalis Cæsius. *Cæs.Glorierius.*

Bulla Gregorij 13. ne Prælati, & alij Monasteriorum Monialium curam habentes, illa ingredi valeant,nisi in casibus necessarijs.

Ad hoc vide Concilium Triden.sess.25.cap.5.de Regu.& Mon.& in Bullario,in Constitutionibus eiusdem Gregorii 13.Const.36. Vbi gratia, & in Constit. Pii V.Const.22.Regularium.& Const.100.Decori.

GRegorius seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

Dubijs,quæ emergunt,declarationis remedium expedit adhibere. Cũ igitur super eo; quod optima primum ratione Concilium sanxit Tridentinũ, deinde in Constit.fel.record.Pii Papæ V.prædecessoris nostri, nonis Iullj,Pontificatus sui anno Tertio,atq; item nostra,Idibus Iunij, Pontificatus nostri,anno quarto editis,fuit prouisum, necui in posterum, nisi in casibus necessariis septa Monasteriorum Monialium ingrediendi concederetur licentia,a nõnullis dubitatum fuisse sciamus circa personas, quæ alterius ad id licentia non indigent,sed sui auctoritate officij nituntur,an liceat ei pro libito suæ voluntatis huiusmodi septa ingredi, vel potius seruare debe[illegible] ipsi quoq; Regulã a Concilio præscriptam: Nos omnem hęsitationis ma[illegible]riam tollere, & viam scandalis præcidere,ac Sanctimonialiũ quieti consu[illegible]re volentes,harũ tenore auctoritate Apostolica declaramus,Prælatos omnes tam Sęculares, quam Regulares,quibus cura & regimen Monasteriorum Monialium quouis modo incumbit,facultate sibi ex officio attributa ingredi[illegible]di Monasteria prędicta ita demũ vti posse,si id faciant in casibus necessariis [illegible]t a paucis, iisq; senioribus, ac Religiosis personis comitati. Quocirca vniuersos, & singulos Episcopali, seu maiori,ac etiam Cardinalatus dignitate præditos,necnon quorumuis Ordin[illegible] Abbates,Priores,Ministros,& alios, quoscumque Superiores Regulare[illegible] eriò monemus,vt facultate huiusmodi, qui eam habent, præterquam in [illegible]ibus,vt præfertur,necessariis,ne vnquam vtantur. Quod si cõtrafecerint, eadem

Concilii Trid. decretum, istud habes ĩ sess. 25.ca.5.de Reg. et Monia.

Declaratio quod Prælati Monasteriorum Monialium in [illegible]

eadem auctoritate Apostolica statuimus,atq; decernimus,qui Pontificalis dignitatis fuerint,eos pro prima vice,qua contrafecerint, ingressu Ecclesiæ interdictos,pro secunda,a munere Pontificali, & a Diuinis suspensos, ac deinceps ipso facto absq; alia declaratione excommunicatos existere: Regulares vero omni officio,ac ministerio priuatos, excommunicationi similiter subiacere. Non obstantibus Apostolicis,ac in Generalibus, & Prouincialibus Concilijs,editis,generalibus,vel specialibus Constitutionibus,& ordinationibus, Priuilegijs quoq;,indultis,& litteris Apostolicis quibusuis,Ecclesijs, earumve Prælatis,aut Ordinibus,in genere, vel in specie sub quibuscumq; tenoribus,& formis,ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, alijsque fortioribus,efficacioribus,& insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis quouis modo concessis, approbatis, & innouatis, etiam si illis caueretur expresse,quod nemo interdici, suspendi, vel excommunicari posset per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam de indulto huiusmodi mentionem,quibus,eorumq; totis tenoribus, perinde ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus,specialiter, & expresse derogamus, ceterisq; contrarijs quibuscumq;.Quoniam vero difficile esset præsentes ad singula loca perferri, volumus,earum exemplis,etiam impressis,manuq; Notarij publici, ac sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica cõstitutæ munitis,quæ haberetur ipsis præsentibus,si essent exhibitæ,vel ostensæ,&c.

necessariis, ea ingredi valeant. Contrauenientium pœna.

Datum Romæ,apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die 23. Decembris 1581. Pontificatus nostri anno Decimo.

Summarium duarum Constitutionum Sixti V. in Compendio adductarum.
Ex Decretis Sanctiss. D. N. Sixti Papæ Quinti,Circa illegitimos,tum ex incestu,tum ex Sacrilegio,quorum parentes,consanguinitate, vel affinitate, intra tertium gradum coniuncti sunt, vel quorum alteruter castitatem Deo vouit.

Ex Constitutione.

NE ad habitum, vel professionem recipi possint.

Nec ei faueat legitimatio, Apostolica,Imperiali,vel Regia, aut quauis alia auctoritate facta.

Quod si quis eorum receptus fuerit,vel professionem emiserit, post constitutionis publicationem,habitus susceptio irrita sit, & inualida, & ideo habitu exui debeat.

Quod superiores religionum qui tales receperint,excommunicationem latæ sententiæ incurrat ,a qua absolui non possint nisi a Romano Pontifice(citra mortis articulum.

Permittitur tamen,v[illegible] ecipi possint ad habitum conuersorum,vel famulorum,pro vilioribus obse[illegible]ijs,ita tamen,vt ad habitum religiosorum, vel ad professionem,nec non & ad [illegible]rdines non modo sacros,sed etiam minores, & ad clericalem characterem, & denique ad cuncta officia ecclesiastica suscipienda,eis perpetuo portæ clau[illegible] sint.

Ex declaratione.

AB officiis,etiam oneris, veluti lectoris,confessarij, studiorum, & [illegible]cræ Theologiæ Magistri,Regentis, Prædicatoris, & ceteris huiusmodi [illegible]nmo[illegible]ssam a voce actiua,a sacris ordinibus ipsorumq; ministerio amoueant.

Ex Constitutione.

Circa illegitimos ex alio minus legitimo Thoro.

NE recipiantur ad habitum, nisi illorum vita, & moribus diligenter cognitis, & alijs circunstantiis, quæ circa idoneitatem personæ attendendæ erunt, consideratis, ac de religionis zelo, pietate, & doctrina, fide, dignis testimonijs adeo constet, vt eius merita defectum natalium suppleant.

Vt hæc admissio in generali, vel Prouinciali Capitulo, matura habita deliberatione, generalis, vel prouincialis, ac diffinitorum, vnanimi consensu fiat.

Vt etiam sic recepti, ad gradus, honores, & dignitates ordinis, incapaces remaneant, nisi super hoc cum eis fuerit, auctoritate apostolica, specialiter dispensatum.

Quod si quis alias (vt præfertur) receptus fuerit, professio nulla sit, & habitu priuatus, a religione eijciatur.

Quod eorum receptores excommunicatione (vt supra) innodati ipso facto existant.

Ex Declaratione.

SVb dicta constitutione non comprehenduntur illegitime nati, ex his parentibus, inter quos tempore quo geniti sunt, matrimonium rite cōsistere poterat qui (secuto postea matrimonio) legitimi effecti sunt.

Illegitimi omnes, etiam ex soluto, & soluta orti, qui vigore quorumcumq; priuilegiorū, etiam Apostolicorum cuiuis ordini concessorum in genere, vel in specie, ad gradus, honores, & dignitates habilitati, ac eis perfuncti sunt, posthac inhabiles sint, & eis nulla prosit dispensatio, nisi specialiter, & nominatim cum eis fuerit super natalium defectu, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas, per Romanum Pontificem dispensatum, & de dispensatione, per litteras Apostolicas, vel per patentes litteras, Cardinalis Protectoris, legitime constiterit.

Hi qui tempore publicationis, officia, & honores obtinebāt ad vitā, eo ipso ab illis absoluti sint; qui autē ad tēpus ea obtinēt, perseuerent vsq; ad finem, & non vltra; & ad alios similes, ac inferiores, & maiores, inhabiles sint.

Appellatione autē dignitatū, honorū, & graduū, intelliguntur Prioratus, & Prouincialium, ac Generalium Superiorum officia, & alia his similia, cum honore, & superioritate coniuncta, non autem officia, Lectoris, Confessarii, Magistri Sacræ Theologiæ, Regentis, & Prædicatoris verbi Dei, &c. huiusmodi; Immo etiam, neque voce actiua, neq; sacrorum ordinum susceptione priuantur.

In qualibet Prouincia duo, vel si fieri possit tria, aut plura monasteria statuātur, quorum superiores infra annum saltem ibi congregentur, ad Inquisitionē faciendam super Nouitiis recipiendis iuxta formam constitutionis, vt supra.

Quod si quis ad sacros ordines, & honores, gradus, & dignitates promotus existat, & postmodum in eo natalium defectuum, aut criminū quæ prius ignorabantur, notam detegi contigerit, non inde ad ea, & ad eorum executionem admittatur, nisi iuxta formam prædictæ constitutionis.

Ex Constitutione.

Circa eos qui post 16. Annum recipi debent.

PRohibentur isti recipi nisi prius de eorum parentibus, patria, deq; anteacta vita, & moribus diligenter inquiratur, & ex relatione fide dignorum compertum sit, nihil obstare in contrarium.

Quod

Quod non sint aliquorum criminum, qualia sunt homicidia, furta, latrocinia, vel similia, aut grauiora, rei vel suspecti, vt propterea damnati sint, aut timeant ne damnentur.

Quod ingenti ære alieno, supra vires facultatum suarum grauati non sint, vel reddendis rationibus, ita obligati, quod lis, vel molestia, eis inferri timeatur.

Quod non humana ratione, sed feruore deuotionis, vitam religiosam sponte petant.

De his omnibus in generali vel prouinciali capitulo, plena, & indubitata fide facta, tam generalis, seu prouincialis, quam diffinitorum consensu approbentur, & nomina, ac cognomina eorum in actis capituli conscribantur.

Et, siqui horum contra præfatam constitutionem, temere admittentur, tam habitus susceptio, quam professio, & inde secuta nulla sint, & a religione habitu exuti expellantur, & liceat curijs sęcularibus cõtra eos procedere, vt prius poterant.

Superiores vero, qui aliquos ita inhabiles receperint, voce actiua, & passiua, ac officijs, gradibus, honoribus, & dignitatibus obtentis, priuati existant, & inhabiles ad alia obtinenda perpetuo sint.

Ex Declaratione.

QVi habitum ante constitutionis publicationem susceperunt, & post profiteri debent, non alias sunt ad professionem admittendi, nisi facta Inquisitione super his, de quibus supra.

Idem intelligitur de professione tacita, sicut de sollemni.

Exteri ex longinquis partibus, vel locis hæreticorum, seu infidelium aduenientes, circa quos prædicta obseruari nequeunt, recipiantur ad habitum, si adhibita omni diligentia, nihil appareat, quod eos impediat.

Prædicta omnia ad Moniales non extendantur.

Circa Itinerantes.

Ex Constitutione.

REligiosi alterius Prouincię non recipiantur, neque etiam vt hospites ad modicum tempus, nisi superioris sui licentiam in scriptis habeant, vel nisi ita cogniti sint, vt de eis nulla suspicio habeatur.

Ordinarij possunt contra eos, qui licentias huiusmodi non habeant, procedere, tamquam suspectos de criminibus.

Superiores recipientes alias quam supra, priuationem vocis actiuę, & passiuę, nec non officiorum, graduum, honorum, & dignitatum, & inhabilitatem perpetuo incurrant.

Ex Declaratione.

IDem obseruetur in his, qui proficiscuntur, de vno Conuentu ad alium, eiusdem Prouincię.

Siqui dicunt non potuisse obtinere licentiam a Superiore, & ad Sedem Apostolicam confugere, pro grauaminibus, non recipiantur, nisi fide dignorum testimonio constet denegatam eis fuisse licentiam.

Prędicti vero in Vrbe non recipiantur, nisi prius, ad Congregationem Cardina-

dinalium super regulares deputatam, vel ad suos Protectores, remissi fuerint.

Hanc Bullam supra emissam fol. 161. & 247. vbi debebat adduci, hic ponere volui, ne desideraretur.

S. D. N. D. Clementis Diuina prouidentia Papæ VIII. Constitutio super executione decreti Concilij Tridentini sess. 25. c. 14. contra regulares non subditos Episcopo, intra claustra degentes, & extra ea ita notorie delinquentes, vt populo scandalo sint, ac contra eorum superiores illos punire negligentes, aut impunitos ad alia suorum ordinum loca transmittentes, uel transmissos ad locum, in quo deliquerunt, non reuocantes.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

SVscepti muneris ratio postulat, vt ea, quę in sacro Tridentino Concilio prouide constituta sunt, ab ijs, ad quos spectat, inuiolate obseruari curemus. Maturo sane consilio ipsius Cōcilij decreto prouisum est, vt quicumque Regularis non subditus Episcopo, intra claustra degēs, extra ea ita notorie deliquerit, vt populo scādalo sit, Episcopo instante, a suo Superiore, intra tempus ab Episcopo pręfigendum, seuere puniatur, & Superior de punitione Episcopum certiorem faciat, sin minus, ipse a suo item Superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit. Verum quia experientia compertum est, interdum in huiusmodi decreti executione nimis remisse procedi, cum enim Episcopus instat, aliquem Regularē, eo, quo supradictum est, modo, delinquentem, a suo Superiore puniri, sępe fit, vt Superior Regularē delinquentem ad alia suorum ordinum loca, extra Episcopi diœcesim, ex industria impunitum transmittat, atque etiam ipse aliquando ad alias prouincias se conferat, nec vlterius super delinquentis excessibus inquirat, & de eius punitione Episcopum certiorem reddat: Vnde nec Regularis delinquens tunc ab Episcopo puniri potest, cum extra ipsius diœcesim existat, nec Superior, qui delinquentem corrigere negligit, officio priuatur: Nos pro pastorali nostra solicitudine, præfati decreti executioni, quantum cum Domino possumus, fauere, & præmissis malis (vt par est) opportuno aliquo remedio occurrere volentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium prædicti Cōcilij interpretum sententia; Motu proprio, & ex certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Cōstitutione, omnibus, & singulis cuiuscumq; Ordinis, & Instituti regularium, etiam mendicantium Superioribus, in virtute sanctæ obedientiæ, & s[illegible]b indignationis nostræ, ac priuationis dignitatum, & officiorum per eos obt[illegible]torum, eo ipso incurrendis pœnis, præcipimus, & mandamus, vt iuxta pr[illegible]ictum decretum, quilibet ipsorum, regularem non subditum Episcopo, intr[illegible] laustra degentem, & extra ea ita notorie delinquentem, vt populo scanda[illegible]ut, Episcopo instante, intra tempus ab Episcopo præfigendum, seuere pun[illegible]t, ac de punitione Episcopum certiorem faciat, & alias decretū ipsum in om[illegible]ibus, & per omnia exequatur. Ceterum si Superior in regularem delinquen[illegible] non animaduerterit, quinimmo si illum impunitum ad alia suorum ordin[illegible] loca, extra Episcopi diœcesim, vt præfertur, transmiserit, volumus, & sim[illegible]i motu, atque auctoritate dec[illegible]nimus, vt Superior instante Episcopo, int[illegible] terminum ab Episcopo præfi[illegible]ndum, & sub eisdem indignationis nostrę, ac priuationis dignitatum, & officiorum obtentorum, necnon & sub inhabilitatis ad illa, & alia in posterum

obti-

obtinendum, ac vlterius priuationis actiuæ, & passiuæ vocis, ad quas a nemine præterquam a nobis, & a Romano Pontifice pro tempore existenti restitui possit, ipso facto similiter incurrendis pœnis, ipsum regularem delinquentem loco, ad quem transmissus fuit, reuocare, & in quo deliquit constituere, seu sistere teneatur. Quod si hoc etiam facere prætermiserit, per præsentes similiter statuimus, vt Ordinarius loci, ad quem Regularis delinquens transmissus fuerit, super præmissis, ab ipso Ordinario loci, in quo deliquit, similiter requisitus, vel alias de illius delicto informatus, vt prefertur, tanquam Sedis Apostolicę delegatus, prædictum concilij decretum omnino exequi, & in regularem delinquentem seuere animaduertere possit, & debeat. Decernentes sic, & non aliter per quoscumque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & caussarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere, Irritum quoque & inane quidquid secus super his a quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę, Millesimo quingentesimo nonagesimoquincto, septimo Kal. Martij. Pontificatus Nostri Anno Quincto.

FINIS.

INCIPIVNT QVAEDAM SPECTANTIA AD FRAT. SOROR. ET TERTIAR.

ET PRIMO DE FORMA RECIPIENDI FRATRES AD professionem. Secundo de modo induendi nouitiam. Tertio de prima, & secunda Regula Fratrum, & Sororum de Pœnitentia, seu Tertij Ordinis, & de forma recipiendi eos ad Professionem.

Circa formam, & modum recipiendi Fratres ad Professionem.



PRIMO fiat capitularis omnium Fratrum congregatio. Secundo, per nouitium, Professionis humilis postulatio, & responsio. Tertio eius sufficientię, & conuersationis examinatio. Quarto circa promittenda in Regula specifica informatio. Quinto habitus, & cinguli benedictio, & eorum impositio. Sexto sui status pro Clerico, vel Laico deputatio. Septimo generalis omnium renuntiatio, & votorum commutatio. Octauo (si voluerit) nominis mutatio, & electi confirmatio. Nono Professionis emissio, & æternæ gloriæ promissio. Decimo circa præmissa obseruanda benigna exhortatio, & indulgentiæ adeptæ, grata notificatio, & noui Professi charitatiua recommendatio, ac etiam Hymni, & Orationum decantatio.

Circa primum, pulsetur campana Capituli, vt moris est, & omnes Fratres, qui possunt, conueniant in capitulo, etiam hospites interiores, quia iste actus Professionis est de sollemnibus, & principalibus Ordinis. Et omnibus congregatis, & caussa per Pręlatum denuntiata, si aliqui Nouitij sunt ibi, exeant.

Circa secundum, vocatus Nouitius facturus Professionem, flectat genua coram Prælato, obsecrans humiliter eum, & Fratres, vt velint ipsum recipere.

Circa tertium, Prælatus quærat ab omnibus de eius conuersatione, onerando conscientias eorum.

Circa quartum, vocato Nouitio, Prælatus intimet sibi defectus, & specificet promittenda.

Circa quinctum, habitu ante Prælatum in crucis modum, & cingulo positis, surgant omnes Fratres, & depositis mantellis, incipiat Pręlatus. Ver. Adiutorium nostrum, &c. ℟. Qui fecit. Ver. Domine exau[illegible] ℟. Dominus vobiscum.

Oratio.

DOmine Iesu Christe, qui existens in form[illegible] i, formam serui accipere, ac in similitudinem hominum fieri, & ha[illegible] inueniri, vt homo, pro nostra salute dignatus es, te suppliciter exoram[illegible], vt istum nostræ Religionis habitum, in Crucis modum pro tuę passionis [illegible]moriali depositum, bene † dicere digneris, vt famulus tuus Frater N. qui[illegible] o pœnitentiali sui Corporis tegumento ipsum induet, té per imitationem [illegible]duat saluberrimam, ad omnis perfectionis exemplum. Qui viuis, &c.

Oratio super chor[illegible]n.

DEus, qui vt seruum absolueres, Filium [illegible]ibus ligari voluisti, bene † dic quęsumus funem istum, vt famulus tu[illegible]s Fr. N. qui eo velut ligamine sui Corporis cingetur, vinculorum eiusdem F[illegible]lij tui Domini nostri Iesu Christi

memor

memor existat, & in Ordine quem assumit salubriter perseueret, & tuis cum effectu semper obsequijs se obligatum esse cognoscat. Per eumdem,&c.

Hic habitus, & chorda aspergantur aqua benedicta,& induatur Nouitius habitu benedicto a Prelato,& dicat sequentia super eũ. Vers. Dominus vobiscum.

Oratio.

MAIESTATEM tuam Domine suppliciter exoramus, vt famulũ tuũ N. cui de tua gratia presumentes, nostræ Religionis vestẽ imponimus, digneris inter discipulos tuos virtute ex alto induere, iustitiæ lorica munire, & salutis protegere vestimento, vt intercedente Beatiss. Patre nostro Seraphico Confessore tuo Francisco, sub humilitatis veste tibi perseueranter deseruiens, ad stolam immortalitatis,& gloriæ mereatur peruenire. Qui viuis.

Hic cingatur a Prælato chorda. Deinde dicatur Oratio.

DEVS, qui B. Petro Apostolo tuo (significans, qua morte clarificaturus esset Deum) prædixisti per alium in senectute ipsum fore cingendũ, famulum tuum Fratrem N. quem cingulo nostræ Fraternitatis precingimus, tua quæsumus charitate præcinge, tui nominis metu constringe,& chorda salutari, cor eius regulari alliga disciplina, vt tua ei opitulante gratia, solutus,& liberatus a mundo, tuoq; vinctus seruitio, in Ordinis, quem assumit, obseruantia, vsque in finem iugiter perseueret. Qui viuis.

Oratio dicenda super Fratrem indutum, & præcinctum.

Vers. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

DEVS, qui mira Crucis misteria in tuo deuotissimo Confessore B. Francisco multiformiter demonstrasti, da famulo tuo Fratri N. ipsius semper ẽ pia sectari,& assidua eiusdem Crucis meditatione muniri. Per Christum.

Circa sextum, Prælatus deputet eum pro Clerico, vel Laico.

Circa septimum, renuntiet omnibus tam habitis, quàm habendis,& omni iuri, & priuilegio. Et si qua vota emisit, commutet ea Prælatus.

Circa octauum, potest Nouitius mutare nomen, vt sibi placuerit.

Circa nonam, scilicet Professionis emissionem, flexis genibus Nouitius amoto capuccio, iunctisq; manibus inter manus Prælati, dicat sic.

EGO Frater N. voueo,& promitto, Deo, & B. Mariæ semper Virgini, & B. Francisco, & omnibus Sanctis,& tibi Pater, toto tempore vitæ meæ, seruare Regulam Fratrum Minorum, confirmatam per Dominũ Papam Honorium, viuendo in obedientia, sine proprio,& in castitate. Respondeat Prælatus: Si tu hæc seruaueris, ego promitto tibi vitam æternam. In nomine Patris, & Filij, &c. Et si non intellexerit profitens, dicatur in vulgari.

Circa decimum, Prælatus moneat Professum seruare, quæ promisit,& notificet quantam indulgentiam adeptus sit,& recommendet eum Fratribus deuote. Quo facto, surgens Cantor incipiat Hymnum. Veni Creator. Quo finito, duo Fratres dicant. Vers. Cõfirma hoc Deus. Deinde Prælatus dicat Vers. Post partum virgo. & Vers. Ora pro nobis B. Pater Francisce, & Vers. Saluum fac. & Vers. Domine exaudi. & Vers. Dominus vobiscum. Oratio, Deus, qui corda. & Concede nos. & Deus qui Ecclesiam tuam,&c.

DEVS, qui nos a sæculi vanitate conuersos, ad brauium supernæ vocationis accendis, pectoribus nostris purificandis illabere,& gratiam nobis, qua in te perseueremus infunde, vt protectionis tuæ muniti præsidijs, quod te donante promisimus, impleamus,& nostræ Professionis executores effecti, ad ea quæ perseuerantibus in te, promittere dignatus es, pertingamus. Per Dominum,&c.

INCIPIT ORDO AD INDVENDVM Nouitiam.

VO vero ad modum induendi Nouitiam, primo ante Missam, tunicis positis, & chorda ante altare; dum celebratur Missa, Nouitia, & consanguineæ eius sibi astantes, stent coram altari tenentes candelas accensas, quas offerent post offertorium Sacerdoti. Finita vero Missa, Sacerdos accedens illuc, absolute incipiens dicat Vers. Adiutorium nostrum in nomine Domin. ℟. Qui fecit Cœlū, & Terram. Vers. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc. Vers. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor. Vers. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

DEVS Pater omnipotens, qui per Legiferum Moysem famulum tuū, Ministris Ecclesiæ sub typo passionis, priscę Legis præcepta dedisti, hanc laneam vestem, quam S. Pater noster Franciscus Minister Ecclesiæ, diuino amore ferre consueuit, sancti✝ficare, atq; bene✝dicere, & conse✝crare tuo proprio ore digneris, vt hæc ancilla tua, quæ eam cupit induere, exuta ab omni sorde vitiorum, cum indumento sanctarum virtutum, ea induatur, quatenus ab omni perturbatione callidi insidiatoris deinceps protecta, in Ecclesia tua Sancta, de die in diem renouetur. Per Christum Dominum nostrum.

Postea super ea, quæ induenda est, dicatur hæc Oratio.

DEVS, qui Abrahæ famuli tui opere, humano generi obedientiæ exemplar tribuisti, concede huic ancillæ tuæ, & suæ voluntatis prauitatem frangere, & tuorum præceptorum rectitudinem in omnibus adimplere. Per Christum Dominum nostrum.

Alia Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, propitius respice ad preces Ecclesiæ tuę, & huic ancillæ tuę, quā ad nouam gratiam vocare dignatus es, fidem rectā, charitatem perfectam, humilitatem verā concede Domine, vt sit in ea simplex affectus, & fortis, obedientia perseuerans, pax perpetua, mens pura, rectum & mundū cor, voluntas bona, conscientia sancta, cōpunctio spiritualis, virtus animæ, vita immaculata, consummatio irreprehensibilis, vt viriliter currens, in tuum introire Regnum feliciter mereatur. Qui cum Patre, &c. Amen.

His expletis aspergat Sacerdos Nouitiam, & tunicas aqua benedicta. Postea ducant eam consanguineæ eius vsq; ad portam rotæ, & cum inceperit ingredi portam, si Nouitia fuerit Virgo, incipit Cantor Antiph. Veni Sponsa Christi, &c. Quam cantādo, ducant Nouitiam Sorores ad Altare intrinsecum, quod est in Choro. Finita Antiphona, dicatur Psalmus, Beati immaculati in via, cū Gloria Patri, in octauo tono. ¶ Si vero Nouitia non f[illegible]rit virgo, non cantetur Antiphona, Veni sponsa Christi, nec Psalmus, Beati [illegible]maculati, sed cantetur Antiphona, Veni electa mea, & ponam in te Thro[illegible]m meum. Alleluia. Qua finita, cantatur Psalmus, Beati qui habitant in d[illegible]o tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te: in primo tono, cum G[illegible]ria Patri, & Filio, &c. Et si necesse fuerit, Psalmus, & Antiphona reiterent[illegible] quousque Nouitia sit induta. ¶ Perueniens autem Nouitia ad altare, genu[illegible]ctat, & iaceat prostrata. Interim autem aliquæ Sorores quamdam pallar[illegible]tendentes, Nouitiam pannis suis exuant. Quam Abbatissa, vel alia [illegible] eius, statim induat tunicis benedictis dicendo. ¶ Exuat te Dominus vete[illegible]m hominem cum actibus suis, & induat te nouum, qui secundum Deum cre[illegible]s est in iustitia, & sanctitate [illegible]tatis. ¶ Qua induta, dicat Sacerdos Ver[illegible] Dominus vobiscum. ℟. Et cum [illegible]ritu tuo.

Ora-

Oratio.

DOMINE Iesu Christe Pastor bone, qui animam tuam pro ouibus tuis posuisti, fac hanc ancillam tuam sacro habitu indutam ante tuum conspectum cum iustitia viuere, & ad misericordiam tuam cum fructu bonorum operum peruenire. Concede, tribueq; ei in fide obedientiam, in labore virtutẽ, in affectu deuotionem, in actu prosperitatem, in victu abundantiam, in pace lętitiam, in conuersatione gratiam, in tribulatione patientiam, iu languoribus sanitatis tuæ medicinam, quatenus in hoc præsenti tempore, per semitam iustitiæ cum felicitate percurrat, vt te venturum iudicem in nouissimo die cum magna hilaritate suscipiat. Qui cum Patre, &c.

Post hæc incipiat Cantor Hymnum. Veni Creator. Quo finito, dicat Sacerdos. Vers. Emitte spiritum tuum, &c. Vers. Post partum Virgo. Vers. Ora pro nobis B. Franciscе. Vers. Ora pro nobis B. Clara. Vers. Orate pro nobis omnes sancti Dei. Vers. Domine exaudi orationem meam. Vers. Dominus vobiscum.

Oratio.

DEVS, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. Per Christum, &c.

Alia Oratio.

CONCEDE nos famulos tuos quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa B. Mariæ semper Virginis intercessione, a præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

Alia Oratio.

DEVS, qui Ecclesiam tuam B. Francisci meritis fœtu nouæ prolis amplificas, tribue nobis ex eius imitatione, terrena despicere, & cœlestium donorum semper participatione gaudere.

Alia Oratio.

FAMVLOS tuos quæsumus Domine B. Virginis tuæ Claræ votiuam commemorationem recensentes, cœlestium gaudiorum sua facias interuentione participes, & tui vnigeniti cohæredes.

Alia Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui nos omnium Sanctorũ tuorum merita sub vna tribuisti celebritate venerari, quæsumus, vt desideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam, multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Dominum nostrum, &c. Vers. Dominus vobiscum. Benedicamus Domino.

Post hæc erigat se Nouitia, & det pacem Abbatissæ, & Sororibus astantibus. Postea duæ Sorores ducant eam per Chorum, & det pacem per ordinem, sicut stant in Choro, Sororil [illegible]s vniuersis.

Alius Ordo ad idem.

QVANDO aliqu[illegible] Monialis S. Claræ Monasterium ingressura est, primo cantetur, vel le[illegible] [illegible]ur Missa. Qua completa, Sacerdos benedicit vestes, seu habitum, & [illegible] lamina, cantando, siue legendo. Vers. Ostende nobis. ℞. Et salutare. Vers. Do[illegible] ine exaudi. ℞. Et clamor. Vers. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo. *Oratio.*

DEVS, qui sola tua inef[illegible] [illegible]ili pietate, qua non minus suauiter, quam sapienter vniuersa dispon[illegible], lanam harum vestium ad vsum hominum de velleribus ouium produxisti, [illegible] trino beneficio simul, ornarent, fouerent, & ab intemperie aeris corpora tue[illegible] ntur, immensæ misericordiæ tuæ largitatem suppliciter exoramus, vt hoc i[illegible] dumentum, quod præsens famula tua N. [illegible] forma habitus S. Claræ ad tibi i[illegible] ipso Ordine laudabiliter seruiendum intendit assumere, ita bene✝dicere, & sancti✝ficare digneris, vt sit ei ornatus ad operimentum

rimentum peccatorum suorum, fomentū ad profectum virtutū, & fortis armatura, ac tota defensio contra aereas potestates, & ignea hostis nequissimi tela, ad victoriæ triumphalis obtentū, quibus perseuerando vsq; in finem, tandē immarcessibilis gloriæ brauiū dono gratiæ tuæ valeat adipisci, necnon ad cœleste conuiuiū suauissimū Sponsi sui, Filij tui Domini nostri Iesu Christi perenniter regnatura, cū nuptiali vēste delectabiliter introduci. Qui tecū viuit, &c. *Oratio.*

DOMINE Iesu Christe Fili Dei viui, cuius Apostolus muliebrem sexū in signum subiectionis, humilitatis, & honestatis, velamen super caput suum, propter Angelos habere præcepit, cuiusq; oculos tpe acerbissimæ passionis tuæ ad opprobrium velauerunt, quæsumus propter gloriam honorandi nominis tui, copiosam bene✝dictionis tuæ, his velaminibus infunde virtutē, quę famulam tuam illa gerentem tibi subiectam in omnibus, & cuicumq; tenetur ex Ordine, quem assumit efficiant, ne proprias virtutes, & bona cōcernens, in gloriam data deperdat, sed in vera humilitate conseruet, & obumbret, ab omni etiam oculos eius varietate compescant, demum turpissimæ mortis tuæ dulcis Sponsi sui memoriam hoc viduitatis indicium sæpe mentis eius oculis repræsentet, ac radicitus cordi continue recolendam tenacius astringat, vt cū hac Galea salutis, tamquam socia passionis, consolationem tecum, & cum omni curia cœlesti semper experiri mereatur. Qui viuis, &c.

Finita autem benedictione, aspergantur aqua benedicta, & incensentur. Postea Soror genuflectat coram Sacerdote, & altari, cum accenso cereo in manibus. Tuncq; Sacerdos cantet, siue legat. Vers. Sit nomen domini. ℞. Ex hoc. Vers. Adiutorium. ℞. Qui fecit. *Oratio.*

CONGREGA nos Domine de nationibus, vt confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. Per Christum. ℞. Amen. Vers. Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum. ℞. Ex hoc nunc. Vers. Saluam fac. ℞. Deus meus. Vers. Mitte ei Domine. ℞. Et de Syon. Vers. Esto ei Domine turris fortis. ℞. A facie. Vers. Nihil proficiat. ℞. Et filius iniqui. Vers. Domine exaudi. ℞. Et clamor. Vers. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

DOMINE Iesu Christe Rex Regum, & Dominus dominantium, qui a Patre egrediens, & in hunc mundum ingrediens carnem mundissimā de immaculata Virgine suscepisti, vt nos liberares de manibus inimici, & ad Paradisi Patriam reuocares, respice super hanc famulam tuam, quæ mundū cum pompis suis relinquere disposuit, & in hoc Sacro Monaster. tibi Domino Deo suo vero sanctarum animarum sponso facias perpetuo deseruire, ac infunde cordi eius benignissimam gratiam Spiritussancti, qui eam illuminet ad te Deū Creatorem suum cognoscendum, ac perfecte diligend n, vt cum dies extrema, finisq; eius vitæ aduenerit, emundata ab omnibu eccatis suis, ad Regna valeat Cœlestia peruenire. Qui viuis, &c.

Deinde Sacerdos aspergat eā aqua benedicta in r dum Crucis dicendo. Benedicat te Dominus ex Syon, vt videas bona Hie alē oībus diebus vitę tuæ. ¶ Deinde incenset eā dicens: Dirigatur Dominc atio mea, sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacri um vespertinum. ¶ Deinde ducatur ad introitum Monasterij cantando, e legendo. Te Deum laudamus, &c. ¶ Et ingressa Monasterium, vel Ecc am, a Sororibus coram Altari interiori tondetur, & deposito habitu sæcula. habitu Religionis induitur. Et tunc dicitur Hymnus. Veni Creator. Quo c pleto, dicitur Vers. Emitte. ℞ it reno. Vers. Sit gloria Domini in seculum eculi. ℞. Letabitur Dñs in ope us suis. Vers. Ora pro nobis sancta Dei ge rix. ℞. Vt digni. Vers. Ora pro bis B. Francisce ℞. Vt digni. Vers. Ora pro nobis Beata Clara. ℞. Vt di

Vers.

Verſ. Saluam fac. ℞. Deus meus. Verſ. Domine exaudi. ℞. Et clamor. Verſ. Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. *Oratio.*

DEVS, cui omne cor patet, & oĩs voluntas loquitur, & quẽ nullum latet ſecretum, purifica per infuſionẽ Sancti Spiritus cogitationes cordis noſtri, vt te perfecte diligere, & digne laudare mereamur. Concede nos famulos tuos, &c. Deus qui Eccleſiam tuam B. Franciſci, &c. Famulos tuos quæſumus Domine beatæ virginis tuæ Claræ, &c. Et *Oratio.*

QVÆSVMVS Domine Pater miſericordiarũ, & Deus totius conſolationis, qui per omnipotentiã, ſapientiam, & clementiã tuã potes, ſcis, & vis hominẽ ſaluare, quẽ creaſti, nec lętaris in peccatorũ perditione morientium, ſed magis q̃d conuertantur, & viuant, ob amorẽ, merita, & interceſſionemglorioſiſs. Matris tuæ intemeratę Virg. Mariæ, & beatiſs. virginis tuæ Claræ, reſpice illo pietatis oculo, quo B. Petrũ in atrio Pontificis aſpexiſti, pręſentem famulã tuam N. hodie penitus de mũdo te eligentem, conuerſam, & in Ordine S. Claræ famulę tuæ deuotiſſime [illegible] incipatã, quo tuo benigno reſpectu humilitas ſubijciat eam, pœnitentia reducat, iuſtitia inducat, obedientia códucat, perſeuerantia perducat, deuotio introducat, puritas iungat, & tibi charitas vniat, in quo ſimul omnia bona, ſine vllo malo poſſit reperire, quibus te hæc tua pia dignatione conceſſeris poſſidere. Qui viuis, &c.

Ordo ad benedicendum Velum.

PRIMO ponitur Velum ſuper altare, dum celebratur Miſſa: qua finita Miſſa, receptura Velum, aſtantibus ſibi aliquibus Sororibus, genuflectat ante gradam; Aliæ vero Sorores tenentes candelas accenſas, per ordinem ſtent in Choro. Sacerdos autem accedens illuc, abſolute incipiat, dicens Verſ. Dominus vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo. *Oratio.*

DOMINE Ieſu Chriſte qui tegimen noſtræ mortalitatis induere dignatus es, obſecramus immenſam tuæ largitatis abundantiam, vt hoc genus velaminis, quod Sanctus Pater noſter Franciſcus ad innocentiæ, vel humilitatis indicium abrenuntiantibus ſæculo ſanxit, tu ita bene✝dicere digneris, vt hæc famula tua quæ hoc vſa fuerit, te induere mereatur. Qui cum Patre, &c.

Poſtea ſuper eam dicat. *Oremus.*

DEVS, qui per coæternum Filium tuum cuncta creaſti, quique mundum peccatis inueteratum, per myſterium ſanctæ incarnationis eius renouare dignatus es, te ſuppliciter exoramus, vt eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti gratiam, ſuper hanc✝ famulam tuam abrenuntiationem ſæculi profitentem, clementer infundere dig[illegible]ris, per quam in ſpiritu ſuæ mentis renouata, veterem hominem cum ſuis act[illegible]is exuat, & nouum qui ſecundum Deum creatus eſt, induere mereatur. Per e[illegible]dem Chriſtum.

Poſt hæc incipiat Sac[illegible]os (ſi voluerit) vel duę Sorores in medio Chori, ſequentem Litaniam [illegible]: Sorores in Choro reſidentes reſpondeant vniuerſæ.

KYRIE eleiſon. Chr[illegible] eleiſon. ¶ Chriſte audi nos. ¶ Chriſte exaudi nos. Pater de Cœlis De[illegible] Miſerere ei. ¶ Fili Redẽptor mundi Deus, Miſerere ei. ¶ Spiritus ſancte Deus, [illegible] ſerere ei. ¶ Sancta Maria. Ora pro ea. ¶ Oẽs ſancti beatorum Spirit. Ord. O[illegible] pro ea. ¶ Oẽs ſancti Apoſt. & Euang. Orate. ¶ Sancte Franciſce, Ora. ¶ O[illegible] ſancti Confeſſores, Orate. ¶ Sancta Clara, Ora pro ea. ¶ Omnes ſanctæ Virg[illegible]s, & Viduæ, Orate pro ea. ¶ Propitius e[illegible]to. ℞. Parce ei Domine. ¶ Ab om[illegible] malo. Verſ. Libera eam Domine. ¶ Per [illegible]ſterium ſanctæ Incarnationis, [illegible]ionis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis tu-

Nn ℞. Li-

℟. Libera eam Domine. ¶Peccatores. ℟. Te rogamus audi nos. ¶Vt hanc famulam tuam ab omni tẽtatione eripere digneris. ℟. Te rogamus audi nos. ¶Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. ℟. Exaudi nos Domine. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Vers. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. Vers. Saluam fac ancillam tuam. ℟. Deus meus sperantem in te. Vers. Mitte ei Domine auxilium de sancto. ℟. Et de Syon tuere eam. Vers. Esto ei Domine Turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. Vers. Nihil proficiat inimicus in ea. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Vers. Domine exaudi orationem. ℟. Et clamor meus. Vers. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. *Oratio.*

ADESTO Domine omnipotens supplicationibus nostris, & hanc famulam tuã, cui in tuo sancto nomine Velum Sacræ Religionis imponimus, bene✝dicere dignare, & per intercessionem Beatiss. & Gloriosiss. Virginis Mariæ, & beatorum Apostol. Petri, & Paulli, atq; B. Francisci, & B. Claræ, & aliorum omniũ Sanctorum, fac eam ad obseruantiam sancti huius propositi peruenire, vt tribulationibus, & angustiis mundanis, perpetua consolatione valeat respirare, & iuste, ac pie, & caste per veram humilitatem in fraterna charitate fundata, quod te donante promittit, fœlici perseuerantia compleat, & ad vitã proficere mereatur æternam. Qui cum Patre, &c.

Statim Cantor incipiat Hymnum, Veni Creator. Interim Sacerdos dũ cantatur Hymnus, imponat sibi velum, dicens: Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis, & induat te nouum, qui secundum Deum creatus est, in iustitia, & sanctitate veritatis. Accipe ancilla Christi, sanctum Velum Professionis tuæ, sacrum signaculum in perpetuum, cum quo fideliter valeas peruenire ad Regnum Cœlorum. Per Christum, &c.

Ad Abbatissam autem conuertendo sermonem dicat.

HANC sponsam tibi trado, vt vsque in diem iudicij conserues eam, sine macula, & in conspectu Regis Altissimi reddas compotem Iesu Christo. Qui cum Patre, &c.

Finito Hymno, dicat Sacerdos. Vers. Emitte spiritũ tuum, &c. Vers. Post partum virgo. Vers. Signasti Domine seruum tuum Franciscum. Vers. Ora pro nobis B. Clara. Vers. Orate pro nobis omnes sancti. Vers. Dñe exaudi. Vers. Dominus vobiscum. Oratio. Deus qui corda fidelium. Oratio. Concede nos famulos. Oratio. Deus, qui Ecclesiã tuam. Oratio. Famulos tuos quæsumus Dñe B. Virginis tuæ Claræ. Oratio. Omnipotens sempiterne Deus, qui nos omnium Sanctorum, vt supra. Vers. Dominus vobiscum. Vers. Benedicamus Domino.

His peractis, erigat se, & det pacem Abbatissæ, & Sororibus astantibus. Postea duæ Sorores deducant eam per Chorum, & det pacem per ordinem, sicut stant in Choro, Sororibus vniuersis.

Ordo ad benedicendum Abbatissa :

PRIMO electione facta, & a Visitatore appro ta, Cantor incipiat. Te Deum laudamus. Cum quo processionaliter ducant electam ad Ecclesiam, & quousq; finiatur Te Deum laudamus, c m altari iaceat prostrata.
¶ Quo finito, dicat Visitator. Vers. Confirma ho Deus, quod operatus es in nobis. ℟. A tẽplo sancto tuo, qđ est in Hierusalem. rs. Dñs vobiscum. *Oratio.*

ACTIONES nostras quæsumus Dom aspirando præueni, & adiuuando prosequere, vt cuncta nostra orat , & operatio, a te semper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Christum.

Postea reuertatur ad Capitulum, & det ibi illum Visitator coram omnibus, Abbatissæ, & mandet sibi per obedientia quod exequatur ex tunc iniun m sibi officium; & Sororibus vniuersis, q d obediant ei in omnibus, quæ ad suum officium pertinebunt.

INCI-

INCIPIT PROLOGVS PRIMAE REGVLAE, SEV forma viuendi Fratrum de pœnitentia, seu Tertij Ordinis S. Francisci, qua deseruire videtur, pro illis, qui volunt viuere in pœnitentia in proprijs Domibus; & isti non gaudent Priuilegijs Fratrum Minorum.

ICOLAVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Fratribus, & dilectis in Christo filiabus Sororibus Ordinis Fratrum de Pœnitentia, tam præsentibus, quam futuris, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Super montem Catholicæ Fidei, quā populis gentium, qui ambulabant in tenebris, discipulorum Christi, sincera deuotio igne charitatis exęstuans, verbo sollicitæ prædicationis edocuit, quamq; Romana tenet, & seruat Ecclesia solidum Christianæ Religionis positum noscitur fundamentum, nullis vmquā concutiendum turbinibus, nullis quassandum fluctibus tempestatum. Hæc est etenim recta, vtraq; Fides, absq; cuius consortio nemo in conspectu Altissimi acceptus redditur, nemo gratiosus occurrit. Hæc est, quæ salutis semitam pręparat, & felicitatis æternæ præmia, gaudiaq; pollicetur. ¶ Ideoque gloriosus Christi Confessor B. Franciscus huius Ordinis Institutor, viam ascendendi ad Dominum verbo pariter, & exemplo demonstrans, ipsius sinceritate Fidei suos filios erudiuit, eosq; illam profiteri, constanter tenere, similiter ac opere voluit adimplere, vt per eius semitam salubriter incedentes, mererentur post vitæ præsentis ergastulum æternæ beatitudinis effici professores. *Prologus Pōtificalis.*

De modo examinandi volentes intrare Ordinem. Cap. I.

NOS igitur Ordinem ipsum opportunis fauoribus prosequentes, ad eius augmentum benignius intendentes statuimus, vt oēs quos ad seruandū huiusmodi vitæ formam assumi contigerit, ante assumptionem, seu receptionē ipsorum de Fide Catholica, & obedientia erga præfatam Ecclesiā diligenti examinationi subdantur. Et si eas professi firmiter fuerint, vereq; crediderint, admitti, seu recipi tute poterunt ad eamdem. ¶ Præcauendum est tamen sollicite, hæreticus ne quis, vel suspectus de hæresi, aut etiam infamatus, ad vitæ obseruationem ipsius quomodolibet admittatur. Et si talem inueniri contigerit extitisse receptum, assignetur ille, quam citius Inquisitoribus prauitatis hæreticę puniendus.

De forma recipiendi volentes intrare Ordinem. Cap. II.

CVM autem fraternitatem huiusmodi quis intrare voluerit, ministri ad receptionem taliū deputati, eius officium, statum, & conditionem solerter explorent, sibi fraternitatis eiusdem onera, & præcipue alienorum restitutionem apertius exponentes. Quibus præmissis, si eidem placuerit, iuxta modum hmōi induatur, de alienis (si qua fuerint apud eum) satisfacere studeat in pecunia numerata, [illegible] secundum exhibitam pignoris cautionem. Seq; nihilominus proximis reco[illegible]liare procuret. ¶ Quibus oībus ad effectū perductis, post vnius anni spatium, [illegible]m aliquorū discretorum Fratrum consilio, si is videbitur ipsis idoneus, rec[illegible]atur hoc modo, videlicet, vt promittat se diuina præcepta omnia seruaturu[illegible] ac etiam satisfacturum (vt conuenit) de transgressionibus, quas contra hu[illegible] viuendi modum commiserit, cum interpellatus ad Visitatoris extiterit [illegible]luntatem. Et huiusmodi ab eo facta promissio, per manum publicam in scri[illegible]is inibi redigatur. Alio autem modo nullus a Ministris recipiatur eisdem. [illegible]si visum eis aliter fuerit, conditione personæ, ac ipsius instantia, solicita eo[illegible]deratione discussis. ¶ Ordinamus prætęrea statuentes, vt nullus post ipsiu[illegible] fraternitatis ingressum, eamdem egredi vā[illegible]at, ad sæculum reuersurus. Possit [illegible]men transitum habere liberum ad Religion[illegible] *De receptione ad probationem.* *De receptione ad Professionem.* *De stabilitate in Ordine.*

Nn 2 *aliam*

De mulieribus. aliam approbatam. ¶ Mulieribus vero viros habentibus (nisi de ipsorum licetia, & consensu) non pateat ad consortium dictæ fraternitatis ingressus.

De forma habitus, & qualitate indumentorum. Cap. III.

FRATRES insuper ipsius fraternitatis, de humili panno in pretio, & colore, non prorsus albo, vel nigro communiter vestiautur, nisi fuerit ad tẽpus in pretio per Visitatores de consilio Ministri ob caussam legitimã, & apertam, cum aliquo dispẽsatum. Chlamydes quæq; ac pelles, absq; scolaturis, scissas, vel integras, affibulatas tamen, vel patulas, vt cõgruit honestati, clausasq; manicas Fratres habeant supradicti. ¶ Sorores etiam chlamyde induantur, & tunica de huiusmodi humili panno factis, vel saltem cum chlamyde habeant guarnellum, seu placentinum coloris albi, vel nigri, aut paludellum amplum de canabo, siue lino, absq; vlla crispatura consutum. ¶ Circa humilitatem vero panni, & pellitones Sororum ipsarum, iuxta cõditionem cuiuslibet earumdem, ac loci consuetudinem poterit dispensari. ¶ Bindis, & ligaturis sericis non vtantur, pelles dumtaxat agninas, bursas de corio, & corrigias simpliciter absq; serico vllo factas, & non alias, tam Fratres habeant, quam Sorores, depositis ceteris, (iuxta Beati Petri Apostolorum Principis salubre cõsilium,) vanis huius sæculi ornamentis.

De habitu Sororum.

Dispẽsatio.

Quod non vadant ad inhonesta conuiuia, & spectacula, & quod histrionibus non dent. Cap. IIII.

SIT eis ad inhonesta conuiuia, vel spectacula, siue curias, seu choreas accessus penitus interdictus. Histrionibus, seu vanitatis intuitu nihil donẽt. Et ne quidquam illis donetur a propria familia, prohibere procurent.

De abstinentia, & ieiunio. Cap. V.

AB esu carnium secunda, quarta, & sexta feria, dieque Sabbati, abstineant vniuersi, nisi aliud infirmitatis, vel debilitatis instantia suaderet. Minutis vero, per triduum, carnes dentur, nec subtrahantur in itinere cõstitutis. Sit quoq; ipsarum comestio licita singulis cũ sollemnitatem præcipuã interuenire contigerit, in qua ceteri Christiani ab antiquo epulis carneis vesci solent. Alijs asit diebus, in quibus ieiunium nõ seruatur, oua, & caseus non negentur. Sed & cum Religiosis ceteris in eorum Conuentualibus domibus, licite sumere valeant de appositis ab eisdem. Sintq; prandij, cenæque refectione contenti, exceptis languidis, & viatoribus, & infirmis. ¶ Sit sanis cibus moderatus, & potus, cũ textus Euangelicus habeat, Attendite ne corda vestra crapula, & ébrietate grauentur. ¶ Prandium autem, vel cena, nisi præmissa semel Dominica oratione sumatur, post sumptionem cuilibet cum Deo [illegible]atias iteranda. Quod si omitti contigerit, dicatur tribus vicibus Pater noste[illegible]. Qualibet vero sexta feria totius anni ieiunium celebretur, nisi forte infir[illegible]atis, vel alia caussa legitima excusentur, vel nisi Festum Natalis Domi[illegible]ria ipsa occurreret obseruandum. Sed a festo omnium Sanctorum vsqu[illegible] Pascha, quarta, & sexta feria ieiunabunt. Alia quæ ab Ecclesia sun[illegible]tuta, vel Ordinarijs ex caussa communiter indicta ieiunia, nihilomin[illegible]eruatur. In Quadragesima vero Beati Martini, vsq; ad diem Natiuitati[illegible]omini, & a Dominica Quinquagesimæ vsque ad Pascha, diebus singulis ([illegible]ptis Dominicis) ieiunare procurent, nisi aliud fortasse infirmitas, v[illegible]ecessitas alia suaderet. Sorores grauidæ, vsque ad suæ purificationis [illegible] ab exercitatione qualibet corporali (orationibus dumtaxat exceptis) [illegible]erunt, si voluerint abstinere. ¶ Laborantes autem (propter fatigation[illegible]ficientis instantiam) a Do[illegible]cæ Resurrectionis festo vsque ad festi[illegible]tem Beati Francisci prædicti,

De ieiunijs seruandis.

Dispẽsatio pro Sororibus, & laboratoribus.

ter in

ter in die, qua exercitio laboris intumbent, licite sumere cibum possunt. Cum vero illos contigerit alibrum imminere laboribus, de cunctis appositis, die quolibet sumere licebit eisdem, nisi sexta feria, vel dies sit alia, in qua generaliter ab Ecclesia ieiunium noscitur institutum.

Quoties debeant confiteri per annum, & sumere Corpus Christi. Cap. VI.

SINGVLI autem Fratrum, & Sororum ipsarum, ter in anno, videlicet, in Natali Domini, in Resurrectionis ipsius, & Pentecostes festiuitatibus peccata propria confiteri, & Eucharistiam deuote suscipere non postponant, reconciliando se proximis, & restituendo etiam aliena.

Quod non ferant arma impugnationis. Cap. VII.

IMPVGNATIONIS arma secum Fratres non deferant, nisi pro defensione Romanæ Ecclesiæ, Christianæ Fidei, vel etiam terræ ipsorum, aut de suorum licentia Ministrorum.

De dicendis horis Canonicis. Cap. VIII.

DICANT vniuersi quotidie septem horas Canonicas, videlicet, matutinum, primam, tertiam, sextam, nonam, vesperas, & completorium. Clerici, videlicet, scientes psalterium, pro prima, Deus in nomine tuo. Beati immaculati, vsque ad Legem pone, ac alios Horarum Psalmos, iuxta Clericorum ordinem, cum Gloria Patri dicant. ¶ Cum vero ad Ecclesiam nō accedent, pro matutino Psalmos dicere studeant, quos dicunt Clerici, vel Ecclesia Cathedralis, vel saltem vt illiterati alij, pro matutino duodecim, & pro alia qualibet hora septem vicibus Pater noster, cum Gloria Patri dicere non omittant. In quibus, videlicet, primæ ac completorij horis minorem symbolum, & Miserere mei Deus, adijciant qui nouerunt. Sed si Horis non dixerint constitutis, dicant tribus vicibus Pater noster. ¶ Infirmi autem, Horas huiusmodi non teneantur dicere, nisi velint. ¶ In Quadragesima vero S. Martini, & etiam in Maiori, Ecclesias in quarum parochijs habitant, matutinalibus Horis personaliter adire procurent, nisi caussa rationabili excusentur.

De infirmis.

De tempore Quadragesimæ.

Quod omnes, qui de iure possunt, faciant testamentum. Cap. IX.

OMNES præterea, quibus de iure facultas affuerit, condant, seu faciant testamentum, & de bonis suis infra tres menses post eorum ingressum immediate sequentes c[illegible]inent, & disponant, ne quemquam illorum contingat decedere intestatum.

De pace reform[illegible]da inter Fratres, & alios extraneos. Cap. X.

DE pace vero inte[illegible]tres, & Sorores, aut etiam exteros in discordia po[illegible]sitos facienda, sicu[illegible]inistris videbitur, ita fiat, adhibito (si facultas affuerit) Episcopi Diœcesa[illegible]onsilio in hac parte.

Quando molestant[illegible]ntra ius, aut eorum priuilegia. Cap. XI.

SI vero Fratres, vel So[illegible]s contra ius, vel eorum priuilegia per Potestates, seu Rectores loco[illegible], vbi domicilium obtinent, vexationibus impetātur, Ministri loci ad Episco[illegible], & alios locorum Ordinarios studeant habere recursum, iuxta consilium, & [illegible]inationem ipsorum in talibus processuri

Quod caueant, inquantum possunt, a iuramentis sollemnibus. Cap. XII.

A Iuramentis autem sollemnibus omnes abstineant, nisi necessitate cogente, in casibus per indulgentiam Apostolicæ Sedis exceptis, videlicet, pro pace, fide, calumnia, & testimonio perhibendo, ac etiam in contractu emptionis, venditionis, & donationis, vbi videbitur expedire. ¶ In communi quoque loquela, vitent, prout poterunt, iuramenta. ¶ Et qui die aliqua, minus caute iurauerit lapsu linguæ (prout contingere in multiloquio consueuit) die ipso in sero, cum debet recogitare quid fecerit, dicat tribus vicibus orationem Dominicam, propter incaute facta huiusmodi iuramenta. Memor autem sit quilibet, vt ad diuina obsequia, familiam propriam exhortetur.

De audienda Missa, & Congregatione facienda. Cap. XIII.

VNIVERSI sani Fratres, & Sorores cuiuscumq; Ciuitatis, aut loci, diebus singulis (si commode poterunt) Missæ officium audiant. Et mẽse quolibet ad Ecclesiam, siue loca, ad quam, vel ad quæ Ministri curauerint intimare, conueniant, Missarum sollemnia inibi audituri. ¶ Vnusquisq; autem, vsualis monetæ denarium Missario tribuat, qui pecuniam huiusmodi colligat, & eam de consilio Ministrorum inter Fratres, & Sorores paupertate grauatos, & præcipue infirmantes, ac eos, qui funeris carere dignoscuntur exequijs, & deinde inter pauperes alios, diuidant congruenter. ¶ Offerant insuper de ipsa pecunia, Ecclesiæ memoratæ. Tuncq; (si cõmode poterunt) virum religiosum, & in verbo Dei competenter instructum habere procurent, qui eos ad pœnitẽtiam, & misericordiæ opera exercenda hortetur, solicite moneat, & inducat. ¶ Studeat quilibet, dum Missæ celebratur officium, & prædicationis verbũ proponitur, seruare silentium, orationi, & officio sit intentus, nisi eum communis vtilitas fraternitatis impediat.

De Fratribus infirmis, & defunctis. Cap. XIIII.

CVM autem, quemquam ex Fratribus, infirmari contigerit, Ministri per se, vel per alium, seu alios (si hoc eis infirmus fecerit intimari) semel in Hebdomada, visitare teneantur ægrotum, ipsum solicite ad recipiendum pœnitentiam (prout melius, & efficacius expedire putauerint) inducentes, necessaria illi de bonis communibus ministrando. ¶ Et si præfatus infirmus de præsenti luce migrauerit, Fratribus, & Sororibus tunc in Ciuitate, vel loco, vbi eum contigerit mori, præsentibus nuntierur, vt defuncti exequijs, procurent personaliter interesse; A quibus, donec Missarum fuerint celebrata sollemnia, & corpus tumulo conditum, non recedant. ¶ Hoc quoq; circa Sorores infirmas, & decedentes volumus obseruari. ¶ Præterea, intra octo dies post ipsius sepulti obitum immediate sequẽtes, quilibet Fratrum, & Sororum ... psarum dicat pro anima eius, Sacerdos, videlicet, Missam vnam; Sciens ps... erium 50. psalmos, & illiterati totidem Pater noster, & in fine cuiuslibet R... uiem æternã adijciant. Et post hæc, infra annum, pro Fratrum, & Sororum, ... n viuorum, quam defunctorum salute, tres Missas faciãt celebrari. Qui ver... salterium sciuerint, illud dicant, & ceteri orationem Dominicam centies d... ere non omittant, & requiẽ æternam in fine cuiuslibet addituri.

De exequijs faciẽdis.

De recitandis pro defunctis.

De Ministris. Cap. [X]V.

MINISTERIA quoq;, ac alia officia, ... æ præsentis formulæ seriẽs exprimit, imposita sibi quisq; deuote sus... iat, curetq; fideliter exercere. ¶ Officiũ autem cuiuslibet, certi tẽporis spa... limitetur. Nullus Minister in... tuatur ad vitam, sed eius ministerium ce... um tempus comprehendat.

De vi-

De visitatione, & correctione delinquentium. Cap. XVI.

AD hæc Ministri, & Fratres, ac Sorores Ciuitatis, & loci cuiuslibet, ad visitationem communem in aliquo loco religioso, vel Ecclesia, vbi locum huiusmodi contigerit deesse, conueniant, & Visitatorem habeant Sacerdotem, qui alicuius approbatæ Religionis existat, quique illis, de commissis excessibus, iniungat pœnitentiam salutarem, Nec quiuis alius possit eis huiusmodi visitationis officium exhibere. ¶ Quia vero, præsens viuendi forma, institutionem a Beato Francisco prælibato suscepit, consulimus, vt Visitatores, & informatores, de Fratrum Minorum Ordine assumantur, quos Custodes, vel Guardiani eiusdem Ordinis, cum super hoc requisiti fuerint, duxerint assignandos. Nolumus tamen Congregationem huiusmodi a Laico visitari. Huiusmodi autem visitationis officium, semel exerceatur in anno, nisi necessitate aliqua suadente, fuerit pluries facienda. ¶ Incorrigibiles vero, ac inobedientes, monitio trina præueniat: Qui si se corrigere non curauerint, de ipsius Congregationis consortio expellantur omnino, de consilio discretorum.

Quod Visitator sit Ordinis Minorum.

De incorrigibilibus.

De vitandis litigijs inter se, & cum alijs. Cap. XVII.

VITENT insuper Fratres, & Sorores (iuxta posse) litigia inter se, illa (si suscitari contigerit) solicite dirimendo. Alioquin, de iure coram illo respondeant, apud quem Potestas residet iudicandi.

Qualiter, & per quos in abstinentijs possit dispensari. Cap. XVIII.

ORDINARII autem locorum, vel Visitator, cum Fratribus, & Sororibus vniuersis, in abstinentijs, ieiunijs, & austeritatibus alijs, ex caussa legitima (cum expedire viderint) poterunt dispensare.

Quod Ministri eorum manifestas culpas denuntient Visitatori. Cap. XIX.

MINISTRI vero, manifestas Fratrum, & Sororum culpas Visitatori denuntient puniendas. ¶ Et si quisque incorrigibilis fuerit, post trinæ admonitionis instantiam, a Ministris (de discretorum Fratrum aliquorum cōsilio) visitatori nuntietur eidem, de fraternitatis consortio abijciendus ab ipso, & in Congregatione postmodum publicandus.

De incorrigibilibus.

Qualiter in præ[...]s nemo obligatur ad culpam mortalem. Cap. XX.

CEterum in præ[...] omnibus, ad quæ Fratres vestri Ordinis nón ex diuinis præceptis, v[...]tatutis tenentur Ecclesiæ, nullum ipsorum ad mortalem culpam volumus o[...]ari, sed impositam sibi pœnitentiam, pro trāsgressionis excessu, prompta hu[...]litate recipiat, & efficaciter studeat adimplere.

Nulli ergo omnino hom[...]m liceat, hanc paginam nostri statuti, & ordinationis infringere, vel ei aus[...]merario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignatio[...] omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Paulli Apostolorum eius se nou[...]ncursurum.

Datum Reate. 16. Ka[...]as Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

INCIPIT PROLOGVS SECVNDAE REGVLAE, SEV forma viuendi Fratrum, & Sororum de pœnitentia, seu Tertij Ordinis Sancti Francisci. Et est pro illis, qui in Congregatione viuunt, & Priuilegijs gaudent, vt in Conff. 6 [illegible] Ri. V. quæ incipit, Ea est officij nostri.

Collector.

SCIENDVM, quod Leo X. ordinauit denuo Regulam pro Fratribus,& Sororibus Tertiæ Regulæ B. Francisci, qui tria vota essentialia emittunt, & in Congregatione viuunt. Et quia huiusmodi noua Regula numquam fuit impressa in aliquo libro Ordinis, ideo operæpretium visum est, illam hic inserere. ¶ Sed aduertendum, quod prædicta ordinatio Regulæ, facta est bis, vel ter ab eodem Leone X. & non vniformiter. Quarum vltima videtur melior,& quæ in partibus Hispaniarum per Reuerendum Patrem Ministrum Generalem Trium Ordinum B. Francisci recepta, & diuulgata, necnon & omnibus prædictis Tertiarijs tradita est. Ideoq; præfatam, vltimam Regulam (reliquis omissis) imprimere curaui, de verbo ad verbum, prout sequitur.

Dilectis filijs Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis, Beati Francisci, sub tribus Votis essentialibus, in Congregatione viuentibus.

LEO Papa X. Dilecti filij, ac filiæ, salutem, & Apostolicam benedictionem. Inter cætera nostro regimini credita, ea nos potissime sollicitos reddunt, per quæ, frenatis mundi, carnisq; concupiscentijs, innocentiæ, primæq; pacis cœlitus collatæ tranquillus status, ad suam primæuam reduci cognoscitur originem. ¶ Dudum si quidem huius gratia Nicolaus Papa IIII. prædecessor noster, tertiam Regulam B. Francisci, quam de pœnitentia appellauit, per quam almus Confessor, homines vtriusq; sexus fideles, Spiritu Dei plenus saluare contendebat, confirmauit, & approbauit. ¶ Verum quia temporis decursu, spirante illo Spiritu sancto, non solum viri coniugati, mundiq; huius incolæ, pro quibus a B. Francisco præfata tertia Regula edita fuerat, verum etiam, innumerarum Virginum Chori, tribus essentialibus, & a quibusdam etiā clausuræ, nostra auctoritate assumptis votis, constructisq; Monasterijs quamplurimis, non sine militantis Ecclesiæ fructu multiplici, & ædificatione, præfati Tertij Ordinis iugo sua colla subdiderunt. ¶ Et quoniam in dicta Tertia Regula, quædam Maritatis accommoda, Cælibi vero, Virgineoq; statui, sub huiusmodi Tertia Regula Domino famulantibus, nullatenus decentia innectuntur, ob quod castorum animorum nitidi affectus, ab ingressu dicti Ordinis, nonnumquam auertuntur; nos iuxta Domini volun[illegible]tem, pretiosum a vili separantes, eamdem Tertiam Regulam in modum, q[illegible] sequitur distinctam, de nouo confirmamus,& approbamus, ac vobis, ac suc[illegible] soribus vestris seruandam transmittimus, cuius tenor sequitur, & est talis.

De Nouitiorum, seu Nouitiarum ingre[illegible] Cap. I.

Conditiones recipiendorum.

FRATRES, seu Sorores ad hunc Tertium Ordinem recipiendi, debent esse fideles Catholici, de hæresi non suspecti, in obedientia Romanæ Ecclesiæ firmi, matrimonio non ligati, debitis expedi[illegible], corpore sani, animo prompti, nulla vulgari infamia maculati, cum proximis reconciliati. Et de ijs omnibus, antequam recipiantur, ab eo, qui recipiendi habet facultatem, sunt diligenter examinandi.

De his-

De his, quæ habent promittere Fratres, & Sorores in Professione huius Tertiæ Regulæ. Cap. II.

De habitu Fratrū, & Sororum.

FRATRES, & Sorores, postquam per vnum integrum annum habitum probationis detulerint (qui de vili panno, arbitrio Visitatoris esse debet) si conuersatio laudabilis fuerit apud Conuentum in quo quis, vel quæ habitum probationis portauerit, de consilio discretorum dicti Conuentus, ad Professionem dicti Ordinis recipiatur. ¶ In qua Professione promittat seruare mādata Dei, ac satisfacturum de transgressionibus, quas facere posset in futurum contra hanc Tertiam Regulam, vbi a Prælatis requisitus fuerit, viuendo in obedientia, sine proprio, & in castitate.

De forma Professionis.

De Ieiunio. Cap. III.

FRATRES, & Sorores, perpetuis temporibus, feria secunda, quarta, sexta, & Sabbato (excepto Dominicæ Natiuitatis festo) carnes non comedant. Et a festo omnium Sanctorum vsq; ad Resurrectionem Domini, omni feria quarta, & sexta ieiunare teneantur. Ac similiter qualibet sexta feria totius anni. ¶ Item a festo B. Martini, vsq; ad Natiuitatem Domini ieiunent quotidie, iuncta Quadragesima vniuersalis Ecclesiæ, vsque ad Resurrectionem Domini, quam tamen a Quinquagesima incipere debent. ¶ Diebus vero, quibus non ieiunatur, bis tantum die dumtaxat comedant. ¶ Excepto, quod a festo Paschæ vsq; ad mensem Octobris, laborantes penoso, seu graui labore, ter in die refici poterunt, ieiuniorum semper diebus exceptis. Poterunt autem itinerantes, infirmi, debiles, tempore necessitatis ieiunium soluere.

De laborantibus.

De diuino officio, & oratione. Cap. IIII.

FRATRES, & Sorores in Ecclesia seruent silentium, præsertim quando Missa celebratur, vel sermo Dei proponitur. In aliis vero locis, seruent quod per suos Superiores circa silentium illis fuerit ordinatum. ¶ Debent etiā quolibet die in sero, intra se, & Deum, cogitare quid fecerint, dixerint, vel cogitauerint. ¶ Quolibet autem die (si potuerint commode) debeāt audire Missam. Et procurare debent, q̄ habeant virum religiosum, qui illis verbum Dei certis diebus proponat, & eos ad pœnitentiam, & virtutes inducat. ¶ Illi autem, vel ille, qui, vel quæ horas canonicas sciunt ps se dicere, debent horas canonicas secundū vsum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ persoluere. ¶ Qui vero horas canonicas nesciunt dicere, dicant duodecim Pater noster pro matutino, & pro qualibet aliarū horarum septem, addito Gloria Patri, in fine cuiuslibet Pater noster, addito etiam Credo, & Miserere mei Deus in principio Primæ, & Cōpletorii. Et qui præmissa nescierit, ter Pater noster, pro pœnitentia dicere debeat. ¶ Quoties autem prandiū, vel cibum sumunt, gratias Deo reddere debēt. ¶ De Confessione vero sacramentali, & Sacra communione sumēda, seruabunt Ordinationem Nicolai Papæ IV. quod ter in anno confiteantur, atq; communicent, vel etiam Statuta a suis Superioribus super hoc ordinata.

De silentio

De Missa audienda.

Pro clericis.

Pro Laicis.

De confessione, & cōmunione.

De Præ[...]rum & offic[...]um ordinatione. Cap. V.

QVÆLIBET dom[...], si Monasterium virorū fuerit, habebit Superiorē istius fraternitatis, q[...] Minister localis appellabitur. Si vero mulierū, Mater dicetur. Et e[...]entur per suos Conuentus, vel instituentur per suos Prouinciales Superiore[...] seu Visitatorem Generalem. Ita tāmen, quod nullus sit perpetuus, sed cer[...] temporis. ¶ Qui Ministri, & Matres obedient per omnia, quæ ad præsent[...] Regulam spectant, Prouincialibus Ministris Ordinis Minorum Beati Franc[...]i, & Visitatoribus deputatis ab ipsis Ministris, quamdiu in dictis officijs fu[...]nt. Quo vero ad alia officia intra domum, seruabunt statuta sua.

De subiectione Ordini Fratrum Minorum.

De modo

De modo interius, exteriusq; conuersandi. Cap. VI.

De qualitate vestiũ.

CVM Fratres,& Sorores huius fraternitatis dicantur de Pœnitentia, oportet eos ab omni curiositate,tam in vestibus, quàm in alijs quibuscũque abstinere. Et iuxta Apostolicum Principis B. Petri salubre consilium, depositis ceteris vanis huius sæculi ornamentis, nullum ornamentum corporalè portare debent,nisi solum humile, & necessarium tegumentum corporis sui. ¶Debent etiam ab accessu Curiarum Principum, Dominorum, seu Dominarũ, vbi mollia huius mundi (Domino testante) habentur, omnino cauere. ¶ Nec vllo vmquam tempore choreis,ludis,iocis,& alijs histrionum vanitatibus interesse. ¶ Debent quoque esse parci in verbis, & locutionibus, quæ raro sine peccato multiplicantur. Et super omnia ab omni mendacio,& iuramento quocumque,iuxta mandatum Domini, nisi pro pace, fide, calumnia, & testimonio perhibendo, cauere debent. ¶Et omni die in sero, inter cetera, debent examinare se, si vel mendacium, vel iuramentum aliquod fecerint, & pro quolibet, ter Pater noster dicere debent.

De parcitate sermonis.

De visitatione, & cura infirmorum. Cap. VII.

SI quis Frater,vel Soror huius fraternitatis in infirmitate ceciderit, Minister domus,vel mater,semel quotidie per se, vel per aliam personam visitare teneatur.Et de bonis communibus,omnia necessaria diligenter faciat illi ministrari. ¶ Teneatur quoque infirmum, vel infirmam monere ad pœnitentiam acceptandam,veramq; conuersionem ad Deum faciendam,mortis propinquitatem,& iudicij diuini districtioné, simulq; diuinam misericordiam proponédo.

De visitatione, quam Prælati debent facere circa Fratres, & Sorores. Cap. VIII.

MINISTER Prouincialis Fratrum Minorum,vel Visitator eiusdẽ Ordinis,cui ipse commiserit,visitabit quolibet anno,semel tãtum in qualibet domo,cum præsentia seniorum. Et facta visitatione, non debet intrare officinas,nec alia interiora Sororum. Ipse autem Visitator nũquam solus maneat,& separatus cum aliqua Sorore.¶Debent autem Ministri,& matres,dicere Visitatori,defectus,qui correctione indigent.Similiter,& alij Fratres,& Sorores. Et si aliqui fuerint incorrigibiles iudicio discretorum, vel discretarum domus,tamquam morbida pecora eijciantur de Congregatione.

De ingressu clausura.

De incorrigibilibus.

De officijs mortuorum. Cap. IX

De exequijs faciendis.

POSTQVAM aliquis Frater,vel Soror ab hac l[illegible] e migrauerit, curabit Minister, seu Mater, quod eius exequiæ sollem[illegible] r celebrentur. Quibus exequijs omnes Fratres, vel Sorores alicuius domu[illegible] bi ipsum mori contigerit,personaliter interesse debent,nec recedere,don[illegible] orpus traditum sit sepulturæ. ¶ Et pro anima cuiuslibet defuncti,vel defu[illegible] e,infra octo dies,quilibet Sacerdos vnam Missam,scientes autem psalteriu[illegible] uinquaginta psalm.nescientes vero psalt. quinquaginta Pater noster, & ir[illegible] e cuiuslibet, Requiẽ æternam dicere teneantur. In fine autem cuiuslibe[illegible] nni, seu infra quemlibet annum, quilibet Sacerdos tres Missas pro defunct[illegible] scientes psalterium, vnum psalterium; nescientes vero psalterium, centu[illegible] Pater noster, cum Requiem æternam,in fine cuiuslibet dicere debeant. ¶Et [illegible] ta ista officia pro defunctis, & alia officia diuina,in præsenti serie annexa,[illegible] imponitur Ministris,& Matr[illegible] is, vt fideliter persoluantur.

De recitandis pro defunctis.

Deb-

De obligatione contentorum in Regula. Cap. X.

OMNIA, & singula in præsenti Regula contenta, sunt consilia ad facilius saluandas animas viatorum. Et nulla sunt obligatoria ad peccatum mortale, vel veniale, nisi humano, vel diuino iure aliquis alias esset obligatus. ¶ Obligantur tamen Fratres, & Sorores facere pœnitentias sibi a Superioribus impositas, quando super hoc requiruntur. ¶ Obligantur etiam, ad tria Vota essentialia, paupertatem, nihil habendo in speciali: Castitatem, quia post Votũ non possunt matrimonium contrahere, nec sine transgressione, vitijs carnis se immiscere: Et obedientiam, quantum ad illa, sine quibus non potest commode illa fraternitas manu teneri. ¶ Tenentur etiam ad clausuram seruandã illæ quæ ipsam expresse seruare vouerint. Quod omnibus, & singulis Conuentibus concedimus, dummodo hospitalitas, & charitas, quam exercere solent apud infirmos, nullum cum honestate patiatur detrimentum. *De tribus votis.* *De clausura.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die 20. Ianuarij. 1521. Pontificatus nostri Anno octauo.

ORDO AD INDVENDVM FRATRES, ET SORORES Tertij Ordinis, Sancti Patris Francisci.

PRIMO benedicantur vestes in hunc modum. Vers. Adiutorium nostrũ. ℟. Qui fecit. Vers. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

DOMINE Iesu Christe seminator, & inspirator religiosi propositi, quique indumentum nostræ carnis, pro salute generis humani misericorditer suscipere voluisti, & in Præsepio vilibus pannis inuolui non horruisti, respice propitius ad praeces humilitatis nostræ, & has religiosas vestes, quas hic famulus tuus N. (vel hæc famula tua N.) propter amorem tuum, abiecto habitu sæculari, proponit induere, bene✝dicere tua pietate digneris, & concede propitius, vt sicut exterius his religiosis induitur vestimentis, intus renouetur affectibus, & per intercessionem B. Patris nostri Francisci, induere eum, vel eam digneris. Qui viuis. &c.

Postea super chordam dicatur. Oratio.

DEVS, qui vt seruum absolueres, Filium ligari funibus voluisti, benedic quæsumus funem istum, & præsta, vt famulus tuus N. (vel famula N.) qui (vel quæ) eo velut ligamine pœnitentiali cingetur, vinculorum eiusdem Filij tui Do[mi]ni nostri Iesu Christi memor existat, & in Ordine quẽ assumit salubriter pe[rseu]eret, & tuis, cum effectu semper obsequijs se alligatũ esse cognoscat. Per eu[n]dem Christum, &c.

Hic habitus, & chor[da] asperguntur aqua benedicta, & induitur Frater, vel Soror habitu benedicto. [P]ræląto. Et dicat super eum, vel eam. Vers. Dominus vobiscum. ℟. Et cum [sp]iritu tuo.

Oratio.

MAIESTATEM [tua]m Domine suppliciter exoramus, vt famulũ tuũ N. (vel famulã tuan[m N.]) cui, de tua gratia præsumentes nostræ Religionis vestẽ imponimus, di[gn]eris inter discipulos tuos virtute ex alto induere, iustitiæ lorica munire, & [sal]utis protegere vestimento, vt intercedente beatissimo Patre nostro Seraph[ic]o Confessore tuo Francisco, sub humilitatis veste, tibi perseueranter deser[uie]ns, ad stolam immortalitatis, & gloriæ mercatur peruenire. Qui viuis, & re[g]nas in sæcula, &c.

Hic etir

Hic cingitur a Prelato cingulum. Deinde. Oratio.

DEVS, qui beato Petro Apostolo tuo significans qua morte clarificaturus esset Deum, prædixisti, per alium in senectute ipsum fore cingendũ, famulum tuum N. (vel famulam tuam N.) quem, (vel quã) cingulo nostrę fraternitatis præcingimus, tua quæsumus charitate præcinge, tui nominis metu constringe, & chorda salutari cor eius regulari alliga disciplina, vt tua ei opitulante gratia, solutus, & liberatus a mundo, tuoq; vinctus seruitio (vel soluta, & liberata a mundo, tuoq; vincta seruitio) in Ordinis quem assumit obseruantia, vsq; in finem iugiter perseueret. Qui viuis, & regnas in sæcula, &c.

Tandem super Fratrem indutum, & præcinctum, vel Sororem indutam, & præcinctam dicatur. Vers. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

DEVS, qui mira Crucis misteria, in tuo deuotissimo Confessore Beato Francisco multiformiter demõstrasti, da famulo tuo N. (vel famulę tuę N.) ipsius semper exempla sectari, & assidua eiusdem Crucis meditatione muniri. Per Christum, &c.

AD INDVENDVM PVERVM, VEL PVELLAM pro aliquo Voto.

Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℞. Qui fecit cœlum, & terram. Vers. Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor meus. Vers. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOMINE Iesu Christe, qui pro nostra salute, suscipiens humanã naturam, te vestimento carnis induere dignatus es, benedictione sancta tua, bene✝dic ista paruula vestimenta, quæ pro gratijs tibi exoluendis cum omni deuotiõne, sanctoque voto, ac veneratione beatissimæ Mariæ, Infans iste (siue Puella ista) super te susceptutus est, (vel susceptura est) Infunde in eum (vel in eam) quæsumus, tuã sanctam bene✝dictionem, vt cũ primum induerit hoc Religioni simile vestimentũ, intercedente B. Francisco, descendat super eum, (vel eam) gratia tua, & protegat illum (vel illam) ab omni malo mentis, & corporis. Qui viuis, &c.

Deinde aspergantur vestimenta, & illa adoleantur incenso.

Cum vero exuit eum suis vestibus, dicat.

ERIPIAT Dominus de corde tuo sæculi pompas, quibus abrenuntiasti, dum Baptismum suscepisti.

Psalmus.

ERIPE me Domine ab homine malo, a viro iniq[illegible] eripe me.

Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab in[illegible]gentibus in me, libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem, & de vir[illegible]anguinum salua me.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Postea induat eum cappa, & scapulari, & [illegible] quam cingat, dicat.

IMMITTAT in te Dominus sanctum Relig[illegible]is amorem, sanctoq; feruore succendaris, & ardeas cœlestium bonor[illegible] desiderio. Psalm. Laudate

Postea cingat eum, dic[illegible].

PRÆCINGAT te Dominus Zona iusti[illegible] vt immaculatus cõserues omnia mandata sua. Psalmus. Laudate Do[illegible]n in Sanctis eius.

Deinde det ei candelam accen[illegible] & dicat.

Domine exaudi orationem meam. ℞. Et cl[illegible]r meus. Vers. Dominus vo[illegible]cum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

DOMINE Iesu Christe, lux vera de vero lumine, quæsumus clementiã tuam, vt per intercessionem beatissimi Francisci, mentem paruuli huius illumines; vt cum ad annos discretionis aduenerit, sancto tibi animo, corporeque deseruiat. Qui viuis.

Postea benedicat puerum offerendo eum super altare, dicendo.

CONFIRMA Deus, in puero, (siue puella) quod in eo, (vel ea,) operari fecisti, a templo sancto tuo, deducat eum, (vel eam) spiritus tuus bonus in terram rectam, & benedictio tua sit super eum, (vel eam) semper.

Deinde reddat illum parentibus, & conuersus ad circumstantes, dicat.

BENEDICAT vos diuina Maiestas, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Amen.

Ad exuendum Puerum post annum.

Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℞. Qui fecit cælum, & terram. Vers. Dominus vobiscum. *Oremus.*

DOMINE sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, a quo descendit omne bonum, & omne donum, tibi gratias referimus: & expleta vota reddimus; suscipe vota nostra cum actionibus gratiarum, & intercedente B. Maria Virgine, sanctoq; Francisco, huic infanti, (vel puellæ) de cetero præsta salutem mentis, & corporis, vt te Creatorem recta fide colat, in te Redemptore spem suam confirmet, teq; summum bonum super omnia diligat, atque sanctis mandatis tuis semper obediat. Per Dominum.

Deinde habitum exuendo, dicat.

Re ddite vota vestra Deo cum actibus suis. Psalmus. Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes, &c.

Deinde deponat habitum super altare, & dicat.

Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor. Vers. Dominus vobiscum.

Oremus.

SVSCIPE sancte Pater omnipotens, æterne Deus, vota, precesq; supplicum: & per intercessionem beatissimæ Virginis Mariæ, sanctiq; Patris nostri Francisci, præsta nobis: ita beneficia tua cognoscere, vt in gratiarum semper actione maneamus. Per Dominum nostrum, &c.

Postea benedicat circumstantes, vt supra.

Benedictio corporalium. Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus bene✝dic linteamen istud ad tegendum, inuoluendumque corpus, & sanguinem Filij tui Domini nostri Iesu Christi. Qui tecum, &c. *Oratio.*

DOMINE [illegible]s, qui iam sanctificare dignatus es hoc genus specierum, quando eo di[illegible]tus es inuolui corpus Domini nostri Iesu Christi vnigeniti tui in beata pa[illegible]ne, concede quæsumus per eumdem Dominum, quamquam indignis famul[illegible]uis, vt præsens linteum cœlesti bene✝dictione sanctum, & aptum fiat Do[illegible]ico sepulcro, vel altari tuo, vt placabiliter possit in eo imponi corpus, & san[illegible] eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui est vita omnium fideliter se sume[illegible]m, & viuit, & regnat tecum Deus in vnitate Spiritussancti, &c.

Oratio.

CLEMENTISSI[illegible] Domine cuius inenarrabilis virtus, cuius mysteria arcanis mira[illegible]s celebrantur, tribue quæsumus, vt hoc linteamen tuæ propitiationis be[illegible]dictione sanctificetur ad consecrandum super illud corpus, & sanguinem [illegible]. & Domini nostri Iesu Christi Filij tui. Qui tecum viuit, &c.

SEQVVN-

SEQVVNTVR FORMVLAE ABSOLVTIONVM.

Absolutio ab excommunicatione maiore.

Videlicet, Iuramento de parendo mãdatis: satisfactoria seu pignera titia caut. & alijs, vt supra in uerbo, Excommunicat.

PRÆMISSIS omnibus, genuflexo pœnitente, dicat Sacerdos super eum, Miserere mei, vel alium psalmum pœnitentialem totum; & denudatis eius humeris, si visum fuerit expedire (nisi sit mulier, quæ non percutitur) det ei ictum vnum, leuiter percutiendo ad quemlibet versum. Postea dicatur Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster. Vers. Saluum fac seruum tuũ. ℞. Deus meus sperantem in te. Vers. Esto ei Domine turris fortitudinis. ℞. A facie inimici. Vers. Nihil proficiat inimicus in eo. ℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Vers. Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

DEVS, cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram (vel meam,) vt hunc famulum tuum, quem excommunicationis catena constringit, miseratio tuæ pietatis absoluat. Per Christũ Dominum nostrum. Amen. Auctoritate omnipotentis Dei, & beatorum Apostolorum eius Petri, & Paulli, & Sanctissimi Domini nostri Papæ (vel Reuerendiss. Episcopi nostri) in hac parte tibi concessa, & mihi commissa, absoluo te a vinculo excommunicationis, in quã incurristi propter talem, vel talem caussam, & restituo te sanctis Sacramentis Ecclesiæ, communioni, & vnitati fidelium. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Submonitio.

Nota quod, si excommunicatio non sit certa, & proinde ad cautelam fieri absolutionem contingat, non sunt seruandæ prædictæ sollemnitates, siue circumstantiæ. Item pro contumacia, vel offensa dubia, sufficit, dari cautionem iuratoriam, vt aiunt Doctores, etiam si dari possit fideiussoria, & demũ scito, quod in articulo mortis constitutus, a quocumq; casu excommunicationis absoluatur; si superuixerit, necesse est eum adire Superiorem illum, a quo alias de iure fuerat absoluendus, prout elicitur ex dicto c. eos qui, de sent. excom. lib. 6. & ex ipsa extr. Benedicti Papæ XI de Priuilegijs, quæ incipit, Inter cunctas, & quidem, non pro absolutione debet accedere, sed vt pareat eius mandato, acceptando pœnitentiam, aut huiusmodi.

Forma dispensandi super irregularitate. si super hoc facultas habeatur.

AVCTORITATE N. in hac parte tibi concessa, & mihi commissa, dispenso tecũ super irregularitate (vel irregularitatibus) quã (vel quas) contraxisti propter talem (vel tales) caussam (vel cau s) & restituo te ad actus legitimos, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus s cti. Amen.

Absolutio communiter obseruanda in confessione sacramentali.

1 SI teneris aliquo vinculo excommunicationis quo possim te absoluere, ego absoluo te, & restituo sanctis Sacram tis Ecclesiæ, communioni, & vnitati fideliũ. In nomine Patris, & Filij, & S iritus Sancti. Amen.

2 Misereatur, &c. Indulgentiam, &c.

3 Dominus noster Iesus Christus te absoluat, ego auctoritate ipsius, qua fungor, absoluo te ab omnibus peccatis tuis. In omine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Passio Domini nostri Iesu Christi, & merita B . semper. Virginis, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, aut m a sustinueris, sint tibi in remi onem peccatorum, in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. In no ie Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen

Submo-

Submonitio.

Nota, quod Pœnitentiarij Episcopales, seu Archiepiscopales, cum regulariter non audiant, nisi peccata reseruata (quia pro reliquis debent remittere pœnitentes ad suos confessarios) post absolutionem ab excommunicatione (vt moris est) ad cautelam, debent indefinite dicere tali pacto. Ego te absoluo a peccatis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

In reconciliatione & in casu mortis repentinæ, vel alias imminentis.

1 SI teneris aliquo vinculo excommunicationis, a quo possim te absoluere, ego absoluo te. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

2 Item ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Tempore Iubilæi, aut similium gratiarum.

SI teneris aliquo vinculo, vel aliquibus vinculis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, a quibus ego possim te absoluere, auctoritate mihi commissa, & tibi concessa a Sanctissimo Domino nostro Papa, ego absoluo te, & restituo te sanctis Sacramentis Ecclesiæ, communioni, & vnitati fidelium. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

2 Misereatur, &c. Indulgentiam, &c. Dominus noster Iesus Christus, vt supra.

Submonitio.

At si de excommunicatione confessarius sit certus, & facultatem habeat absoluendi, dicat sic. Auctoritate N. ego absoluo te a vinculo excommunicationis incursæ propter talem caussam, deinde subiungat sic: Et si teneris aliquo alio vinculo excommunicationis; a quo, &c. Postremo absoluat a peccatis, vt supra.

Absolutio in articulo mortis, pro habentibus Bullas, aut Confessionalia, aut Apostolica Priuilegia, prout sunt illi communiter, qui sunt scripti in Societate Corporis Christi, aut alibi, &c. & item omnes fere Regulares.

POSTEA quam pœnitens fuerit absolutus a censuris, & a peccatis, secundum formulam hic superius positam, debet Sacerdos in fine hæc verba subiungere. Auctoritate Domini nostri Iesu Christi, & beatorum Apostolorum Petri, & Paulli, tibi concessa, & mihi commissa, concedo tibi omnem illam indulgentiam peccatorum tuorum, quam possum concedere virtute tuarum Bullarum, Confessionalium, vel aliorum Priuilegiorum, si tamen hac vice morieris; alias, [illegible] alia tibi vice reseruo. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. [illegible] hanc formam tradit etiam Nauar. in suo Manu. cap. 26. num. 30. & dicit, esse [illegible] doctrinam Beati Antonini 4. par. & subdit, quod in articulo mortis m[illegible] amittunt tales præfatas gratias, quia eorum Confessarij eis illas non appli[illegible]t, & tales gratiæ, inquit, debent etiam applicari ijs, qui amiserunt loquelam, [illegible] non potuerunt confiteri, dummodo ostenderint signa contritionis; possun[illegible] nim tales percipere Sacram Eucharistiam, & demum Extremam vnctione[illegible], etiam si fuerint antea grauissimi peccatores; vnde sunt grauissime puni[illegible]di, & Parochi, qui talibus ea Sacramenta denegant.

Supradicta Formula habe[illegible]r in Catechesi Neap. fol. 43.

FINIS.

LICENTIA PATRIS REVERENDISS. GENERALIS
Ord. Capuccinorum F. Siluestri a Monteleone eiusdem Ord.

F. Siluester a Monteleone Ordinis Capuccinorum Generalis, & Seruus, in Christo sibi Carissimo R. P. F. Hieronymo a Sorbo, eiusdem Ordinis, necnon in eodem Prædicatori, Salutem.

CVM intellexerim te, non paruo labore, annotationes quasdam in Compendium Priuilegiorum Ordinum Mendicantium elucubrasse, quas in lucem, vna cum eodem Compendio, secundo ab eodem Auctore edito, ad communem Mendicantium prædictorum vtilitatem cupis producere: Virtute huius, facultatem tibi concedo vt (secundum temporis opportunitatem) illas possis in lucem edere, dummodo prius visæ fuerint, & approbatæ, (antequam dentur prælo,) a Reuerendo Patre Fratre Siluestro a Rossano, Theologo, ac Prædicatore Ordinis, (qui curam habebit diligentissimam, ne sit aliquid, quod pias possit offendere aures, aut quod Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac Decretis, & Constitutionibus Sacrorum Conciliorum, Summorumq; Pont. contrarietur:) necnon & approbatæ postea ab Illustriss. & Reuerendiss. loci Ordinario extiterint, iuxta Sac. Conc. Trid. dispositionem. Dat. Neap. die 4. mensis Maij. 1594.

Fr. Siluester supradictus manu propria. *Locus sigilli.*

ADMODVM R. P. F. HIERONYMO A SORBO, INSTITVTI Capuccinorum, Diui Francisci, Prædicatori præclaro,

Frater Siluester Rossanus eiusdem Ordinis Prædicator S. P. D.

COMPENDIVM Priuilegiorũ, & Indultorum, motu proprio, a Sanctiss. Pontificibus, Ordinibus Mendicantium, concessorum, iam olim editũ, a te nuper Hieronyme admodũ Reuer. Annotationibus illustratũ, & Priuilegijs, post illam editionem concessis, locupletatum, (in quib. mihi demandatũ fuit perpendere, num aliquid esset quod castigatione, vel correctione indigeret;) fideliter vidi, & diligenter perlegi: Sed tantum abest, vt quidquam, quod legentium animos offendere possit; vt potius omnia, tum Sacræ Theologię, tum Sacrorum Canonum documentis referta, & magno cum Zelo, a te peroptime disposita, deprehenderim. Age ergo quæso, quamprimũ ea typis imprimere facias: scire te etenim volo, ea omnia fore omnibus Religiosis, & grata, & vtilia. Laus Deo, & Sanctis suis. Vale. Neapoli die 28. mensis Maij. 1594. Fr. Siluester Rossanus, qui sup. manu propria.

Omnia submittendo S. Romanæ Ecclesiæ correctioni.

Imprimatur. Ardicinus Biandrà Vic. Gen Neap.

M. Cherubinus Veronen August. Theol. Archiep. Neap. vidit. R. f. 6.

Testimonia Theologorum qui hoc opus nuper viderunt, & approbauerunt.

EGO D. Lact. Benzolus Can. Reg Lat. & Sacræ Theolog. professor legi Compendium hoc priuil. & quia nihil quod regulę fidei Cathol. repugnet, adinueni, ideo typis excudi posse sentio. Ego D. Lact. suprascrip. propria manu me subscripsi.

COmpendium hoc Priuilegiorum perlegi Ego D. Aloisius Portiaous, Canon. Regul. Lateran. Sac. Theol. professor, & iudico, quod p[illegible] ssit imprimi, absq; dispendio fidei, & bonorum morum: ideoq; manu propria me subscripsi. D. Alois[illegible] Portiaous.

COmpendium Priuilegiorum Regularium Mendicantium, [illegible]on Mendicantiũ, alias impressum, Superioribus annis, ab admodum Reuer. P. [illegible]ieronymo a Sorbo, Ordinis Capucciorum, Annotationibus vtilissimis ornatum, [illegible]uctum, & iuxta Decreta Trident. Synodi, & Summorum Pontificum a Clem. VII v[illegible] ad VII aonũ Clem. VIII. reformatum, & ab eodem nunc eiusdem Ordinis Gener[illegible] [illegible]oue correctũ, perlegi Ego Fr. Zephyrinus a Berg. Prædicator eiusdem Ordinis, et [illegible] [illegible]æ Theologiæ Lector in loco Brixiæ, ex cõmissione admodum R. P. F. Leonardi a Be[illegible] Prouinc. nostri; Omniaq; in ip so cõtenta approbans, tãquam fidei consona, oibus, ac P[illegible] [illegible]latibus precipue, valde vtilia, digna prę lo existimo. Dat. in loco nostro Brixiæ VIII [illegible]n. Martij. M D I C.

Ego Fr Zephyrinus a Bergo qui sup. Manu propria.

COmpendium illud priuilegiorũ annotationibus a[illegible] [illegible]n, & nunc vltimo correctionibus, & additionibus reformatũ, nihil continens, si [illegible] Christianæ, aut moribus repugnans, sed vtilissimũ fidelibus, pręcipue Religiosis, vid[illegible] denuo typis excudi posse, & debe[illegible] sentio, & affirmo Ego Fr. Leonar. a Berg. V[illegible] Prouinc. Capuccin. Sac. Theolo[illegible] professor: propriaq; manu me subscripsi Fr J[illegible] [illegible]nardus suprascript.

[illegible] 23. Feb. 1599. Ego Fr. Paul. de Capt. Inquisit Br[illegible] atten. sup. Testi. cocedo vt imprim.

LAVS DEO, B. V. Mariæ, & B. P. Francisco.

INDEX MATERIERUM, 574
DE QVIBUS IN COMPENDIO TRACTATVR.

Post Compendium ponuntur quadam Bullę in Compendio liuersis in locis adducta, a fol. 537. vsque ad fol. 555.
Deinde annectuntur quadam spectantia ad Fratres, & .orores, & Tertiarios, scilicet

IN-

INDEX RERUM OMNIUM NOTABILIUM,

Quę in hoc Compendio continentur.

A

BBAS quomodo, & quando possit conferre Minores Ordines, folio primo.

Abbatissa.

Absolutio.

Ro-

Pro-

Altare.

Appellare.

Apostatæ ab ordine.

Bi

Et omnibus Sacerdotibus Minoribus Regularis Obseruantia est concessum, vt possint omnia indumenta Sacerdotalia, & paramenta Altaris benedicere, exceptis Corporalibus. ibidem §. 4.

Carmelitarũ amplissima Concessio, circa benedictionem Cœmeteriorũ, & Altarium consecrationem, oleique Sancti receptionem: quando eorum diœcesani id recusauerint facere, vel eorum pręsentia haberi non posset, ibid. § 3. 5. & 6. & quod idem possint Fratres Prędicatores, f. 96. Pro Carm. Prędicat.

Augustiniensibus idem est concessum §. 9. & 10. Augustin.

Generalis, & Prouinciales Fratrum Minorum possunt benedicere Corporalia. §. 7. Ben. Corp.

Augustiniensium Vicarius Generalis, & Visitatores possunt benedicere Corporalia, ibidem. §. 8. & f. 213.

Ordinis Minimorum Generali, Prouincialibus, & eorum Vicarijs conceditur posse benedicere Corporalia, & alia ornamenta Ecclesiastica, pręter Calices, suarum domorum fol. 95. Ordo Minimorum.

Et quod possint Ecclesias, Cœmeteria, & Oratoria sollemni benedictione benedicere, & Ecclesias reconciliare. §. 11. 12. 13. & quę dicatur sollemnis benedictio. f. 97.

Latissima Concessio Fratribus Minoribus data est, pro huiusmodi benedictionibus, consecrationibus, & reconciliationibus, ibid. §. 14.

Et quod etiam inrequisitis Diœcesanis, possent illa facere, et in §. 15. sed hoc est per Concil. Trid. reuocatum, vt ibid. & f. 97.

Fuit statutum in Capitulo Gen. vt soli Prouinciales possint benedicere Corporalia, sed alia paramenta possint benedicere Prouinciales, Custodes, & Guardiani, & non alij: & illa solum pro Fratribus, Monialibus, & Tertiarijs: & non pro alijs, extra ordinem. f. 95.

Verum quia hoc statutum est antiquissimum, nec potest alios Fratres Minores ligare, ideo standum esse censeo Statutis, vel Consuetudinibus modernioribus vniuscuiusque Ord. & an per Statuta generalia possit derogari dispositionibus Pontificijs, vide f. 15.

Et an & quando Priuilegium perdatur per non vsum. f. 35.

Epilogus Collectoris omnium Concessionum supradictarum. 96.

Benedicere autem Corporalia ad vsum etiam aliorum, qui Prelati possunt, & qui ad vsum tantum eiusdem Ordinis; & an possint hoc facere Guardiani, vel Priores; & an pro hoc requiratur licentia Capituli Generalis, vide f. 96. Vbi recensentur Priuilegia Ord. S. Hieronymi Hisp. S. Iustinę, & Augustin. & vide etiam infra, in verbo Ecclesię, in fine nostrę annotat. Ecclesia dicitur esse polluta sex modis, f. 97.

Bona.

FRatres Ordinis [illegible]nor. Episcopi facti, omnia bona in eorum posse reperta, statim debent restituere G[illegible]rali, vel Prouincialibus. f. 98. § 1.

De bonis male acquisit[illegible] & incertis relictis, possunt eleemosynas recipere Fratres, ibidem, §. 2. & 3. & q[illegible]d de bonis Nouitij incertis, restitutioni obnoxijs, facere debeant. §. 4.

Ex loco relicto possunt Frat[illegible] omnia bona illius, & ędificiorum materiam, pręter Ecclesias, ad alium locum tra[illegible]ferre, vel vendere. §. 5. & idem dicitur de locis Monialium S. Clarę relictis, §. 7. [illegible] 9.

Contra occupantes vel damni[illegible]cantes bona Augustiniens. §. 10.

Alienationis bonorum Monialium S. Clarę, & Tertii Ordinis forma, & modus §. 11. fol. 100.

Bona Apostatarum, tempore [illegible]postasia acquisita, fuit concessum Pralatis Ordinis de illis disponere, eo modo, vt ibi[illegible] §. 13. Sed nunc sunt Camerę Apostolicę, vt sup. f. 91. & hic f. 101.

Bona immobilia possidere fuit concessum omnibus Monasterijs & Domibus, tam virorum, quam mulierum, etiam Mendicantium, exceptis domibus S. Francisci Capuccinorum, & eorum, qui Fratres Minores de Obser. vocantur, Conc. Trid. sess. ult. tit. de Regul. c. 3. fol. 269. verbo Legata.

Bulla.

In Bulla Cenæ Domini, quo ad casus ibi positos, annullantur omnia Priuileg. f. 61. & quid quolibet anno, post illius publicationem, fit a Procuratoribus Ordinum obseruandum, f. 8. & 20.

Aliqua notabilia pro eiusdem Bullæ declaratione vide infra, in verbo Excommunicatio.

Bulla Pij V. & Greg. 13. circa ingressum mulierum in Monasteria Religiosorum, & e contra, cum eorum notabili declaratione habentur in verbo Ingredi Monasteria Monialium in nostra annot. 361.

Bulla Cruciatæ vide infra in verbo Cruciata.

Bulla Sanctissimi Nominis Iesu, licet habeat, vt confratres illius toties quoties, possint a casibus Episcopo reseruatis absolui, hoc tamen non posse fieri ostenditur, f. 107.

Bulla Greg. 14. pro immunitate Ecclesiarum seruanda moderatiua Bullæ Sixti V. contra bannitos, ponitur in verbo Ecclesia Fratrum, f. 151.

Bulla Sanctis. D. N. Clem. VIII. de largitione munerum, cum eius declaratione, habetur in verbo Dare, f. 189.

Bullæ, quæ habentur in fine huius Compendij vna cum quibusdam Benedictionibus.

Confirmatio Priuil. *Bulla confirmationis Priuilegiorum amplissima, facta a Clem. VIII. f. 537.*

Intellig vnius Clausulę *In cuius fine ponitur intellectus illius clausulæ quæ nunc in confirmationibus Priuilegiorum solet apponi, videlicet, dummodo sint in vsu, & sacris canonibus & Decretis Sacri Conc. Trid. non aduersantia & ponitur etiam in verbo Priuilegio.*

Bulla Pij V. latissima de exemptionibus ab exactionibus, Datys, Gabellis, &c. Mendic. Ord. concessa, cum quibusdam necessarijs annotationibus nostris circa illam vt ibid. f. 538. & ibi notantur ista præcipue, videlicet:

Quod huiusmodi Priuilegium ab exactionibus nunquam fuit derogatum a Greg. 13. in Extrauag. In tanta, f. 540.

Et, quod perseuerantes exigere tales prohibitas exactiones non suscipiunt effectum Iubilei, quando erit: nisi illa cassauerint, &c.

Et quomodo absoluti a censuris, &c. virtute Iubilei, nisi satisfeci[illegible] ijs, per quę censura lata fuerunt, reincidunt; vide ibi notanda tempore Iubilei.

Et hinc infertur, quamplurimas communitates, & Dominos, [illegible] semper manere excommunicatos, non desistentes ab illis, propter quæ, erant pr[illegible] excommunicati.

Ac insuper contra imponentes nouas gabellas, aut augent[illegible] eteres, &c. & demonstratur quinam Domini possint nouas gabellas imponer[illegible] vel impositas augere.

Pro comm. in die paschæ. *Bulla Clem. VII. declaratoria circa Communionem faci[illegible] in die Pascha, quod tali præcepto satisfiat, in partibus Hispaniæ, a primo d[illegible] adrag. per totam Octauam Pascha, f. 543.*

Prohib. ne a casib. resec. absol. *Bulla alia Pij V. prohibitiua, ne Fratres Ordinis Præ[illegible] sub quouis prætextu possint sibi eligere confessorē, & a casibus reseruatis suis superioribus absolui, f. 544.*

Prouincialis facultas *Ac in ea etiam conceditur Prouincialibus ipsius Ord. [illegible] illa facultas pro suis subditis, quam habent Episcopi a Conc. Trid. in foro consc[illegible] tia cum suis oribus f. 545.*

Pro Societ. Iesu. *Bulla Paulli III. amplissima concessa Patribus Soci[illegible] Iesu circa facultatem Prędicandi, ac Absoluendi, ibidem. f. ibidem.*

Bulla

Cer-

Canonica Portio.

Capitulum Generale.

Casus Reseruati.

 583

Clausura Monialium.

An

Commissarius.

Communicatio Priuilegiorum.

Ca-

584

Communicare.

Commutare.

Conceptio Virginis.

Con-

Concilium.

Concordia.

Confessiones,& Confessores.

Et

Conseruatores Ordinis.

Conueniri in Iudicio.

Conuentuales Fratres.

Correctio Fratrum.

Prælati

Corporalia.

Cruciata.

Custodes.

Decimæ.

Declarare.

Dare, cum declarat. Bullæ de largit. Muner.

Dispensatio.

Dispen-

Ecclesiæ Fratrum.

Ædificare.

Eijcere ab Ordine.

Electio

Electio.

Eleemosyna.

Episcopi.

Eucharistia.

Excommunicatio.

Exempti Fratres.

Exemptio.

F

Famuli Fratrum.

Festiuitates.

Generalis Minister.

Guardianus.

Gradus Scholastici.

H

Habitus Fratrum.

Habi-

Hæreditas, & Hæredes.

I

Indulgentia.

Indulgentiæ Stationum,quoad Fratres.

Indulgentiæ, quoad Sæculares.

dulgentia

593

 non

Inquisitores.

In-

Interdictum.

Itinerantes Fratres.

L

Laici Fratres.

Legata.

Licentiare Fratres.

Loca Fratrum.

M

Ministri.

Missa.

Moniales.

N

Nouitius.

Circa Nouitiorum receptionem ad habitum.

Circa Nouitiorum professionis emissionem.

Circa Nouitiorum absolutionem, & dispensationem.

Circa dispositionem Bonorum ipsorum Nouitio[rum]

O

Officium Diuinum.

Oracula Viuæ Vocis.

Ordines Sacri.

598

Prae-

Prælati &c.

Præsentatio Confessorum.

Pri-

Priuilegia Fratrum.

Statuta-

S

Stu-

Finis Indicis.

ERRATA SIC CORRIGANTVR.

fol.	linea	errata	correcta
V	30	Occeanon	Oceanon
XIII	22	adnumeratos	adnumeratus
XIIII	14	sita	sitam
22	6	LXXXIII	LXXXXIII
45	43	fol.5.	fol 20.5
93	9	CIↃ	CIↃIↃ
151	12	hunc	hoc
152	45	Benedictus I	Benedictus XI.
165	15	ob ordine	ab ordine
166	9	Superibus	Superioribus
193	51	Pœne	Pœnæ
194	18	professe	professæ
204	23	n n	non
206	25	moderatis	moderatus
217	30	mari	maris
249	2	Vniuertas	Vniuersitas
252	51	annos &c. dicitur illic quinquaginta	hęc verba delenda sunt
253	49	de Eratrū Obseruāta	Fratrum de Obseruantia
259	39	uocat	uocat
273	13	ordinationū	ordinationes
277	50	Corona 62	Corona 63
298	2	annis	anni
362	37	minoris	minores
389	49	Benedictionis	Benedictinis
396	39	annum	annuum
435	9	unū uel minutū saltem	uel minutum saltem unum.
454	1	orinariam	ordinariam
510	51	qua	quæ
513	2	temporalea	temporales
517	30	seculares	secularis
576	50	precipuę	præcipue



REGISTRVM,

a A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm
Nn Oo Pp Qq.

Omnes ſunt quaterniones, præter Qq qui eſt ſexternio.

B R I X I AE,
Apud Societatem Brixienſem. M D IC.
Superiorum permiſſu.